ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ
ΤΟΥ ΧΑΙΡΩΝΕΩΣ
ΤΑ ΗΘΙΚΑ.

PLUTARCHI
CHÆRONENSIS
MORALIA,
ID EST

OPERA, EXCEPTIS VITIS, RELIQUA.

GRÆCA EMENDAVIT,
NOTATIONEM EMENDATIONUM, ET LATINAM XYLANDRI
INTERPRETATIONEM CASTIGATAM, SUBJUNXIT,
ANIMADVERSIONES EXPLICANDIS REBUS AC VERBIS, ITEM
INDICES COPIOSOS, ADJECIT,

DANIEL WYTTENBACH,
HIST. ELOQ. LITT. GR. ET LAT.
IN ILLUSTRI ATHEN. AMSTELOD. PROFESSOR.

OPERUM TOMUS VI.
ANIMADVERSIONUM PRIMUS.

PARS I.

OXONII,
E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO.
MDCCCX.

DANIELIS WYTTENBACHII

ANIMADVERSIONES

IN

PLUTARCHI OPERA MORALIA.

Hoc Volumine continentur,

		Pag.
D. W.	PRÆFATIO ANIMADV. IN PLUTARCHI OP. MOR.	1
D. W.	ANIMADVERSIONES	
I.	*In Librum de Educatione Puerorum—Judicium de Auctore*	29
	In Libellum de Educatione Puerorum	65
II.	*In Librum de Audiendis Poetis*	157
III.	*In Librum de Recta Audiendi Ratione*	303
IV.	*In Librum de Discernendo Adulatore ab Amico*	415
V.	*In Librum de Sentiendo Profectu in Virtute*	551
VI.	*In Librum de Capienda ex Inimicis Utilitate*	613
VII.	*In Librum de Amicorum Multitudine*	639
VIII.	*In Librum de Fortuna*	665
IX.	*In Librum de Virtute et Vitio*	685
X.	*In Consolationem ad Apollonium*	695
XI.	*In Præcepta Sanitatis Tuendæ*	803
XII.	*In Præcepta Conjugalia*	871

		Pag.
XIII.	*In Septem Sapientum Convivium*	905
XIV.	*In Librum de Superſtitione*	993
XV.	*In Apophthegmata Regum et Belli Ducum*	1039
XVI.	*In Apophthegmata Laconica*	1145
XVII.	*In Inſtituta Laconica*	1203
XVIII.	*In Apophthegmata Lacænarum*	1217

D. W.

PRÆFATIO ANIMADVERSIONUM

IN

PLUTARCHI

OPERA MORALIA.

JAM ad Interpretationem venimus. Nam quum complures hujus operis partes provinciæque ſint, ita deinceps quamque, cæteris interim ſepoſitis, ſuſcipimus atque abſolvimus, ut ipſa quæque majoris eſt momenti, minuſque a ſucceſſore, ſi quid nobis accidat, expleri perficique poteſt. Igitur primum dedimus locum Emendationi, quæ cum Græco contextu et Latina verſione prioribus prodita eſt voluminibus. Nunc ad ſecundum accedimus locum, cui Interpretatio propoſita eſt. Tertius et reliqui loci complectentur Varias Lectiones, Diſputationem de vita et ſcriptis Plutarchi, Indices Auctorum, Rerum, Græcorum verborum, Animadverſionum: qui loci vacui a me inchoative, ſi forte, relicti, minus ad abſolvendum difficultatis habebunt ſucceſſori: certe nunc a me in finem operis rejiciendi ſunt, quando non omnia ſimul agere poſſumus.

Cæterum, diſſimulare non poſſum, me in Interpretatione minus etiam quam in Emendatione mihi ſatisfeciſſe, magiſque adeo quam antea judices æquos et ad ignoſcendum faciles quærere. Cujus quidem rei duæ ſunt cauſſæ: altera, quod in ſpecimine editionis Plutarcheæ, prodito Parte II, Voluminis III Bibliothecæ Criticæ, de Interpretatione nimium quoddam profeſſus ſum, et quantum a me præſtari efficique non poſſet, nunc demum ipſe intelligam: altera, quod Interpretationis quam Emendationis ſucceſſus magis in noſtra poteſtate vulgo cenſetur, atque idcirco æqui etiam judices ab editoribus plus in Interpretatione quam Emendatione exſpectare ac poſtulare ſolent. Utraque cauſſa cujuſmodi ſit explicare, argumentum mihi hujus Præfationis erit.

Τῶν ὄντων τὰ μὲν ἐφ' ἡμῖν, τὰ δ' οὐκ ἐφ' ἡμῖν. *Res aliæ in noſtra ſunt poteſtate, aliæ non item:* ut eſt in Stoicorum initiis. Emendatio e duplici proficiſcitur fonte: altero, librorum auctoritate: altero, conjecturæ probabilitate. Utriuſque ſucceſſus maximam partem in felicitate quadam eſt poſitus: nec ſunt fere induſtriæ partes niſi hæ, ut et vias quibus bonos libros nanciſcamur diligenter perſequamur, et ingenii facultates exerceamus acuamuſque eas quibus conjectura paritur: cujus utriuſque operæ, quamvis neceſſariæ, ſucceſſus eſt incertus. Interpretatio in noſtra eſſe poteſtate, a nobis et pendere et regi exiſtimatur. Ejus quæ ſit vis et ratio, quod officium, expoſui et antea in ſpecimine Editionis Plutarcheæ, et nuper in exordio Annotationis ad *Selecta Principum Hiſtoricorum Græcorum*, et nunc, at ſuo loco,

accommodate ad hanc editionem referendum exponendumque eſt: præſertim, quum illo in ſpecimine ita de Interpretatione diſputaverim, ut qui eam ſimul cum Græco contextu et Latina verſione eadem pagina exhibiturus eſſem; nunc vero hac in editione illam rationem relinquere ac repudiare, atque Interpretationem ſeorſim exhibere, coactus fuerim. Ergo diſputationem a ſuo initio repetitam quoad ejus fieri poteſt breviter explicemus.

Interpretatio eſt oratio quæ efficit, ut alterius orationem intelligamus. Intelligimus alterius orationem, quando ei eumdem, quem ipſe alter, adjungimus ſenſum. Genera Interpretationis duo ſunt, Grammaticum et Criticum: Grammaticum judicat *quid* Scriptor dixerit: Criticum, *vere rectèque, nec ne*, dixerit. Utrumque duas habet partes, et inſtrumenta, quibus hæ partes tractantur, tria. Partes ſunt materia et forma: materia item duplex eſt, *Rerum* et *Verborum*. Inſtrumenta ſunt, *Dialectica*, quæ verſatur in forma: *Linguæ ſcientia*, in verbis; *Hiſtorica doctrina*, in rebus. Sed interpretando vel libro vel ejus loco, prior adhibenda eſt Grammatica Interpretatio, ex ejuſque inſtrumentis primum Dialectica: cujus eſt officium videre quæ nomina verbaque quibus nominibus verbiſque jungenda, præponenda, poſtponenda ſint, omnino quod vulgo vocant quomodo locus conſtruendus et quæ inde ſententia ejus conſtituenda ſit. Secunda accedit Linguæ ſcientia, quæ Dialecticam ad leges et conſuetudinem orationis ejus in qua ſcriptus eſt liber, veluti Græcæ, adſtringit et moderatur. Tertia eſt Hiſto-

rica doctrina, quæ omnem antiquarum rerum intelligentiam complectitur, et intra hujus fines duo priora inſtrumenta continet. Criticæ Interpretationis eadem ſunt inſtrumenta, eadem via, alius finis.

Sed utriuſque Interpretationis duo ſunt genera: alterum, *perpetuum*, quod totius libri ſententiam nexumque complectitur: alterum, *ſingulare*, quod non niſi ſingulares, certos, omnino quoſdam, nec omnes eodem nexu, locos attingit. *Perpetuæ Interpretationis Grammaticæ* tres ſunt formæ, pro varietate longitudinis ac brevitatis. Nam vel ita reddendæ ſe adſtringit ſententiæ, ut quoad ejus fieri poteſt, eumdem enunciationum numerum ordinemque referat, atque aliis, nec multo pluribus paucioribuſve, verbis idem dicat: quæ dicitur *Metaphraſis*, et *Verſio*. Vel ſententiam in pauca contrahit, ejuſque non niſi brevem ſummam reddit: quæ dicitur *Synopſis*, *Epitome*, *Compendium*, *Argumentum*. Vel denique ſententiam pluribus enunciationibus exprimit, ad uberiorem plenioremque intelligentiam diducit ac dilatat: quæ dicitur *Periphraſis*, *Dilatatio*, *Amplificatio*. Verſionem ſuo quamque libro adjunximus. Periphraſin e perpetua ſingularem faciemus, nec eam omnibus quos tangemus locis, ſed iis qui eam deſiderare videantur, adhibebimus. Neque Epitomas omnium exhibebimus librorum; nam plerorumque argumentum per ſe eſt perſpicuum: neque lectores noſtri hanc noſtram operam requirent, quippe fere accommodatam tironibus. Atque iis qui totius libri legendi moleſtiam laboremque fugiunt, conſilium propoſitum, atque adeo argumentum, libri,

quando opus esse videbitur, explicare non omittemus. Ergo relinquitur nobis in qua aut unice aut potissimum versemur, *Interpretatio singularis*.

Jam partes nostræ in interpretando quæ sint ut justæ debitæque exigendæ, uberius exponendum est. Materiam Interpretationis duplicem diximus esse, *Rerum* et *Verborum*. Hæ implicitæ quidem sunt altera alteri, quod verba sine rebus esse nequeunt: attamen ratione quadam disjunctæ, certe non confundendæ a bono Interprete. In *Verborum* Interpretatione tres cernuntur partes; primum, singula verba: deinde, dictiones et phrases: tum, earum compositio, seu, nexus constructionis. *Res* generatim sunt vel *facti* vel *sententiæ*, ut vulgo loquuntur, vel *historicæ* vel *dogmaticæ*. Res historicæ, nisi si sint pervulgatæ, hactenus tractandæ sunt ut appareat et quem Auctorem et quantam auctoritatem fidemque habeant. Sententiarum tam sunt multa genera, ut ea enumerare infinitum sit. Sunt vel *propriæ*, ipsius natæ Auctoris ingenio, vel *alienæ*, ex aliis Auctoribus petitæ: illustres forma, reconditæ materia: vel ad intelligentiam et ingenium, vel ad actionem et animum, pertinent: vel e vita communi susceptæ, vel e doctrinis assumtæ et Philosophia, morales, physicæ, dialecticæ. Nullius non sententiæ vis ac potestas, si paulo altius abdita lateat, patefacienda est. Placita Philosophiæ diligenter explicanda, præsertim in Plutarcho, qui inter primarios Historiæ Philosophicæ fontes censetur, in eoque argumento adeo est frequens ut sine ejus explicatione intelligi omnino nequeat. Neque vero rebus magis quam

verbis illud adhibebit Interpres officium quod cernitur in locis aliunde ſumtis, ſeu diſerte memorato ſeu omiſſo Auctoris nomine, ſive imitando expreſſis, ſive alludendo ſignificatis: cujuſmodi loci in nullo fere Auctore frequentiores ſunt, quam in Plutarcho. Omnino, propria ab alienis ita diſtinguantur, ut nullus non notetur locus in quem aliunde quid duxiſſe videatur Auctor. Quod ſi enim minus ad ipſius intelligentiam Auctoris valeret, tamen pertinebat ad judicium de Auctore et Criticam provinciam, pertinebat ad humanitatis ingeniique fructum, noſſe utrum a ſe ipſe, an ab alio, ſua habeat Auctor. Nunc tanti eſt momenti ad ipſam Auctoris intelligentiam hoc officium, ut illa conſtare ſine hoc omnino non poſſit.

Sed quod ſæpe diximus, illa interpretandi officia adhibenda eſſe locis iis qui ea deſiderent, et quantum deſiderent atque opus habeant: hoc quale ſit, intelligendum eſt. Interpretatio certum finem ac modum habeat. Nam, ut nemo dubitat quin obſcura illuſtrari, impedita expediri debeant: ita dubitatur quid ſit obſcurum et impeditum. Atqui hæc non per ſe ſed comparatione conſtant: non ſunt abſoluta, ſed relata; ut quod aliis obſcurum impeditumque ſit, idem aliis perſpicuum expeditumque reperiatur. Ergo neque ita diffundenda eſt Interpretatio, ut eos etiam locos explicet, qui non niſi pueris ac tironibus obſcuri ſint: neque ita reſtringenda, ut non niſi eos attingat locos, in quibus doctiſſimi homines hæreant. In priori genere ſunt Minellianæ, Farnabianæ, ſimileſque editiones: quas ego haud

penitus contemno, quippe ipſe quondam earum utilitatem expertus: ſed Plutarchum totum ad eam rationem edi nolim. In altero genere ſunt Bentleianæ et ſimiles editiones, quæ unice in emendando verſantur, omnem rerum verborumque Interpretationem, quaſi legentibus cognitam, omittunt: nec eam niſi obiter, ubi emendationis ratio reddenda eſt, attingunt. Ad quem modum, pauciſſimis accommodatum, non edendus eſt Plutarchus; cujus doctrina eum habet fructum, qui ad communem omnium utilitatem explicari debeat. Quid igitur? Media quædam tenenda eſt via, quam quiſque non imperitiſſimus ſequi poſſit. Carneades[a] in ſchola nimium clamans, a vicino admonitus ut vocem aliquantum ſubmitteret, reſpondit, *Da mihi vocis menſuram:* cui vicinus, *Menſuram habes auditores tuos.* Ita editor menſuram Interpretationis habet legentes: quorum captui, quaſi auribus, ita vocem accommodabit ſuam, ut a quovis non ſurdo intelligatur, nec contentione obtundat acutiores, nec ſubmiſſione præterlabatur hebetiores. Non igitur ſe ipſe faciet menſuram, ut de iis tantum locis dicat qui adhuc ipſi difficiles videantur, prætereat locos, quos, antea minus intellectos, jam longo Auctoris uſu intelligit. Perſonam ſumet medii hominis, qualis ipſe fuerat anteaquam ad interiorem cum Auctore familiaritatem pervenerat: tum ſe ipſe excutiet, ac ſuo ſenſu explorabit, quem Interpretationis modum legentibus admetiatur: quibus quantumque dicat de locis, quibus

[a] Plutarch. Op. Mor. p. 513, C: Diogen. Laert. IV, 63.

quantumque taceat. De locis quidem deſperatis, quibus lucem aut ſanitatem adferre non potuerit, ne taceat, ſed ignorantiam ipſe ſuam candide profiteatur. Qui ſecus facit, dupliciter peccat: et quod ſilentio intelligentiam ſimulat, et quod aliis corruptum tamquam ſanum tradit. Nec poteſt, niſi ſimplex et apertus, quiſquam eſſe bonus interpres.

Ad hûnc modum ſi nobis Grammaticam Interpretationem explet interpres, præclare nobiſcum agi exiſtimemus, contenti ſimus, nec ultra quid requiramus. Ipſe vero interpres non ita ſe his finibus continebit, quin ſubinde in Criticam excurrat Interpretationem. Sed eam hiſtoricis magis quam dogmaticis adhibebit locis: cavebit ſibi, ne Auctorem ad noſtri potius quam antiqui rationem conſuetudinemque ingenii exigat: ſemper cogitabit quid poſtulet loci ratio, quid legentium menſura: quorum ingeniis ſæpius relinquet hoc judicium, quam ipſe faciet. Nam horum quidem per eſt ridiculum et indoctum genus interpretum, qui in locis obſcuris nec ſibi intellectis tacent: ubi vero talem judicandi locum nacti ſunt, eum, quamvis perſpicuum, cupide arripiunt, in eum ut ignorantiæ tegumentum ſe induunt, per longas diſputationes intempeſtivam ſapientiam expromunt, ſeque tum optimos interpretes jactant, alteros illos Grammaticos interpretes, quamquam unicos intelligentiæ opifices, tamen ut ſyllabarum aucupes contemnunt. Quo decepti errore multi, patrum majorumque memoria, eas demum bonas editiones judicarunt, quibus *Diſcurſus*, uti vocabant, *Politici et Philoſophici* adjecti eſſent. Qui, quamvis

accurate confutati ab Erneſto ad Tacitum, tamen hodieque in ſimili genere ſuos habent imitatores.

Cæterum interpres, quum id agere debeat ut Auctoris intelligentiam aperiat, ita ſcribet ut ipſe intelligatur. Qui enim non ipſe intelligitur, næ is ut Auctor intelligatur non efficiet. Igitur omne ſtudium in perſpicuitate ponet. Quam quidem vidimus a compluribus, quos nominare non eſt opus, doctiſſimis etiam viris, adeo neglectam eſſe, ut ſæpe minori negotio locus Auctoris quam illorum Interpretatio intelligatur.

Hæc ego quum et aliis locis diſputaverim, et ſæpius inculcaverim, et hoc loco retulerim, neque tamen re et facto conſequi et explere potuerim; vereor ne apud pleroſque in vanitatis reprehenſionem incurram. Et fateor, hanc ipſam cogitationem me in maturanda Animadverſionum editione retardaſſe. Sane, multo eſt facilius artis rationem quam uſum, quod vulgo aiunt *theoriam* quam *praxin*, tenere: facilius eſt bene dicere, quam facere; leges ſcribere, quam ſequi. Nam ut reliquas omittam artes, de Interpretandi arte quotuſquiſque eſt quin judicare ſibi poſſe videatur: quotuſquiſque ex innumerabilibus Logicæ et doctoribus et ſcriptoribus, quin ejus artis rationem ac præcepta, veluti ex tripode oracula, decantet: rudes plerique omnes ab omni Veterum lectione ac ſtudio. Quid igitur, dicat quis, cauſſæ eſt, quod tu qui vitam in Veterum lectione conſumis, Interpretationis rationem et officium oratione probabiliter deſignas, re et actione non item probabiliter exples? quid eſt, quod Animadverſiones tuæ

tantum ab illa deſignata perfectione abſint? Dicam paucis. Ego ſatius duxi, dare quod haberem qualecumque id eſſet, quam, opere diutius ducendo, aut nihil dare, aut qualecumque illud meum diutius a publica utilitate cohibere. Forte aliquanto meliores plenioreſque meæ futuræ erant Animadverſiones, ſi eas etiam nunc, quod aiunt, nonum preſſiſſem in annum: at ne ſic quidem, neque bis ac ter in nonum preſſæ annum, ad illam perfectionem veniſſent, ſemper magna in mediocritate ſubſtitiſſent. Quod ne cui mirum dubiumque videatur, ita mecum rem perpendat ac reputet.

Nam illa, de quibus diximus, Interpretationis inſtrumenta nemo non, qui hoc agit, comparare ſibi poſſe putatur. Veluti, ut ex his unum, ſed maximi illud momenti, memorem, quod cernitur in colligendo rerum verborumque apparatu, de quo dixi in Præfatione p. 19: hoc igitur magis laboris ac diligentiæ, quam ingenii et felicitatis, cenſetur. Ut Auctores, inquit, antiquos, ac recentiores item optimos quidem, legamus, ex iiſque eos excerpamus locos quibus Auctoris, quem edendum ſuſcepimus, loci difficiles expediantur et illuſtrentur, in noſtra eſt poteſtate: quid enim, ut hoc efficias, requiritur, niſi ut, primum velis, deinde ut opus aggrediaris, tum in labore perſiſtas, excerpas locos Auctorum, eoſque annotes ad locos tui Auctoris: hoc igitur, inquit, in negotio omnia ſunt in noſtra poteſtate, nil extra eam in fortuna. Atqui, o bone, quæ tu numeraſti noſtræ inſtrumenta voluntatis ac poteſtatis, eadem ſunt fortunæ ſubjecta: certe, ejuſmodi eorum eſt materia, in

qua non magis ratio et consilium, quam casus ac temeritas, dominetur. Nam ut concedam, in nostra esse potestate velle, incipere, progredi: ut hoc addam, dimidium esse facti bene cœpisse: quamquam horum nil non magnam dubitationem habet: sed ut hæc tibi concedam, quid dices de constantia in perpetuitate laboris? Ut in longo et fere infinito opere, non torpore capiatur ingenium, non animus satietate, non caput vertigine, oculi caligine, manus ac totum corpus lassitudine; quorum, et plura nonnumquam simul accidunt, et si vel unum acciderit, perfectus laboris fructus constare nequit: porro, ut in legendis aliis Auctoribus omnia animadvertas conjuncta cum tuo Auctore, hujusque tibi loci præsto sint, ne quid opportunum prætermittas, ut attentio non hebescat, festinatio studii nil prætereat, oculi nil præter videant, manus suum semper officium faciat: ut intermissum opus repetens, quo desiisti loco, pergas, nec sequentia occupans, antecedentium partem vacuam et intactam relinquas: hæc tot tantaque quis tandem mortalis præstare potest? quippe quæ extra nostram potestatem sita, vel a fortunæ temeritate vel a naturæ infirmitate existunt. Et quamvis multa, tamen ex innumerabili eorum multitudine non nisi pauca memoravi! Plato[b] animi naturam comparavit currui juncto duobus equis, gubernante auriga: aurigam fecit *νῦν*, *mentem*; alterum equum agentem, fervidum, *θυμὸν*, *iræ impetum*; alterum, patientem, pigrum, *ἐπιθυμίαν*, *cupiditatem*. Jam quis umquam humanus *νῦς* corpori ex hac terrena fæce conflato

[b] In Phædro, p. 344, E.

incluſus, ita ſui ipſe imperium obtinuit, ut ſuas ſibi facultates ſemper dicto obedientes haberet, eaſque in recta perpetuo via contineret. Et Plato illam conſtantiam ſolis Deorum curribus tribuit. Meus quidem currus ita comparatus eſt, ut auriga et vigilet et regat quoad ejus fieri poteſt, eique obtemperet fervidus equus; at piger equus perpetuo conjugis equi alacritatem retardet, et ab auriga necquicquam voce ſtimuliſque excitetur. Atque hujuſmodi plane plerorumque, quibuſcum degi, hominum negotium cognovi. Unus fortaſſe et alter ex raro videbatur mihi eſſe genere eorum, qui ſui ipſi imperium obtinerent. Videbam eos quotidie ſuas res agere, non modo negotia, ſed et otia et literarum ſtudia, certis horis diſtributa deſtinataque habere: neque a præſcripta illa deſignataque via recedere. Felices eos prædicabam: quærebam ex iis, quomodo hanc felicitatem conſecuti eſſent; ſi forte eam ipſe quoque conſequi poſſem. *Voluntate*, aiebant, *et conſuetudine*. Itane, inquam, voluntate et conſuetudine? Atqui voluntas mihi numquam defuit, conſuetudinem conſequi non potui: hæc, quæſo, quomodo comparatur? *Voluntate*, aiebant: atque idem iterum iterumque interroganti, idem reſpondebant: vehementer quoque mirabantur, me, quem in Literis aliquid profeciſſe dicebant, non ipſorum ratione modoque vivere. Næ vos, inquam, mirifici eſtis homines, aut potius plus quam homines, heroes ac ſemidei, qui tam efficacem habeatis voluntatem: ego ſum unus e multis, voluntas adeſt, vires deſunt, ſæpe in via deficio, ſæpe a via in diverticulum deferor: vos, ut cæleſtia corpora

et ſidera, eumdem perpetuo et æquabilem tenetis motum. Cæterum ab his diſcedens ac rem mecum ipſe reputans, intelligebam eos eſſe homines valde laudabiles, efficaces item et utiles ad quotidiana vitæ negotia cum domeſtica et publica, tum etiam literaria, minus tamen ad egregia et inſolita opera: nec ſane ullum eorum ex hoc genere opus, quamvis diligenter quærens, reperiebam: itaque eos, in ſummo illo ordine, hoc ipſum, ut ita dicam, homines ordinarios eſſe, aut potius ſine illo ordine nullos futuros fuiſſe.

Neque vero ita hoc dico, ac ſi ordinem magis mediocritatis quam excellentiæ effectorem eſſe exiſtimem. Nam nullum eſt tantum ingenium, ut ad diſcendum progrediendumque ſine ordine quidquam magnopere valeat: et ipſe me in Præfatione p. 33. profeſſus ſum et adhuc profiteor non in velocibus ingeniis, ſed in tardis, quæ labore et ordine nituntur. Et vellem ſane ordinis legem conſtantius ſequi poſſem: ſed quando non poſſumus quod volumus, debemus velle et agere quod poſſumus, obſervare opportuna ad agendum tempora, ubi excitari nos et alacriores ad laborem fieri ſentimus, eaque tempora ſubito ſe offerentia ſubito arripere ac ſequi, ſepoſitis, quoad ejus fieri poteſt, ordinariis negotiis. Equidem quo magis illi γνῶθι σεαυτὸν ſtudeo, eo magis meam ipſe mediocritatem agnoſco; reperio meum ingenium in media quadam claſſe verſari: neque in infima eorum, qui, niſi perpetua ac ſevera ordinis lege adſtricti, nil poſſunt: neque in ſuprema eorum, qui ſine ordine omnia poſſunt: ſed in media eorum, qui

ordinem et ſequi plerumque, et deſerere ſubinde, debeant. Memini me per complures dies, atque adeo menſes, aliquando nihil agere poſſe, ac deinde vehementer dolere tantum mihi periiſſe temporis: poſtea majore ſtudio, et inſtauratis quaſi viribus, intermiſſa ſtudia repetere, et amiſſum tempus compenſare. Quid igitur? Quod alacritas deficit, quod redit, non eſt in mea poteſtate. Ut deficientem alacritatem non invitis Muſis in eodem ſtudio retinere coner, ſed ad aliud non inutile ſtudium traducam: ut redeuntem excipiam ac ſequar; horum utrumque in mea eſt poteſtate. Itaque eo fere inducor ut putem, amiſſum illud tempus dolere, idem eſſe ac dolere me hominem natum eſſe. Mens humana, quamdiu conjuncta eſt cum illa equorum biga, niſi currum ſubvertere velit, equos non ſolum imperio ſed obſequio etiam reget, ſæpe eorum ingeniis indulgebit, magis lenitate quam vi utetur. Maneat ergo hoc, multum valere fortunam ut in omni vita, ita in ſtudiis artium, literarum, doctrinarum: ſed plus etiam valere prudentiam et rationem, quæ oblata fortuna ſcienter utatur: haud ſecus atque gubernator navem eo quo vult perducit, dum ventis obſecundat ac prudenter utitur.

Ergo, quum de vi fortunæ, ut de pleriſque rebus, duæ ſint eæque diverſæ et contrariæ hominum opiniones, aliis nimium, aliis parum ei tribuentibus; nos inter iſta extrema medium teneamus. Eſt autem inter nimium et parum in medio id, quod *ſatis* appellatur. Demoſthenis[c] hæc in primis fertur ſen-

[c] Orat. Olynth. II. p. 24, C.

tentia: μεγάλη ῥοπὴ, μᾶλλον δὲ τὸ ὅλον, ἡ τυχὴ παρὰ πάντ' ἐστὶ τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα· *in rebus humanis omnibus magnum, immo omne, momentum eſt fortunæ.* Sed hoc ad popularem concionis ſenſum, non ad philoſophiæ Auctoritatem referebatur. In eodem eſt genere veteris poetæ dictum: *Vitam regit fortuna, non ſapientia:* quod laudavit Theophraſtus, ut Cicero[d] ait, eamque ob cauſſam libris et ſcholis omnium philoſophorum vexatus eſt. Equidem utriſque ignoſcam et vexato et vexantibus. Theophraſtus dictum laudare poterat, ut vulgarem opinionem: alii reprehendere poterant, ut philoſophiæ ſententiam. Nam philoſophia cum multa nobis bona pollicetur, tum hoc in primis, ut nos in libertatem vindicet e ſervitute fortunæ, noſtrique imperium, illi ereptum, nobis reſtituat. Igitur plerique philoſophi parum fortunæ tribuerunt: non ſolum ii, quorum doctrinæ hoc erat conſentaneum: ſed ii etiam, quorum adverſabatur doctrinæ, capti ſcilicet gloria profeſſionis. Metrodorus, Epicuri familiaris: *Occupavi te,* inquit, *fortuna, atque cepi, omneſque aditus tuos intercluſi, ut ad me adſpirare non poſſis.* Aliquanto modeſtius ipſe pater Epicurus: *Exigua ſapienti intervenit fortuna:* id eſt, in ſapientis vita paucos eſſe locos, qui fortunæ pateant. Modeſtius, inquam: nec tamen aut verius, aut conſequentius. At Stoici conſtantius: qui ſapientem nulla in parte a fortuna pendere, ſolum non modo liberum, ſed etiam regem ſui ipſum volebant. Conſtantius, inquam: nec tamen accommodate ad hu-

[d] Tuſc. V, 9.

manam naturam, quæ illum ſapientem non capit. Nos, qui non ſumus ſapientes, medio inter ſapientiam et fortunam verſamur loco. Multum in rebus noſtris valet fortuna: plus etiam ſapientia valere poteſt, ſi ei pareamus ut gubernatori, fortuna utamur ut ventis. Et huc ſane redit tota Philoſophia, ſi quidem recte ab ipſis Stoicis τέχνη βίυ, *vitæ ars*, definitur.

Sed quid hæc diſputatio ad noſtrum argumentum? Sane multum. Nam qui ab Interprete tale quid poſtulat, ut nil perperam factum, nil neglectum, opportunus aliorum Auctorum locus nullus omiſſus deprehendatur: hic profecto Interpretem vult ab omni fortunæ dominio liberum et immunem, plane perfectum ſapientem ad Stoicorum normam. Ad quam legem et conditionem ſi Interpretes ſemel redigantur, quis tandem mortalis, quamvis doctus et ingenioſus, Interpretis provinciam ſuſcipere audeat? Hoc illud eſt quod magnum Hemſterhuſium ab edendis antiquis Auctoribus deterruit: quod, ut de eo prodit Ruhnkenius[e], "Nihil, niſi quod omnibus "numeris expletum eſſet, a ſe exire vellet: quod, "quamcumque rem tractandam ſumſiſſet, eam ita "excutere et cum pulviſculo exhaurire ſtuderet, ut, "qui poſthac idem agere inſtitueret, omnem ſibi "materiam præreptam fateretur. Quibus de cauſſis, "memoriæ ſuæ, fidiſſimo cæteroquin omnium, quæ "ſemel legiſſet audiſſetve, cuſtodi iraſci ſolebat, ſi "vel leve quiddam, quod eodem pertineret, ſibi poſt "editum librum ſuppeditaret." Sæpe etiam accide-

[e] Elog. Tib. Hemſterhuſii, p. 65.

bat, ut aliquis minorum gentium Criticus, atque adeo terræ filius, interea tale quid animadverteret et continuo in publicum proderet, vel uti graculus in prædam ita in hanc gloriolam involaret, altum quoddam raucumque clamaret, se nimirum id vidisse quod tantum virum latuisset. Quibus graculis ut non magnopere movebatur Hemsterhusius, ita minus etiam ad scribendum excitabatur. Enimvero quis umquam fuit editor, cui non post editum librum quædam in mentem veniant prætermissa? Et hæc tamen in scriniis servat interea dum vulgandi opportunitas offeratur: nisi si quis pueriliter, ut ita dicam, edituriens, quotannis Animadversionum libellum vulgare velit, quibus veteres retractet, et novas item subitaneas addat proximo rursus anno et libello retractandas; ut scilicet partum ipse suum ostentet, nec ejus gloriam sibi ab alio præripi sinat, Μήτις κῦδος ἄροιτο βαλὼν, ὁ δὲ δεύτερος ἔλθοι. Unus fortasse est commentarius Ruhnkenii in Timæi Lexicon Platonicum, ex editione altera, cui nil ad absolutionem desit. Sed quis dicat, non uno aut altero loco quid addi posse? quandoquidem ea est horum operum natura ut semper accessioni locus relinquatur. Atque, si quid video, unus fuit post renatas Literas Ruhnkenius ex paucis iis, quibus hoc in studiorum genere, par cum efficacia facilitas, par cum secundo fortunæ flatu gubernandi solertia obtigerit. Equidem ipse quoque in Plutarcho editionem mihi proposueram omnibus numeris absolutam, præsertim quod ad colligendum doctrinæ apparatum attinet. At mox animadverti, me majus quoddam quam pro

humano et captu et vitæ ſpatio concepiſſe: meum propoſitum ex illa magnitudine in arctiores fines redegi. Itaque hoc teneamus, noſtro nos modulo metiamur. Ne ſperemus nos omnem futuri interpretis operam occupaſſe ac ſupervacaneam reddidiſſe. At ſperemus operam noſtram inventuram æquos intelligenteſque judices, qui eam ex majore cenſeant parte, errores noſtros cum recte factis compenſent, hæc potius laudi quam illos vitio nobis vertant.

Hac ego ſpe fretus meum adhuc iter tenui: nec me aliorum feſtinatione ipſe ad feſtinandum induci paſſus ſum, qui interea, dum ego meum opus agerem, vel totius editionis, vel ſingularum animadverſionum mihi laudem novitatemque præriperent. Neutris iraſci debeo: illis, quia nil niſi idem atque ego ſtadium ingreſſi, curſu me præverterunt: his, quia eodem ipſe adoleſcens morbo laboravi. Illa ætate ſubinde Criticos libellos edere geſtiebam; ne ſcilicet animadverſiones publica luce, ut putabam, dignas, præſertim in locos a claris Criticis fruſtra tentatos, in tenebris continerem. Quem meum morbum et maturior ætas ſanavit, et Ruhnkenii admonitio. Hic meum ſtudium ab iſtiuſmodi libellorum editione ad Plutarchum convertens, *His tuis emendationibus*, aiebat, *locum aliquando dabis in editione operum Plutarchi.* Cui ego: *Quid vero, ſi quis illas mihi interea præripit?* Tum ille: *Pauperis eſt numerare pecus: et vel præreptas tu ut tuas prodes emendationes: certe, præſtat magnum opus agere, quam in levibus opuſculis tempus perdere.* Ergo poſtea, neque in Bibliotheca Critica, ubi hujus negotii

locus videbatur esse, illas emendationes vulgavi; nisi forte ad eos Auctores referrentur quorum in editionibus censendis versarer. Neque etiam reliquas omnes in his Plutarcheis Animadversionibus prodam; certe, non nisi eas quas Animadversionis cujusque argumentum postulare videbitur.

Hac item spe fretus, non laboro de graculis. Horum est duplex genus. Alii in errores et prætermissos locos involant: alii in recte vereque dicta. De illis supra dixi: de his nunc dicendum. Et vero plane sunt germani posteri illius in fabula graculi, qui assumtis aliarum avium pennis superbiebat: frequentes illi in genere cum Bibliopolarum tum Scriptorum: apud quos, ut sunt seculi mores, plagii quæstus non magis turpis habetur, quam heroicis temporibus piraticam factitare. Atque, ut tunc sine contumeliæ suspicione peregrinos advenas interrogabant an essent λῃϊζῆρες[c], ita nunc sine ignominiæ nota quærimus et narramus de Scriptoribus et Bibliopolis, utrum sua an aliena, id est furto surrepta, vendant: non illi quidem ψυχὴν παρθέμενοι, vitam periclitantes, sed bonam existimationem abjicientes. Et tamen neutri rationem, qua se tueantur, sibi deesse putant. Bibliopola profitetur, se exempla boni libri frequentare, ejusque fructum ad plurium hominum usum propagare. Scriptores, quippe cum lucro etiam gloriolam consectantes, dictitant se libri materiam, bonam quidem illam, sed rudem et indigestam, judicio elegantiaque digerere et ad communem captum ac publicam utilitatem conformare.

[c] Homer. Od. γ'. 73. ι'. 254. Thucydid. I, 5.

Itaque bifariam fit hæc librorum repetitio. Nam Bibliopola vel ſimpliciter librum recudit, ne verbo quidem mutato: quo in genere eſt Lipſienſis, qui hanc noſtram editionem reddere inſtituit forma octava, inſicetum prorſus et ſordidum negotium cum charta, tum literarum formulis: et gloriatur etiam ſe plurima noſtræ editionis typographica menda correxiſſe: quod quale ſit poſtea videbimus. Vel hominem conducit, qui quaſi novam recenſionem faciat: hic ſuo ipſe judicio mutat, addit, omittit quæ vult, notas animadverſioneſque editoris ita transformat ſuiſque infercit, ut ipſe earum auctor et inventor videatur: quo in genere eſt Tubingenſis Bibliopola. Nec tamen ſatis ambobus inter ſe convenit: plane ut λῃϊζῆρες in eamdem prædam incidentes, ea ſolus uterque potiri cupit. Feſtivum eſt negotium. Ille hunc furti reum agit, qui meas Annotationes mutilaverit ac ſurripuerit. Ille quid reſponderit, ſi modo reſpondit, neſcio, nec ſcire curo; nam caſu hæc mihi controverſiola, ejus prorſus incurioſo, ad aures notitiamque accidit. Si verum volumus: hic, ut in furto jam more majorum omnibus libero et conceſſo, ſimpliciter et aperte agit, ac priſcum quaſi candorem præ ſe fert: ille apud æquos etiam judices nomen genuſque illius in fabula graculi effugere vix poſſit. Mihi hæc audienti in mentem veniebat alterius cujuſdam fabulæ de duobus pueris, quorum uterque ex eadem domo pallium ſurripuerat: alter ſuum, ut erat, pallium geſtabat: alter e ſuo tunicam ac pænulam faciebat, atque alterum conſpicatus, *Quin te pudeat*, inquit, *ita aperte pallium tuum geſtare ac*

furem videri! Cui alter: *Quid ni gestiem in tanta omnium erga fures lenitate ac patientia? at tu, cujus non minus quam meum patet furtum, præterea quoque vanus et mendax habeberis.* Quod autem ad menda typographica nostræ editionis attinet, hoc totum non tam ex re et veritate, quam astutia et cupiditate hominis Lipsienfis fertur, qui, hac reprehensione in titulo posita, suis exemplis emtores quæsivit. Horum unum casu in meas manus incidit: vidi pauca vitia correcta: vidi etiam nova: et plura, opinor, nova vidissem, si nauseam ferre potuissem in legendo tam spurco immundoque exemplo operis quod inde a longo tempore in nitidioribus et nuper in nitidissimis illis Oxonienfibus exemplis legere assueveram. Lepidum est quod mihi ante paucos hos dies scripsit vetus in Gallia amicus, homo doctus: *Plutarchi tui*, inquit, *nulla sunt apud nos Oxonienfia exempla propter intercluſum commeatum: Lipſienſia vidi: hæc vero adeo ſunt ſqualida et horrida, ut nemo homo, niſi ſtomacho oculiſque præditus Germanicis, ea perlegere ſuſtineat.* Equidem hujusmodi stomachos oculosque laudo, quos inculti et agrestes istarum officinarum fœtus a legendis bonis libris non deterrent: bibliopolas reprehendo, qui, lucri cupiditate ducti, non aliquanto diligentius studiosorum hominum sensibus consulunt. Cæterum affirmare possum, me adhuc in Oxonienfi Græco contextu et Latina versione, aut nulla aut pauciſſima reperisse operarum vitia: unum alterumque in Annotationibus et Præfatione: vix unum et alterum quod sensum turbet, nec facile ab homine mediocriter docto cor-

rigi queat. Sed huic qualicumque incommodo et conſultum jam eſt in Erratis, et nos amplius conſulemus in Animadverſionibus. Satis dictum de Bibliopolis: quos ne attigiſſemus quidem, niſi eorum cauſſa conjuncta eſſet cum hominibus literatis alieni laboris interceptoribus: de quibus ſupereſt ut dicamus.

Quicumque ingenii ſtudiique ſui fœtum ſcripto ad publicam utilitatem vulgant, ut alius alia impellatur cauſſa, ita hæc eſt communis omnium, et hoc pariter omnes ſpectant, ut ſuum opus ad plurimorum, quoad ejus fieri poſſit, cognitionem perveniat: aut niſi hoc conſequantur, certe ut ab iis, ad quorum cognitionem opus pervenerit, aliquam gratiam ineant: niſi hoc, at ut ipſi ejus auctores habeantur ac ferantur: ſi ne hoc quidem, ſaltem ne alius auctor habeatur: ſin denique hac item fruſtrentur ſpe, at poſtremo ut is alius aliorum opinione auctor feratur, non ipſe ſe inſcribat operi, minus etiam ut meliores operis partes ſibi vindicet ac venditet, deteriores auctori relinquat, objiciat, exprobret. Quod ſi ſapiens, vulgi laudem cognitionemque ſpernens, certe in rebus indifferentibus ponens, et ſatis habens bene feciſſe etiam ſi iis, quibus bene fecit, ignotus occultuſque maneat, tamen aliorum gratia tangitur; propterea quod virtus in beneficentia conſiſtit, cujus effectus eſt gratia: quod ſi porro gratiæ effectus conſtare nequit, niſi auctorem beneficii cognoſcamus et agnoſcamus, eaque cognitio et agnitio animos et dantis et accipientium mutuo benevolentiæ ſenſu et charitatis vinculo conſociat, eoque ſenſu vinculoque

virtus cum voluptate conciliatur, et utriuſque humaniſſimus cernitur fructus: igitur ſi in ſapiente hoc laudatur, quomodo in Scriptoribus, qui non ſapientes, ſed tamen ſapientiæ ſtudioſos, ſe profitentur, reprehendatur, ſi hominum, certe intelligentium, cognitione, exiſtimatione, laude, gratia, moventur atque afficiuntur? Sed hæc Scriptorum voluntas, hoc eorum in ſuos fœtus, ut parentum in liberos, jus, hic beneficii gratiæque fructus, qua pietate his temporibus colatur, latere poteſt neminem, qui editiones antiquorum Auctorum in Germania præſertim factas tractaverit. Antea ſuum cuique tribuebatur, ſui cujuſque firma ſanctaque erat poſſeſſio: ferebantur in primis editiones, uti vocabantur, *cum notis variorum*, in quibus ſub ſui auctoris nomine quævis nota exſtabat: hujuſmodi editionum feraciſſima fuit Batavia noſtra: hujus eadem religionis tenaciſſima etiamnum eſt. At nova ſecta exſtitit, plane illa ex genere graculorum: qui vetus illud nomen *variorum*, et cum nomine religionem riderent; ut nimirum ipſi nudi, nullo Veterum uſu apparatuque inſtructi, priorum ſe copiis interpretum veſtirent atque inſtruerent. Ecce, veteris Auctoris novus exiſtit editor! Quid agit? Priorum interpretum commentarios animadverſioneſque in unum acervum congerit; haud aliter atque architectus, in aliena materia dominatur: inde, quidquid vult, promit ut ſuum; reprehendendi materiam nactus, verum dominum inventoremque nominat et in triumpho ducit. Nonne magis etiam improbe agit quam vetus ille graculus, cui ſatis erat aliarum ſe avium pennis ornaſſe,

aves ipſas non vexabat? Sed utilitatis quid afferunt iſtæ editiones? Doctis aut nihil, aut parum: ne indoctis quidem ac tironibus, quibus deſtinatæ ſunt, tantum quantum vulgo putatur; quippe ſæpe alienæ materiæ, nec ipſo Veterum uſu collectæ, ignoratione, ſæpe ejuſdem conſtipatione, ſæpe inani loquacitate, et ipſæ errantes et legentibus errorem caliginemque offundentes; ut ipſe Auctor ſolus et minore cum erroris periculo legatur, et facilius intelligatur. Neque vero hoc ita dico, ac ſi omnes in eadem levitate ſint editiones iſtæ. Sunt omnino quædam factæ a viris doctis et ingenioſis, nec alieno indigentibus ornatu: ſed et hæ fere, ut reliquæ, ita ſunt comparatæ, ut alienas opes pro ſuis venditent.

Jam dicat quis, Tu vero aliorum reprehenſor, qua ipſe diligentia et religione provinciam interpretis adminiſtrabis? Equidem et partim dixi, et dicam quod ſupereſt: ſed dicam ad æquos illos intelligenteſque lectores, quos mihi adminiſtratæ hujus provinciæ judices obtingere opto: et dicam cum de me, tum de deceſſoribus ac ſucceſſoribus meis. Vos igitur appello, æqui intelligenteſque judices! Vos obſecro ut mihi ignoſcatis, ſi quid erravero, vel ignorantia, vel negligentia, vel oblivione: ſi minus quam pro tot annorum exſpectatione doctrinæ copiarumque attulero. Legentium ſtudiis ita conſulam, ut nullum non locum difficilem obſcurumve vel expediam ſi potero, aut ſin minus potero, difficultatem notem, meamque ipſe ignorantiam non diſſimulem. Deceſſoribus meis Xylandro, Stephano, aliis, ſua nec detraham bene facta inventaque, nec mihi vindicabo.

Eorum, qui ſingulares Plutarcheos libellos tironum captui accommodarunt, copiolas non conſectabor: atque ſi ſubinde, ut fit, eadem ipſe loca monitaque attulero, hæc non ex illorum rivulis, ſed ex ipſis fontibus in meum apparatum ducta ex eoque in Animadverſiones depromta erunt. Succeſſores mei, ſive univerſa ſive ſingularia Plutarchi opera edituri ſint, meam operam etiamſi ſi ſuperaverint, ne deſpiciant: illi cogitent, longe majoris eſſe laboris fundamenta jacere ædificiumque exſtruere, quam exſtructo faſtigium imponere: hi attendant et quanto ſit facilius unum copioſe, quam octogenos modice ornare libros, et in parvi libelli quamvis copioſo commentario conficiendo non omnia exhauriri a nobis poſſe, multaque noſtram diligentiam effugere, quæ ad rem pertineant: quorum utrumque ipſe expertus ſum in libello de Sera Numinis Vindicta. Hujus editio quanto habuerit faciliorem effectionem quam editio univerſorum operum, dixi in præfatione primo Volumini præmiſſa: et Animadverſiones meæ ad illum libellum quamvis frequentes ac refertæ tamen eum habent modum, ut, non dico ad perfectionem, ſed ad neceſſarium interpretationis officium multa iis deſint: quorum haud contemnendam partem poſtea vidi et annotavi. Cæterum a ſucceſſoribus meis ſi exſpectem ut, qua ego erga meos deceſſores religione uſus ſum, eadem ipſi erga me utantur, non videar nimiam ab iis gratiam exſpectare. Sin hoc majus eſt quam pro hujus ſæculi moribus, meique mihi ſucceſſores ſe graculos præbebunt; conſolabor me cum conſcientia recte factorum, tum ſocietate mag-

norum virorum: neque communem recuſabo ſortem, quo minus mea inventa a meo in alienum nomen transferantur, dummodo bonarum Literarum ſtudioſis aliquem ingenii fructum afferant.

Scripſi Amſtelodami, menſe Januario, anni MDCCXCVIII.

DANIELIS WYTTENBACHII

ANIMADVERSIONES

IN

PLUTARCHI

MORALIA.

D. W.

ANIMADVERSIONES

IN LIBRUM

ΠΕΡΙ ΠΑΙΔΩΝ ΑΓΩΓΗΣ.

DE PUERORUM EDUCATIONE.

DISPUTATIO,

Qua oſtenditur, ſcriptorem hujus libri non eſſe Plutarchum Chæronenſem.

HUNC mihi libellum non a Plutarcho ſcriptum videri, et antea ſæpe ſignificavi, et nunc diligentius oſtendendum eſt. Equidem non dubito fore nonnullos, qui ſe faciles præbeant, mihique vel nullas afferenti rationes aſſentiantur, ut nimirum in Plutarcheorum librorum lectione ſatis verſato ad veram germanamque eorum formam ac ſcriptionem a ſuppoſititia dignoſcendam. Sed idem ego alios fore prævideo non item faciles, qui rationes ſibi reddi explicarique poſtulent, unde ipſi judicent probandamne an improbandam meam ſententiam putent. Ego vero utriſque conſulere velim, et horum ſeveritati, et illorum facilitati. Utrique igitur cogitent, in tota Critica duo eſſe quibus omne judicium regatur, rationem et auctoritatem. Faciles hortor ne auctoritati nimium tribuant, neque vel mihi vel cuiquam alii ſimpliciter affirmanti credant. Diffi-

ciles moneo, si forte rationum mearum vim, hujusque libelli in forma et oratione a germanis Plutarchi scriptis diversitatem, minus perceperint ac senserint, ut secum reputent hunc sensum non nisi longo Auctoris usu comparari, nec rationibus explicandis in aliorum animos inferri, sed auctoritatis instar obtinere; igitur, si usum mihi concedunt, necesse esse ut etiam sensum mihi concedant, ejusque auctoritatem apud se valere patiantur. Utrique ut rationes nostras et facilius assequantur et accuratius percipiant, earum explicationem ab universa generis distributione repetamus.

Igitur notæ quibus spurius censetur aliquis liber, sunt vel internæ, vel externæ. Utriusque generis formæ sunt multæ. Externæ, præcipuæ quidem, hujusmodi sunt: si liber jam ab Antiquis spurius habitus est: si ab iisdem prolata sint quædam ex hujus nominis et Auctoris libro quæ hodieque in eo non exstent nec locum inveniant: si Antiqui de eo taceant ubi mentionem facere debuissent, aut memorent sub alterius nomine auctoris: si res factaque in eo prodantur incredibilia et communi antiquitatis usui ac testimonio repugnantia: si res voceque occurrant, ætate auctoris, cujus nomine liber fertur, nondum factæ neque cognitæ: veluti, ut hoc utar, in Phalaridis Epistolis frequentes sunt hujusmodi notæ a Bentleio deprehensæ et excussæ. Estque hoc genus ita in promtu manifestoque positum, ut doctis quidem facile in oculos incurrat, et semel ostensum etiam minus doctos moveat. Internæ notæ in eo cernuntur: ut, non quidem ab illa ætate, sed ab ipso Auctore alienæ sint: ut differendi ratio, argumentorum, præceptorum, exemplorum delectus, dispositio, explicatio, ut orationis habitus cum in singulis verbis, tum in eorum compositione, tum in sententiarum conformatione et continuatione, ab Auctoris consuetudine et ingenio abhorreant. Quod genus plerosque latet: nec nisi ab his, et a paucis adeo horum, animadvertitur qui non modo universæ antiquitatis et linguæ scientia valeant, sed peculiariter ejus, de quo quæritur, Auctoris longo usu et formam animo impressam et orationem auribus quasi et sensu cog-

nitam habeant. Et ſunt hujus generis complures gradus, prouti notæ illæ magis minuſve vel frequentes, vel manifeſtæ et conſpicuæ ſunt.

Jam judicium de hoc libello totum in illo altero ac difficiliori genere verſatur. Nulla eſt nota externa, niſi forte una, ſed ea per ſe ſola mediocris momento et evidentia: nulla certe manifeſta et minus doctis perſpicua. Omnes ſunt internæ, reconditæ, ab Auctoris uſu repetendæ; ut fere ad indocilem ſenſum referantur, et exiguum rationi locum relinquant. Igitur pauciſſimi fuerunt qui de hoc libello νοθείας ſuſpicionem conciperent: certe qui eam proderent, quod ſciam, non niſi duo fuerunt: alter, M. A. Muretus, Var. Lect. XIV, 1, ubi locum corrigens Capitis XV hujus libelli, ſic præfatur; *in libello, qui Plutarchi quidem non videtur, ſed inter ipſius opuſcula tamen legitur, De Liberis Educandis:* alter, Jo. Rualdus, Vita Plutarchi, XX, p. 41, ſive is ſuopte ingenio, ſive, quod credibilius eſt, illo Mureti judicio admonitus, hoc vidit. Et vero mirandum eſt tam paucos extitiſſe qui hoc per ſe ipſi animadverterent ex tot Plutarchi lectoribus: in quibus fuerunt a quibus talem quis animadverſionem merito exſpectaſſet, cum principes Græcarum Literarum, tum editores, ne dicam ſingularis hujus libelli, ſed omnium Plutarcheorum operum, qui eorum formam ſenſumque uſu perceptum tenebant, eruditiſſimi homines Xylander et Stephanus. Sed quid eos dicam, qui hoc per ſe ipſi aut non animadverterunt, aut animadverſum non vulgarunt? cum plerique etiam admoniti illa Mureti ac Rualdi animadverſione, eam improbarint ac reprehenderint: ex quibus ſatis eſt duos nominaſſe, T. A. Fabricium, magnum profecto virum Biblioth. Gr. III, p. 348, et Jac. Frid. Heuſingerum, non quidem illum tantum virum quantus poſtea exſtitit, ſed tamen adoleſcentem haud contemnendæ doctrinæ, et in præcipuis ſingularis hujus libelli editoribus cenſendum. Alii et primarii adeo viri cum inſigni hanc ſcriptiunculam laude memorarunt. Jo. Toupius, ingenioſiſſimus criticus, ad Longin. p. 171, vocat *elegantiſſimum libellum*. Huic minime poſtponendus, ſed præponendus

etiam in ea Critices parte, quæ quid cujuſque ſit judicat, L. Kuſterus ad Jamblich. V. P. §. 211. nominat *aureolum libellum*. Qui quam ſit elegans, quam aureolus, videbimus. Has equidem ei laudes nec tribuo, nec invideo; modo ne, pervulgato errore, tribuatur Plutarcho.

Cujus ego erroris cauſſas quærens, unam eamque veriſſimam, mea ipſe experientia doctus, hanc reperi. Libellus in omnibus exemplis editis primum habet locum, primus eſt ordine et numero. Igitur quiſquis ad libellos Plutarchi Morales accedit, in hunc primum incidit, hunc legit novus et hoſpes in forma et oratione Plutarchea: hujuſque ſenſum, ſi forte, poſtea demum legendi progreſſu colligit: pauciſſimi, vel dicam nemo, finito volumine ejus lectionem continuo iterant, jam inſtructi ad judicandum, utpote recentes a lectione Auctoris ejuſque ſenſu imbuti. Quod ſi plures feciſſent, plures hunc libellum falſi nominis ſuſpectum habuiſſent. Nunc, ut ſit, evanido et refrigerato per temporis ſpatium et aliorum Scriptorum lectionem Plutarcheo ſenſu, redeunt ad Plutarchum item ut primo novi et hoſpites, et nil quidquam ſpurii aut ſuſpicantur aut ſentiunt. Ita non ſolum libellus *De Educatione* apud pleroſque doctos homines in falſa auctoritatis poſſeſſione manſit: ſed manſerunt etiam alii libri, et manifeſtioris fraudis illi, et apud minus doctos, veluti *De Philoſophorum Placitis*, *De Vitis X Oratorum*, et manifeſtiſſimi duo ineptiſſimique gemini ex eadem fraudis officina prodiiti, *Parallela Græca et Romana*, et *De Fluminibus*. Dicam quid mihi acciderit. Primus ex omnibus Plutarcheis libris mihi puero in manus incidit hic ipſe *De Educatione*, atque adeo exemplum editionis Heuſingeri. Hic in præfatione Muretum graviſſimi erroris reum agit et, ut ſibi videtur, confutat, quod iſtum libellum ſpurium judicaverit. Aſſentiebar Heuſingero: et diu poſtea in hoc perſtiti aſſenſu, quamvis in literis et Plutarchi lectione progreſſus. Sed ecce! per ſuſceptam editoris provinciam factum eſt ut Plutarchum ſæpius relegerem; ut eum porro cum ſcriptis codicibus conferre inciperem, ac ſecundum codicum ſeriem alium deinceps et alium librum conferre per-

gerem. Ibi tum evenit, ut quoties ab aliis iisque germanis Plutarchi libris ad istum *De Educatione* accederem, toties mihi nescio quid novum ac peregrinum, ab illa Plutarchea copia et gravitate diversum leve et inane, ad animum sensumque accideret. Idque paulatim animadvertendo tale tantumque esse cognovi, ut hic libellus nullo modo a Plutarcho, sive juvene illo sive sene, scribi potuerit, sed alium quemvis opificem habere debuerit. Sed hoc non nisi ad meum mihi sensum satis erat. Nunc age experiamur, an hunc implicitum animo sensum ad judicii perspicuitatem diligentiamque explicare, et hactenus certe cum lectoribus nostris communicare possimus, ut assensum nobis suum ne denegent. Cæterum, quum hoc judicium versetur in demonstratione notarum spurii et alieni operis, eaque demonstratio sit pars Animadversionum, neque ab iis disjungi possit quin ipsa disjunctione mentes legentium distrahantur; tamen, quo certius in hac censura et nos progrediamur et alii nos sequantur, præmittamus argumentorum nostrorum cum universorum distributionem, tum eorum, quibus in Animadversionum serie certus non est locus, explicationem.

Distributio Argumentorum.

Dixi, Argumenta nostræ disputationis esse *interna*, nisi forte uno excepto *externo*; igitur de hoc primum exponemus, deinde *interna* persequemur. *Interna* duobus continentur generibus, altero *rerum*, *verborum* altero: quorum utrumque complures habet partes ac formas. *Res* constant *materia* et *forma*. In *materia* videndum *quid adsit*, *quid desit*: in utroque spectandæ sunt partes: est enim *materia* vel in facto posita, id est *historica*, vel in ratione, id est *dogmatica*. Forma continetur duabus partibus: *ordine*, id est distributione ac dispositione materiæ: *argumentatione*, id est nexu et efficientia conclusionum. *Verba* complectuntur omne illud quod *oratio* et *stilus* vocatur. Ergo *oratio* cernitur, vel in singulis verbis dictionibusque: vel in earum compositione, continuatione et toto habitu. Totam

igitur in hoc libello rerum verborumque ſylvam ac formam dico eſſe alienam et abhorrentem a Plutarchi ingenio, doctrina, ratione, conſuetudine.

SECTIO I.

DE ARGUMENTO EXTERNO.

Argumentum externum unum fortaſſe nobis ſuppetit, ductum a ſilentio Veterum: quod, ut non maximam, ita non nullam habet vim: certe, non omittendum eſt. Teſtimonia igitur Veterum, quibus hic libellus Plutarcho vel adjudicetur vel ab eo abjudicetur, non exſtant. Nam, quod quidem ſciam, non memoratur ab aliis ſub nomine Plutarchi ante Seculum XIV. quo Macarius Chryſocephalas, ut ex aliis germanis compluribus Plutarchi ſcriptis, ita ex hoc tamquam germano, locos in ſuam Ῥοδωνιὰν legit. Inter Morales Plutarchi libros jam antea ferebatur; quippe qui continetur etiam in Codicibus a me collatis A, D, F, et duobus Moſcuenſibus, qui omnes antiquiores, ex Seculo XI. XII. XIII. cenſentur. Ut nunc eſt, antiquiſſimum ejus veſtigium exſtat in Sententiis Maximi et Antonii, ubi p. 704, nullo addito vel auctoris vel libri nomine, exhibetur locus ex Cap. V. p. 3. E: Εὔπλαστον γὰρ ἡ ὑγρὸν ἡ νεότης.—Duo alii loci, quorum alter p. 818. ult. Plutarchi nomen adſcriptum habet, certe deinceps aliis ſubjectus eſt nomen Plutarchi adſcriptum habentibus, Οἱ ἐν εὐδίᾳ πλέοντες—, qui referri videtur ad hujus libelli Cap. XI. p. 8. C: alter ſine Plutarchi nomine p. 933. Τὰ μὲν γὰρ σώματα τοῖς συμμέτροις πόνοις—quem quis forte ſumtum putet ex eodem libello *De Educatione* Cap. XIII. p. 9. B: hæ igitur ſententiæ nec verbis nec rebus ita cum hujus libelli locis congruunt, ut hinc potius quam aliunde eas petitas affirmaverim. Ergo fuerit ſane illa ætate hic libellus: an ſub nomine Plutarchi jam fuerit, ſtatuere non poſſumus. Equidem eum Plutarcho non auſim multo recentiorem facere; utpote abhorrentem ab illius magis proprietate, quam ætate.

In *Catalogo Lampriæ*, qui dicitur, nullus memoratur hac inſcriptione liber, ubi ex libris Moralibus, qui nunc ſunt, octogenis, ad ſexaginta et quatuor memorantur. Sed neque hinc in alterutram partem argumentum ducas; ſiquidem Catalogus ille poſtrema parte truncatus ad nos venit.

Non memoratur apud *Stobæum*, ubi frequentes ſunt ex aliis Plutarcheis et perditis et reliquis libris loci. Integrum Stobæi opus conſtabat quatuor Libris: Libri II. Caput 32. erat Περὶ παιδείας καὶ ἀγωγῆς, ut novimus ex Photio Biblioth. Cod. CXLVII. ubi hoc opus recenſetur. Nunc illud Caput, cum aliis multis, in Stobæi editionibus deſideratur: at ſervatum eſt vel totum vel maximam partem in Appendice Florent. MS. Parallelorum Sacrorum Johannis Damaſceni; ubi multi exſtant περὶ παιδείας ἢ ἀγωγῆς Antiquorum Scriptorum loci, Plutarchi et ex iſto ſub illius nomine frequentato libello nullus.

Non memoratur in *Sopatri* Epitomis, quarum argumenta, et Auctorum, unde factæ erant, nomina, recenſet Photius Biblioth. Cod. CLXV. In his complurium Plutarcheorum librorum ſuis nominibus diſerte ſignificatorum exſtabant loci, atque adeo ſpurii illius *De Fluminibus*. Erat in iiſdem Caput *De Efficacia Conſuetudinis et Laboris*; quæ eſt item materia hujus libelli Cap. IV. At Plutarchi liber De Educatione nullus nominatur.

His equidem rationibus nolim contendere, hunc libellum illa nondum fuiſſe ætate; quippe qui modo ſignificaverim eum mihi videri non multo recentiorem ipſo Plutarcho. Attamen eo inducor ut credam, eum voluminibus Plutarcheorum librorum, certe iis quibus Sopater et Stobæus uſi ſunt, nondum additum fuiſſe. Sane, mirum videri debet, in operibus eruditiſſimorum hominum, qui innumerabiles libros et verſaſſent et legiſſent, ex Plutarcheis aliis libris alia in capita locos ejuſdem argumenti additos reperiri, ex libello De Educatione in capitibus ejuſdem argumenti nullos reperiri.

SECTIO II.

DE ARGUMENTIS INTERNIS.

PARS I.

De Rebus.

CAPUT I.

De Materia.

§. 1.

De Materia, quæ deeſt.

JAM primum reperiemus, multas in hoc libello materiæ partes omiſſas eſſe, quæ omitti nec poterant a Plutarchi diligentia ac doctrina, nec debebant propter ipſam argumenti de Educatione naturam ac neceſſitatem. Harum deinceps præcipuas quidem recenſeamus; quando omnes enumerare infinitum eſt.

I. Conſtat inter omnes, quam late patuerit apud Antiquos locus de Educatione puerorum, quanta cum diligentia et cura tractatus ſit cum a Legiſlatoribus tum a Philoſophis. Sit mihi aliquis verſatus in lectione Plutarchi, teneat ejus formam et conſuetudinem, legerit ea quæ is de Educatione ſparſim differuit aliis in libris: legerit idem de hoc argumento quæ nobis præcipua ſervata ſunt Antiquorum præcepta, *Platonis* Legum VII. toto libro, aliis partim, VIII. I. II. Reipublicæ II. III. *Xenophontis* Cyropædia et Republica Lacedæmoniorum, *Ariſtotelis* Politic. VII. et VIII. Quinctiliani Inſtit. Orat. I. et II: tum ſe det ad hunc legendum libellum. Næ is haud ſecus repentino diverſitatis ac novitatis ſenſu percutiatur, quam qui e culto et fertili agro in incultum et ſterilem veniunt, aut qui de eodem argumento doctum et prudentem virum, deinde balbutientem puerum audiunt.

II. Quis non ab eo, qui se de Educatione præcepturum profiteatur, exspectet ut tres illas institutionis puerilis partes, *Literas*, *Musicam*, *Gymnasticam*, et diserte memoret, et diligenter persequatur? At iste neutrum fecit. Fuit autem triplex illa distributio ita frequens et solemnis in omni Educationis mentione, ut ejus omissio in scriptione de hoc ipso argumento non nisi ab incogitantia aut ignorantia moris antiqui proficisci potuerit. Apud Platonem Socrates interrogat Theagem in cognomine Dialogo p. 8. C: Τί οὖν; οὐκ ἐδιδάξατό σε ὁ πατὴρ καὶ ἐπαίδευσεν ἅπερ ἐνθάδε οἱ ἄλλοι παιδεύονται οἱ τῶν καλῶν κἀγαθῶν πατέρων υἱεῖς; οἷον, γράμματά τε καὶ κιθαρίζειν καὶ παλαίειν καὶ τὴν ἄλλην ἀγωνιάν. Apud eumdem in Clitophonte p. 255. C; Ὁρῶντες γράμματα καὶ μουσικὴν καὶ γυμναστικὴν ὑμᾶς τε αὐτοὺς καὶ τοὺς παῖδας ὑμῶν μεμαθηκότας, ἃ δὴ παιδείαν ἀρετῆς εἶναι τελέαν ἤγησθε: quem locum interpretatur Dio Chrysost. Orat. XIII. p. 223. C: Κιθαρίζειν καὶ παλαίειν καὶ γράμματα μανθάνοντες ὑπὸ τῶν γονέων καὶ τοὺς υἱεῖς διδάξαντες, οἴεσθε σωφρονέστερον καὶ ἄμεινον οἰκήσειν τὴν πόλιν· καίτοι εἴ τις συναγαγὼν τούς τε κιθαριστὰς καὶ τοὺς παιδοτρίβας καὶ τοὺς γραμματιστὰς, τοὺς ἄριστα ἐπισταμένους ἕκαστα τούτων, πόλιν κατοικήσει ἐξ αὐτῶν ἢ καὶ ἔθνος, καθάπερ ὑμεῖς ποτε τὴν Ἰωνίαν, ποία τις ἂν ὑμῖν δοκοῖ γενέσθαι; Xenophon Republica Lacedæm. II. 1: Τῶν μὲν τοίνυν ἄλλων Ἑλλήνων οἱ φάσκοντες κάλλιστα τοὺς υἱεῖς παιδεύειν, ἐπειδὰν τάχιστα αὐτοῖς οἱ παῖδες τὰ λεγόμενα ξυνιῶσιν, εὐθὺς μὲν ἐπ' αὐτοῖς παιδαγωγοὺς θεραπεύοντας ἐφιστᾶσι, εὐθὺς δὲ πέμπουσι εἰς διδασκάλων μαθησομένους καὶ γράμματα καὶ μουσικὴν καὶ τὰ ἐν παλαίστρᾳ. Ex hoc more est illud Terentii Eunucho, III. 2. 23: *fac periculum in literis, Fac in palæstra, in musicis: quæ liberum Scire æquum est adolescentem, solertem dabo.* Quarto loco Graphice, id est, pingendi sive delineandi ars, ætate Philippi Macedonis ejusque filii Alexandri, paulatim ut primus gradus Liberalium Artium, frequentata receptaque est: quod quidem constat Plinii testimonio XXXV. 34. 8. Ejus jam, ut quartæ nec ab omnibus adhibitæ, meminit Aristoteles Politic. VIII. 3: Εἰσὶ δὲ τέτταρα σχεδὸν ἃ παιδεύειν εἰώθασι, γραμματικὴ καὶ γυμναστικὴν καὶ μουσικὴν, καὶ τέταρτον ἔνιοι γραφικήν. Plato puer eam didicisse fertur; ut est apud Diogenem Laert. III. 5. et

alios: quamquam in ejus ſcriptis hujus rei, quod ſciam, nullum eſt indicium; niſi forte Leg. VI. p. 620. F. Ubi tamen ipſe eam non magni facere videtur: et certe ut artem factitare diſſuadet, in Epinom. p. 698. C. Sane puerilis ejus ætas in tempus ſuperius incidit. Ergo didicerit eam puer non communi more, ſed ſuo ſibi et peculiari ſtudio; ut jam antea Pythagoras, ſi quidem vera prodidit Diogenes ille *Incredibilium ultra Thulen* ſcriptor, e quo hæc refert Porphyrius de Vita Pythag. §. 11. loco, ut videtur, a librariis turbato, nec cum antecedentibus item turbatis ſatis apto: Παῖδα μὲν οὖν ὄντα ἔπεμπεν εἴς τε κιθαριςοῦ, καὶ παιδοτρίβου, καὶ ζωγράφου: ubi forte excidit Grammaticæ mentio, et legendum εἴς τε γραμματιςοῦ, καὶ κιθαριςοῦ, κ. π. κ. ζ. Quod vero ait G. I. Voſſius De Natura Artium Lib. I. Cap. V. §. 6: *jam Thaletis Mileſii, Ionicæ Sectæ conditoris, temporibus picturam fuiſſe partem inſtitutionis puerilis: idque intelligi ex ejus dicto apud Stobæum ubi queritur, pueros deinceps pædotribæ, grammatico, harmonico, pictori erudiendos tradi:* fefellerunt ſua virum egregium adverſaria; nam *Thaletis* dictum hujuſmodi in toto Stobæo, atque adeo in omnibus Antiquorum ſcriptis, nullum eſt: ſed eſt *Teletis* apud Stobæum Sermon. XCVI. p. 535: Εἰ δ' ἐκπέφευγε τὴν τιτθὴν (ὁ παῖς), παρέλαβε πάλιν ὁ παιδαγωγὸς, παιδοτρίβης, γραμματοδιδάσκαλος, ἁρμονικὸς, ζωγράφος: quem locum plenius infra referemus. Habetur quidem vulgo Teles in ſcriptoribus incertæ ætatis: ſed eum ſub Alexandri ſucceſſoribus, id eſt Antigoni, ſive Gonatæ ſive Doſonis, et æqualium ejus Ptolemæorum, temporibus fuiſſe, intelligitur ex ipſius alio loco *De Exilio* apud Stobæum Serm. XXXVIII. p. 231. Perperam eum Pythagoricum facit Fabricius B. G. Vol. I. p. 523.

III. At forte ſcriptor hujus libelli noluit pervulgatam illam quatuor artium diſtributionem ſequi? Si noluit, debebat eam certe memorare, reprehendere, meliorem ſuadere. Hoc ſane Plutarchus feciſſet.

At fortaſſe, etiamſi ſi diſtributionis illius commemorationem omiſit, de ipſis tamen his quatuor partibus præcepit? Iſte vero, neque de Grammatica, neque de

Muſica, neque de Pictura, vel unum verbum dixit: Gymnaſticam ita commendat, ut ejus veram vim ac partes ignoraſſe videatur; adeo leviter et univerſe de ea loquitur: quod ſuo loco ſpectabimus. Conſtat, Grammaticæ ſtudium puerile hujuſmodi fuiſſe, ut puer primo apud Grammatiſtam, id eſt Ludi magiſtrum, legere ac ſcribere diſceret, tum apud Grammaticum, qui ſæpe et Criticus dicebatur, poetas legeret et ſtilum componendæque orationis facultatem exerceret: quo de more qui plura cognoſcere vult, adeat præter Voſſii librum ſupra laudatum, Jo. Woverium de Polymathia Cap. IV.—X. et ex Veteribus Quinctilianum Inſt. Orat. Lib. I. Cap. II.—IX. Plutarchum noſtrum De Legendis Poetis, ubi hanc puerilis inſtitutionis partem proprie tractavit. At hujus De Educatione libelli ſcriptor de neutro Grammaticæ munere verbum dixit, ipſius adeo artis ne nomen quidem protulit. Qui ſi Plutarchus eſſet, aut de utroque illo Grammaticæ munere præcepiſſet, aut monuiſſet ſe de Poetarum Lectione peculiarem librum vel ſcripturum vel ſcripſiſſe. Quid vero iſte Pſeudo-Plutarchus? Iſte vero ἐγκύκλια παιδεύματα univerſe, nec unum nominatim, tangit Capitis X. initio, paucis verbis in hanc ſententiam: *Puer ingenuus nullius debet expers eſſe earum artium, quæ liberales appellantur* (τῶν καλεμένων ἐγκυκλίων παιδευμάτων), *ſed hæc curſim et guſtus cauſſa diſcere: philoſophiam vero præcipuo et antiquiſſimo loco habere et colere.* Quo in præcepto duplex eſt inſcitia: altera, quod ἐγκύκλια παιδεύματα non niſi obiter attingere ac deguſtare vult puerum, quæ, omnium recte ſentientium judicio ab omni ævo, unica et veriſſima puerilis ingenii inſtitutio et exercitatio fuerunt: altera, quod puero philoſophiam adjungit, quæ, totius Antiquitatis more, eorum demum fuit ſtudium qui e pueris jam exceſſiſſent, id eſt, ἐφήβων, νεανίσκων, adoleſcentum, juvenum.

IV. Ætatum progreſſionem, infantiæ, pueritiæ, adoleſcentiæ leviter notat; ipſarum ſtudia, mores et habitus, dotes et facultates non attingit: earumdem nec terminos nec partes ſuis annis ſignificat. Conferat quis iſtam negligentiam cum diligentia vel Ariſtotelis Politic. VII. 17.

VIII. 1. et ſeq. vel Quinctiliani Inſtit. Orat. I. 1. II. 1. et aliis locis. Atqui hi de Educatione non ſola et ſeorſim, ſed, ut de parte alterius doctrinæ, conjunctim ſcripſerunt. Alii etiam qui ætatum commemorationem obiter attingunt, accuratius eas diſtinguunt. Veluti in humanæ ſortis vitæque deſcriptione, Teles, præclaræ philoſophus doctrinæ, quem ſupra laudavimus, apud Stobæum eodem ibi notato loco Serm. XCVI. p. 535: Ἀλλ' εἰ θέλει τις ἐκλογίσαθαι ἐν ὅλῳ τῷ βίῳ πάσας τὰς ἡλικίας, εὑρήσει πολλῷ πλείους τὰς ἀλγηδόνας. Πρῶτον μὲν γὰρ τοῦ παντὸς χρόνου ὁ ἥμισυς ἀδιάφορος, ἐν ᾧ καθεύδω. Εἶθ' ὁ πρῶτος ὁ κατὰ τὴν παιδοποιΐαν (lege παιδοτροφίαν, ut infra) ἐπίπονος· πεινᾷ τὸ παιδίον, ἡ δὲ τροφὸς κατακοιμίζει· διψᾷ, ἡ δὲ λούει· κοιμηθῆναι θέλει, ἡ δὲ κρόταλον ἔχουσα ψοφεῖ. Εἰ δ' ἐκπέφευγε τὴν τιτθὴν, παρέλαβε πάλιν ὁ παιδαγωγὸς, παιδοτρίβης, γραμματοδιδάσκαλος, ἁρμονικὸς, ζωγράφος. Προάγει ἡλικία· προσγίνεται ἀριθμητικὸς, γεωμέτρης, πωλοδάμνης· (ὑπὸ τούτων πάντων μαστιγοῦται, forte delendum) ὄρθρου ἐγείρεται, σχολάσαι οὐκ ἔστιν. Ἔφηβος γέγονεν· ἔμπαλιν τὸν κοσμήτην φοβεῖται, τὸν παιδοτρίβην, τὸν ὁπλόμαχον, τὸν γυμνασίαρχον· ὑπὸ πάντων τούτων μαστιγοῦται, παρατηρεῖται, τραχηλίζεται. Ἐξ ἐφήβων ἐστὶ μὴ ἥδη εἴκοσι ἐτῶν· ἔτι φοβεῖται καὶ παρατηρεῖ μὴ γυμνασίαρχον καὶ στρατηγόν· παρακοιτεῖν ὅπου δεῖ, οὗτοι παρακοιτοῦσι· φυλάττειν καὶ ἀγρυπνεῖν, οὗτοι φυλάττουσιν· εἰς τὰ πλοῖα ἐμβαίνειν, οὗτοι ἐμβαίνουσιν. Ἀνὴρ γέγονε καὶ ἀκμάζει· στρατεύεται μὴ πρεσβεύει ὑπὲρ τῆς πόλεως, πολιτεύεται, στρατηγεῖ, χορηγεῖ, ἀγωνοθετεῖ, καὶ μακαρίζει ἐκεῖνον τὸν βίον, ὃν παῖς ὢν ἐβίωσε. Παρήκμασε, καὶ ἔρχεται εἰς γῆρας· πάλιν παιδοτροφίαν ὑπομένει, μὴ ἐπιποθῇ τὴν νεότητα· τὸ δὲ γῆρας βαρύτερον Αἴτνης.—Hunc, longiuſculum licet, locum apponere operæ pretium erat, ut compararetur cum ſimili quem Stobæus eodem Sermone p. 535. ſub nomine Platonis exhibet e Dialogo Axiocho, cujus auctorem alii Æſchinem Socraticum faciunt: utrique perperam: Ποῖον, ἔφη, μέρος τῆς ἡλικίας ἄμοιρον τῶν ἀνιαρῶν; οὐ κατὰ μὲν τὴν πρώτην γένεσιν τὸ νήπιον κλαίει, τοῦ ζῆν ἀπὸ λύπης ἀρχόμενον; οὐ λείπεται γοῦν οὐδεμιᾶς ἀλγηδόνος, ἀλλὰ δι' ἔνδειαν, ἢ περιψυγμὸν, ἢ θάλπος, ἢ πληγὴν ὀδυνᾶται, λαλῆσαι μὲν οὔπω δυνάμενον ἃ πάσχει, κλαυθμυριζόμενον δὲ, μὴ ταύτην τῆς δυσαρεστήσεως μίαν ἔχον φωνήν. Ὁπόταν δὲ εἰς τὴν ἐπιλαετίαν ἀφίκηται

πολλοὺς πόνους διαντλῆσαν, ἐπέτησαν παιδαγωγοὶ, καὶ γραμματισταὶ, καὶ παιδοτρίβαι, τυραννοῦντες· αὐξανομένῳ δὲ κριτικοὶ, γεωμέτραι, τακτικοὶ, πλῆθος δεσποτῶν. Ἐπειδὰν δὲ εἰς τοὺς ἐφήβους ἐγγραφῇ, κοσμητὴς, καὶ φόβος χείρων· ἔπειτα Λύκειον καὶ Ἀκαδημία, καὶ γυμνασιαρχία καὶ ῥάβδοι, καὶ κακῶν ἀμετρία· καὶ πᾶς ὁ τοῦ μειρακίου χρόνος ὑπὸ σωφρονισὰς καὶ τὴν ἐπὶ τοὺς νέους αἵρεσιν τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῆς. Ἐπειδὰν δὲ ἀπολυθῇ τούτων, φροντίδες ἄντικρυς ὑπέδυσαν καὶ διαλογισμοὶ τίνα τὶς τοῦ ζῆν ὁδὸν ἐνστήσεται· καὶ τοῖς ὕστερον χαλεποῖς ἐφάνη τὰ πρῶτα παιδικὰ καὶ νηπίων ὡς ἀληθῶς φόβητρα· στρατεῖαι γὰρ καὶ τραύματα, καὶ συνεχεῖς ἀγῶνες. Εἶτα λαθὸν ὑπεισῆλθε τὸ γῆρας, εἰς ὃ πᾶν συῤῥεῖ τὸ τῆς φύσεως ἐπίκηρον καὶ δυσαλθές. Animadvertantur veſtigia imitationis qua hic ſive Pſeudo-Plato ſive Pſeudo-Æſchines locum Teletis ſequitur, ſed imitationis non puerilis aut ſervilis totas ſententias cum ipſis verbis deſcribentis, cujuſmodi cernitur in duobus aliis ejuſdem auctoris nomine uſurpatis Dialogis *De Virtute* ac *De Divitiis*, ſed univerſum argumentum adumbrantis: quibus in Dialogis ut eſt ratio oratioque ſimplicior, majorque cum Socratico charactere ſimilitudo, ita in Axiocho non eſt tanta ab eodem charactere diſſimilitudo, quanta in libello *De Educatione* a Plutarcheo. Cæterum Æſchinis character cognoſci poteſt e germanorum Dialogorum reliquiis apud Ariſtidem: quibus nos addamus unam, eamque conjuncti fere cum præſente quæſtione argumenti, ſervatam adhuc ineditam in Appendice Flor. Jo. Damaſceni: ΑΙΣΧΙΝΟΥ ΤΟΥ ΣΩΚΡΑΤΙΚΟΥ. Οὗτός ἐστι Μιλτιάδης ὁ Στησαγόρα· ὃς παῖς μὲν ὢν ἤσκει Ὀλύμπια, καὶ κρείσσων ἦν τοὺς πόνους πονῶν ἢ παιδοτρίβης ἐπιτάσσων· ἐκεῖ δὲ μείζως παῖδας αὐτοῦ καὶ πρεσβυτέρους κατεμαχέσατο, καὶ ἀγωνιζόμενος ὑπὲρ τοῦ στέφανα, ἄκων ὑπὸ τοῦ παιδοτρίβα ἐξήχθη. Ἔτι δὲ ἐπίτροποι αὐτοῦ ἐγένοντο οὔτε τὰς αὐτὰς ἡλικίας ἔχοντες, οὔτε τοὺς αὐτοὺς τρόπους· καὶ τούτων ἁπάντων ἦν κατήκοος. Παιδαγωγὸς αὐτῷ ἠκολούθει οὐ πάνυ σπουδαῖος· καὶ τούτῳ οὐδὲν πώποτε ἠναντιώθη. Ταῦτα μὲν παιδὶ ὄντι αὐτῷ ἐπιτετήδευται. Ἐπεὶ δὲ μειράκιον ἤρχετο γίνεσθαι, σιωπᾷν καλὸν ἡγήσατο εἶναι· σεσιώπηται αὐτῷ μᾶλλον ἢ τοῖς χαλκείοις ἀνδριάσι· τοῦ σώματος αὐτῷ καλὸν ἐδόκει εἶναι ἐπιμελεῖσθαι· ἐπιμεμέληται τούτου· ὥς ἔτι καὶ νῦν τῶν ἡλικιωτῶν ἄριστα ἔχει τὸ σῶμα. Sumtus videtur locus ex *Miltiade* Dia-

logo: quem, ut primum, a nondum ſatis matura confirmataque ſcriptoris facultate profectum notat Diogenes Laertius II. 61: at ipſe Æſchines præcipuum cenſuit, tum quidem quum Syracuſas veniſſet; ſiquidem eum prælegit Dionyſio, ut prodit Lucianus De Paraſito T. I. p. 860.

V. Nil dicitur, utrum pueri utilius domi, an in ſcholis erudiantur: quod eſt argumentum Quinctiliani Inſtit. Or. I. 2.

VI. Nil, qua ratione puerorum ingenia dignoſcantur: quod eſt ejuſdem argumentum, I. 3.

VII. Nil de variis ingeniis vario modo docendis ac tractandis.

VIII. Nil de ipſa varietate ingeniorum naturali, cum in facilitate et ſolertia ad virtutes, artes, diſciplinas: tum in proclivitate ad vitia, ſtupore et inertia ad diſcendum.

IX. Nil de varietate educationis ad varia vitæ genera, quibus pueri deſtinantur, accommodanda.

X. Multa deſunt, quæ Antiquitatis mos in hoc argumento deſiderat: multa, quæ Plutarchi proprietas et conſuetudo. Omnia recenſere, infinitum eſt: adhuc illorum quædam attigimus: nunc horum pauca memoremus. Primum igitur, virtutum vitiorumque notationes Plutarcho illæ familiares ductæ ab experientia et interiore humanæ naturæ obſervatione,—nullæ.

XI. Comparationes actionum animi et corporis, Plutarcho frequentes et propriæ, quibus res a ſenſuum judicio remotæ ſub ſenſus revocantur et corporeis imaginibus ſignificantur,—nullæ.

XII. Philoſophorum, qui multi fuerunt, de hoc argumento præcepta et rationes nec referuntur, nec cum judicio expenduntur. Nam quod Platonis aliquoties fit mentio, levius hoc eſt quam pro conſuetudine ac doctrina Plutarchi.

XIII. Exempla de puerorum Educatione a diverſis ſingulorum populorum moribus deſumta, veluti Athenienſium, Lacedæmoniorum, Thebanorum, Romanorum, omnino rerum Romanarum mentio—nulla.

XIV. De conſilio loci, temporis, hominum, id eſt, qui-

bus populis et regionibus, cui ætati et ſæculo, cui hominum generi, ſcripſerit præceptaque ſua deſtinaverit; quis ipſe, quo loco ac tempore, fuerit—, horum omnium vel diſerta admonitio, vel tacita ſignificatio, nulla.

§. 2.

De Materia quæ adeſt.

Jam reliqua hujus quæſtionis argumenta, quandoquidem ſuus pleriſque et eſt et dabitur locus in Animadverſionibus, nunc ſummatim pleraque, et quaſi puncto, notemus.

Igitur materia quæ adeſt, fortaſſe probabiliter tractata reperitur? Immo ita, ut quemvis potius alium, quam Plutarchum, prodat opificem.

I. Præcepta ſe daturum profitetur περὶ τῆς τῶν ἐλευθέρων παίδων ἀγωγῆς, nec definit aut ſignificat, quid ſit ἀγωγὴ, qui ἐλεύθεροι παῖδες: quod, ut conceditur iis, qui obiter nec ex inſtituto rem memorant, ita iis, qui de hac ipſa re ſingularem libellum conſcribunt, concedi nequit, certe alienum eſt a Plutarchi diligentia.

II. Præcepta dat ditioribus, non pauperibus: nec ipſe hoc fateri veretur: Cap. XI. p. 8. E. nam aliorum hoc nomine reprehenſionem ita occupat ac diluit ut dicat, *Si vero ſunt, qui, propter rei familiaris anguſtias, meis uti nequeant præceptis, hi fortunam, non me præcipientem, accuſent.* Iſta igitur ſive profeſſio ſive confeſſio, cum ipſa eſt et philoſopho et Plutarcho indigna, tum ejus excuſatio inſcita et inficeta.

III. Præcepta ipſa, cedo, qualia ſunt? Non mala neque repudianda: ſed tamen pervulgata, nec vel a prudente experientiæ obſervatione, vel ab exquiſitis et interioribus Literarum copiis profectæ; ut nemo non unus ex multis paterfamilias, leviter tinctus literis, melius præciperet. Sed quandoquidem materia eſt duplex, dogmatica et hiſtorica, ut partim præceptis partim exemplis conſtet; utraque animadvertatur.

IV. Præcepta hujus libelli continentur locis communibus, ſententiis tralatitiis, ſive levi ac mediocri paucorum et frequentiſſimorum Auctorum lectione, ſive ex quotidianæ vitæ ſermone ſuſceptis. Quibus confirmandis quæ adhibentur auctoritates vel ab exemplis hiſtoricis, vel aliorum nomine et effatis, petitæ, in eadem ſunt levitate.

V. Ex Philoſophis unus eſt Plato, cujus ſub ipſius nomine apponuntur ſententiæ; ſed nec amplius tribus locis, nec ut philoſophiæ placita: magis auctoritatis et ornatus cauſſa. Euripideæ quater laudantur: quæ pro Plutarchi conſuetudine multo plures eſſe debebant. Homerica, nulla: Heſiodea, una: item Phocylidis et Sotadis, una cujuſque: ſemel Epigramma incerti poetæ: Demoſthenis locus unus. Ex hac paucitate in laudandis Auctorum ſententiis, et plerorumque omiſſione, jam quis ſuſpicetur Plutarchum hujus libelli ſcriptorem non eſſe. Cæterum quod ſub finem Pythagorica ſymbola, quaſi e ſacco, effunduntur, potius inſcitiam quam doctrinam prodit.

VI. Frequentia ſunt exempla hiſtorica: eaque ſane hunc libellum jucunda varietate diſtinguunt; ita tamen ut nonnulla eorum eum non a Plutarcho ſcriptum arguant, partim ab ipſa veritate, partim a ratione qua in germanis Plutarchi libris referuntur, diſſentientia. Veluti illud Cap. II. p. 1. D. de Themiſtoclis filio aliter eſt in Vita Themiſtoclis p. 128. B. et Apophthegm. p. 185. D. Stilponis factum dictumque ad Demetrium Poliorcetem Cap. VIII. p. 5. F. aliter refertur a Plutarcho aliis locis; altero De Animi Tranquillitate p. 475. C. obiter et brevius; altero uberius, ut in hiſtoria, in Vita Demetrii p. 893. A: præterea illud falſum et horum Plutarcheorum locorum auctoritati repugnans, Demetrium Megaram ſolo æquaſſe, εἰς ἔδαφος κατέβαλε. Theocriti Chii dicterium in Antigonum regem et cædes, Cap. XIV. p. 11. B. C. diverſo modo narratur a Plutarcho Sympoſiacarum Quæſtionum, II. 1. p. 633. C; ut Heuſingerus, acer hujus libelli defenſor, tamen facere non potuerit quin fateretur ſe mirari, *ab eodem auctore de iiſdem tam diverſa narrari:* licet in Præfatione ex hujuſmodi diverſitate ductam

ſuſpicionem, ut ſibi videbatur, confutaſſet hac reprehenſione: *Et profecto*, inquit, *admodum invalido uteretur argumento, ſi quis putaret, ideo a Plutarcho ſcriptum iſtud profectum non eſſe, quia nonnulla in eo occurrant, quæ a noſtro in aliis libris contrarium in modum prolata aut explicita inveniantur. Dudum enim oſtenderunt viri docti, non inſolitum fuiſſe Plutarcho eaſdem ſententias eaſdemque hiſtorias flectendo ac torquendo ad diverſiſſimos ſcopos accommodare.* Atqui, o bone, aliud eſt, *idem aliter narrare*, aliud, *idem contrario et diverſo modo narrare:* aliud eſt, *rem ipſam immutare*, aliud, *rationem tractandi.* Plutarchus eamdem ſententiam et hiſtoriam variis locis ita prodere ſolet, ut eam ad varietatem argumenti accommodet, non ut eam aliam faciat et ſibi ipſe repugnet. Porro illis in locis ubi aliquid falſum et hiſtoriarum conſenſui repugnans proditur, quid ſunt niſi ignorantiæ errores? Cap. II. p. 1. C. Themiſtoclis filius *Diophantus* vocatur, qui eſt *Cleophantus.* Cap. VII. p. 4. E. *Crates* ſententiæ proditur auctor, qui eſt *Socrates.* Cap. X. p. 8. B. *Epaminondas* in Platonis diſcipulis memoratur. Cap. VI. p. 8. A. *Socratis* dictum apud Platonem in Gorgia apponitur cum hac præfatione, ἐρωτήσαντος αὐτὸν, μοὶ δοκεῖ, Γοργίᾳ: at Polus fuit, qui interrogaret! cæterum nec error nec dubitatio iſtiuſmodi cadit in Plutarchi vel conſuetudinem vel rationem ac doctrinam. Sed, dicat quis, hi ſunt vel memoriæ lapſus venia digni, aut librariorum errores corrigendi. Enimvero qui Plutarchi memoriam novit, idem novit eam adeo pueriliter labi non potuiſſe. Librariis et ego aliquando hos errores tribuere malui quam ſcriptori: mutavi ſententiam, homine familiarius cognito et interius perſpecto: ad majorem partem exigenda eſt illa æquitas: utendum eſt ea ubi in magna univerſe per totum librum diligentia et doctrina pauci occurrunt errores, non ubi frequens eſt per totum librum negligentia cum doctrinæ tum rationis.

VII. Materiæ pars etiam ſunt ſingularia dicta judiciaque ſcriptoris. Horum non pauca ſunt in quibus nec ratio nec conſilium appareat, quæque magis cum puerili negligentia ac temeritate, quam cum cogitate ſcribentis

diligentia, conveniant. Veluti, Cap. II. *Nobilium et claris parentibus natorum puerorum arrogantia, Cleophanti exemplo,* laudata. Cap. IV. p. 3. F. *Theſſali dictum* ita inſertum, ut nil ad rem pertineat. Cap. VII. p. 4. B. *bonum pædagogum debere ſimilem eſſe Phœnici, Achillis pædagogo:* nec additur qualis fuerit Phœnix, quæ ejus in hoc munere dotes. Mox de *magiſtro* dicturus ita præfatur, ut dicat hoc munus eſſe πάντων μέγιϛον καὶ κυριώτατον τῶν εἰρημένων, ac ſi præ magiſtro, pædagogus et prior inſtitutionis pars levis momenti ſit. Ibid. p. 5. A. Τί οὖν συμβαίνει τοῖς θαυμαϛοῖς πατράσιν, ἐπειδὰν κακῶς μὲν θρέψωσιν, κακῶς δὲ παιδεύσωσι τοὺς υἱεῖς; Neque ſi ita legas, neque ſi prius κακῶς mutes in καλῶς, ſententia congruens ſuperioribus et apta exiſtat: videtur ſcriptor, ut novus in ſcribendo, figuræ concinnitate inductus, ei rem ac ſententiæ veritatem poſthabuiſſe. Cap. VIII. p. 5. C. *Reliqua omnia bona ſunt humana, parva, nec ſtudio digna, nobilitas, divitiæ, gloria, pulchritudo, ſanitas, robur corporis: ſola bonorum noſtrorum doctrina eſt immortalis ac divina:* eſt hoc ſcriptoris Stoicum παράκϵσμα, obiter fando acceptum nec intellectum: nec certe ab eo crepandum qui de Educatione ſcribat; quippe quæ horum *humanorum* bonorum rationem habere debet. Deinde duplex eſt in hoc judicio error, et non modo a Stoicæ rationis, ſed omnis philoſophiæ uſu, atque adeo a vitæ conſuetudine abhorrens: primum, *corporis pulchritudinem, ſanitatem et robur, nullo ſtudio eſſe digna:* deinde hæc ipſa vocare *humana*; quaſi vero omnia humana, id eſt ea quæ cum hominis natura conjuncta ſunt, negligi debeant, aut quaſi non ipſa doctrina ad res humanas referatur. Quid, quod ſibi ipſe repugnat ſcriptor? Nam ſi ſola παιδεία ſtudio eſt digna, quid dicamus de reliquis Educationis partibus, γενέσει, τροφῇ, ἀγωγῇ, de quibus antea cum ſtudio præceperat? Sed hic locus, ut totus fere libellus, magis ex rhetoricis ampullis, quam philoſophiæ ſcientia ac differendi facultate, profectus eſt. Aliud deinceps ſubjicitur ex eodem genere παράκϵσμα; *duo hæc in tota hominis natura ſunt* κυριώτατα, νοῦς καὶ λόγος: neutrum, quid ſit, explicatur; at laudantur rhetorice effuſa ampulla: et hæc

tamen tribuit τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει, quum antea τὰ ἀνθρωπίνα nullo ſtudio digna pronunciaſſet. Sed, ut alia omittamus, quale hoc eſt? Cap. X. p. 7. F. τὸ δὲ τοῖς λογισμοῖς περιεῖναι τῶν ἡδονῶν, σοφῶν· τὸ δὲ ὀργῆς κατακρατεῖν, ἀνδρὸς οὐ τοῦ τυχόντος ἐστί: primum, gradatio ne rhetorice quidem juſta, quippe a majore ad minus procedens: deinde, σοφῶν, majus eſt munus, major facultas quam *ratione vincere voluptates*; hoc enim σωφροσύνης eſt, ut item *iram continere*: at σωφροσύνη eſt una ex quatuor virtutibus, quarum conjunctione oritur σοφία. Ergo apparet in hoc loco ignorantia et confuſio generum: a qua ſcriptorem ne ita quidem liberare poſſis, ſi σοφῶν in σώφρονος mutes, quod aliquando facere volui nondum ſatis cognito. Nunc error iſte cum reliquis ei relinquatur erroribus. Locum περὶ παιδείας p. 8. B. peroratiuncula concludit, cum hoc initio, Καὶ περὶ μὲν παιδείας οὐκ οἶδ' ὅ, τι δεῖ πλείονα λέγοντα διατρίβειν: ubi duplex cernitur inſcitia: primum, quod multas παιδείας partes ſilentio præteriit, ut §. 1. oſtendimus: deinde quod continuo ſubjungit: *Sed præter ea, quæ diximus, utile immo neceſſarium potius eſt, comparare ſibi veterum libros.* An ergo librorum comparatio non eſt conjuncta cum παιδείᾳ? Si eſt, quare dicis, te non ſcire quid amplius de παιδείᾳ dicas? Sin contra, quare eam huic loco addis? Sed eam conjunctam eſſe cum παιδείᾳ voluiſti; quandoquidem eam mox vocas ὄργανον παιδείας. Cæterum hoc præceptum, de librorum poſſeſſione comparanda, quomodo effertur? Ita ut nec pes nec caput ei conſtet: Κατὰ τὸ γεωργῶδες· τὸν γὰρ αὐτὸν τρόπον ὄργανον τῆς παιδείας ἡ χρῆσις τῶν βιβλίων ἐστὶ καὶ ἀπὸ πηγῆς τὴν ἐπιστήμην τηρεῖν συμβέβηκεν: quod et verbis inficetum et ſententia ineptum, nec probabilem correctionis mutationem capit, ut ſcriptor negligentiæ culpa liberetur: quod ſuo loco in Animadverſionibus oſtendemus. Jām quod Cap. XI. p. 8. E. dicit, *Si qui ſunt, qui propter inopiam rei familiaris, mea præcepta ſequi non poſſint, hi fortunam ſuam accuſent, non me præcipientem*; notavimus ſupra, hujus §, Num. II. Porro Cap. XIV. p. 10. F. *Myſteria ab Antiquis inſtituta, ut hac exercitatione collectam facultatem taciturnitatis ad hominum arcana transferamus*;

falſum et ab rei natura et hiſtoriæ fide alienum; ferendum fortaſſe in eo, qui cum pueris agit, pædagogo et magiſtro, ut eos falſis opinionibus ad recte agendum ducat, haſque adhibeat ὡς ἐν φαρμάκῳ μοίρᾳ: item in oratoribus qui popularem dicunt concionem; non in philoſopho, qui ſe argumentum via et ratione expliciturum profiteatur. Cap. XVII. p. 12. D: *Pueri a malorum conſuetudine hominum ſunt prohibendi. Hoc et Pythagoras præcepit per ænigmata, quæ ego apponam et explicabo:* his dictis, deinceps novem ſubjungit ſymbola Pythagorica, quorum non niſi primum et quartum ad rem præſentem pertinet, reliqua omnia aliena ſunt. Cap. XIX. p. 13. F: *Adoleſcentes voluptatibus dediti et reprehenſionibus minus obtemperantes matrimonio conſtringantur: quod eſt tutiſſimum juventutis vinculum.* Hoc ita ſimpliciter præceptum magis patrem e Comœdia, quam Plutarchum, et omnino hominem cogitate de hoc argumento præcipientem deceat: propter multas quas hæc res habet cautiones. Harum iſte unicam, eamque fortaſſe minimi momenti, addidit: *uxor ſit ejuſmodi quæ maritum divitiis et nobilitate generis non multum ſuperet; quippe qui tales ducunt uxores, non mariti, ſed dotis ſervi, fiunt.* Ergo nulla mentio fit animi, ingenii, morum, virtutum muliebrium, quibus futuram matremfamilias inſtructam eſſe oportet: quarum niſi ratio habeatur, pater filium matrimonio non corrigat, ſed nepotes quærat iiſdem vitiis obnoxios.

CAPUT II.

De Forma.

Forma duplex eſt: altera rerum, de qua nunc dicendum: altera orationis, de qua poſtea dicemus.

Rerum forma, ut ſupra monuimus, continetur duabus partibus, *diſtributione materiæ* et *argumentatione.*

§. I.

De Distributione Materiæ.

Materia in distributione bifariam spectatur: vel tamquam *disputatio* universe, cujus partes censentur, Exordio, Tractatione, Epilogo, aliis: vel tamquam ipsa *res et quæstio* disputationi proposita, quæ est *Educatio puerorum*. De utraque deinceps videamus.

I. Disputationis partes suo quæque habitu et modo alienæ sunt a Plutarchi consuetudine et ingenio. *Exordium* brevius et jejunius quam pro rei gravitate et momento, præsertim principum philosophorum scriptis explicitæ. *Tractatio* non habet certam viam et rationem: non adest definitio rei propositæ, non status quæstionis et constitutio loci, non singularum partium majorum in minores divisio, non in argumentis nexus, non in exemplis apta cum argumentis convenientia: omnino differendi ratio et copia Plutarchea nulla. *Epilogus* brevis, idemque cum professione ac prædictione conjunctus, plane abhorret a consuetudine Plutarchi: qui non subito, sed sensim, a tractatione ad conclusionem progredi solet.

II. Educationis partes facit quatuor, γένεσιν, τροφὴν, ἀγωγὴν, παιδείαν. Recte quidem. Sed in iis explicandis quomodo versatur? Singularum vim et naturam nec definiendo aperit, nec describendo significat: earumdem partes aut nullas, aut pauciſſimas, notat: ipsa tractatio earum et explicatio levior quam pro ipsarum pondere ac momento, et pro doctrina jam ab antiquis exposita, quam iste non cognovisse videtur. Quid sit ἀγωγὴ, et qualem intelligi velit, ipse ignoravit. Porro, fines materiæ minime cepit, qui περὶ παίδων ἀγωγῆς professus, deinde Cap. XV. ἐπὶ τὴν τῶν μειρακίων ἡλικίαν transeat. *Amphora cœpit institui; currente rota cur urceus exit?* Sed semel ad ætatem adolescentum transgressus, quare non eo loco de philosophiæ institutione egit? quare hanc contra omnem Antiquitatis morem attribuit pueris? Est hoc profecto ὕστερον πρότερον.

Aliud eſt in hoc genere non minus præpoſterum. Quatuor illæ partes natura ſua hoc ordine procedunt, ut prima ſit γένεσις, ſecunda τροφὴ, tertia ἀγωγὴ, quarta παιδεία. Mitto jam in unaquaque quot quantoſque locos omiſerit. De ordine videamus. Γένεσις tractatur Cap. I. II. III. Tranſit deinceps Cap. IV. ad ἀγωγὴν *educationem*, Περὶ δὲ τῆς ἀγωγῆς καὶ δὴ λεκτέον. Capite V. ad *nutritionem* accedit, Περὶ δὲ τροφῆς ἐχόμενον ἂν εἴη λέγειν: forte quis exſpectet τροφὴν *pueri!* Immo eſt τροφὴ *infantis*; docet *præſtare natis a matribus, quam a nutricibus, ubera præberi.* Tum deinde Cap. VII. ad ætatem progreditur, *qua puer pædagogo tradatur*, quod eſt ipſum ἀγωγῆς: cujus grammaticam poteſtatem ab iſto ignoratam, nos in Animadverſionibus aperire ſtudebimus. Sed ita huc et illuc vagari eſtne, non dicam Plutarchi, ſed omnino viri cogitate et via differentis, nec potius pueri temere oberrantis?

§. 2.

De Argumentatione.

Argumentationis vis et efficacia quæ exiſtere poſſit ex ejuſmodi via et itinere diſputationis, facile eſt ad intelligendum. Sententiolæ non ſunt invenuſtæ ſingulæ, ſed conſarcinatæ nullo ad concluſionem apto nexu. Frequens digreſſio ad locos communes et rhetorica declamatio. Sed rationum nexus, ut ſæpe ipſa materiæ vi et natura appareret, ita a ſcriptore turbatus ſæpe, ſæpe quæſitus ineptis formulis et comparationibus. Hujuſmodi eſt:

Cap. IV. p. 2. F: repetitio ejuſdem fere formulæ brevi ſpatio, Καὶ τί δεῖ τ' ἄλλα θαυμάζειν; et mox, Καὶ τί δεῖ τὰ πολλὰ λέγειν;

Cap. IX. p. 6. C: poſteaquam in antecedentibus ita de inſtitutione doctrinæ egiſſet ut eam univerſe ac declamatorie laudaret, neque ullam ejus partem omnino verbo nominaret, jam hoc capite monet ſe ſanam et incorruptam παιδείαν, non panegyricas nugas commendare. Quo loco videtur rhetoricas exercitationes ſignificare: ſed ita omnia

miſcet, ut quo illa monita pertineant, ne diligenter quidem attendens facile animadvertat. Enimvero, quæ iſta habenda eſt explicandæ quæſtionis ratio, ut rem univerſe laudes, de partibus taceas, denique unius partis, id eſt, rhetoricæ exercitationis abuſum reprehendas, de ejus uſu et recta ratione nil dicas? Sed hanc ipſam correctionem ita ſubjungit, ut de una extemporali dicendi facultate dicat, et ejuſmodi præfatiunculam præmittat, qua de aliis *præterea* rebus dicere velle videatur, Πρὸς δὲ τούτοις, τί ἂν τὸς παῖδας χρησὸν ἕτερον διδάξαιμεν, καὶ τίσιν ἀγαθοῖς ἐπιφύεσθαι παραινέσαιμεν. Quid aliud eſt πρὸς τούτοις quam *præterea?* Saltem dixiſſet ἀντὶ δὲ τούτων, *horum loco*, vel denique πρὸς ταῦτα, *adverſus hæc*. Cæterum homo magis incogitantia, quam Græcæ orationis ignorantia, labi ſolet.

Porro in eodem argumento ita progreditur, ut ubique appareat eum rhetoricæ nec rationem nec uſum tenere: unam etiam interponit comparationem ineptam et ipſius propoſito diſputationis contrariam. *Ante virilem*, inquit, *ætatem extempore non eſt dicendum. Ubi facultas oratoria radices egerit, ea libere uti licebit. Nam, quemadmodum qui diu fuerunt vincti, poſtmodo ſoluti, ob diuturnam vinculorum conſuetudinem titubant: ita qui orationem multo a tempore conſtrictam tenuerunt, ii, etiamſi aliquando ſubito oporteat dicere, nihilo minus eamdem dicendi formam retinent.* Iſta igitur comparatione voluitne commendare præceptum an quamdam ei cautionem adjungere? Utrumvis voluerit, inepta eſt comparatio. Equidem Græcis verbis, quamcumque, ut fortaſſe corruptis, adhibeas medicinam, nulla ejuſmodi reperitur quæ iis aliquam ſanæ ſententiæ rationem addat: ut hic item error non librario, ſed auctori, tribuendus ſit.

Denique in fine hujus loci p. 7. B. frigide plane et pueriliter præmittitur hæc formula: Βούλομαι δ' ἔως ἔτι μέμνημαι τῆς παιδείας, ὡς ἔχω δόξης περὶ αὐτῆς εἰπεῖν. *Ac dum adhuc inſtitutionis memini, volo meam de ea ſententiam exponere.* Cæterum in toto loco eſt et ordo præpoſterus ac turbatus, et rerum doctrinæque inopia atque inanitas.

Cap. XI. in fine, p. 8. F. Καὶ ταῦτα μὲν δὴ τῷ λόγῳ παρ-

εφορτισάμην, ἵν' ἐφεξῆς καὶ τ' ἄλλα τὰ φέροντα πρὸς τὴν ὀρθὴν τῶν νέων ἀγωγὴν συνάψω. Duplex est incogitantia et rationis negligentia. Primum, quod hanc sui defensionem adversus eos, qui eum solis divitibus præcepta dare insimularent, *ea de caussa* se susceptisse dicit, *ut deinceps reliqua ad rectam adolescentum educationem conducentia attexere posset.* Quasi vero sequentia non potuisset attexere nisi defensionis hoc extraordinario onere susceptо; hoc enim est παραφορτίζεσθαι. Alterum, quod omnino ejusmodi formulam apponit; quæ, quamvis veram habuisset sententiam, tamen disputationis nexum turbaret.

Cap. XIII. init. Τί ἔν ἐστιν ὃ βούλομαι λέγειν, ἵνα τῷ παραδείγματι φωτεινότερον ποιήσω τὸν λόγον. Denuo rhetorica interserenda formula, orationis nexum turbat, qui sine illa probabiliter constat. Sed hæc verba ἵνα τῷ παραδείγματι φωτεινότερον ποιήσω τὸν λόγον, quid sibi volunt? Nam sine his, saltem illa priora, τί οὖν ἐστιν ὃ βούλομαι λέγειν, aliquem sensum habuissent. Nunc homo non contentus disputationis nexum interposita formula interrupisse, ipsi formulæ aliam addit formulam; atque ita totam obscuram et ambiguam reddit. Λόγος quidem est vel illud τὸ λίαν φιλεῖν τοῦ μὴ φιλεῖν αἴτιον κατέστη, vel totum caput. Sed quid est ἵνα, utrum ad antecedentia, an ad sequentia, refertur? Si ad antecedentia refertur, hic erit sensus, *Quid autem volo hoc dicto*, τὸ λίαν φιλεῖν τῷ μὴ φιλεῖν αἴτιον κατέστη, *quod ego attuli ut disputationem exemplo dilucidiorem reddam.* Sin ad sequentia, subaudiendum erit verbum *dicam* vel simile, ut sententia hunc in modum concipiatur, *Quid autem velim hoc dicto* τὸ λίαν φιλεῖν τῷ μὴ φιλεῖν αἴτιον κατέστη, *dicam et hoc dictum exemplo dilucidius faciam.* Neutra sententia cum recta Grammatica ratione convenit. Porro, quid est τῷ παραδείγματι? quid est τῷ? nam articulus habet significationem certæ cujusdam rei et quasi demonstrationem, *hoc exemplo*; quodnam est hoc exemplum? aut si omisso etiam articulo accipiamus *exemplo* universe, id est *quodam exemplo*, denuo interrogo quodnam sit illud quoddam exemplum? An est illud in sequentibus positum, *ut stirpes mediocribus aquis aluntur, abundantibus suffocantur*; *ita ani-*

mus moderatis creſcit laboribus, nimiis obruitur? At hoc, interjecta demum alia dictione, ſubjicitur; ut minus probabiliter, Grammatica quidem ratione, pro eo poſſit accipi exemplo quod ſcriptor ſpectavit. Deinde alia etiam apponuntur exempla; ut potius τοῖς παραδείγμασι dicendum fuiſſet. Quam correctionem etiamſi facias, reliquas difficultates non tollas. Adeo totum locum temeritas et ἀλογία occupavit.

Ibid. p. 9. D. *Memoriam puerorum exercendam eſſe* præcipit, ſuo more, id eſt univerſe et cum rhetorica quaſi laudatione ipſius memoriæ; ut verus Plutarchus omnino deſideretur; qui varias rationes exercendæ memoriæ recenſuiſſet ac dijudicaſſet, eas cum duxiſſet ex animi natura, tum illuſtraſſet ex fontibus Pythagoricorum, Ariſtotelis, et illa apud Rhetores pervulgata Simonidis arte, tum has rationes et præcepta ad varietatem et indolem puerilis ingenii cum judicio et cautione accommodaſſet. Horum omnium iſte nihil! Cæterum hoc ipſum præceptum in Capite περὶ παιδείας ponendum erat.

Cap. XX. p. 14. B. Exemplum Eurydices item alieno loco poſitum, quod non ad morum diſciplinam, ſed ad literas et doctrinam ſpectat; igitur in Capite περὶ παιδείας prodendum erat.

Argumentationis genus eſt etiam poſitum in excitandis aliorum auctorum teſtimoniis; quod ut eſt frequens in vero Plutarcho, ita conjunctum cum certa quadam ratione, qua plane Plutarchea forma et proprietas cernitur. Veluti ut hoc uno utar, Plutarchus habet τὸ φιλευριπίδειον, Pſeudo-Plutarchus item aliquoties Euripidis ſententias apponit: ſed in utroque quantum differt? In Plutarcho eſt quædam conſuetudinis et familiaritatis facilitas, ut ſententiæ ſponte ei et in mentem veniſſe et in orationem influxiſſe videantur: in Pſeudo-Plutarcho apparet novitas, quærentis labor, et quaſi vultus nitentis: hujuſmodi ſunt fere formulæ quibus præfatur et veluti aditum ſibi aperit ad ſententiarum recitationem: Cap. II. p. 1. B: Καὶ σοφὸς ἦν ἄρα ὁ ποιητὴς ὅς φησιν, Ὅταν δὲ κρηπὶς κ.τ.λ. Mox ibidem, Καὶ μάλα ὀρθῶς ὁ λέγων ποιητής φησι, Δουλοῖ γὰρ ἄνδρα κ.τ.λ.

Cap. IX. p. 6. B: Μαρτυρεῖ δέ μοι τῷ λόγῳ καὶ Εὐριπίδης λέγων, Ἐγὼ δ' ἄκομψος κ.τ.λ. Cap. XIV. p. 10. A: Ἔχω δὲ μάρτυρα τούτων Εὐριπίδην τὸν σοφὸν ἐπαγαγέσθαι, λέγοντα, "Δυοῖν "λεγόντοιν κ.τ.λ." Cap. XV. p. 11. F: Μαρτυρεῖ δὲ τούτοις Εὐριπίδης οὕτω λέγων, "Ἀλλ' ἔστι δή τις ἄλλος κ.τ.λ." Plutarcheæ rationis et facilitatis exempla unuſquiſque germanus liber præbet, nec ea nunc apponere attinet.

PARS II.

De Stilo et Oratione.

Vidimus quantum hic libellus in rebus ipſis a Plutarchea forma et proprietate abhorreat: nec minus eum ab eadem in ſtilo et oratione abhorrere videbimus. Et quandoquidem ſtilus et oratio duabus partibus continetur, quarum altera ſingulis in verbis, altera in eorum conſtructione ac toto habitu cernitur, ipſorumque in utraque parte locorum notationem in Animadverſionibus prodemus; nunc univerſa genera paucis breviter exemplis deſignemus.

CAP. I.

De ſingulis Verbis.

Diverſitas orationis, quæ inter hunc et germanos Plutarchi libros intercedit, non tam in ſingulis verbis, quam in eorum conſtructione ac dictionis habitu poſita eſt. Sunt tamen complura in hoc libello verba, eaque rariora, quæ non apud Plutarchum exſtant. Quod ſane in tam parvo libello et tanta librorum Plutarcheorum multitudine ejuſmodi eſt ut inde dubitatio de auctore ducta, niſi maximi, certe non minimi momenti cenſenda ſit. Sunt autem, niſi oculi me mei indiceſve fefellerunt, hæc:

ἀθυροστομία. p. 11. C.
ἀλύμαντος. p. 5. E.
ἀμισής. p. 10. A.
ἀνακωμῳδέω. p. 10. C.
ἀπαραχώρητος. p. 10. A.
ἀποτομία. p. 13. D.

ἀποφλεγμαίνω. p. 13. D.
βακολέω. p. 13. E.
γεωργῶδες. p. 8. E.
διχογνώμων. p. 11. C.
δύσκωφος. p. 13. E.
ἐλευθεριάζω. p. 6. E.
ἐναποτυποῦσθαι. p. 3. E.
ἐξαργεῖσθαι. p. 2. D.
ἐπιτόνιον. p. 3. D.
ζωώδης. p. 8. A.
κατάξηρος. p. 8. C.
καταπειθής. p. 5. C.
κατεπροΐξατο. p. 10. C.
κατασκελετεύω. p. 7. D.
κατοψοφαγέω. p. 5. B.
κιτροφορέω. p. 5. B.
κρονόληρος. p. 13. B.
μονόκωλος. p. 7. B.
μονῳδία. p. 7. B.
νεανισκεύεσθαι. p. 12. B.
οἰκοφθορία. p. 12. B.
ὀμφακίας. p. 11. D.
παρατράγῳδος. p. 7. A.
παραφορτίζεσθαι. p. 8. E.
περικνίζω. p. 10. E.
περίτρανος. p. 4. A.
προσοργίζεσθαι. p. 13. D.
πωλοδαμνέω. p. 2. E. 13. F.
σινάμορος. p. 3. A.
σκληραύχην. p. 2. E.
σοροδαίμων. p. 13. B.
συνεσιαζής. p. 8. B.
τελεσφόρος. p. 2. E.
τριβάρβαρος. p. 14. B.
φιλοπροσήγορος. p. 10. A.
φιλοτεχνία. p. 14. B.
φυτεργός. p. 2. B.
χαμαιτύπη. p. 5. B. 13. B.
χερσεύεσθαι. p. 2. D.
χερσοῦσθαι. p. 10. D.

Neque horum ego vocabulorum probitatem in dubium voco: dico in germanis ea Plutarchi ſcriptis non exſtare. Neque in iis ad tantum numerum colligendis aliquam aut calumniam aut cupiditatem ſecutus ſum: multis partibus majorem colligere poteram numerum, ſi allegiſſem cum vulgaria et communi uſu trita; tum quorum themata ſaltem ſunt in Plutarcho, veluti παρέγγραπτος, cujus exſtat thema παρεγγράφω; tum ea quibus utitur quidem Plutarchus, ſed poteſtate et ſignificatione diverſa: quorum omnium cum numero augetur item ſuſpicio de ipſius diverſitate auctoris.

CAP. II.

De Verborum Nominumque ſignificatione, compoſitione, formulis, dictionibus.

Altera orationis pars non in ipſis per ſe ſolis verbis nominibuſque, ſed in eorum et ſignificatione et inter ſe conjunctione, id eſt formulis ac dictionibus, cernitur. Atque hoc in loco multa cum prava et minus proba, tum a Plutarchi ſtilo aliena, reperiemus. Plutarchus habet ille quidem ſubinde rariora a vulgari uſu remota vocabula, ſed non ut ea ſtudioſe quærat, ſed ut per multiplicis lectionis doctrinæque abundantiam oblata accipiat, et ad ſententiæ ſuæ vim efficaciamque accommodet; eamdem ſequitur rationem ac prudentiam in formulis ac dictionibus. Scriptor libelli hujus in his orationis partibus fere ſine judicio exquiſitiora quæque et argutias conſectatur. Hujuſmodi ſunt:

P. 1. C: μεγαλαυχίας ἐμπίπλανται ϗ φρυάγματος: poſtremum hoc arripuit ut ſonantius et ornatius, pro ſimplici illo φρονήματος, quod Plato, quem imitari hoc loco videtur, aliique frequentant.

Ibid. D: μικρὰν τὸ μέγεθος: nuſquam dixit Plutarchus: Herodoteum eſt, indeque Sophiſtis, maxime Æliano frequentatum. Plutarchus Vit. Ageſil. p. 596. F. dixit μικρὰν de hac ipſa.

P. 2. F. Repetitio ejuſdem formæ Καὶ τί δεῖ τ' ἄλλα θαυμάζειν· et mox, Καὶ τί δεῖ τὰ πολλὰ λέγειν, e perverſo elegantiarum ſtudio profecta. Ad hoc genus referenda ſunt notata ſupra Part. I. Cap. II. §. 2; nec ea nunc repetemus.

P. 3. A: πρὸς ἀρετῆς κύησιν: ineptum, ut doctius exquiſitiuſque ſuſceptum, pro ſimplici πρὸς ἀρετῆς κτῆσιν: niſi forte ita ſcripſit auctor: ſed difficile eſt judicare in ejuſmodi ſcriptione, quod vitium auctori, quod librario, tribuamus.

P. 5. C. ὁ πολὺς πλοῦτος σκοπὸς ἔκκειται τοῖς βουλομένοις βαλ-

λάντια τοξεύειν. Spreto vulgari βαλλαντιοτομεῖν, ut comparatio et argutia conſtaret quæ ad σκοπὸς referretur, finxit ineptum et frigidum hoc βαλλάντια τοξεύειν.

P. 9. C. Καὶ διὰ τοῦτο οὐ μόνον ἐγρήγορσις, ἀλλὰ καὶ ὕπνος εὑρέθη. An ergo ſomnus et vigiliæ aliquando *inventa* ſunt, antea ignota fuerunt? In Comœdiam et jocum iſtud cadit, non in ſeriam ſcriptionem. Nam quod εὑρίσκειν, *invenire*, nonnumquam pro comparare, acquirere, nanciſci, dicitur, hunc locum non ab ineptiæ nota liberat.

P. 10. F: τὴν τῶν ἀνθρωπίνων μυστηρίων πίστιν, dixit ſtudio argutiæ, ni fallor, contra Græcæ linguæ conſuetudinem, qua rei notitia alicujus hominis taciturnitati et fidei commiſſa non μυστήριον, ſed ἀπόῤῥητον *arcanum*, dicitur.

P. 14. C: συμπεριλαβεῖν τὰς παραινέσεις, eo ſenſu, quem hic locus poſtulat, *monita facto explere, exſequi*, non eſt probum.

Jam in figuris apparet ſtudium concinnitatis et venuſtatis ut frigidum et a re ipſa alienum, ita magis etiam a Plutarchi conſuetudine abhorrens, qui aut pauciſſimas aut nullas habet figuras, certe nuſquam eas conſectatur. Hujuſmodi locos partim ſupra attigimus Sect. II. Part. I. Cap. I. §. 2. Num. 7. et Cap. II. §. 2. partim ſequente capite notabimus, ubi de orationis habitu et compoſitione dicetur.

CAP. III.

De Orationis habitu et compoſitione.

Plutarchi oratio conſtat fere enunciationibus longioribus ductis continuatiſque minorum enunciationum, tamquam partium, comprehenſione: neque ſane habet aut facilitatem aut ſimplicitatem, non multum diſſimilis Thucydideæ formæ vel Platonicæ. At in hoc libello plane eſt diverſa compoſitio: enunciationes plerumque breves et conciſæ, forma propemodum Iſocratea, ex genere ejus παραινετικῷ: quod enunciationum conformationem aliquanto habet minus diductam magiſque adſtrictam: item

tamen παρισώσεις et ἀντίθετα et omnino τὴν εὐρυθμίαν διώκει, ut verbis utar Dionyſii Halicarnaſſei in Judicio de Iſocrate, §. 2. et 3. Nam de reliqua forma, qua hic libellus ab Iſocratea differt, non dico; veluti de frequentia in aliorum auctorum teſtimoniis apponendis, quæ omnino in illius ætatis ingenium non cadebat: neque de curioſitate in conſectandis verbis aut vetuſtate aut novitate inſignibus, quibus doctrinæ ſpecies et legentium admiratio quæratur, a quo vitio integra omnino et immunis eſt Iſocratea oratio, at non omnino hic libellus. Hunc in habitu et compoſitione orationis dico auctorem prodere juvenem rhetoriſſantem et Iſocratea exempla redolentem. Videamus deinceps nonnullos in hoc genere locos.

P. 1. F: ὧν ἂν τὴν ἀρχὴν τῆς σπορᾶς οἱ πατέρες ἐν μέθῃ ποιησάμενοι τύχωσιν. Quorſum iſta verborum abundantia nullo cum ſententiæ emolumento? poterat breviter dicere ὃς ἂν οἱ πατέρες ἐν μέθῃ γεννήσωσι vel σπείρωσι. Rhetoricum eſt ἀπότευγμα: quærens orationis variationem et gravitatem, incidit in verborum diluvium.

P. 3. B: de duobus canibus a Lycurgo in concionem productis, ὁ μὲν ἐπὶ τὸν λαγωὸν ἥϊξεν, ὁ δὲ ἐπὶ τὴν λοπάδα ὥρμησε. Jam velim ſcire quæ ſit differentia inter duo hæc verba: non, quod omnino nulla ſit: ſed quæ hoc loco eſſe poſſit: quare alter ἥϊξεν, alter ὥρμησε? Nimirum eſt hoc a ſcriptore antitheſin et concinnitatem affectante; poterat ὥρμησε omittere. Nil tale in vero, ſaltem veriore, Plutarcho eamdem rem narrante in Apophthegm. Lacon. p. 225. F: ἐπὶ τὰ συνήθη δὲ ἑκατέρου ὁρμήσαντος, καὶ θατέρου τὸν λαγὼν χειρωσαμένου. Nil item Nicolaus Damaſcenus, Lib. VI. Excerpt. Valeſian. p. 449: τῶν δὲ, ὁ μὲν κατοικίδιος ἐπὶ τεῦψον ὥρμησε· ὁ δὲ θηρατὼρ ἐπὶ τὸν δόρκον, καὶ καταλαβὼν ἐσπάρατλε. Hæc eſt Iſocratea figura una omnium frequentiſſima. Veluti in principio Orationis ad Demonicum, quæ Iſocratem niſi magiſtrum, certe diſcipulum, habet auctorem: Ἐν πολλοῖς μὲν, ὦ Δημόνικε, πολὺ διεγώσας εὑρήσομεν τάς τε τῶν σπουδαίων γνώμας καὶ τὰς τῶν φαύλων διανοίας· quid eſt, quod bonis γνώμη, malis διάνοια tribuitur? Totum exordium conſtat fere ſententiis hac figura incluſis. Quarum

etiamsi ratio appareat, ut in hac proxima; οἱ μὲν γὰρ τοὺς φίλους παρόντας μόνον τιμῶσιν· οἱ δὲ καὶ μακρὰν ἀπόντας ἀγαπῶσιν· tamen ipsa frequentia vitiosa est. Sed multarum ratio nulla apparet: veluti superioris, et hujus proximæ: Ὁρῶ δὲ κ᾽ τὴν τύχην ἡμῖν συλλαμβάνουσαν, καὶ τὸν παρόντα καιρὸν συναγωνιζόμενον. Nonne fortuna tam συναγωνίζεται, quam συλλαμβάνει? et ὁ παρὼν καιρὸς tam συλλαμβάνει, quam συναγωνίζεται? Tales multæ sunt in libello de *Educatione* antitheses, in iisque haud paucæ inanes: veluti p. 2. B: ἡ μὲν γὰρ φύσις ἄνευ μαθήσεως, τυφλόν· ἡ δὲ μάθησις δίχα φύσεως, ἐλλιπές· ἡ δὲ ἄσκησις χωρὶς ἀμφοῖν, ἀτελές· primum membrum non improbo: sed in secundo, quare tantummodo δίχα φύσεως, nec etiam δίχα ἀσκήσεως, dicatur ἐλλιπὲς esse ἡ μάθησις? deinde, quare potius ἐλλιπὲς quam ἀτελές? nec tertio satis ratio constat, siquidem ἀτελὲς non sufficit significandæ rei, et ἀσκήσει non proficiscenti a *natura* et *institutione* plus deerit quam τὸ τέλος.

Ex rhetorica etiam consuetudine fluxerunt formulæ illæ solemnes in transitionibus ad aliud argumentum, Plutarcho et omnino philosophis non usitatæ. Hujus generis est exordium narrationi de Lycurgo præmissum, Ἐνὶ δὲ περὶ τούτων παραδείγματι χρησάμενος, ἀπαλλάξομαι τῷ ἔτι περὶ αὐτῶν μηκύνειν. Plures hujusmodi formulas notavimus hac Sect. II. Part. I. Cap. II. §. 2. Ad idem genus referatur Epilogus ejusque professio ac prædictio: de quibus monitum nobis est eodem Capite §. 1. Num. I.

Rhetorica item est κακοζηλία et gravitatis affectatio in excitandis auctorum sententiis, præmissa fere præfatiuncula; ut in Euripideis ostendimus, Capite II. §. 2. sub finem.

P. 4. D: Ζεῦ καὶ θεοὶ πάντες κ. τ. λ. Exclamatio aliena a Plutarchi ingenio.

P. 5. C: De recta παιδείᾳ dicere ingressus, eam nec definit, nec describit, nec suis partibus distribuit: sed ad ejus laudationem se dat, nobisque veluti Chreiam rhetoricam apponit, similem illi virtutis laudationi in exordio Orationis ad Demonicum.

P. 7. D. Similis est laudatio Philosophiæ: nec defini-

tio, nec distributio; nil de Dialectica et Physica: Moralis pars laudatur rhetorice, locis communibus, nulla argumenti explicatione, differendi ratione nulla.

P. 8. B: Οὕτως ἐπολιτεύσατο Περικλῆς, ὕτως Ἀρχύτας ὁ Ταραντῖνος, οὕτως Δίων ὁ Συρακόσιος, ὕτως Ἐπαμινώνδας ὁ Θηβαῖος κ.τ.λ. Hæc est oratio rhetorissantis, non philosophantis, nec certe Plutarchi.

P. 13. A: Τοῖς παισὶ τοῖς πλησίοις οἱ πατέρες νήφειν παραινοῦσιν, οἱ δὲ μεθύειν· σωφρονεῖν, οἱ δὲ ἀσελγαίνειν· φυλάττειν, οἱ δὲ δαπανᾶν· φιλεργεῖν, οἱ δὲ ῥᾳθυμεῖν· κ.τ.λ. Hæ sunt antitheses patrum et adulatorum. Sequuntur eadem pagina, E, patrum secum ipsis antitheses variis temporibus varie filios tractantium—ἐφείσω ποτὲ, ἀλλὰ καὶ χορήγησον· ἠγανάκτησάς ποτε, ἀλλὰ καὶ σύγγνωθι· ἐβαρύνησέ ποτε δι' οἰκέτην, τὴν ὀργὴν κατάσχε· ἐξ ἀγρῶ ποτε ζεῦγος ἀφείλετο, ἦλθέ ποτε χθιζῆς μέθης ἀποπνέων, ἀγνόησον· μύρων ἀπόζων, σίγησον· ὅτω σκιρτῶσα νεότης πωλοδαμνεῖται. Hæc admonitionum brevitas cui videatur Stoici, maxime Epictetei, characteris, esse: sane si brevitas sponte nata appareret: nunc illa curiositas in paritatis et figuræ continuatione quemvis potius rhetorem, quam aut philosophum, aut omnino Plutarchum prodit.

Quid igitur dicamus de Heusingeri opinione, propter hanc orationis brevitatem hunc libellum a Plutarcho jam seniore scriptum censentis? Quid aliud, nisi adolescentis fuisse istam opinionem nullo adhuc usu Plutarcheæ scriptionis subacti. Hæccine fuerit Plutarchi senectus, tam diversa stilo, tam rerum inops? Et adolescentiæ et senectuti ipsa natura et ætas adfert redundantiam: illi in verbis, figuris, et sententiarum luminibus: huic in commemoratione rerum admonitionumque vel a doctrinæ copiis, vel ab experientiæ observatione oblatarum. Rhetorica videntur a juvene Plutarcho tractata: juveniles item sunt scriptiones *Consolatio ad Apollonium*, et *Reprehensio Herodoti*: senilis, ne alias dicam, *An seni gerenda sit Resp.* in utrisque tamen Plutarchum agnoscas, cum aliis in partibus, tum in redundantia. Platonis libros *De Legibus*, Isocratis *Panathenaicam*, Libanii orationem *De Vita Sua*, ut Ciceronis aliorumque scripta ne memorem: hos igitur

libros, quamvis ab auctoribus provecta ſcriptos ætate, quis dicat orationis compoſitionem habere adſtrictam et conciſam?

Sed quo magis orationis dictioniſque Plutarcheæ germanæ et ſpuriæ diverſitatem quis ſentiat; habeat primo Plutarcheæ conſuetudinem et familiaritatem, Plutarcheorum librorum lectione contractam: deinde legat eos hujus libelli locos, qui in veris Plutarchi libris item narrantur et exponuntur, et utroſque invicem comparet: reperiet profecto, eos non minus ſtilo et oratione, quam rebus et materia, a ſe invicem diſcrepare: quod quantum ſit, ſignificavimus Sect. II. Part. I. Cap. I. §. 2. Igitur adhibeatur ad hujus libelli p. 1. C. *de Themiſtoclis filio*, Vita Themiſt. p. 128. B: ibidem D. *de Archidamo*, Vita Ageſil. p. 596. F: ad p. 3. A. *de Lycurgo*, Apophthegm. Lacon. p. 225. F: ad p. 5. F. *de Stilpone*, Vita Demetrii p. 893. A: ad p. 6. C. *de Periclis ac Demoſthenis cautione in ſubita oratione*, Præcept. Reip. gerendæ p. 803. F: ad p. 10. B. *de Gylippo*, Vit. Lyſandri p. 442. A. et Niciæ p. 541. F: ibidem D. *de Archyta et Platone in iræ affectu ſe continentibus*, conferatur cum Sera Num. Vindict. p. 551. A, B. et Adverſ. Colot. p. 1108. A: ad p. 11. A. *de Theocrito Chio*, Sympoſiaca p. 633. C: ad p. 11. C. *de puerorum amore*, adhibeatur peculiaris liber *Amatorius* inſcriptus: p. 12. A. *de adoleſcentulis non ſine cuſtodis præfectura relinquendis*, videatur exordium libri περὶ τῦ ἀκούειν τῶν φιλοσόφων: p. 13. A. *de adulatoribus*, comparetur ſingularis liber *De diſcernendo amico et adulatore*.

CONCLUSIO.

Satiſne igitur demonſtravimus, iſtiuſmodi eſſe hunc libellum; ut, ſi in *rebus* Plutarcheæ omnino eſſet formæ, *ſtilus* eum ſpurium argueret: ſi *ſtilus* eſſet Plutarcheus, *rerum* forma diverſum auctorem proderet? Nunc quum utrumque tantum, quantum vidimus, abhorreat ab ingenio Plutarchi, hunc ne adhuc iſtum libellum ſcripſiſſe pu-

temus? Quis igitur ejus eſt ſcriptor? Neſcio: Plutarchum non eſſe, ſcio. Sed quiſquis tandem iſte fuit, non falſarius debet haberi: aliorum errore, non ipſius fraude, hæc ſcriptiuncula Plutarcheis ſcriptis addita eſſe videtur: qui ſi ipſe hoc egiſſet ut eam Plutarcho ſupponeret, ejus profecto rationem et orationem imitari ſtuduiſſet: veluti is, qui Apophthegmatibus præmiſit Epiſtolam ad Trajanum, ſatis diligenter orationis Plutarcheæ formam expreſſit: at ſimilitudinis imitationiſque voluntas et ſtudium non item apparet in ſcriptore libelli *De Educatione*. De quo ſi mihi omnino dicendum ſit quid ſuſpicer; dicam equidem, ſed ita ut pro ſuſpicione et dem et accipi velim; non ut pro certa rataque ſententia, quod fere faciunt qui omnibus de rebus hiſtoricis æque certo firmiterque pronunciant, nullamque in probabilitate rationem graduum et diſcriminis ducunt.

Igitur adhuc mihi videtur veriſimile, ſcriptorem hujus libelli fuiſſe adoleſcentem rhetoricis ſcholis inſtitutum, primo apud alios magiſtros, deinde apud Plutarchum, neque illud ſatis diu ut aliquem ab eo colorem et habitum contrahere poſſet, recentem igitur in rhetoricis Plutarchi ſcholis diſcipulum, philoſophiæ adhuc ſive rudem, ſive ignarum, certe vix primis initiis et protrepticis rationibus imbutum. Plutarchus forte dederit diſcipulis theſin, id eſt argumentum ſcriptionis, hac formula, Τί τις ἂν ἔχοι εἰπεῖν περὶ τῆς τῶν ἐλευθέρων παίδων ἀγωγῆς, καὶ τίνι χρώμενοι σπουδαῖοι ἂν τοῖς τρόποις ἀποβαῖεν; Hæc plane eſt rhetorum formula in proponendis Declamationum argumentis, Τίνας ἂν εἴποι λόγους Ἀχιλλεύς, vel alius. Sed Plutarchi argumenta petita erant e philoſophia; nam rhetoricam tractabat cum philoſophia conjunctam, more Academicorum et Peripateticorum in utramque partem diſputandi. De rhetorico ejus ſtudio exſtat locus in libro *De Solertia Animalium* p. 959. C. quem in Fragmentis libri *De Venatione* exhibuimus. Ex eodem genere ſunt libri *De Primo Frigido*, *De quæſtione Aquane an Ignis utilior ſit*, *De Carnis Eſu*, *De Alexandri Virtute*, *De Romanorum Fortuna*. Apud Stobæum Tit. LXIII. et LXIV. in Pulchritudinis cum

laudem tum vituperium exſtant diſputationes. In deperditis multi fuerunt ad rhetoricas inſtitutiones referendi vel ex iis profecti: veluti in Catalogo Lampriæ Num. XL. *Vitæ X. Oratorum*, quas hodieque non niſi turbatas et fœde truncatas interpolataſque habemus. Num. XLI. Ὁμηρικῶν Μελετῶν βιβλία δ', *Homericarum Declamationum Libri IV.* Num. XLIII. Περὶ τῆς εἰς ἑκάτερον ἐπιχειρήσεως, *De more in utramque partem diſputandi.* Num. XLV. Περὶ ῥητορικῆς. Num. LXXXV. Εἰ ἀρετὴ ἡ ῥητορικὴ, *An Rhetorica*, ſ. *oratoria facultas, ſit virtus.* Num. CIV. Πῶς δεῖ τοῖς σχολαστικοῖς γυμνάσμασι χρῆσθαι, *Quomodo exercitationibus ſcholaſticis utendum ſit.* Num. CLI. Εἰ πᾶσιν συνηγορητέον, *An omnium cauſarum ad nos delatarum patrocinium ſuſcipiendum ſit:* ita enim hæc inſcriptio accipienda videtur. Num. CLXXXIII. Περὶ προβλημάτων. Num. CLXXXIV. Περὶ χαρακτήρων, *De Formis dicendi.* Num. CLXXXVII. Περὶ τῶν συνηγορούντων, *De cauſarum patronis.* Num. CLXXXIX. Μελετῶν φυσικῶν καὶ πανηγυρικῶν, ita enim hic titulus conſtituendus, ut initium ejus Περὶ ἡμερῶν peculiarem librum *De Diebus* ſignificet. Num. CXCV. et CCII. *Duo cohortatoriæ*, id eſt, protrepticæ ad philoſophiam, *epiſtolæ.* Num. CCVII. Πρὸς τὲς διὰ τὸ ῥητορεύειν μὴ φιλοσοφοῦντας, *Adverſus eos, qui propter oratoriæ artis ſtudium non philoſophantur.*

Ergo diſcipulus plenus prioris magiſtri præceptis, novus in ſchola Plutarchi, ejuſque in differendo copiam, doctrinam, prudentiam nondum aſſequens, problema hoc tractavit ſuo more, id eſt mere rhetorice, ut de argumento minime cognito ſibi perſpectoque quaſi chreiam componeret. Exordium, quod Plutarchus duxiſſet a vi et momento Educationis, ab ejus utilitate et efficacia ad vitam recte agendam, ad civitates regendas et ſervandas, aut ex aliis fontibus, quos innumerabiles habet argumentum rerum materiæque copia tam dives et abundans: exordium igitur uberius, et rhetoricum quaſi diſcipulus non putavit deſiderari in oratione philoſophica; paucis id verbis abſolvit; ita quidem ut ipſam magiſtri formulam problematis retineret, eique duo hæc verba adderet φέρε σκε-

ψώμεθα. Jam ipſa tractatio ut nullam prodat rei propoſitæ ejuſque naturæ cognitionem, contra etiam, puerilem ignorantiam: ut locis communibus, ſententiolis, floſculis oratoriis aliunde decerptis contineatur: ut philoſophiæ argumentum alienum a puerili ætate arripiat, ejuſdem laudationem vacuam ab omni partium ſignificatione ex aliqua forte protreptica oratione ſuſceptam referat: ut Iſocratei exempli ex genere ὑποθετικῷ et παραινετικῷ imitatio appareat: ſupra ſatis oſtendimus. Denique Epilogus qualis eſt? Plane videtur continere magiſtri judicium, ſcriptioni diſcipuli ſubſcriptum: omnino et habitu et oratione accedit ad formam Plutarchi, excepto uno verbo συμπεριλαβεῖν, in quo ſi non offendamur, aut ſi id a diſcipulo profectum ſtatuamus; minime a veriſimilitudine abhorrere videbitur, Epilogum a Plutarcho adjectum eſſe. Itaque exemplum hujus chreiæ forte inter Plutarchi ſcripta relatum, cum iiſque ſub ejus nomine vulgatum fuerit.

Itane, dicat quis, nullam huic libello laudis utilitatiſque partem relinquis? Non equidem plane abjiciendum cenſeam. In ſpuriis haud poſtremo eſt loco: melior et antiquior eſt illis *De Nobilitate*, *De Fluviis*, *Parallelorum Gr. et R.*, ſcriptiunculis. Habet laudem ut adoleſcentis chreia: habet in illa orationis mediocritate ac doctrinæ levitate tamen aliquam cognitionis utilitatem et jucunditatem, ſemel legendo percipiendam, non repetita lectione creſcentem, qui eſt fructus germanorum Plutarchi librorum et optimi cujuſque Veterum; ſed magis magiſque decreſcentem illam ac deficientem. Legatur a provectioribus, ipſius cognoſcendi libelli cauſſa; non ad argumentum *de Educatione et Inſtitutione*, vel ex ipſius natura et ratione, vel ex Antiquitatis more, intelligendum. Non proponatur tironibus, ut fere fit, vel quod recte jam reprehendit Cellarius Diſſertt. Acad. p. 708. ad inſtitutionem proſæ orationis Græcæ, vel ad formandum antiquæ elegantiæ ſenſum, vel denique ad notitiam et conſuetudinem cum Plutarchi ſcriptis contrahendam.

DANIELIS WYTTENBACHII

ANIMADVERSIONES

IN LIBELLUM

DE PUERORUM EDUCATIONE.

P. 1. A. ΠΕΡΙ ΠΑΙΔΩΝ ΑΓΩΓΗΣ] Ita noſtri habent codices: at ipſe ſcriptor profitetur argumentum περὶ τῆς τῶν ἐλευθέρων παίδων ἀγωγῆς, p. 1. A. et p. 8. E: itaque ex codice Auguſtano edidit Schneiderus. Sane libellus eſt de Educatione *puerorum*, non puellarum: *liberorum*, non illiberalium et ſervilium: quamquam pauperes ab horum communione præceptorum excluduntur p. 8. E. Igitur eſt περὶ τῆς ἐλευθερίᾳ ἀγωγῆς τῶν παίδων, *de liberali educatione puerorum*, id eſt *de educatione quæ liberis pueris adhibenda eſt:* nam utrumque dicitur: v. c. Plutarcho Demoſthenes in ejus Vita p. 847. D. memoratur *per injuriam tutorum* τῶν ἐμμελῶν καὶ προσηκόντων ἐλευθέρῳ παιδὶ μαθημάτων ἀπαίδευτος γενέσθαι. Plato Leg. XI. p. 681. B. de tutoribus, εἰ' μὲν δὴ παράδειγμά τε τροφῆς παίδων ἐλευθέρων ἐκέκτηντο αὐτοί—. Jamblichus Vit. Pythag. 173: τοὺς ἀγωγῆς ϗ τροφῆς ἐλευθέρας μετεχηκότας. Magis tamen uſurpatur ἐλευθέριος. Plutarch. adv. Epicurum p. 1094. D. improbantem τὴν ἐλευθέριον καλουμένην παιδείαν. Cimone p. 492. A: τὴν ἐμμελῆ ταύτην καὶ λεγομένην ἐλευθέριον—παιδείαν: 480. E: αὐτὸν οὔτε μουσικὴν οὔτε ἄλλο τι μάθημα τῶν ἐλευθερίων καὶ τοῖς Ἕλλησιν ἐπιχωριαζόντων διδαχθῆναι. Cicerone p. 885. D. libertum

Quinti fratris πεπαιδευμένον ὑπὸ τοῦ Κικέρωνος ἐν γράμμασιν ἐλευθερίοις καὶ μαθήμασι. Ariſtides T. II. p. 414. τοὺς ἐπὶ τῆς ἐλευθερίᾳ παιδείας. Quatuor μαθήματα ἐλευθέρια apud Græcos frequentata, *Literas*, *Gymnaſticam*, *Muſicam*, *Pictoriam*, monuimus in Diſputatione de auctore hujus libelli Sect. II. Part. I. Cap. I. §. 2: quæ ita *liberalia* habebantur, ſi non ad quæſtum ſed ad ingenium corpuſque formandum referrentur; quo de cenſu legendus Ariſtoteles Politic. VIII. 1. Poſidonius apud Senecam Epiſtola 88. Sed ætate hominis, qui hunc libellum fecit, alius jam invaluerat cenſus artium liberalium, quum ſuam quiſque artem ſcriptor cohoneſtare ſtuderet: veluti Vitruvius Architecturam, I. 1. Galenus Medicinam Protrept. fin. Ed. Charter. T. II. p. 15. Cæterum ἀγωγὴ cum de aliis multis actionibus dicitur, tum de *inſtitutione* bifariam accipitur, ut vel totum genus ac negotium *educationis* ſignificet, vel partem, et ab ea diſtinguantur τροφὴ et παιδεία *nutritio*, *ac diſciplina*: atque eadem duplex ſignificatio eſt nominum τροφὴ et παιδεία. Prior poteſtas ἀγωγῆς valet hoc in titulo: poſterior p. 2. A. ubi fere *conſuetudinem quotidianam et exercitationem* notat *cui proprie præfectus eſt pædagogus*: quamquam in diſtinguendis his partibus mire turbat noſter homo: ut monuimus Diſp. Sect. II. Part. I. Cap. II. §. 1. De argumento περὶ ἀγωγῆς παίδων, aut ſimplici, aut conjuncto, multos Veterum ſcripſiſſe credibile eſt: quorum quidem notitia nobis ſe obtulit, hi fere ſunt. *Archytas Tarentinus* ὑπὲρ παίδων ἀϛωγῆς γράφων memoratur Philoſtrato Vit. Apollon. VI. 31. Ejuſdem περὶ παιδεύσεως ἠθικῆς fragmentum exſtat in Jo. Damaſceni Parallelis ineditis. Fabricius Biblioth. Gr. Vol. I. p. 493. περὶ ἠθικῆς παιδείας excitat ex Stobæo Serm. I. qui locus eſt p. 12. ed. Geſneri, adjecto elogio *ex libro de doctrina morali*. *Theophraſtus* περὶ παίδων ἀγωγῆς, Diogen. Laert. V. 50. *Ariſtippus* περὶ παιδείας, idem II. 85. *Cleanthes* περὶ ἀγωγῆς, idem VII. 174. *Zeno* περὶ τῆς Ἑλληνικῆς παιδείας, idem VII. 4: περὶ παίδων ἀγωγῆς diſſeruit ἐν ταῖς διαλεκταῖς, teſte Sexto Empir. Pyrrhon. III. 245. et Adv. Mathem. XI. 190. *Chryſippus* περὶ παίδων ἀγωγῆς, ut titulum colligit ex Quinctiliano Inſt. Or. I. 3. 11. Jon-

ſius de Scriptor. Hiſt. Phil. II. 8. *Hieronymus*, forte Rhodius Peripateticus, cujus ſub nomine eſt locus περὶ παίδων ἀγωγῆς in Damaſceni Parallelis MSS. *Cleomenis* παιδαγωγικὸς, ap. Diogenem Laert. VI. 75. *Cato de liberis educandis*, Macrobio citatur Sat. VI. 3. *Varro de liberis educandis*, Gellio IV. 19. *Jamblichus*, cujus epiſtolæ ad Sopatrum περὶ παίδων ἀγωγῆς pars in eodem Damaſceno exſtat. *Johannis Chryſoſtomi* Homilia περὶ παίδων ἀνατροφῆς Tom. VI. p. 788. *Stobæi* fuit caput nunc perditum περὶ παιδείας καὶ ἀγωγῆς: unde quædam ſervata ſunt in eodem Damaſceno MS. ut monuimus Diſp. de ſcriptore hujus libelli Sect. I. p. 35. *Johannis Tzetzæ* παίδων ἀγωγὴ συντελὴς τῷ νῦν βίῳ, iambicis verſibus ad calcem Chiliadum.

1. A. Τί τις ἂν ἔχοι—σκεψώμεθα] Exordium abhorrens a Plutarchi conſuetudine rhetoriſſantem adoleſcentem redolet: qua de ſuſpicione legantur quæ diximus in Concluſione Diſputationis de auctore hujus libelli. Problema fuit magiſtri, Τί τις ἂν ἔχοι εἰπεῖν περὶ τ. τ. ε. π. α. κ. τ. χρ. σπ. α. τ. τρ. ἀποβαῖεν. Exempla ſunt apud Libanium τίνας ἂν εἴποι λόγους Μήδεια, et multa ejuſdem formulæ T. I. p. 139—170: item Anthologiæ I. 9 et 10. Sed etiam in continua compoſitione dixit Iſocrates Panathen. p. 433: περὶ μίαν πρᾶξιν διατρίβειν, ὥσπερ ἀπορίας οὔσης τί ἂν ἔχοι τις εἰπεῖν περὶ τῆς ὠμότητος καὶ χαλεπότητος τῶν Λακεδαιμονίων—. Diſcipulus adjecit rhetoricam formulam φέρε σκεψώμεθα: frequentem ſane Rhetoribus, veluti Ariſtidi T. II. p. 51. 67. 242. 264. 268. 341. Ita confectum erat exordium. Locus Hieronymi apud Damaſcenum habet initium ad ſpeciem ſimile, revera diſſimile; apparet enim, id nec problema eſſe, nec exordium totius libri, ſed partis alicujus ſequentis poſt alias antegreſſas: Δεῦρο δὴ, καὶ σκεψώμεθα περὶ τῆς τῶν παίδων ἀγωγῆς, τίνα τρόπον διειλήφασιν οἱ πατέρες.

1. A. Βέλτιον δ' ἴσως ἀπὸ τῆς γενέσεως ἄρξασθαι πρῶτον] Formulam ex philoſopha auditione ſuſcepiſſe videtur ſcriptor. Ariſtoteles et alibi, et v. c. Nicomach. I. 6: τὸ δὲ καθ' ὅλα βέλτιον ἴσως ἐπισκέψασθαι. Ariſtoxenus de Harmon. II. initio: Βέλτιον ἴσως ἐστὶ τὸ προδιελθεῖν τὸν τρόπον τῆς πραγματείας—. Γένεσις eſt *ortus naſcentis*, at γέννησις eſt *parentum*

negotium, *procreatio*, παιδοποιΐα, quo de argumento fuit liber Antiſthenis, memoratus Diogeni Laertio VI. 15. περὶ παιδοποιΐας. Attamen magis invaluit uſus vocis γένεσις præſertim ſi cum τροφὴ et παιδεία jungitur, quæ ſane frequens eſt conjunctio. Plato Leg. VII. p. 626. C: παίδων δὴ γένεσιν μετὰ τοὺς γάμους θῶμεν, καὶ μετὰ γένεσιν τροφὴν καὶ παιδείαν. VIII. p. 648. D. XI. p. 678. A. 680. G. item verborum γίγνεσθαι, τρέφεσθαι, παιδεύεσθαι Epinom. p. 697. G. Exquiſitius etiam dicitur γενετή: quo Critias uſus eſt initio libri de Rep. Lacedæm. hinc enim videtur ſumtum eſſe quod eſt apud Clementem Alex. Stromat. VI. p. 741; Κριτίας γράφει· Ἄρχομαι δέ τοι ἀπὸ γενετῆς ἀνθρώπου πῶς ἂν βέλτιστος τὸ σῶμα γένοιτο καὶ ἰσχυρώτατος—. Quocum conferendus eſt Xenophon, qui poſt illum de eodem argumento ſcripſit, Rep. Lacedæm. p. 675. C: αὐτίκα γὰρ περὶ τεκνοποιΐας, ἵν' ἐξ ἀρχῆς ἄρξωμαι—.

1. B. λέγω δὲ οἷον ἑταίραις—] Alterutrum ſatis erat: λέγω, *dico*: aut, οἷον, *veluti*. Conjuncte tamen quoque uſurpatur. Ariſtoteles Polit. VII. 4: λέγω δὲ οἷον περὶ πλήθους πολιτῶν. Polybius VI. 11: λέγω δὲ οἷον προδοσίας. Diogenes Laert. VII. 16: λέγω δὲ οἷον ἐπὶ τοῦ καλλωπιζομένου ποτὲ ἔφη. Ariſtocles apud Euſeb. Præp. Evang. XIV. p. 767. D: οἷον λέγω ζυγὸν ἢ τόρνον—. Aliæ ſunt formulæ inverſo ordine οἷον τί λέγω, οἷον δὴ τί λέγομεν Platoni aliiſque Atticis propriæ: de quibus alio loco dicemus.

1. B. οὐκ εὖ γεγονόσιν—ὀνείδη—πρόχειρα τοῖς ἐλέγχειν καὶ λοιδορεῖσθαι βουλομένοις] Quandoquidem pro οὐκ εὖ omnes ſcripti habent αἰσχίστοις, credam veram lectionem fuiſſe οὐκ ὀρθῶς; quippe has voces confuſas video p. 141. D. ubi pro αἰσχροὺς codices habent οὐκ ὀρθούς. Cæterum nollem egregio in paucis viro Paulo Manutio ad Ciceronem Off. I. 18. hoc excidiſſet, ut illum locum, *in probris maxime in promtu eſt, ſi quid tale dici poteſt*—hic a Plutarcho imitando expreſſum eſſe diceret. Frequens eſt πρόχειρος hoc ſenſu. Plutarchus Cicerone p. 863. B: παρημελεῖτο, ταῦτα δὴ τὰ Ῥωμαίων τοῖς βαναυσοτάτοις πρόχειρα καὶ συνήθη ῥήματα Γραικὸς καὶ σχολαστικὸς ἀκούων. Plato Apolog. Socrat. p. 361. D: τὰ κατὰ πάντων τῶν φιλοσοφούντων πρόχειρα ταῦτα λέγουσιν,

quod videtur in mente fuisse Apuleio scribenti in Apologia p. 275 : *patroni Æmiliani multa in me proprie conficta, et alia communiter in philosophos ficta ab imperitis, mercenaria loquacitate effutierunt.* Leg. IX. p. 653. E: οὐκ ἂν ἄλλως εἴποι λόγως ἢ τοὺς περὶ τὰ τοιαῦτα ἀεὶ προχείρως ὄντας τοῖς πλείστοις λεγομένοις ἰατροῖς.

1. B. ὁ ποιητὴς ὅς φησιν] Semel hic animadvertatur hominis nostri ratio in citandis aliorum dictis quæ non habet gratam illam facilitatis brevitatem, sed veluti pompæ difficultatem, ac tarditatem, plane ut solent imperiti oratores gravitatis speciem affectare. Conferatur Disputatio de scriptore hujus libelli, Sect. II. Part. I. Cap. II. §. 2. in fine.

1. B. Ὅταν δὲ χρηπὶς—] Euripidis Herc. Fur. 1261.

1. B. Καλὸς οὖν παῤῥησίας θησαυρὸς εὐγένεια] Ex Platone decerptus flosculus, Menexeno p. 408. C : εἶναι μὲν γὰρ τιμὰς γονέων ἐκγόνοις καλὸς θησαυρὸς καὶ μεγαλοπρεπής. Eodem usus est alius Pseudo-Plutarchus qui libellum fecit De Nobilitate, p. 181 : ὁ Πλάτων ὅταν τὴν τῶν γονέων δόξαν θησαυρὸν εἶναι μέγαν φησὶν, οὐ καταφρονεῖν ἑαυτὸν διδάσκει τὴν εὐγένειαν. Galenus Protreptico Cap. VII. p. 7. A : καλὸς οὖν, ᾗ φησιν ὁ Πλάτων, θησαυρὸς αἱ τῶν πατέρων ἀρεταί. Imitatus est Bion Borysthenites apud Diog. Laert. IV. 51 : τὴν δυσγένειαν πονηρὸν ἔλεγεν εἶναι σύνοικον τῇ παῤῥησίᾳ, uti recte Menagius corrigit pro δυσσέβειαν. Athenæus XIV. p. 623. F: θησαυρός ἐστι βέβαιος ἡ μουσικὴ ἅπασι τοῖς μαθοῦσι. Libanius Or. De Vita Sua p. 3. D. e communi quodam ac noster scriptor fonte hæc duxisse videtur —καλὸν τὸ ξὺν παῤῥησίᾳ ζῆν· ποιεῖ δὲ αὐτὴν οὐ τὰ αὐτῷ τινι βεβιωμένα, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐκείνοις ἐξ ὧν ἔφυ· ὡς πολλοί γε ἀμέμπτως σφᾶς αὐτοὺς παραχόμενοι, γονέων ἐπεσομίθησαν ὀνείδεσιν. Alia in re tralationis elegantia utitur Hippocrates Lege p. 2 : ἡ δὲ ἀπειρίη κακὸς θησαυρὸς καὶ κακὸν κειμήλιον τοῖσιν ἔχουσιν αὐτέην. Isocrates Or. Ad. Demonic. p. 13 : καλὸς γὰρ θησαυρὸς παρ' ἀνδρὶ σπουδαίῳ χάρις ὀφειλομένη.

1. C. Δουλοῖ γὰρ ἄνδρα—] Euripidis Hippol. 424. sententia ab ipso Plutarcho citata, De Aud. Poet. p. 28. C.

1. C. μεγαλαυχίας ἐμπίπλανται καὶ φρυάγματος] De suo

ipſe exquiſitioris orationis ſtudio dedit φρυάγματος, qui eſt *fremor et hinnitus ferocientis equi*, quum φρονήματος poſtularet et conſuetudo dicendi et exemplum, quod imitatus eſſe videtur, Platonis Lyſide p. 107. B: οἱ καλοὶ, ἐπειδάν τις αὐτοὺς ἐπαινῇ καὶ αὔξῃ, φρονήματος ἐμπίπλανται καὶ μεγαλαυχίας. Et alio addito nomine, φρόνημα uſum obtinet: v. c. Plato Rep. III. p. 442. D: φρονήματός τε καὶ θυμοῦ ἐμπίπλαται. VI. p. 473. C: σχηματισμοῦ καὶ φρονήματος κενοῦ ἄνευ νοῦ ἐμπιπλάμενον. Plutarchus Amatorio p. 762. D: ψυχὴν δὲ μικρὰν καὶ ταπεινὴν καὶ ἀγεννῆ ὁρῶντες ἐξαίφνης ὑποπιμπλαμένην φρονήματος, ἐλευθερίας, φιλοτιμίας, χάριτος. Sympoſ. VII. p. 715. A: ὁ οἶνος—λαλιᾶς ἀκαίρου καὶ φρονήματος ἡγεμονικοῦ καταπίμπλησιν. Pelopida p. 293. C: ὑπεπίμπλατο θυμοῦ καὶ φρονήματος. Philo Judæus de Abrahamo p. 380. D: —ἡ ψυχὴ—φρονήματος ὑποπλησθεῖσα. Idem apud Euſeb. Præp. Evang. VIII. p. 380: φρονήματος ὑποπλησθεῖσα καὶ παῤῥησίας. Ælianus Nat. Animal. V. 5: φρονήματος ὑποπίμπλαται. Jamblichus Vit. Pythag. 33: ταύτας φρονήμασι ἐλευθερίου ὑποπλήσας. Damaſcius apud Suidam voce Εὐπείθιος—κενοῦ φυσήματος ἄνευ νοῦ ἐμπιπλαμένων. Plutarchus quidem φρύαγμα proprie dicit de *equis*: Conviv. Sap. p. 150. A: Amatorio p. 754. A. nec, niſi hoc præmiſſo exemplo, tralationem inducit ibidem, C: et verbum φρυάττεσθαι proprie, Lycurgo p. 53. D: tralate Politic. Præcept. p. 814. C. Conferatur P. Weſſeling. ad Diodor. Sic. T. I. p. 318. et Heuſingero citati Th. Gatakerus ad M. Antonin. X. 13. p. 300. E. Spanhemius ad Callimach. H. in Pallad. verſ. 2: quorum copiis addi poſſunt loci, Epicteti Diſſ. IV. 1. p. 570: Diogenis Laertii, VI. 7: Dionyſii Alex. apud Euſeb. Præp. Evang. XIV. p. 782. B.

1. C. Διόφαντον—Ἀθηναῖοι] *Cleophantum* fuiſſe nomen Themiſtoclis filio et conſtat, et docuerunt J. Palmerius Exercitat. p. 214. atque Valckenarius ad Herodotum VIII. 75. huic loco *Cleophanti* nomen reſtituere jubentes. Enimvero haud ſcio an error potius ſit ſcriptoris quam librarii. Idem dictum, ut ab ipſo Themiſtocle, non ut a Cleophanto, pronunciatum, refert Plutarchus in Apophthegmatibus p. 186. D. Ad eamdem formam compoſitum eſt

illud Catonis Majoris quod in ejus vita memorat Plutarchus p. 340. B: περὶ δὲ τῆς γυναικοκρατίας διαλεγόμενος "Πάν-"τες, εἶπεν, ἄνθρωποι τῶν γυναικῶν ἄρχουσιν· ἡμεῖς δὲ πάντων ἀν-"θρώπων· ἡμῶν δὲ αἱ γυναῖκες." Τοῦτο μὲν οὖν ἐστιν ἐκ τῶν Θεμιστοκλέους μετενηνεγμένον ἀποφθεγμάτων. Ἐκεῖνος γὰρ ἐπιτάττοντος αὐτῷ πολλὰ τῷ υἱῷ διὰ τῆς μητρὸς, "Ὦ γύναι, εἶπεν, Ἀθη-"ναῖοι μὲν ἄρχουσιν Ἑλλήνων· ἐγὼ δὲ Ἀθηναίων· ἐμῷ δὲ σύ· σῷ "δὲ ὁ υἱός· ὥστε φειδέσθω τῆς ἐξουσίας, δι' ἣν ἀνόητος ὢν, πλεῖστον "Ἑλλήνων δύναται." Exemplum scite ad declarandum soritem adhibuit elegantissimus cum veteris Philosophiæ tum Latinæ interpres linguæ Jac. Facciolatus Acroasi II. p. 25.

1. D. Λακεδαιμονίους—Ἀρχίδαμον] Patrem magni illius Agesilai, ut constat ex Plutarcho in ejus vita p. 596. F. ubi eamdem rem ex Theophrasto auctore prodit: ὡς δὲ Θεόφραστος ἱστορεῖ, τὸν Ἀρχίδαμον ἐζημίωσαν οἱ Ἔφοροι γήμαντα γυναῖκα μικράν· "Οὐ γὰρ βασιλεῖς, ἔφασαν, ἄμμιν, ἀλλὰ βασι-"λείδια γεννάσει." Athenæus XIII. p. 566. A. ut videtur, ex Heraclide Lembo: Ἡρακλείδης δὲ ὁ Λέμβος ἱστορεῖ ὅτι κατὰ τὴν Σπάρτην θαυμάζεται μᾶλλον ὁ κάλλιστος, καὶ γυνὴ ἡ καλλίστη, καλλίστας γεννώσης τῆς Σπάρτης τὰς γυναῖκας· διὸ καί φασι περὶ Ἀρχιδάμου τοῦ βασιλέως, γυναικὸς αὐτῷ καλῆς φαινομένης, ἑτέρας δὲ αἰσχρᾶς καὶ πλουσίας, ὡς ἀπέκλινεν ἐπὶ τὴν πλουσίαν, ζημιῶσαι τοὺς Ἐφόρους αὐτὸν, ἐπιλέγοντας ὅτι βασιλίσκους ἀντὶ βασιλέων τοῖς Σπαρτιάταις γεννᾷν προαιρεῖται. His adjungantur Muretus V. L. III. 2: Meursius de Regno Laced. XVII. p. 79. Cragius Rep. Laced. I. p. 98. Valckenarius ad Theocrit. p. 288. Cæterum μικρὰν τὸ μέγεθος non convenit cum Plutarchi consuetudine: at frequens est Herodoto, Æliano, Sophistis aliis, ut monuimus in Disp. de scriptore libelli Sect. II. Part. II. Cap. II. Exempla dictionis attulerunt Heusingerus ad hunc locum et Wesselingius ad Herodot. I. 50. Haud scio an item ad Archidamum referendum sit Laconis in eadem caussa dicterium: quod est apud Plutarchum De Frat. Amore p. 481. F: ὁ μὲν οὖν Λάκων μικρὰν γυναῖκα γήμας ἔφη, τὰ ἐλάχιστα δεῖν αἱρεῖσθαι τῶν κακῶν.

1. D. τοῖς πρὸ ἡμῶν] *Iis qui ante nos de eodem argumento*

ſcripſerunt. Sic Plutarchus Opp. Mor. p. 62. E: 1143. E. Iſocrates contra Sophiſtas p. 507. Strabo I. p. 27. A: Ariſtides T. I. p. 108: Galenus T. I. p. 39. B: Euſebius Præp. Evang. I. p. 6. D: VI. p. 43. D.

1. D. τὸ ποῖον] Hujuſmodi interrogationibus delectatur ſcriptor hujus libelli. Sic p. 4. C. τὸ ποῖον; Similiter p. 2. D: 5. A: 8. C: 11. D. Modeſtius his utitur Plutarchus et rarius: veluti Opp. Mor. p. 789. C: 952. D: 1010. C: 1110. E: 1111. D. Heuſingerus haud temere maluit τὸ ποῖον; et ita habet Harleianus.

1. D. ἀοίνως ἢ μετρίως γοῦν οἰνωμένως] Ocellus Lucanus p. 535. ed. Galei: unde ſua hauſit Ariſtoxenus ap. Stob. Serm. XCIX. p. 543: forte etiam quædam Plato in eodem præcepto commendando Leg. II. p. 583. E: VI. p. 623. C. Qua de re quædam attigimus ad Plutarchum De Ser. Num. Vind. p. 85. et Bibliothecæ Crit. Vol. II. Part. IV. p. 112. Sed cum illorum Veterum ubertate noſtri hominis jejunitatem comparare, non abs re ſit. Cæterum, ſi Porphyrio credimus, præceptum vulgo ab omnibus fere hominibus neglectum fuit: De Abſtinentia III. 10: παιδοποιεῖνται δὲ σχεδὸν πάντες μεθύοντες· ἀλλ' οὐ τά γε ζῶα.

1. D. ὧν ἂν τὴν ἀρχὴν τῆς σπορᾶς οἱ πατέρες ἐν μέθῃ ποιησάμενοι τύχωσιν] Compoſitio dictionis minime Plutarchea: quod notavimus Diſp. de ſcriptore hujus libelli Sect. II. Part. II. Cap. III.

p. 2. A. Διογένης] Zenoni tribuitur a Diogene Laertio VII. 18: Ἀρίστωνος δὲ τῶ μαθητοῦ πολλὰ διαλεγομένω οὐκ εὐφυῶς, ἔνια δὲ καὶ προπετῶς καὶ θρασέως, Ἀδύνατον, εἶπεν, εἰ μή σε ὁ πατὴρ μεθύων ἐγέννησε· ubi interpretes noſtrum locum attulerunt.

2. A. εἰρήσθω μοι] Opportune Heuſingerus notavit Ariſtotelicam formulam Rhetoric. I. fin. Περὶ μὲν οὖν τῶν ἀτέχνων πίστεων εἰρήσθω τοσαῦτα. Poetic. 3. fin. Περὶ μὲν οὖν τῶν διαφορῶν—εἰρήσθω ταῦτα.

2. A. Περὶ δὲ τῆς ἀγωγῆς] Ἀγωγὴ hoc loco opponitur παιδοποιΐᾳ, ac veluti genus totam complectitur educationem, duaſque tamquam partes τροφὴν et παιδείαν: eſtque

universa ratio, qua, tamquam *via*, *ducitur* natus, nec temere sibi ipse relictus adolescit. Atque huc jam referendus erat locus de pædagogo; siquidem scriptor accuratam ipse viam sequeretur. Conferantur quæ diximus ad inscriptionem libelli περὶ ἀγωγῆς, p. 1. A.

2. A. τρία δεῖ συνδραμεῖν—ἀτελές] Huc pertinet Archytæ dictum ex libro περὶ παιδεύσεως ἠθικῆς, apud Damascenum: πάντως δὲ ἀρχὴν μὲν τὴν φύσιν προείδεμεν (f. προελέμεν, *præoccupare*) μέσα δὲ τὴν ἄσκησιν, τέρμα δὲ τὴν εἴδησιν φέρειν. Aristoteles apud Diog. Laert. V. 18: τριῶν ἔφη δεῖν παιδείαν, φύσεως, μαθήσεως, ἀσκήσεως. Epictetus ap. Stob. Serm. I. p. 6. τὸν δὲ τῆς ψυχῆς δεσμὸν λύει ἀρετὴ διὰ μαθήσεως, ἢ μεγαλοψυχίας, καὶ ἀσκήσεως. Gesneri varia lectio ἐμπειρίας pro μεγαλοψυχίας est illa quoque in Codice Paris. A: mihi videtur non improbabilis esse correctio μεγαλοφυΐας, *magnitudinis ingenii*. Auctor ad Herennium III. 16: *ingenii bonitas imitatur sæpe doctrinam, ars porro naturæ commoda confirmat et auget.—Nec hoc magis aut minus in hac re quam in cæteris artibus fit, ut ingenio, doctrina, præceptione natura niteſcat.* Ex iisdem doctrinæ fontibus profectum Philo Judæus præceptum haud infrequente mentione usurpat: v. c. De Agricultura p. 210. D. E. De Abrahamo p. 358. B. D. De Josepho, initio libri, p. 526. A. De Somniis p. 590. B: τὴν ἀρετὴν ἢ φύσει, ἢ ἀσκήσει, ἢ μαθήσει, παραγίνεσθαί φασι. De Præm. et Pœn. p. 920. C: πλήρωμα ἀρετῶν ἡ ψυχὴ διὰ τριῶν τῶν ἀρίστων, φύσεως, μαθήσεως, ἀσκήσεως. Quod reposui λειφθῇ τούτων ex codicibus pro vulgato λειφθῇ τι τούτων, non sine ratione factum. Nunc sensus est, *Quacumque autem in parte his caruerit.* Alia lectio fuisse videtur, nisi vera, probæ tamen orationis, ὅ, τι δ' ἂν λειφθῇ τούτων, *Quodcumque autem horum defuerit.* Unde vulgata ex ambabus temere conflata est. Videtur hæc sententia loci communis instar fuisse in Rhetorum præceptis. Sic fere apud Platonem Phædro p. 354. C: τὸ μὲν δύνασθαι, ὦ Φαῖδρε, ὥστε ἀγωνιστὴν τέλεον γενέσθαι, εἰκὸς, ἴσως δὲ καὶ ἀναγκαῖον, ἔχειν ὥσπερ τ' ἄλλα· εἰ μέν σοι ὑπάρχει φύσει ῥητορικῷ εἶναι, ἔσῃ ῥήτωρ ἐλλόγιμος, προσλαβὼν ἐπιστήμην τε καὶ μελέτην· ὅτου δ' ἂν ἐλλίπῃς τούτων, ταύτῃ ἀτελὴς ἔσῃ. Et res et dictio fere exstat in Fragmento Simyli

poetæ ap. Stobæum Serm. LVIII. p. 378. et apud Grotium p. 229:

Οὔτε φύσις ἱκανὴ γίνεταϛ τέχνης ἄτερ
Πρὸς ἀδὲν ἐπιτήδευμα παράπαν ἀδενὶ,
Οὔτε πᾶν τέχνη φύσιν μὴ κεκτημένη.
Τούτων ὁμοίως τοῖν δυοῖν συνηγμένων
Εἰς ταυτὸν ἔτι δεῖ προσλαβεῖν χορηγίαν,
Ἔρωτα, μελέτην, καιρὸν, εὐφυῆ χρόνον,
Κριτὴν, τὸ ῥηθὲν δυνάμενον συναρπάσαϛ.
Ἐν ᾧ γὰρ ἂν τούτων τις ἀπολειφθεὶς τύχῃ,
Οὐκ ἔρχετ' ἐπὶ τὸ τέρμα τᾧ προκειμένῳ.—

Eumdem locum notavit doctiſſimus Schneiderus addens, *cujus Poetæ nil exſtare memini, niſi quæ Plutarchus in Romulo p.* 59. *et Theophilus ad Autolycum p.* 300. *ex eo habent.* Nacti ſumus alium ejuſdem ex eodem, ut videtur, carmine locum in Damaſceni Parallelis MSS. ſolutum fere modis, quem ita ut ibi exſtat, apponere operæ pretium fit: Σιμύλῳ. Πέντε εἰσὶν ἃς ἄνθρωπος αἰσθήσεις ἔχει, ἀφὴν, ὄρασιν, ἀκοὴν, γεῦσιν, ὄσφρησιν· μία τούτων ἁπασῶν ἐστι κυριωτάτη, ἀκοή. Φαγὼν γὰρ ἀδεὶς ἔτι σοφὸς, ἀδὲ ἁψάμενος ἀδεὶς, ἰδών τε λυσιτελές· ἐκ τοῦ δ' ἀκούειν μανθάνειν τε τ' ἀγαθὰ, πολλοὶ φρόνιμοι γεγόνασι· ταύτην γὰρ μίαν ὁ νοῦς ἑαυτῷ κατέλιπε διδάσκαλον, ὥσπερ δικαστὴν, ἢ κριτὴν, ἢ κύριον. Sed ut redeamus unde digreſſi ſumus. Ratio verbi λείπεσθαι cognoſcatur e bonorum uſu ſcriptorum ſimilibus in ſententiis. v. c. Euripidis Phœniſſ. 753. ΕΤΕΟΚΛ. Θάρσει προκρίνας, ἢ φρενῶν εὐβουλίᾳ; ΚΡ. Ἀμφότερον· ἀπολειφθὲν γὰρ ἀδὲν θάτερον. Iſocratis Nicocle p. 52: καθ' ὁπότερον γὰρ ἂν ἐλλίπητέ τι τούτων, ἀνάγκη ταύτῃ κακῶς ἔχειν τὰς πράξεις. Contra Sophiſtas p. 431. item de tribus illis *natura, inſtitutione, exercitatione*, quæ in Oratoribus debent adeſſe; Καὶ τούτων μὲν πάντων συμπεσόντων, τὸ τέλειον ἔξουσιν οἱ φιλοσοφοῦντες· καθ' ὃ δ' ἐλλείπῃ τι τῶν εἰρημένων, ἀνάγκη ταύτῃ χείρους εἶναι τοὺς πλησιάζοντας. Denique exquiſitus verbi χωλεύειν uſus notetur, et commune cum Libanio imitationis exemplum Orat. III. p. 109. B. ubi item de *educatione, diſciplina, exercitatione*: ᾧ γὰρ θάτερον μὲν ὑπάρχει, θατέρου δ' ἡ κτῆσις ἄπεστι, τούτῳ χωλεύειν τὴν ἀρετὴν ἀνάγκη, καθ' ὁπότερον ἂν πανίζοι. Cicero locum ſupra appoſitum Plato-

nis imitans Bruto, 59: *in quacumque enim (parte) una plane claudicaret, orator esse non posset.*

2. B. Ὥσπερ δὲ ἐπὶ τῆς γεωργίας—] Sunt profecto tritæ quotidiano sermone tralationes verborum ab agri cultura ad animi culturam, σπείρειν, ἄρδειν, θερίζειν, aliorum: ipsaque utriusque negotii comparatione Veteres subinde utuntur. Cicero Tusc. II. V: *Atque, ut in eodem simili verser, ut ager, quamvis fertilis, sine cultura fructuosus esse non potest, sic sine doctrina animus: ita est utraque res sine altera debilis. Cultura autem animi philosophia est: hæc extrahit vitia radicitus et præparat animos ad satus accipiendos: eaque mandat his et, ut ita dicam, serit quæ adulta fructus uberrimos ferant.* Hippocrates Lege p. 2. ad medicinæ institutionem exemplum accommodat: χρὴ γὰρ ὅς τις μέλλει ἰητρικῆς ξύνεσιν ἀτρεκέως ἁρμόζεσθαι, τῶνδέ μιν ἐπίβολον γενέσθαι, φύσιος, διδασκαλίης, τόπου εὐφυέος, παιδομαθίης, φιλομαθίης· χρόνου·—ὁκοίη γὰρ τῶν ἐν τῇ γῇ φυομένων θεωρίη, τοιήδε καὶ τῆς ἰατρικῆς ἡ μάθησις· ἡ μὲν γὰρ φύσις ἡμέων ὁκοῖον ἡ χώρη· τὰ δὲ δόγματα τῶν διδασκόντων, ὁκοῖον τὰ σπέρματα κ. τ. λ. Philo Jud. de Vita Mosis II. p. 664. A. B.

2. C. Εὐδαίμων μὲν οὖν ᾗ θεοφιλής—] Dixi, et alteri suam elegantiam constare lectioni εὔδαιμον μὲν οὖν καὶ θεοφιλὲς, *felix et a Diis dilecta sors est ejus, cui hæc obtigerunt*—. Neutrum multis modis pro masculino aut fœminino solet poni: quibus ex modis hic est unus: Archytas loco supra memorato: εὐτυχὲς μὲν οὖν εἶμεν, φῦναι εὖ, τραφῆναί τε καὶ ἀχθῆναι κατὶὸν ὀρθὸν νόμον. Poeta apud Plutarchum Opp. Mor. p. 33. E: Τόδ' ἐστὶ τὸ ζηλωτὸν ἀνθρώποις, ὅτῳ Τύξον μερίμνης εἰς ὃ βέλεται πέσῃ. Dio Chrysostomus Or. LXXIX. p. 666. B: ἐγὼ δὲ τοῦτο μὲν λαμπρὸν ἡγοῦμαι καὶ μακάριον εἴ τις ἐν οἰκέταις ἐλεύθερος εἶναι δύναται—.

2. C. τὴν τῆς φύσεως ἐλάττωσιν εἰς τὸνδεχόμενον ἀναδραμεῖν] Unice verum est ἀναλαβεῖν quod Heusingerus *in aliquot impressis se vidisse* ait: nec addit, qui sint hi libri: sed hi quicumque sunt, certe nullam habent auctoritatem, quandoquidem in nostris omnibus vulgata exstat, excepto Vulcobiano, qui habet ἀναδαμεῖν quod ex ἀναλαβεῖν potuit ortum esse. Idem Heusingerus tuetur ἀναδραμεῖν ex nescio

qua *adſcendendi, ſurſum currendi* ſignificatione. Poterat et *creſcendi* notio advocari, de qua Weſſeling. Diod. Sic. T. I. p. 339. ut eſt apud Plutarchum Iſid. et Oſir. p. 357. A. Ælianum V. H. XII. 1. ἐκ τῆς παιδικῆς ἡλικίας ἀνατρέχων, *ex puerili ætate adoleſcens, in altum creſcens.* Homerum Iliad. Σ. 56. 437. In Polybio II. 13. ἀνατρέχειν κατὰ δύναμιν vertitur, *quod prius peccatum erat, omnibus viribus emendare.* Legat. LVIII. p. 663: ἀνατρέχουσι καὶ διορθοῦνται σφᾶς αὐτοὺς κατὰ δύναμιν: *ad ſeſe confeſtim redeunt, et ſecius admiſſa pro virili corrigunt:* utroque loco valet communis poteſtas, *redire in viam*, et illud ab Horatio dictum *curſus iterare relictos.* Syneſius Dione p. 45. A. ἀναδραμεῖν εἰς τὴν ὐσίαν, *ad naturam redire.* Porphyrius De Abſtinentia I. 1. 2. *ad priores errores redire.* Euſebius Præp. Evang. VII. p. 332. D: τὸ πρώτως πλημμεληθὲν δευτέροις αἰσίοις ἐπιδιορθοῦσθαι σπεύδειν τε ἐπὶ τὴν τῶν οἰκείων ἀναδρομὴν καὶ ἀποκατάςασιν. Themiſtius Or. XXI. p. 249. A. Philo Jud. De Nomin. Mut. p. 1083. C: τὸ γὰρ ἅπαξ λεχθὲν ἀναδραμεῖν μὲν ὐκ ἔςιν. Neque tamen ἀναδραμεῖν τὴν ἐλάττωσιν activa poteſtate ullum probabilem ſenſum facit. Igitur ἀναλαβεῖν recipiendum, *naturæ defectum compenſare, reſtituere.* Theophraſtus de Cauſſis Plant. III. 9: ὅπως ἐπαναλάβωσι τῇ τροφῇ τὴν κακοπάθειαν· *ut vites ab ulceratione ſe recreare alimento poſſint.* Is. Caſaubonus exemplari ſuo Baſileenſi p. 139. adſcripſit, "Miruṇ dictum, *ut recipiant malam habitionem*, pro, *ut* "*recreentur poſt malam habitionem:*" quod ei ſubito annotanti excidere poterat, paulum temporis cogitanti non poterat: nec certe reliquiſſet ſcriptum ſi, quod ei propoſitum fuiſſe videtur, Theophraſti opera edidiſſet. Diodori Siculi XIII. 87. eſt, μήποτε μετὰ τὸ λοιπὸν ςρατεύματος Ἀμίλκας ἐπιφανεὶς ἀναλάβῃ τὴν ἧτταν, *ne cladem repararet:* ubi exemplorum tantum attulit P. Weſſelingius, ut non ſit quare plura addamus exceptis Plutarcheis. Ita igitur in Agide p. 796. A: ἀναλαβεῖν τὴν ἀταξίαν, *ex perturbatione ſe reſtituere.* Dione p. 975. D: τὴν αἰσχύνην ἀναλαβεῖν ζητοῦντες, *ſtudentes ignominiam corrigere*, quæ verba et Weſſelingius apposuit. Bruto p. 1010. C: ἃ δ' ἐπλαίθη δι' ἑτέρους, ἀναλαβὼν καὶ μεταςήσας ἐπὶ τὸ βέλτιον, *corrigens et in melius mutans ea,*

quæ aliorum culpa minus prospere gesserat. Supereſt ut dictionem εἰς τὸ ἐνδεχόμενον, quæ fere idem notat atque εἰς τὸ δυναῖὸν, *quantum fieri poteſt*, vindicemus. Hyperides ap. Stob. Serm. CXXIII. p. 618. in Funebri Oratione, de qua videatur Ruhnkenius noſter Hiſt. Crit. Or. Gr. p. 69: ὅμως δὲ χρὴ θαῤῥεῖν, καὶ τῆς λύπης παραιρεῖν (ita leg. pro παραινεῖν) εἰς τὸ ἐνδεχόμενον. *Attamen bono animo eſſe oportet, ac triſtitiam, quantum fieri poteſt, minuere.* Epictetus Diſſ. IV. 11: ὁ λόγος παραληφθεὶς εἰς τὸ ἐνδεχόμενον ταύτην καθάριον ἀποτελεῖν πειρᾶται. Ibidem mox: κατὰ τὸ ἐνδεχόμενον. Archytas ap. Stob. S. I. p. 14: ὁ ἐν πάντεσσι τοῖς καιροῖς καλῶς ἀγωνιζόμενος ἐκ τῶν ἐνδεχομένων, *quantum res patitur.* Sic ἐνδεχομένως Demoſthenes Coron. p. 316. C. Polybius I. 20. quæ pluribus illuſtravit P. Weſſelingius ad Diod. Sic. T. I. p. 137. Plutarchus Opp. Mor. p. 715. B: τὰς ἐνδεχομένας λόγας εὑρεῖν, *invenire rationes, quoad ejus fieri poteſt, optimas:* p. 617. A. ὡς ἐνδέχεται, *quantum fieri poteſt.* Solone p. 83. B: Ariſtide p. 333. D. Alia ſuo loco.

2. C. ἴσω πολλᾷ, μᾶλλον δὲ τᾷ παντὸς διαμαρτάνων] *Sciat ſe aberrare non ſolum a magna rei parte, ſed a tota omnino re.* Heuſingerus exempla attulit rationis dicendi, ἴσω διαμαρτάνων, *ſciat ſe aberrare:* nobis non opus videbatur aliquando exemplis quum eamdem formam reddebamus Juliano Or. III. p. 110. D. pro ἅτε ἐπιθυμῶν corrigentes ἴσω ἐπιθυμῶν, Ep. Crit. p. 13. quod ſatis monuiſſet Vigerus De Idiotiſm. p. 339. Plutarchea tamen hic notanda, Opp. Mor. p. 591. D. 812. A. 830. C. 971. C. E. Vitarum, p. 70. D. 229. B. 593. A. 594. F. 633. B. 637. F. 647. E. 651. B. 652. E. 677. A. 729. E. 736. C. 740. B. 898. B. 961. C. 969. A. Item in hoc ipſo libello mox p. 5. D. Τᾷ παντὸς ἁμαρτάνειν, διαμαρτάνειν, σφάλλεθαι, ſunt apud Plutarchum Opp. Mor. p. 134. D. 136. B. Vitarum, 325. E. 328. B. 993. B. 1049. B.

2. C. τὰ μὲν ῥᾴδια τὰς ἀμελοῦντας φεύγει] Videtur expreſſum eſſe ex illo Sophoclis Œdip. Tyr. 112.—τὸ δὲ ζητούμενον Ἁλωτόν· ἐκφεύγει δὲ τἀμελούμενον: quod Plutarchus habet De Fortuna p. 98. A.

2. D. Στάγονες μὲν γὰρ ὕδαλος πέτρας κοιλαίνεσι] Tritum

consuetudine Proverbium : de quo videatur H. Junius ad Erasmi Adagia, p. 195 : et A. Schottus ad Metrica Prov. 110. p. 585.

2. D. τόνῳ καμφθέντες οὐδ' ἂν εἴ τι γένοιτο τὴν ἐξ ἀρχῆς δύναιντο ἀναλαβεῖν εὐθυωρίαν] Rara sane formula οὐδ' ἂν εἴ τι γένοιτο, *quidquid fiat, ne si omnia quidem fiant*, in qua explicanda operam perdiderunt non solum hujus libelli editores, sed alii, qui hunc locum aliis in scriptis attigerunt. D. Heinsius ad Theocrit. Id. VIII. p. 347. comparat illud οὐδ' εἴτι πάθοις, et nostrum locum citans οὐδ' εἴ τι γένοιο, forte errore, nec enim ita in libro quodam est, nec dicit se ita emendare ; quamquam, si ita scripsisset noster Pseudo-Plutarchus, elegantiam secutus fuisset. Sed iste rhetoricæ studiosus videtur ab Aristide duxisse, qui eadem formula utitur, Orat. Sacra IV. p. 329 : ἀποκριναμένων τῶν παίδων ὅτι ληροῖεν, καὶ οὐδ' ἂν εἴτι γίγνοιτο, κινησοίμην, ἀπιόντες ᾤχοντο πρὸς ὀργήν— *quum fāmuli mei nautis dicerent, eos nugari, nec me, quidquid tandem fieret, ex hoc loco discessurum esse, irati abierunt.* Ibid. p. 339 : οὐδ' ἂν εἴτι γένοιτο, μεταθεῖτο τῶν δεδογμένων οὐδέν· *quidquid ego tentarem, non tamen propositum mutaret.* Et Philo Judæus usurpat, Leg. Allegor. II. p. 61. D. οὐδ' ἂν εἴτι γένοιτο, ἐκφεύγειν καὶ ἀποκρύπτεσθαι δυνηθείημεν. De Sacrif. Abelis et Caini p. 141. D : οὐδ' ἂν εἴτι γένοιτο περὶ τῆς τῶν παρόντων κακῶν ἀποτροπῆς ἱκετεύσοντες τὸ θεῖον. Restituendum eidem De Somniis 1146. A. κατὰ χρημνῶν καὶ βάθρων, ἐξ ὧν οὐδ' ἂν εἴτι (vulgo ἔτι) γένοιτο διανασῆναι, δυνήσεσθαι ῥίψαι. Frequentius est in hoc usu ὁτιοῦν : v. c. apud Demosthenem Fals. Leg. p. 244. A : μήδ' ἂν ὁτιοῦν ᾖ, κινηθήσονται : *quidquid tandem fiat, non commoveantur.* Pro τόνῳ habent τόνῳ Fabric. Junius ex codice : A. C. Mosc. 1. 2. Harl. Pol. Rod. Aug. Flor. T. V. B. codex Xylandri : magis tamen placet τόνῳ. Cum argumento comparentur Seneca Ep. L. *Nihil est quod non expugnet pertinax opera, et intenta ac diligens cura. Robora in rectum, quamvis flexa, revocabis : curvatas trabes calor explicat : et aliter natæ in id finguntur, quod usus noster exigit. Quanto facilius animus accipit formam, flexibilis et omni humore obsequentior?* Themistius Or. XXI. p. 249. A :

καθάπερ τῶν κλάδων τὰς διαστρόφους φυέντας ἂν ποτε εὐθεῖς μηχανήσαιο ταῖς χερσὶ μαλάττων τε καὶ ἐπικάμπτων, ἀλλ' ἀνατρέχουσιν αὖθις ἐπὶ τὴν σκολιότητα τῆς γενέσεως.

2. D. καμπύλας τῶν ὑποκριτῶν βακτηρίας] Harum inventionem Sophocli tribuit Satyrus ap. Grammaticum, a quo ſcripta poetæ vita vulgo ejus tragœdiis præmittitur: Σάτυρος δέ φησιν ὅτι καὶ τὴν καμπύλην βακτηρίαν αὐτὸς ἐπενόησε. Suetonius Nerone 24: *in quodam tragico actu quum elapſum baculum cito reſumſiſſet:* ubi Is. Caſaubonus hæc adjicit: *de baculis hiſtrionum habes apud Euſtathium, Pollucem, Plutarchum, Laertium, alioſque plurimos veterum:* vellem horum locos appoſuiſſet, vel paginis ſuis ſaltem notaſſet: et vereor ne memoria fretus vir magnus, uberius quam verius dixerit. *Sceptrum regium tragicorum* ſatis notum eſt; *curvus baculus,* non item: nec quidquam huic rei proprium, niſi duos hos locos Suetonii et hujus de Educatione libelli, habet Lipſius Electorum I. 24.

2. D. Καὶ μόνα ἆρα ταῦτα—μυρίοις] Rhetoricus color. Primum in Interrogatione et Reſponſione: qualis Ariſtidis T. I. p. 156. T. II. p. 264: tum μυρία ἐπὶ μυρίοις T. I. p. 90. 293. quamquam hoc item eſt apud Plutarchum Conſol. Apollon. p. 115. E. ſed ipſum tunc adoleſcentem et a rhetoricis ſcholis recentem.

2. E. ποία δὲ σώματος ἰσχύς—] Plato Theæteto p. 118. H. Τί δαί; ἡ τῶν σωμάτων ἕξις οὐχ ὑπὸ ἡσυχίας μὲν καὶ ἀργίας διόλλυται, ὑπὸ γυμνασίων δὲ καὶ κινήσεων ὡς ἐπιπολὺ σώζεται;— Ἡ δ' ἐν τῇ ψυχῇ ἕξις οὐχ ὑπὸ μαθήσεως μὲν καὶ μελέτης, κινήσεων ὄντων, κτᾶταί τε μαθήματα καὶ σώζεται καὶ γίγνεται βελτίων· ὑπὸ δ' ἡσυχίας, ἀμελετησίας τε καὶ ἀμαθίας ἕσης, οὔτε τι μανθάνει, ἅ τ' ἂν μάθοι ἐπιλανθάνεται;

2. F. τίνες δ' ἵπποι—] Rhetoricum exemplum. Auctor ad Herennium IV. 46: *Nec equus quidem indomitus, quamquam natura bene compoſitus ſit, idoneus poteſt eſſe ad eas utilitates quæ deſiderantur ab equo: neque homo indoctus, quamvis ſit ingenioſus, ad virtutem poteſt pervenire.* Ex philoſophorum ſcholis ductum; Xenophon Mem. Socr. IV. 1. 3.

2. F. Καὶ τί δεῖ τ' ἄλλα θαυμάζειν, ὅπου γε—] Formulæ

uſum et vim exemplis quibuſdam declaravit Heuſingerus: et nos quondam ad Plutarchi de Ser. Num. Vind. adjectum Fragmentum p. 139: quibus nunc alia addenda, notatis fere paginis. Opp. Mor. 338. B: καὶ τί ἂν περὶ τούτων λέγοι τις—ὅπου καὶ Κλέαρχος Ἡρακλείας τύραννος γενόμενος σκῆπτρον ἐφόρει—. ubi legam σκηπτὸν cum Valckenario ad Eurip. Hippol. p. 212: porro p. 411. E. 470. C. 769. B. 782. E. καὶ τί δεῖ ταῦτα λέγειν, ὅπου καὶ τὰ σμικρότατα τῶν ἐλλειμμάτων περὶ τὰς ἐπιφανεῖς καὶ ἐνδόξους συκοφαντεῖται. 800. D. 831. E. 937. B. 956. D. 980. D. 1010. D. 1099. C. Vitar. p. 160. E. Dio Chryſ. Orat. XXXVII. 462. B. Lucianus T. I. p. 834. Polyænus VIII. 23. Porphyrius ap. Euſeb. Præp. Evang. X. p. 465. D. Johannes Chryſ. Homil. IV. De Providentia T. I. p. 734. E. Quædam etiam dedit J. Toupius ad Longinum IV. 4.

2. F. Εὖ δὲ καὶ ὁ Θετταλὸς—πολεμεῖν] Minime accidit opportuna hujus dicti commemoratio. Cæterum nec alibi me legere memini: et Theſſalorum ut infidum ingenium fertur, ita de perpetuis eorum bellis, quo dictum hoc pertinere videtur, nil diſerte proditum eſt. Huc tamen ſpectavit Iſocrates Or. de Pace p. 316. οἱ μὲν (Θετταλοὶ) σφίσιν αὐτοῖς ἀεὶ πολεμοῦσιν: et Epiſtola ad Philippum p. 705.

2. F. Καὶ τί δεῖ τὰ πολλὰ λέγειν;] Formula rhetoricis in ſcholis frequentata: de qua diximus Biblioth. Crit. Vol. III. Part. I. p. 46. Harleianus pro λέγειν habet λέγοντα διατρίβειν, quæ eſt Iſocratea formula, mox a noſtro adhibita ibique nobis illuſtranda.

2. F. καὶ γὰρ τὸ ἦθός ἐστι πολυχρόνιον—ἐθικάς—] Xylander recte monuit corrigendum eſſe, καὶ γὰρ τὸ ἦθος ἔθος ἐστὶ πολυχρόνιον. Scriptor videtur hæc duxiſſe ab Ariſtotele Ethic. ad Nicomach. II. 1: ἡ δὲ ἠθικὴ ἀρετὴ ἐξ ἔθους περιγίνεται· ὅθεν καὶ τὄνομα ἔσχηκε μικρὸν παρεκκλίνον ἀπὸ τοῦ ἔθους. Huc ſpectavit is qui apud Stobæum in Ethicis Eclogis p. 184. Peripateticorum doctrinam retulit: τὸ μὲν οὖν ἦθος τὄνομα λαβεῖν φησιν ἀπὸ τοῦ ἔθους· ὧν γὰρ ἐκ φύσεως τὰς ἀρχὰς ἔχομεν ἢ σπέρματα, τούτων τὰς τελειότητας περιποιεῖσθαι τοῖς ἔθεσι ἢ ταῖς ὀρθαῖς ἀγωγαῖς. Plutarchus de Virtute Morali p. 443. C.

Plato Leg. VII. p. 629. C: κυριώτατον γὰρ οὖν ἐμφύεται πᾶσι τότε τὸ πᾶν ἦθος διὰ ἔθος.

p. 3. A. Λυκοῦργος—ἀποβέβηκε] Idem factum narrant Plutarchus in Apophthegm. Lacon. p. 225. F. et Nicolaus Damaſcenus in Excerptis Valeſ. p. 449. unde habet Suidas voce Λυκοῦργος: ſatis uterque ſimpliciter: noſter homo ſuo more ornatum a verborum et compoſitionis curioſitate quæſivit: quod pluribus declaravimus in Diſput. de Scriptore hujus libelli Sect. II. Part. II. Cap. III.

3. A. πρὸς ἀρετῆς κύησιν] Scriptor exquiſitum nactus vocabulum facere non poterat quin apponeret, neglecto uſitato κτῆσιν. Sane habet κύησις, quo ſe tueatur Platonico colore. Notum illud ex Theæteto p. 117. *de animi partu* et Sympoſ. p. 329. C: κύεσι γὰρ πάντες ἄνθρωποι καὶ κατὰ σῶμα καὶ κατὰ ψυχήν. Leg. VII. 624. B: εἰς ἀρετῆς ἔκφυσιν ἱκανώτατος ἂν εἴη. At alterum εἰς ἀρετῆς κτῆσιν frequentiſſimo uſu commendatur. Sic ipſe ſcriptor hujus libelli p. 12. D: ταῦτα πρὸς ἀρετῆς κτῆσιν συμβάλλεται ῥοπὴν οὐκ ἐλαχίστην. Plato Sympoſ. p. 318. C: φημὶ Ἔρωτα θεῶν—κυριώτατον εἶναι εἰς ἀρετῆς καὶ εὐδαιμονίας κτῆσιν ἀνθρώποις. Leg. IV. p. 596. C: ἀνίατός γ' ἂν εἴη πρὸς ἀρετῆς κῆσιν. Ib. D. εἰς γενναίων καὶ δικαίων ἠθῶν κτῆσιν. VII. p. 637. C: προκαλούμενος ἑκάστους εἰς ἀρετῆς ἕπεσθαι κτῆσιν. Muſonius apud Stob. Serm. XXXVIII. p. 234: ἀνόητος πρὸς κτῆσιν ἀρετῆς. Idem ap. Damaſcenum MS. Λυκίου ἐκ τῶν Μουσωνίου πότερον ἰσχυρότερον ἔθος ἢ λόγος. Αὖθις ἐνέπεσε μὲν ζήτησις πότερον ἀνυσιμώτερον πρὸς κτῆσιν ἀρετῆς, ἔθος ἢ λόγος. Philo Judæus ap. Euſeb. Præp. Evang. VIII. p. 382. C: φιλοσοφίας τε τὸ μὲν λογικὸν ὡς οὐκ ἀναγκαῖον εἰς κτῆσιν ἀρετῆς. Galenus, "Animi Mores "ſequi Temperamentum Corporis," fin. T. I. p. 351. Edit. Baſ. τῶν Στωϊκῶν ἅπαντας ἀνθρώπους εἰς ἀρετῆς κτῆσιν ἐπιτηδείως ἔχειν οἰομένων. Johannes Chryſoſt. T. VI. p. 790. B: φιλοσοφίᾳ καὶ τῇ κτήσει τῆς ἀρετῆς πάντων γένοιντ' ἂν εὐπορώτεροι. Ad ſententiam accedit illud Cyrenaicorum placitum apud Diogenem Laertium II. 91: τὴν σωματικὴν ἄσκησιν συμβάλλεσθαι πρὸς ἀρετῆς ἀνάληψιν.

3. B. καὶ εὐθὺ] Probum vocabulum: Dio Chryſ. Or. XXI. p. 272. D: τοῦ ἡλίου ἐπιλάμψαντος εἰς τὸ κατευθύ· et mox

273. A. Alia dat H. Stephanus Theſ. L. Gr. T. I. p. 1300. Eadem conſtructio eſt in εὐθύ τινος, *recta ad aliquid*, item *e regione alicujus*: de quo D. Ruhnkenius ad Timæi Gloſſ. Plat. p. 126. Schneiderus e codice Auguſtano exhibuit καὶ εὐθὺς τῶν σκυλάκων ὁ μὲν ἐπὶ τὸν λαῖωὸν ἤϊξεν—. Mihi non opus videbatur mutatione, omnibus noſtris libris in vulgata conſentientibus; excepto Florent. in quo tantummodo καὶ ante ὁ μὲν deeſt.

3. C. αὐτὰς τὰς μητέρας—ὑπέχειν τοὺς μαζούς.] Præcepta veteris diſciplinæ cognoſcantur ex egregio ſcriptore, ſtudioſo et æmulo Plutarchi, Favorino ap. Gellium XII. 1.

3. C. ἔνδοθεν—ἐξ ὀνύχων ἀπαλῶν] *Ex animo—a teneris unguiculis*: ἔνδοθεν ſic apud Plutarchum Opp. Mor. p. 62. C. 477. A. 1000. B. Vit. p. 953. A. Proverbium Græcis tribuit Cicero Ep. Div. I. 6: *Sed præſta te eum, qui mihi a teneris, ut Græci dicunt, unguiculis es cognitus*: ἀπαλῶν omittunt Ald. Baſ. A. C. Harl. Flor. Moſc. 1. 2. habent alii, et addunt Aldinæ ac Baſileenſis annotatores Leonic. Pol. Rodolph. Anon. Junius ex codice Xyl. At Eraſmus Adag. p. 29. omittit, quippe Aldinam ſequens.

3. C. Σοφὸν δὲ ἄρα καὶ ἡ πρόνοια—τὰς τῆς τροφῆς πηγάς.] Dictio a Platone fluxit, qui in Menexeno p. 404. D: καὶ γύνη δήλη τεκοῦσά τε ἀληθῶς, καὶ μὴ, ἀλλ' ὑποβαλλομένη, ἐὰν μὴ ἔχῃ πηγὰς τροφῆς τῷ γενομένῳ. Hinc Clemens Alexandrinus Pædagog. p. 106. A: πηγὴ τροφῆς τὸ γάλα. Reprehendit Dionyſius Halicarnaſſeus De Admirabili Eloq. Demoſthenis T. II. p. 180: οὐκ οἴεται τὸ γάλα σεμνὸν εἶναι ὄνομα, ἀλλὰ πηγὴν τροφῆς αὐτὸ μετονομάζει: ſed is Platoni fere iniquior. Forma σοφὸν—ἡ πρόνοια elliptica ſubaudiendo σοφὸν ἐποίησε ὅτι, vel σοφόν ἐϛι ὅτι: cujuſmodi eſt p. 979. D. Syneſ. p. 85. C. ἡ παροιμία σοφόν—.

3. D. Καὶ γὰρ τὰ θηρία τῶν συνιτρεφομένων ἀποσπώμενα, ταῦτα ποθοῦντα φαίνεται.] Habet a Xenophonte Cyropæd. H. p. 44. B: ἐδόκουν δὲ ὠφελεῖσθαι αὐτῷ ὁμοῦ τρεφόμενοι καὶ πρὸς τὸ ἧττον ἀλλήλους ἂν ἐθέλειν ἀπολείπειν· ὅτι ἐώρα καὶ τὰ θηρία τὰ ὁμοῦ τρεφόμενα δεινὸν ἔχοντα πόθον, ἤν τις αὐτὰ διασπᾷ ἀπ' ἀλλήλων. Mem. Socr. II. 3, 4: καὶ μὴν πρὸς φιλίαν μέγα μὲν ὑπάρχει τὸ ἐκ τῶν αὐτῶν φῦναι, μέγα δὲ τὸ ὁμοῦ τραφῆναι· ἐπεὶ καὶ τοῖς θη-

ρίοις πόθος τις ἐγγίγνεται τῶν συντρόφων. Plutarchus de Solertia Animalium p. 974. C. Ælianus Nat. Animal. VI. 2.

3. D. τάς γε τίτθας καὶ τροφοὺς,] Præceptum Chryſippi alicubi audiverat ſcriptor, cognitum nobis e Quinctiliano Inſt. Or. I. 1. p. 13: *Ante omnia ne ſit vitioſus ſermo nutricibus: quas, ſi fieri poſſet, ſapientes Chryſippus optavit: certe, quantum res pateretur, optimas eligi voluit. Et morum quidem in his prior ratio eſt: recte tamen etiam loquantur*—. Et proxima Quinctiliani ſimilia ſunt proximis hujus loci.

3. E. ἵνα ταῦτα ὀρθὰ καὶ ἀσραβῆ φύηται] In eodem argumento Ariſtoteles VII. 19: πρὸς δὲ τὸ μὴ διασρέφεσθαι τὰ μέλη δι' ἀπαλότητα, χρῶνται καὶ νῦν ἔνια τῶν ἐθνῶν ὀργάνοις τισὶ μηχανικοῖς ἃ τὸ σῶμα ποιεῖ τῶν τοιούτων ἀσραβές. Cæterum Platonica apparet imitatio, quam etiam Heuſingerus notavit ex Republ. II. p. 429. F: τοὺς δ' ἐγκριθέντας (μύθους) πείσομεν τὰς τροφούς τε καὶ μητέρας λέγειν τοῖς παισὶ, καὶ πλάττειν τὰς ψυχὰς αὐτῶν τοῖς μύθοις πολὺ μᾶλλον ἢ τὰ σώματα ταῖς χερσίν. Et Plutarcho frequens eſt dictio πλάττειν τὸ ἦθος, vel τὴν ψυχήν: Opp. Mor. 28. E. Virt. Moral. p. 439. F: λαμβάνοντες ἐκ γάλακτος, ὥσπερ αἱ τίτθαι ταῖς χερσὶ τὸ σῶμα πλάττουσιν, οὕτως ῥυθμίζουσι τοῖς ἔθεσιν εἰς ἴχνος τι πρῶτον ἀρετῆς καθιστάντες. Amatorio p. 757. F. Numa p. 78. A: περὶ τί πρῶτον ἦν σπουδάσαι ἢ περὶ παίδων ἐκτροφὴν καὶ νέων ἄσκησιν, ὅπως μὴ διάφυροι μηδὲ ταραχώδεις γένοιντο τοῖς ἤθεσιν, ἀλλ' εἰς ἕν τι κοινὸν ἀρετῆς ἴχνος εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς πλατόμενοι καὶ τυπούμενοι συμβαίνοιεν ἀλλήλοις;—Simili ratione Opp. Mor. p. 83. D. 443. B, C. 789. E. 988. B. Dio Chryſ. Or. LXXVII. p. 657. B.

3. E. Εὔπλασον γὰρ ἡ νεότης—ἐναποτυποῦνται] Sic de puellis recens nuptis Callicratidas Pythagoreus ap. Stob. S. LXXXIII. p. 487: καὶ γὰρ εὔπλασοι καὶ εὐαγωγοὶ τυγχάνουσι πρωτονύμφευτοι. Comparatio ſigni ceræ impreſſi venit a Platone Theætet. p. 135. B: Θὲς δή μοι λόγου ἕνεκα ἐν ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν ἓν κήρινον ἐκμαγεῖον—τῷ μὲν καθαρωτέρου κηροῦ, τῷ δὲ κοπρωδεσέρῳ καὶ σκληροτέρῳ, ἐνίοις δὲ ὑγροτέρῳ—καὶ εἰς τοῦτο, ὅ, τι ἂν βουληθῶμεν μνημονεῦσαι—ἀποτυπᾶσθαι, ὥσπερ δακτυλίων σημεῖα ἐνσημαινομένους· καὶ ὃ μὲν ἂν ἐκμαγῇ, μνημονεύειν τε καὶ ἐπί-

ϛαθαι, ἕως ἂν ἐνῇ τὸ εἴδωλον ταὐτὸ· ὅταν δ' ἐξαλειφθῇ ἢ μὴ οἷόν τε γέννηται ἐκμαγῆναι, ἐπιλελῆ, ἤ τε καὶ μὴ ἐπίϛαθαι. Rep. II. p. 429. E: ἀρχὴ παντὸς ἔρ, ϐ μέγιϛον, ἄλλως τε ϗ νέῳ ϗ ἁπαλῷ ὁτῳοῦν· μάλιϛα γὰρ δὴ τότε πλάττεται, καὶ ἐνδύεται τύπος ὃν ἄν τις βέληται ἐνσημήναϑαι ἑκάϛῳ. Similia verba de procreatione ſunt Leg. VI. p. 623. C: εἰς γὰρ τὰς τῶν γεννωμένων ψυχὰς καὶ σώματα ἀναγκαῖον ἐξομοργνύμενον ἐκλυπεῖϑαι. Philo Jud. de Joſepho p. 538. C: ὥσπερ οἱ τῶν ἀγαθῶν ὁμιληταὶ ϐελτιῶνται τὰς τρόπους, χαίροντες τοῖς συνοῦϑιν (ὡς videtur addendum) ἡδέσι καὶ ἀγαθοῖς, οὕτω καὶ οἱ τοῖς πονηροῖς συζῶντες ἀπομάττονταί τι τῆς ἐκείνων κακίας· δεινὸν γὰρ τὸ ἔϑος ἐξομοιοῦσαι καὶ ϐιάσαϑαι πρὸς φύσιν.

3. E. Πλάτων] Loco modo ſupra laudato Rep. II. p. 429. E: ἐπιϛατέον τοῖς μυϑοποιοῖς· καὶ ὃν μὲν ἂν καλὸν μῦϑον ποιήσωσιν, ἐγκριτέον· ὃν δ' ἂν μὴ, ἀποκριτέον· τὰς δ' ἐγκριϑέντας πείσομεν τὰς τροφούς τε καὶ μητέρας λέγειν τοῖς παισί—.

3. E. Φωκυλίδης—Παῖδ' ἔτ' ἐόντα—] Ita et Sylburgius recepit in editionem Gnomarum p. 57. Et quandoquidem ita edidiſſe ſe ex codicibus ſcriptis profitetur F. Fabricius, nil opus mutatu nobis viſum. Heuſingerus in duos verſus diſtinxit vulgatam, alterius finem, alterius initium—χρὴ παῖδ' ἔτ' ἐόντα Καλὰ διδάσκειν ἔργα·—Cæterum exſpectaverit quis ſcriptorem alia porro nutricum officia enarraturum, orſum illa formula—δοκιμαϛέον ἐϛὶ πρῶτον μὲν τοῖς ἤθεσιν Ἑλληνίδας: iſte alia officia non addit, nullum ſequitur εἶτα δὲ, nec ſimilis formula. Si ſolum poſuiſſet πρῶτον vel πρώτως, poterat accipi pro *maxime*, *ante omnia*: nunc quum μὲν addidit, videtur voluiſſe alia ſubjungere officia, tum ſui oblitus eſſe. Latinis quidem novimus non inuſitatum eſſe, *Primum*, *Principio* abſolute ponere, ut nullum *alterum* vel *deinde* ſequatur: quod docuerunt P. Manutius ad Cic. Ep. Div. II. 9. Cortius ad Salluſt. Jug. 85. A. Dukerus ad Florum II. 18. 12. Heuſingerus ad Cic. Off. I. 14. 7. et I. 28. 9. Nec in Græcis deſunt exempla. Sed illorum omnium locorum ab hujus loci ratione differt ratio; quippe in quibus non ipſa res, ſed diſerta particula εἶτα δὲ, vel ſimilis, omittitur.

3. F. τὰ παιδία τὰ μέλλοντα—τούτοις σύντροφα γίνεϑαι.]

Quinctilianus Inſt. Or. I. 1. p. 14: *De pueris, inter quos educabitur ille huic ſpei deſtinatus, idem, quod de nutricibus, dictum ſit.*

p. 4. A. ἔτι μέντοι Ἑλληνικὰ καὶ περίτρανα λαλεῖν] *Deinde ſint Græci et in pronunciando diſerti.* Heuſingerus conſtructionem recte animadvertit et comparatione Latini *doctus cantare* declaravit, laudans Vechnerum de hoc uſu docentem Hellenolexiæ I. 1. 21. p. 303. ſeq. Περίτρανος, *valde diſertus*, rarius vocabulum: ſic eſt apud Antigonum Caryſtium Hiſt. Mirab. LI. Καλλίμαχος ὁ ἐκ τοῦ Αἰγύπλου περίτρανος εἶναι βουλόμενος: M. Antoninum VIII. 30. μὴ περιτράνως ὑγιεῖ λόγῳ χρώμενος: ubi plura Gatakerus. Omiſſum in Stephani Theſauro, notavit D. Scottus in Appendice. Simplex τρανὸς multo eſt uſitatius: habet Plutarchus Opp. Mor. p. 378. A. 736. A. 863. E: et τρανότης 720. D. τρανῶς Demoſth. p. 853. B. Pro ἔτι aut ſcripſit, aut ſcribere debuit εἶτα, quod communis fere uſus poſtulat poſt πρῶτον: ἔτι quidem nobis non obſervatum: et ſi in Dionis et Bruti Comparatione p. 1009. E, F. poſt ἐν τοῖς πρώτοις longo intervallo ſequitur ἔτι δὲ, hujus loci diverſa eſt ratio; ſiquidem ea, quæ ſequuntur, τοῖς πρώτοις ſubjiciuntur. Particulas εἶτα et ἔτι confundi a librariis monuimus Epiſt. Crit. p. 31. Eadem animadverſione corrigendus videtur Xenophon Sympoſ. IX. 3: Ἐκ τούτου πρῶτον μὲν ἡ Ἀριάδνη ὡς νύμφη κεκοσμημένη παρῆλθε, καὶ ἐκαθέζετο ἐπὶ τοῦ θρόνου· οὕτω δὲ φαινομένου τῷ Διονύσῳ ηὐλεῖτο ὁ βακχεῖος ῥυθμός· mutandum οὕτω in εἶτα. Ariſtænetus I. 15: εἰς γῆν ἑώρας τὸ πρόσωπον ὥσπερ τι συννοουμένη· εἶτα ἔφης ἐπιχαρίτως πεφοινιγμένη τὰς παρειὰς καὶ τὸ πρόσωπον ἐξ αἰδοῦς ἀποκλίνασα· prius illud τὸ πρόσωπον item mutandum in τὸ πρῶτον.

4. A. συναναχρωννύμενοι] Plutarchus De Solertia Animal. p. 975. F: τὰ μὲν ἐν τῇ γῇ (ζῶα) διὰ τὴν ὁμοφυλίαν καὶ τὴν συνδιαίτησιν ἀμωσγέπως συναναχρωννύμενα τοῖς ἀνθρωπίνοις ἤθεσιν, ἀπολαύει καὶ τροφῆς καὶ διδασκαλίας καὶ μιμήσεως. Agide p. 799. F: *Lycurgus* dicitur *expuliſſe peregrinos*, τοὺς βίους αὐτῶν καὶ τοὺς τρόπους δεδιὼς, μὴ συναναχρωννύμενοι τοῖς πολίταις τρυφῆς καὶ μαλακίας καὶ πλεονεξίας ἐντέκωσι ζῆλον. Sympoſ. V. 7. p. 680. E: ἡ γὰρ ἐπαφὴ καὶ συνανάχρωσις ἔχει τινὰ φαινομένην

πάθες ἀρχήν. De Capiend. Utilit. ex Inimicis p. 89. D: φύρονται καὶ ἀναχρώννυνται ὑπ' ἀλλήλων. De contagione Seneca Tranq. Animi 7: *Serpunt enim vitia, et in proximum quemque transiliunt, et contactu nocent. Itaque, ut in pestilentia curandum est, ne corruptis jam corporibus et morbo flagrantibus assideamus, quia pericula trahemus, afflatuque ipso laborabimus: ita in amicorum legendis ingeniis dabimus operam, ut quam minime inquinatos assumamus. Initium morbi est, ægris sana miscere.* De Ira III. 8: *Sumuntur a conversantibus mores: et ut quædam in contactos corporis vitia transiliunt, ita animus mala sua proximis tradit.* Epist. VII: *Malignus comes quamvis candido et simplici rubiginem suam affricat:* i. e. προστρίβεται, vitium suum cum eo communicat; de quo verbo infra dicemus: ut de conjuncto dicimus προσαναχρώννυσθαι p. 16. F. Simili in re, cognato verbo utitur Numenius ap. Euseb. Præp. Evang. XI. p. 544. C. de *primo bono* dicens, ὑφ' οὗ τὰ ἄλλα ἀποχραίνεται καὶ ἀγαθοῦται, *cujus communione aliæ res colorantur et bonæ fiunt.*

4. A. ἀπὸ τρόπε] Vid. infra ad p. 45. A.

4. A. ἂν χωλῷ παροικήσῃς—] Scholiastes Pindari Nem. VII. 128: κατὰ τὰς συνεσίας καὶ γειτνιάσεις ἕτερος ἄνθρωπος ἀφ' ἑτέρε γεύεταί τι καὶ ἀπολαύει ἀφομοιώμενος, ὥσπερ ἡ παροιμία ἔχει, Χωλῷ παροικεῖς κἂν ἐνὶ, σκάζειν μάθοις. Hinc in Proverbia Metrica retulit A. Schottus. Conferatur et Erasmus Adag. p. 1271.

4. A. Ἐπειδὰν τοίνυν ἡλικίαν λάβωσιν ὑπὸ παιδαγωγοῖς—ὑποβάλλεσι τὸς υἱές.] Ex manibus nutricis puer traditur in manus pædagogi, anno fere septimo ætatis. Ita, qui Æschines Socraticus fertur, auctor Axiochi dialogi §. 7. quocum conferatur Teles ap. Stobæum p. 535. quorum locos appositimus in Diss. de Scriptore hujus libelli Sect. II. Part. I. Cap. I. §. 1. num. IV. quibus addatur Aristoteles Polit. VII. 17. Quinctilianus Inst. Or. I. 1. p. 14. etiam sub nutrice degenti puero pædagogum adjungi vult: *De pædagogis hoc amplius, ut aut sint eruditi plane, quam primam esse curam velim: aut se non esse eruditos sciant. Nihil enim est pejus iis, qui paulum aliquid ultra primas literas progressi, falsam sibi scientiæ persuasionem induerunt.—Si*

tamen non continget quales maxime velim nutrices, pueros habere; pædagogus at unus certe ſit aſſiduus, dicendi non imperitus: qui, ſi qua erunt ab his præſente alumno dicta vitioſe, corrigat protinus, nec inſidere illi ſinat. E ſervis fere legebantur, quod ſatis notum eſt: videatur Plutarchus de Amic. Multitud. p. 94. C. Plautus Bacch. I. 2. 54: Mercat. I. 1. 90: nec ſemper ex idoneis huic negotio: Xenophon Rep. Laced. II. 1. 2: Τῶν μὲν τοίνυν ἄλλων Ἑλλήνων οἱ φάσκοντες κάλλιϛα τὰς υἱεῖς παιδεύειν, ἐπειδὰν τάχιϛα αὐτοῖς οἱ παῖδες τὰ λεγόμενα ξυνιῶϛιν, εὐθὺς μὲν ἐπ' αὐτοῖς παιδαγωγοὺς θεραπεύοντας ἐφιϛᾶϛι, εὐθὺς δὲ πέμπουϛιν εἰς διδασκάλων μαθησομένους καὶ γράμματα καὶ μουσικὴν καὶ τὰ ἐν παλαίϛρᾳ.—Ὁ δὲ Λυκοῦργος ἀντὶ μὲν τοῦ ἰδίᾳ ἕκαϛον παιδαγωγοὺς δούλους ἐφιϛᾶναι, ἄνδρα ἐπέϛηϛεν κρατεῖν αὐτῶν, ἐξ ὧνπερ αἱ μέγιϛαι ἀρχαὶ καθίϛανται. Pericles Alcibiadi pupillo præfecit pædagogum ſervum Zopyrum, ut eſt apud Platonem Alcib. I. p. 32. G: σοὶ δ', ὦ Ἀλκιβιάδη, Περικλῆς ἐπέϛηϛε παιδαγωγὸν τῶν οἰκετῶν τὸν ἀχρειότατον, Ζώπυρον τὸν Θρᾷκα. Ejuſdem dictum memoratur ab Hieronymo in Damaſceni Parallelis MSS. quem locum operæ pretium eſt apponere: Δεῦρο δὴ καὶ ϛκεψώμεθα περὶ τῆς τῶν παίδων ἀγωγῆς, τίνα τρόπον διειλήφαϛιν οἱ πατέρες. Οὐ γὰρ μόνον ἐν τοῖς πρότερον, ἀλλὰ καὶ ἐν τούτοις εὑρήϛομεν αὐτοὺς οὐ μικρὰ διαφωνοῦντας· οἵτινες πρῶτον μὲν βαρβάροις παραβάλλοντες παιδαγωγοῖς καὶ τούτων ἀκούειν κελεύϛαντες, ἱκανῶς ἐπιμελεῖϛθαι νομίζουϛιν· ὥϛπερ τῷ κατὰ πόδας ἀκολουθήϛοντος, ἀλλ' οὐ τῷ καλῶς ἡγηϛομένῳ δεομένων τῶν παίδων, ἢ τῷ φυλάττοντι καθάπερ ϛυβώτου εἰ πλανηθῇ, ἀλλ' οὐχὶ ... (deeſt quid, forte τῷ παραινοῦντος, vel ſimile). Διὸ ἢ τὸν ἐκ τῶν ἔργων ἀποδοκιμαθέντα, τοῦτον ἐπὶ παιδαγωγίᾳ κατατάττουϛι. Ὅθεν καὶ Περικλῆς οἰκέτου ποτὲ πεϛόντος ἀπὸ ἐλαίας, καὶ τὸ ϛκέλος ϛυντρίψαντος, Νέε ὅρα, ἔφη, παιδαγωγὸς πέφηνεν (forte legendum πέφηνας, *appares, factus es*) ἐκ ἀπιθάνως τῆς ὑπουργίας τὴν ἀτιμίαν ϛκώψας. De Periclis ſervo Diogenes Laertius IX. 82: Θέων δὲ ὁ Τιθωρεὺς ὁ Στωϊκὸς κοιμώμενος περιεπάτει, καὶ Περικλέους δοῦλος ἐπὶ τοῦ ϛέγους ἄκρου: et videtur hiſtoriola ex eodem fluxiſſe exemplo, quod de Periclis vel ſervo vel opifice narratum referunt Plinius H. N. XXII. 20. et Plutarchus in Pericle p. 160. C. Diogenes Cynicus venditus Xeniadi ab

eoque filiorum pædagogus conſtitutus, quomodo eos inſtituerit breviter ex Eubulo refert Diogenes Laertius VII. 30, 31: qua de inſtitutione videtur fuiſſe Cleomenis liber παιδαγωγικὸς, eidem memoratus VII. 75. Pædagogus alumnum quotidie mane in ſcholam ducebat: quo de more feſtivus eſt jocus Terentii Phorm. I. 2. 94: et luculentum præceptum Platonis Leg. VII. p. 635. F, G: ἡμέρας δὲ ὄρθρου τε ἐπανιόντων, παῖδας μὲν πρὸς διδασκάλους πᾶ τρέπεσθαι χρεών. Ἄνευ ποιμένος δ' ἔτε πρόβατα, ἔτε ἄλλο ἐδέν πω βιωτέον, οὐδὲ δὴ παῖδας ἄνευ τινῶν παιδαγωγῶν, οὐδὲ δούλους ἄνευ δεσποτῶν. Ὁ δὲ παῖς πάντων θηρίων ἐςὶ δυσμεταχειριςότατον· ὅσῳ γὰρ μάλιςα ἔχει πηγὴν τοῦ φρονεῖν μήπω καθηρτυμένην, ἐπίβουλον καὶ δριμὺ καὶ ὑβριςότατον θηρίων γίγνεται· διὸ δὴ πολλοῖς αὐτὸ οἷον χαλινοῖς τισιν δεῖ δεσμεύειν· πρῶτον μὲν, τροφῶν καὶ μητέρων ὅταν ἀπαλλάτηται, παιδαγωγοῖς, παιδίας ᾗ νηπιότητος χάριν· ἔτι δ' αὖ, τοῖς διδάσκουσι καὶ ὁτιοῦν καὶ μαθήμασιν, ὡς ἐλεύθερον· ὡς δ' αὖ δοῦλον πᾶς ὁ προστυγχάνων τῶν ἐλευθέρων ἀνδρῶν κολαζέτω τόν τε παῖδα αὐτὸν καὶ τὸν παιδαγωγὸν καὶ τὸν διδάσκαλον, ἐὰν ἐξαμαρτάνῃ τις τι τούτων· quibus in verbis ſi καὶ ante μαθήμασιν deleatur, nil magnopere ad ſententiam et Platonicam orationis formam deſideretur. De ſervili conditione pædagogorum quædam annotavit L. Pignorius De Servis Cap. XV. p. 116.

4. A. παλιμβόλοις] Duas habet ſignificationes, nonnumquam alteram, ſæpe utramque, ut hoc loco: *activa* eſt *mutabilis, qui ſe facile mutat, ſimulator ac diſſimulator, veterator: paſſiva, jactatus ac ſæpe venditus ſervus.* Locos veterum habes apud Stephanum Theſ. L. Gr. T. I. p. 668. Nos hic Plutarcheos etiam notabimus. Opp. Mor. p. 595. A. Vitarum p. 198. B. 423. B. 555. D. His addantur Plato Leg. IV. 596. C. Dio Chryſ. Or. XXXI. p. 321. A. Ariſtides T. I. p. 444. Numenius ap. Euſeb. Præp. Evang. XIV. p. 730. A.

4. A. Ἐπεὶ νῦν γε τὸ γινόμενον πολλοῖς ὑπερκαταγέλαςόν ἐςι] Duplex exſtat in his verbis imitatio. Altera expreſſa ex auctore de eodem Educationis argumento, qui videtur eſſe Ariſtoxenus, ex quo ſua item habet Jamblichus Vit. Pythag. 201: ἐπείπερ εἴς γε τοὺς πολλοὺς ἄτοπόν τε καὶ γελοῖον εἶναι τὸ συμβαῖνον. Altera manifeſtior eaque rhetorica, ducta ex

Æſchine Or. contra Cteſiphontem p. 303. A: τὸ δὲ νυνὶ γινόμενον πρᾶγμα ὑπερκαταγέλαστόν ἐστιν, quam item animadvertit Heuſingerus: qui νῦν γε τὸ γινόμενον accipit pro τὸ νῦν γινόμενον, locum citans Xenophontis Mem. Socr. II. 10. 14: Νῦν δὲ διὰ τὰ πράγματα, quod eſt pro Διὰ τὰ νῦν πράγματα. Sic in eadem formula Iſocrates Or. ad Philipp. p. 184: Ἐπεὶ νῦν γε τίς οὐκ ἂν εἰκότως τὰ συμβεβηκότα θαυμάσειε καὶ καταφρονήσειε ἡμῶν. Archidamo p. 258: Ἐπεὶ νῦν γε τίς ἐκ ἂν ἐπὶ τοῖς γιγνομένοις τῶν εὖ φρονούντων ἀλγήσειεν. Quibus in dictionibus particulæ νῦν utraque vis cernitur, ut Latinæ *Nunc*, et *temporis* et *indignationis*.

4. B. φέροντες ὑποβάλλεσι] Elegantem uſum Participii φέροντες non ſine animadverſione prætermiſit Heuſingerus, laudans doctos viros, qui eam expoſuerunt, Perizonium ad Æliani V. H. VIII. 14. et Hemſterhuſium ad Lucianum T. I. p. 349. alios: quibus addatur Hoogeveenius ad Vigerum De Idiotiſm. Gr. L. p. 353. Sic mox in hoc libello p. 5. D. Plutarchei in hoc genere loci ſunt, Opp. Mor. p. 168. D. 238. C. 983. D. Vitarum p. 124. A. 522. E. 573. C. 633. B. 652. A. 741. C. 751. F. 914. F. 1031. B. 1056. A. 1061. D.

4. B. οἷός περ ἦν ὁ Φοῖνιξ ὁ τῦ Ἀχιλλέως παιδαγωγός.] Qualis igitur fuit Phœnix? quæ ejus in educando Achille officia, dotes, merita? Hoc debebat exponere noſter homo, niſi declamare, quam docere, maluiſſet. Nam etiamſi Phœnicis in hoc genere laus tamquam proverbii frequentiam habet ex illo Homeri elogio Iliad. I. 440. tamen hoc univerſe crepare, putidum fit in eo, qui ſe περὶ παίδων ἀγωγῆς præcipere profiteatur. Vid. Diſſert. de Scriptore hujus libelli Sect. II. Part. I. Cap. I. §. 2. num. VII. Diſertius, quamvis obiter hoc argumentum attingens Cicero de Oratore III. 15: *Nam vetus quidem illa doctrina eadem videtur et recte faciendi et bene dicendi magiſtra: neque disjuncti doctores, ſed iidem erant vivendi præceptores atque dicendi: ut ille apud Homerum Phœnix, qui ſe a Peleo patre Achilli juveni comitem eſſe datum dicit ad bellum, ut illum efficeret "oratorem verborum, actoremque rerum,"* id eſt illud, Μύθων τε ῥητῆρ' ἔμεναι πρηκτῆρά τε ἔργων. Idem

Homeri dictum ſpectavit Himerius Or. XXX. p. 858. edit. Wernſdorf. loco miſere lacerato. An vero ſcriptor hujus libelli, ut ſcilicet diſcipulus veri Plutarchi, hoc Phœnicis elogium ſatis in vulgus notum cenſuit? quippe peculiari libro explicitum a Plutarcho; ſiquidem in Lampriæ Catalogo, Num. 177. memoratur Ἀχιλλέως παιδεία.

4. B. Διδασκάλης γὰρ ζητητέον τοῖς νέοις—] Diſcendi initium puer faciebat apud διδάσκαλον, idque comite pædagogo, anno fere ſeptimo: quod jam ſupra notavimus p. 4. A. Huc referendus eſt Quinctilianus Inſtit. Or. I. 1. p. 17: *Quidam literis inſtituendos, qui minores ſeptem annis eſſent, non putaverunt; quod illa primum ætas et intellectum diſciplinarum capere et laborem pati poſſit. In qua ſententia Heſiodum eſſe plurimi tradunt, qui ante Grammaticum Ariſtophanem fuerunt; nam is primus ὑποθήκας, in quo libro ſcriptum hoc invenitur, negavit eſſe hujus poetæ. Sed alii quoque auctores, inter quos Eratoſthenes, idem præceperunt. Melius autem, qui nullum tempus cura vacare volunt, ut Chryſippus; nam is, quamvis nutricibus triennium dederit, tamen ab illis quoque jam informandam quam optimis inſtitutis mentem infantium judicat.* Idem I. 2. p. 25: *et præceptorem eligere ſanctiſſimum quemque, cujus rei præcipua prudentibus cura eſt, et diſciplinam quæ maxime ſevera fuerit, licet: et nihilo minus amicum gravem virum, aut fidelem libertum lateri filii ſui adjungere, cujus aſſiduus comitatus etiam illos meliores faciat, qui timebuntur.* Heſiodi ὑποθῆκαι nominabantur quidem etiam præcepta Carminis Ἔργα καὶ Ἡμέραι: ſed hic de alio, hujus nominis, ὑποθῆκαι, perdito Carmine ſermo eſt, quod etiam ad Chironem, Achillis nutritorem, referebatur: de quo J. A. Fabricius Bibl. Græc. Vol. I. p. 13. Neque vero, quod ait Regius in nota ad Quinctilianum l. c. p. 18. Ariſtoteles Polit. VII. 17. præcepti Heſiodii meminit; quippe qui omittens Heſiodi nomen, frequentatam pleriſque ſeptennem inſtitutionis diſtributionem reprehendit. Diſciplina dura ac ſevera qua puer a magiſtro, pædagogo, parentibus, continetur, eleganti Chreia deſcribitur in Paradigmatibus Theonis p. 130. et ſeq. edit. Baſil. 8. 1541. et ſub Libanii nomine T. I. p. 15. Pertinet

eodem gravis admonitio Æſchinis Or. adv. Timarchum p. 170. C. 171. A. in Legibus Atticis relata Samueli Petito p. 382. Nonnulla hoc argumentum illuſtrantia habet eruditiſſimus Jo. Wowerius De Polymathia Cap. IV.

4. C. καθάπερ τὰς χάρακας—βλαςάνοι τὰ ἤδη] Plerique libri Ald. Baſ. A. C. Moſc. 1. 2. Coll. Nov. Harl. Flor. habent τὲς χάρακας: at Jun. Anon. Fabric. Xyl. Steph. τὰς χάρακας. Stephanus Theſ. Gr. L. T. IV. p. 398: *Perperam*, inquit, *in illo Plutarchi loco vulg. edit. habebant* τὲς *pro* τάς· *quod ego in mea edit. repoſui, ſequutus et Grammaticorum et vet. cod. auctoritatem.* Pollux I. 162: Παραφυλακτέον δὲ ὅτι οἱ μὲν παρὰ τοῖς ςρατοπέδοις χάρακες ἀρσενικῶς λέγονται· αἱ δὲ πρὸς ταῖς ἀμπέλοις θηλυκῶς. Idem 224: χάρακα παραπήξαθαι ταῖς ἀμπέλοις. Conferantur Suidas et Heſychius in voce χάραξ: ad hunc Interpretes: ad Mœridem Pierſonus p. 410. Pro ἐπιμελεῖς habent ἐμμελεῖς Ald. Baſ. Xyl. Fabric. Flor. Vulgatam Stephanus ſumſit ab Leonic. et Pol. quibuſcum reliqui noſtri conſentiunt: equidem ἐμμελεῖς magis proprium in hac re judicem. Eamdem comparationem adhibuit Syneſius Calvit. Encom. p. 78. D: γεωργῶν παῖδες ἀπὸ τῆς ὁρμῆς τῶν ὑγιαινόντων φυτῶν συνιέντες, ὡς εἰς ὄρθον αἴρεθαι βάλεταί τε καὶ πέφυκεν, ὅσα μὴ πρὸς τοῦτο παρ' ἑαυτῶν ἐξιχύει, κοντοῖς αὐτὰ καὶ χάραξιν ἐπερείδουσιν. Porro eſt quædam paronomaſia in παραπηγνύω et παράτιθεμαι *appono, cito*: et illud hujus loco poſuit Diogenes Laertius III. 17: καὶ ταῦτα μὲν καὶ τὰ τοιαῦτα διὰ τῶν τεσσάρων βιβλίων παραπήγνυσιν ὁ Ἄλκιμος, παρασημαίνων τὴν ἐξ Ἐπιχάρμου Πλάτωνι περιγενομένην ὠφέλειαν. Hinc tabulæ temporum παραπήγματα, a Menagio ad Diog. Laert. IX. 40. et Weſſelingio ad Diodor. Sic. T. I. p. 9. notatæ. In ultima dictione, neſcio quomodo, ineſſe videtur Poetæ veſtigium, Ἵν' ὀρθὰ τούτων βλαςάνοι τ' ἤδη—.

4. C. παρασήμοις] Tralatio a numiſmate ducta, nota falſitatis inſignito. Harpocration voce Παράσημος ῥήτως, ex Demoſthenis Or. pro Cteſiphonte 347. C. quo reſpexit et Pollux IV. 35. Ariſtophanes Acharn. 516: Ἀλλ' ἀνδράρια μοχθηρὰ, παρακεκομμένα, Ἄτιμα καὶ παράσημα, κἀ παράξενα—.

Alibi notat *hominem perverso ſtudio inſignem:* qua de ſignificatione alibi dicemus.

4. D. Ζεῦ καὶ θεοὶ πάντες] Exclamandi forma a Plutarchi ingenio aliena, magis congruit rhetori. Atque ſic fere ſolet Ariſtides T. II. p. 256. et alibi. Similia collegit Berglerus ad Ariſtophanis Plutum verſ. 1.

4. D. παρόμοιον ποιοῦντες—φίλα δεηθέντος] Videtur a Plutarcho ſumſiſſe, De Vitioſo Pudore p. 532. A: καὶ γὰρ ἰατρὸν νοσοῦντες ἐ παρακαλοῦμεν τὸν ἔμπειρον, αἰσχυνόμενοι τὸν συνήθη· καὶ παισὶ διδασκάλους ἀντὶ χρηστῶν, τοὺς παρακαλοῦντας αἱρούμεθα·—

4. E. ὁ Κράτης] Σωκράτης legendum, aut certe ab auctore libelli ſcribendum fuiſſe, jam monuimus Biblioth. Crit. Vol. III. Part. II. p. 41. ubi de fonte imitationis et rivulis inde ductis ea tantum diximus, quæ ad illum Juliani locum pertinebant. Nunc reliqua expromemus. Eſt igitur dictum Platonis in Clitophonte p. 255. D: Ἀκούοις ἄν. Ἐγὼ γὰρ, ὦ Σώκρατες, σοὶ συγγινόμενος, πολλάκις ἐξεπλητόμην ἀκούων· καί μοι ἐδόκεις παρὰ τὰς ἄλλας ἀνθρώπους κάλλιστα λέγειν, ὑπότε ἐπιτιμῶν τοῖς ἀνθρώποις, ὥσπερ ἐπὶ τραγικῆς μηχανῆς θεὸς, Ὑμεῖς, λέγων, ποῖ φέρεσθε ἄνθρωποι; καὶ ἀγνοεῖτε ὅδὲν τῶν δεόντων πράττοντες· οἵτινες χρημάτων μὲν πέρι τὴν πᾶσαν σπουδὴν ἔχετε, ὅπως ὑμῖν ἔσαι· τῶν δ' υἱέων, οἷς ταῦτα παραδώσετε, ὅπως ἐπιστήσονται χρῆσθαι δικαίως τούτοις, ἀμελεῖτε· καὶ ἄττε διδασκάλους αὐτοῖς εὑρίσκετε τῆς δικαιοσύνης—. Scholiaſtes Luciani hinc citat ut ſibi lectum, ποῖ φέρεσθε ὦ ἄνθρωποι· quod monet eruditiſſimus Baſt. Lettre Critique p. 61. Dionem Chryſ. Or. XIII. p. 222. D. Epictetum Diſſ. III. p. 449. Themiſtium Or. XXVI. p. 320. C. et alios jam illic attulimus. Sed præter hos idem exemplum ſecuti ſunt Auctor Epiſtolæ, Xenophontis nomine proditæ ap. Stob. Serm. LXXXI. p. 475: Εὖ γὰρ ἴσθι Σωκράτην πρὸς ἡμᾶς πολλάκις εἰπόντα, ὅτι τῶν υἱέων ἵνα πολλὴν μὲν ἔχωσιν οὐσίαν φροντίζοντες, ἵνα δὲ καλοὶ κἀγαθοὶ γένωνται ἀμελοῦντες, ἴσον πεπόνθασι τοῖς ἱπποτροφοῦσι τὰ μὲν πολεμικὰ οὐ διδάσκουσι, τροφὴν δὲ παμπόλλην παρεχομένοις· οὕτω γὰρ πιοτέροις μὲν τοῖς ἵπποις χρήσονται, ἀπείροις δὲ ὧν χρή—. Lucianus Contemplantibus p. 516: Βάλει ἦν, ἐπείπερ ἐφ' ὑψηλοῦ ἐσμεν, ἀναβοήσας παμμέγεθες παραινέσω αὐτοῖς, ἀπέχεσθαι μὲν τῶν

ματαίων πόνων, ζῆν δ' ἀεὶ τὸν θάνατον πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχοντας, λέγων, Ὦ μάταιοι, τί ἐσπουδάκατε περὶ ταῦτα; παύσασθε κάμνοντες—. Libanius Declam. XXIX. p. 641. B: Σωκράτης μὲν πολλοῖς ἀπήχθηται—ἐγκαλοῦντος ἀεὶ τούτῳ καὶ ὀνειδίζοντος, ὅτι χρημάτων μὲν Ἀθηναίοις πολλὴ φροντὶς, καὶ περὶ τοῦτο ἐσπουδάκασι· τῶν δὲ ψυχῶν ὅπως ἀρίσαι γενήσονται, καὶ αὐτῶν καὶ παίδων, οὐδὲ εἷς λόγος: ibidem p. 671. C, D: et Julianum ſuum ornat mortuum in Orat. Parentali ap. J. A. Fabricium Bibl. Græc. Vol. VII. p. 285: Οὐ μέντοι βοῶν ἐπαύετο, Ποῖ φέρεσθε, ὦ ἄνθρωποι; καὶ τῷ φωτὸς τὸν σκότον ἡγούμενοι φανερώτερον οὐκ αἰσχύνεσθε; Philoſtratus Vit. Apollonii I. 17. p. 21: ὥσπερ ἐκ τρίποδος ὅτε διαλέγοιτο, Οἶδα, ἔλεγε, καὶ Δοκεῖ μοι, καὶ Ποῖ φέρεσθε. Julianus Imp. Or. VII. p. 228. A: ἀρκεῖν οὖν νομίσας τὸ πλῆθος τῶν υἱέων πρὸς τὸ φυλάξαι τὴν οὐσίαν, οὐδὲν ἐφρόντισεν, ὅπως ἔσονται σπουδαῖοι. An item Teleti ap. Stob. Serm. XCVI. p. 535. nomen Σωκράτης pro Κράτης reſtituendum ſit, affirmare non auſim: quamquam ſunt illic diſputata valde ſimilia iis, quæ Socrati tribuuntur in illo Axiocho dialogo, qui Æſchinis nomine fertur. Aliam in eodem genere ſententiam Socratis memorat Œnomaus ap. Euſeb. Præp. Evang. V. p. 225. A: εἶθ' ὁ μὲν Σωκράτης ἐκεῖνος—πρὸς τὸν ἐπιθυμοῦντα παίδων, οὐκ εὖ ἔφη αὐτὸν ποιήσειν, ὃς ἐάσας ἐπιχειρεῖν ὅπως, εἰ οἱ παῖδες γένοιντο, ἄριστα αὐτοῖς χρῷτο, τούτῳ μὲν ὐδένα λόγον ἐποιήσατο, αὐτὸ δὲ μόνον ἐσκοπεῖτο πῶς ἂν αὐτῷ γένοιντο. Cæterum Socratis nomini additum ἐκεῖνος ὁ παλαιὸς melius conveniebat quam Cratetis quamvis et ipſius egregii hominis. Sic Cicero De Orat. I. 54. de P. Rutilio: *Imitatus eſt homo Romanus et conſularis veterem illum Socratem*—. Pro ποῖ φέρεσθε habent Ποῦ φέρεσθε A. C. E. Flor. T. V. B. perperam probante Heuſingero et ſequente Schneidero. Perperam quoque J. Uptonus ad Epictetum p. 207. corrigi vult καὶ κτήσεως et τ' αὐτὰ καταλείψετε. Denique compoſitionis forma eſt animadvertenda, ἔλεγεν ὅτι ἀναβάντα ἀνακραγεῖν—pro ἔλεγεν ὅτι ἀναβὰς ἀνακράγοι: quam ſolerter expoſuerunt H. Stephanus et P. Weſſelingius ad Diodor. Sic. T. I. p. 272. et nuper J. Schweighæuſerus ad Polybium T. V. p. 140.

4. F. Ἀρίσιππος] Eidem tribuit Diogenes Laertius II.

72: συνισάντος αὐτῷ τινος υἱὸν, ἤτησε πεντακοσίας δραχμάς· τοῦ δ' εἰπόντος, Τοσούτω δύναμαι ἀνδράποδον ὠνήσασθαι· Πριῶ, ἔφη, καὶ ἕξεις δύο. At ab Isocrate pronunciatum tradit scriptor De Vitis X. Oratorum, qui vulgo Plutarchus fertur p. 838. A: πρὸς δὲ τὸν εἰπόντα πατέρα, ὡς οὐδὲν ἀλλ' ἢ ἀνδράποδον συνέπεμψε τῷ παιδίῳ· Τοιγαροῦν, ἔφη, ἄπιθι· δύο γὰρ ἀνθ' ἑνὸς ἕξεις ἀνδράποδα.

p. 5. A. τῇ μὲν δεξιᾷ—ἐπιλιμᾶν] Videtur a Plutarcho sumsisse, De Fortuna p. 99. D: τοὺς δὲ παῖδας καὶ ὑποδεῖσθαι καὶ περιβάλλεσθαι διδάσκομεν, καὶ τῇ δεξιᾷ λαμβάνειν τὸ ὄψον, τῇ δὲ ἀριστερᾷ κρατεῖν τὸν ἄρτον, ὡς οὐδὲ τούτων γινομένων ἀπὸ τύχης, ἀλλ' ἐπισάσεως καὶ προσοχῆς δεομένων· τὰ δὲ μέγιστα καὶ κυριώτατα πρὸς εὐδαιμονίαν, οὐ παρακαλεῖ τὴν φρόνησιν, οὐδὲ μετέχει τὸ κατὰ λόγον καὶ πρόνοιαν;—ubi plura annotabimus.

5. A. κακῶς μὲν θρέψωσι—Ἐγὼ φράσω·] Noster homo ampullatur; itaque ei rhetorica figura oppositionis relinquenda, nec prius κακῶς in καλῶς mutandum; quod volebat Heumannus, et recte improbat Heusingerus: nec unus a vulgata lectione dissentit liber. Tum in illo Ἐγὼ φράσω est affectatio gravitatis; quippe formula est significans πίστιν καὶ σεμνότητα, *fidem et gravitatem*. Demosthenes Or. Philipp. I. p. 16. F: ἔστι δ' αὕτη τίς ἡ δύναμις, καὶ πόση, καὶ πόθεν τὴν τροφὴν ἔχει; Ἐγὼ φράσω, καθ' ἕκαστον τούτων διεξιών χωρίς. Imitati sunt Philo Jud. Legat. ad Caj. p. 1014. B: διὰ τί οὖν ἐξέρησαν; Ἐγὼ φράσω μηδὲν ὑποστειλάμενος. Lucianus de Historia Scribenda §. 4. T. II. p. 6: τί οὖν ἔγνωκάς μοι; καὶ πῶς ἀσφαλῶς μεθέξω τοῦ πολέμου, αὐτὸς ἔξω βέλους ἐκών; Ἐγώ σοι φράσω. Longinus De Sublimitate Sect. XVII. p. 49: Πῆ δὲ καὶ πῶς, ἐγὼ φράσω.

5. B. χαμαιτύπας] Semel hac voce utitur Plutarchus Demetr. p. 920. B: σωφρόνων ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν οἰκίαι χαμαιτύπαις καὶ σαμβυκιστρίαις ἐπισαθμευόμεναι. Timocles ap. Athen. XIII. p. 570. F: Θεῶν μεταξὺ μετὰ κορίσκης ἢ μετὰ χαμαιτύπης τὴν νύκτα κοιμᾶσθαι. Legendum, Θεῖον μεταξὺ, *Divinum intervallum*, i. e. *Infinitum quantum distat, cum puellula, an cum scorto, cubare noctu*. Isocrates de Permutat. p. 542: τοσοῦτον δὲ τὸ μεταξὺ ποιεῖν· *tantam differentiam facere*. Menander ap. Cleric. p. 284. χαμαιτύπη. Dio Chrys. Or.

XXXIII. p. 412. A: χαμαιτυπεῖν. Alia petantur a H. Stephano Theſ. L. Gr. T. IV. p. 391. et III. p. 1687. et 1688: qui omiſit verbum χαμαιτυπεῖν cum ipſo Dione: et a G. Cupero Obſerv. I. 16. p. 116.

5. B. κιτ̃λοφοροῦντες] Equidem haud affirmem veram eſſe hanc lectionem, meliorem tamen affirmo quam κισοφοροῦντες, quod eſt in Codd. Fabr. Pol. V. B: quamquam utrumque probat, certe neutrum improbat F. Fabricius. De verbo κισοφορεῖν forte notabimus quædam ad Iſid. et Oſir. p. 352. B. Heuſingerus probat κιτ̃λοφοροῦντες, *hedera ſibi caput cingentes, Bacchum imitantes*, et quod ait Juvenalis II. 3. *Bacchanalia vivere*. In eamdem ſententiam ingreſſus erat H. Stephanus Theſ. L. Gr. T. IV. p. 1225. F. citans Herodianum I. 3. 6: Ἀντίγονος δὲ Διόνυσον πάντα μιμούμενος, καὶ κισσὸν μὲν περιτιθεὶς τῇ κεφαλῇ ἀντὶ καυσίας καὶ διαδήματος Μακεδονικοῦ, θύρσον δὲ ἀντὶ σκήπτρου φέρων. Quis hic fuerit Antigonus equidem ſcire velim utrum primus, dux Alexandri, pater Demetrii Poliorcetæ, an illius nepos, filius Demetrii Antigonus Gonatas, an hujus filius Antigonus Doſon? Atqui de horum nemine tale quid in hiſtoriis proditur: nec quæ Boeclerus attulit ad hunc locum, eum expediunt. Referendus eſt iſte error ad alios ex ἀνισορησίᾳ profectos errores Herodiani. Audiverat de *Ptolemæis*, quorum undecimus Auletes, νέος Διόνυσος, duodecimus Διόνυσος, cognominatus eſt: et ipſe adeo M. Antonius, νέος Διόνυσος appellari voluit, ut eſt apud Plutarchum Vit. Antonii p. 944. A. Sic videtur ex Antonio Antigonus exſtitiſſe. Sed de hoc ſatis. Demoſtheni Or. De Corona p. 350. A. κιτ̃λοφόρος dicitur Æſchines: et fortaſſe κισοφόρος corrigendum ſit judice Tayloro: quamquam Libanius illum locum imitans, vulgatum exhibeat T. I. p. 106. D: ἀνὴρ δὲ γενόμενος χορὸς εἶχε γραῶν, μέγα ποιούμενος εἰ κιτ̃λοφόρις ἀκούσειε· καὶ ταῦτα ὑπέμεινε ὑπὲρ νεηλάτων καὶ σρεπτῶν. At vero noſter locus aliud requirit et magis cum μοιχεύειν conjunctum. Igitur Heumannus conjecit κοιτοφθοροῦντες, quod Schneiderus edidit, nactus in codice Auguſtano κοιτοφορῶντες. Sane in ſcriptore noſtro, novorum verborum ſtudioſo, non repudiem κοιτοφθοροῦντες, quamvis ejus exemplum ad-

huc desideretur. Neque etiam οἰκοφθοροῦντες, ut conjectura, nullam habet probabilitatem; quandoquidem in hoc ipso libello p. 12. B. in argumento eodem memorantur γυναικῶν οἰκοφθορίαι γαμετῶν. Hesychius Οἰκοφθόρος· μοιχός. Xanthi dictum exstat in Maximi et Antonii Sententiis p. 291: Ξάνθος ὁ σοφὸς, θεασάμενος ἐπὶ θύραις εὐπρεπῆς γυναικὸς ἄνδρα οἰκοφθόρον, ἔφη, Οὗτος ἡδονὴν μικρὰν ὠνεῖται μεγάλῳ κινδύνῳ: unde noster scriptor colorem duxisse videtur. Sed magis usurpatur ea significatione, qua notat *prodigalitatem, negligentiam rei familiaris:* ut Euripidi Fragm. Incert. XLVIII. T. III. p. 596. edit. Musgrav. Οἰκοφθόρον γὰρ ἄνδρα κωλύει γυνὴ Ἐθλὴ παραζευχθεῖσα, καὶ σώζει δόμους. Platoni Leg. III. p. 590. D. XI. p. 682. A. XII. p. 693. C. Phædon. p. 186. F.

5. B, C. Φιλοσόφῳ δὲ ὁμιλήσαντες—διαφέρει.] Videtur præceptum a quodam auctore diserte traditum ac per εὐθυῤῥημοσύνην gravitate oratoria involvere voluisse, itaque perspicuitati obfuisse. Propositum hujusmodi apparet. Si pater filium Philosopho tradidisset, hic eum docuisset non pernicioſos matronarum amores sectari, sed lupanaria et meretrices adire: plane ut Cato apud Horatium Sat. I. 2. 31:

Quidam notus homo cum exiret fornice; Macte
Virtute esto, inquit sententia dia Catonis:
Nam, simul ac venas inflavit tetra libido,
Huc juvenes æquum est descendere, non alienas
Permolere uxores.

Tota hæc Satira e communi quodam fluxit fonte cum hoc scriptoris nostri loco. Diogenis idem dictum alibi legisse me non memini: est tamen plane conveniens κυνισμῷ, atque adeo Aristippeæ, Stoicæ, et omnino plerorumque veterum philosophorum rationi. Simile ejusdem viri spectabimus p. 82. C.

5. B, C. οὐ τοῖς ἴσοις] Nolim mutare; licet non deterior ad sensum sit lectio V. B. Mez. οὐ τοιούτοις ἴσως.

5. C. —ἐν πρῶτον καὶ μέσον ἢ τελευταῖον—p. 6. A. κειμένης] Doctrinæ laudatio, quasi rhetoricum progymnasma, pervulgatis consarcinatum sententiis.

5. D. ἀνθρώπινα] Ergo *humana* contemnenda ſunt? hæc opponit mox *doctrinæ*, quæ eſt *divinum* bonum. Rhetor ſe ipſe ſuo acumine compunxit. Comparet quis Iſocratem ad Demonic. p. 5.

5. D. Εὐγένεια] Stob. Serm. LXXXIII. Iſocrates Paneg. p. 89. Philo Jud. libro de Nobilitate T. II. p. 437. Plato ap. Diog. Laert. III. 86—89. Ariſtoteles Rhet. II. 11.

5. D. Πλοῦτος—ἀφείλετο] Apollodorus ap. Stob. Serm. CIII. p. 563. Οὐκ οἶδ' ὅτῳ πέποιθας ἀργυρίῳ, πάτερ· Ὁ καιρὸς ὁ τυχὼν τοῖς μὲν οὐ κεκτημένοις Ἔδωκε· τῶν κεκτημένων δ' ἀφείλετο. Cebes Tabulæ p. 36: Ἡ δὲ γυνὴ ἐκείνη τίς ἐστιν ἡ ὥσπερ τυφλὴ καὶ μαινομένη τις εἶναι δοκοῦσα καὶ ἑστηκυῖα ἐπὶ λίθῳ τινὸς στρογγύλῳ; Καλεῖται μὲν Τύχη· ἔστι δ' οὐ μόνον τυφλὴ, ἀλλὰ καὶ μαινομένη καὶ κωφή. Αὕτη οὖν τί ἔργον ἔχει; Περιπορεύεται πανταχοῦ, ἔφη· καὶ παρ' ὧν μὲν ἁρπάζει τὰ ὑπάρχοντα, οὐ ἑτέροις δίδωσι· παρὰ δὲ τῶν αὐτῶν πάλιν ἀφαιρεῖται παραχρῆμα ἃ δέδωκε οὐ ἄλλοις δίδωσιν εἰκῇ καὶ ἀβεβαίως. Hinc Galenus eamdem expreſſit imaginem Protreptico Cap. II.—οὐκ ὀρθῶς γιγνώσκοντός ἐστιν ἐπιτρέπειν ἑαυτὸν ἐν τοιαύταις περισάσεσι πραγμάτων τυφλῇ δαίμονι (Τύχῃ), μηδ' αὐτῇ βεβαίως ἐστηριγμένῃ· ἔμπληκτός τε γάρ ἐστι καὶ ἄνους εἰς τοσοῦτον, ὡς πολλάκις τοὺς ἀξιολόγους ἄνδρας παρερχομένη, πλουτίζειν τοὺς ἀναξίους, οὐδὲ τούτους βεβαίως ἀλλ' ὅσον πάλιν οὗτος (leg. αὐτῶν) ἀφαιρεῖσθαι τὰ δοθέντα. Solon. apud Plutarch. Vit. p. 79. F. plane convenienter ad hunc locum, ut hinc aliquid imitationis ductum videatur. Alia dedimus ad p. 34. D.

5. D. βαλλάντια τοξεύειν] Ita omnes libri. Nam quod Heuſingerus ex Voſſ. citat βαλλαντιοτομεῖν, eſt hæc Meziriaci conjectura. Scriptor noſter ut ſibi in tralatione ſcopi conſtaret, τοξεύειν ſcripſiſſe videtur: quam eleganter, non diſputamus: conſentaneus certe ſuo ipſe ingenio. Alio in argumento recte ponatur: v. c. Euripidis ap. Stob. p. 543. et Valckenarium Diatrib. p. 226: Ἡ γὰρ τυραννὶς πάντοθεν τοξεύεται Δεινοῖς ἐρῶσιν. Simile Hecub. 603. Sic infra p. 33. D. τόξον μερίμνης. Philo Jud. De Confuſione Ling. p. 327. A: πλῆτον γὰρ ἡ δόξαν ἕκαστος αὐτῶν σκοπὸν προ-

τεθειμένος, ἐπὶ τῶτον ὥσπερ βέλη, τὰς τοῦ βίου πράξεις ἁπάσας ἀφιεὶς, ἰσότητ@ ἀλογεῖ—.

5. D. Δόξα γε μὴν σεμνὸν, ἀλλ' ἀβέβαιον] Philo Jud. ap. Euſeb. Præp. Evang. VIII. p. 388. B: εἰ δέ τις ἐπὶ δόξῃ μέγα φρονεῖ, τὴν παρὰ τῶν φαύλων ἀποδοχὴν ἀσπαζόμενος, ἴσω μὲν καὶ αὐτὸς φαῦλος ὤν· τὸ γὰρ ὅμοιον χαίρει τῷ ὁμοίῳ. Democritus ap. Stob. Serm. IV. p. 56: Δόξα καὶ πλῆτος ἄνευ ξυνέσιος ἐκ ἀσφαλέα κτήματα.

5. D. Κάλλος δὲ περιμάχητον μὲν, ἀλλ' ὀλιγοχρόνιον] Iſocrates Or. ad Demonic. p. 5: κάλλος μὲν γὰρ ἢ χρόνος ἀνάλωσεν, ἢ νόσος ἐμάρανε· πλῆτος δὲ κακίας μᾶλλον, ἢ καλοκἀγαθίας ὑπηρέτης ἐſτίν. Quam inde ſententiam tractandam ſumſit Auctor ad Herennium IV. 27: *Formæ dignitas aut morbo defloreſcit, aut vetuſtate extinguitur.* Philo Judæus l. l. Διὰ τί δ' ἄν τις εὖ φρονῶν, ἐπὶ σώματος εὐμορφίᾳ ἀγάλλοιτο, ἣν βραχὺς καιρὸς ἔσβεσε, πρὶν ἐπὶ μῆκιſον ἀνθῆσαι, τὴν ἀπαίηλὴν αὐτῆς ἀκμὴν ἀμαυρώσας. De Poſteritate Caini T. I. p. 246. edit. Mang. ἢ κάλλος οὔτε σκιά; ὃ πρὸς βραχὺν ἀνθῆσαν χρόνον ἀφαυαίνεται· ἰσχὺς δὲ καὶ εὐτονία σώματος; ἃς ἡ τυχοῦσα νόσος ἐξέλυσεν—· ἔτι δὲ, ἐχὶ πλῆτος, καὶ δόξαι, καὶ ἀρχαὶ, καὶ τιμαὶ, καὶ ὅσα τῶν ἐκτὸς ἀγαθὰ νενόμιſαι, σκιὰ πάντά;—. De Joſepho p. 545. A: οὐ κάλλος μὲν ἐφήμερον, πρὶν ἀνθῆσει μαραινόμενον; ὑγεία δ' ἀβέβαιον, διὰ τὰς ἐφέδρας ἀῤῥενείας; ἰσχὺς δ' εὐάλωτον νόσοις ἐκ μυρίων προφάſεων;—μία ἡμέρα πλοῦτοι μεγάλοι πόλλακις ἀπερῥύησαν. Ariſtides T. II. p. 103. Cæterum pulchritudo minus recte quam divitiæ et ſimilia dicitur περιμάχητον, de quo inter ſe digladientur homines; ſiquidem non hic agitur de aliena pulchritudine, qua quis fruatur, ſed de propria, quam quis ipſe in ſe habeat. Vox frequens alibi: apud Plutarchum quidem exſtat, Vit. p. 802. F. 1033. F. 1034. C. Senſu paulum tralato dixit περιμάχητον Oraculum, ad quod conſulendum multi homines confluunt.

5. D. Ἰσχὺς—λεόντων] Item locus communis: Philo Judæus l. l. Μαθέτωσαν δὲ καὶ ὅσοι ἐπ' εὐτονίᾳ πεφύσηνται, μὴ ὑψαυχεῖν, ἀπιδόντες εἰς τὰς τῶν ἡμέρων καὶ ἀτιθάσσων ζώων ἀμυθήτους ἀγέλας, αἷς ἰσχὺς καὶ ῥώμη συγγεγένηνται· τῶν γὰρ ἀτοπωτάτων ἐſτὶν, ἐπὶ θηρίων ἀρεταῖς, καὶ ταῦτα παρευημερούμενον ὑπ'

αὐτῶν ἄνθρωπον ὄντα, σεμνύνεσθαι. De Posterit. Caini p. 256: τῶν θηρίων τὰ ἀτιθάσσευτα μᾶλλον τοῖς ἀγαθοῖς τούτοις, εἰ δὴ ἀγαθὰ πρὸς ἀλήθειάν ἐστιν, ἢ οἱ λογικοὶ, κέχρηνται· τίς γὰρ ἂν ἀθλητὴς πρὸς ταύρου δύναμιν ἢ ἐλέφαντος ἀλκὴν ἐξισωθείη· τίς δ' αὖ δρομεὺς πρὸς σκύλακος ἢ λαγωδαρίου ποδώκειαν. Uberius etiam hunc locum ornat, De Abrahamo p. 386. B—D. Seneca Epist. CXXIV. p. 502: *Quid, inquam, vires corporis alis et exerces? Pecudibus istas majores ferisque natura concessit. Quid excolis formam? Cum omnia feceris, a multis animalibus decore vinceris.* Idem argumentum suaviter et copiose enarravit Galenus in elegantissimo Protreptico Cap. XIV.

5. E. γνώμης διαμαρτάνων] Exquisitam dictionem maluit alieno loco apponere, quam non apponere. Hoc enim loco postulabatur hujusmodi sensus, *sciat se a vero, a vera cogitatione, aberrare:* veluti supra 2. C. τοῦ παντὸς διαμαρτάνειν. At in γνώμης ἁμαρτάνειν cernitur *aberratio a sententia proposita de qua deliberetur, cui obtemperetur.* Ita Herodotus utitur III. 81: γνώμης τῆς ἀρίστης ἡμάρτηκε. Isocrates Nicocle p. 49: εἰ γὰρ, ἐμοῦ μὴ δηλώσαντος ἃ βούλομαι ποιεῖν ὑμᾶς, διαμαρτάνοιτε τῆς ἐμῆς γνώμης, οὐκ ἂν εἰκότως ὑμῖν ὀργίζοιμην. Archidamo p. 202: διαμαρτόντες δὲ τῆς ἡμετέρας γνώμης, αὐτοὶ μὲν ἴσως ἂν φαυλότεροι δόξαιμεν εἶναι, τὸ δὲ κοινὸν οὐδὲν ἂν ζημιώσαιμεν· i. e. *in sententia suadenda a vero aberrare.*

5. E. Παιδεία—ἀθάνατον καὶ θεῖον] Pythagoras ap. Jamblichum Vit. Pythag. §. 42: Παρεκάλει δὲ τοὺς νεανίσκους καὶ πρὸς παιδείαν· ἐνθυμεῖσθαι κελεύων ὡς ἄτοπον ἂν εἴη πάντων μὲν σπουδαιότατον κρίνειν τὴν διάνοιαν, καὶ ταύτῃ βουλεύεσθαι περὶ τῶν ἄλλων· εἰς δὲ τὴν ἄσκησιν τὴν ταύτης μηδένα χρόνον μηδὲ πόνον ἀνηλωκέναι· καὶ ταῦτα τῆς μὲν τῶν σωμάτων ἐπιμελείας τοῖς φαύλοις τῶν φίλων ὁμοιουμένης, καὶ ταχέως ἀπολειπούσης· τῆς δὲ παιδείας, καθάπερ οἱ καλοὶ καὶ ἀγαθοὶ τῶν ἀνδρῶν, μέχρι θανάτου παραμενούσης, ἐνίοις δὲ καὶ μετὰ τὴν τελευτὴν ἀθάνατον δόξαν περιποιούσης. Isocrates Or. ad Demonic. p. 10: σοφία γὰρ μόνη τῶν κτημάτων ἀθάνατον.

5. E. νοῦς καὶ λόγος] Splendida vocabula, sed eadem obscuro sensu: quippe ita simpliciter injecta dubium adferunt utrum ex philosophiæ doctrina, an vulgari dicendi consuetudine accipi debeant. Atqui ex vulgari potius ac-

cipiendum ratione: ut νοῦς sit *mens*, ea hominis pars, quæ cogitat; λόγος, facultas *differendi* et *loquendi*, quæ Latinis dicitur *ratio et oratio*, ut v. c. Cic. Off. I. 4: et pluribus monuimus ad p. 44. A. Igitur λόγος καὶ παιδεία frequenter junguntur: quæ conjunctio et hoc loco ex antecedenti παιδεία est repetenda. Sic λόγος καὶ παιδεία est apud Plutarchum Vit. p. 112. E. 214. C. 220. D. 433. B. 743. F. 861. E. 863. A: Democritum Ep. 26. ad Hippocrat. T. II. p. 112. C. Sed et νοῦς καὶ λόγος frequenter conjuncta reperiuntur: v. c. in Plutarcho Defect. Orac. p. 425. F. θεὸν ἔχοντα καὶ νῶν καὶ λόγον: Jamblicho Vit. Pythag. §. 218. περὶ τῆς τοῦ λόγου καὶ τοῦ νοῦ τελείας ἐνεργείας ἐπεξῆλθεν. Sic Anonymus Vit. Pythag. §. 20: θεὸς κατὰ τὸν νοῦν καὶ λόγον ἀεὶ ἐνεργεῖ. Aristocles ap. Euseb. Præp. Evang. XIV. p. 767. C. 769. D. Plutarchus De Sanit. Tuenda p. 124. B: ἀγροίκου τινὸς ὡς ἀληθῶς ἐστιν, καὶ νοῦν οὐκ ἔχοντος οὐδὲ λόγον, ἄνευ κύλικος καὶ κνίσσης ἀνθρώποις ἐπιτάμενον ὁμιλεῖν. Apophthegm. p. 172. E: τῶν λόγων αὐτοῦ νοῦν ἐχόντων, αἱ πράξεις ἀκολουθοῦσαι. Principatus rerum quem ὁ νοῦς obtinet sæpe celebratur Platoni, et Leg. XII. p. 694. G. 696. D, E. 697. C: atque eodem in libro p. 686. E. est comparatio capitis et pedum, quam noster homo secutus videtur, νοῦν et λόγον inter se comparans: ταῦτα γὰρ ἀκρωτήρια ὄντα, σωζόμενά τε ἔχει μεγίστην δύναμιν παντὸς τοῦ σώματος, καὶ τοὐναντίον, ἐναντίως· καὶ τὸ μὲν ὑπηρετικώτατον ἁπάντων τῷ σώματι· τὸ δὲ ἀρχικώτατον, ἔχον τὰς κυρίας ἁπάσας αἰσθήσεις αὐτοῦ φύσει.

5. E, F. ἀναφαίρετος—ἐπιτήμην] Confluxit ex locis communibus. Antisthenes ap. Diog. Laert. VI. 12: ἀναφαίρετον ὅπλον ἀρετή. Herodianus I. 2. 4. de M. Antonino: ταῦτα γὰρ μόνα ψυχῆς ἴδια καὶ ἀναφαίρετα ἡγεῖτο κτήματα. Epictetus Diss. IV. 5: Ταῦτά ἐστι τὰ πόλιν ἔχυρὰν καὶ ἀνάλωτον ποιοῦντα· ἀνθρώπου δὲ ψυχὴν οὐδὲν ἄλλο ἢ δόγματα· ποῖον γὰρ τεῖχος ἔστως ἰσχυρὸν, ἢ ποῖον σῶμα οὕτως ἀδαμάντινον, ἢ ποία κτῆσις ἀναφαίρετος—; item IV. 7. p. 624. Cum proximis comparentur Plato Sympos. p. 334. E: ἦτοι τῆς διανοίας ὄψις ἄρχεται ὀξὺ βλέπειν, ὅταν ἡ τῶν ὀμμάτων τῆς ἀκμῆς λήγειν ἐπιχειρῇ. Seneca Rhetor. Controv. II. 14: Γνώσῃ, τέκνον, ὅτι νοῦς, ἂν πάθῃ τι, ἀναφύει. Auctor Agesilai Xenophontei XI. 14:

Δοκεῖ δ' ἔμοιγε καὶ τόδε μόνος ἀνθρώπων ἐπιδεῖξαι, ὅτι ἡ μὲν τοῦ σώματος ἰσχὺς γηράσκει, ἡ δὲ τῆς ψυχῆς ῥώμη τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν ἀγήρατός ἐστιν. Bion ap. Diog. Laert. IV. 50: τῇ μὲν ἀνδρείᾳ νέους ὄντας ἔφη χρῆσθαι, τῇ δὲ φρονήσει γηράσκοντας ἀκμάζειν: cui dicto acumen ſuum ut conſtet, χρῆσθαι mutandum in γηράσκειν, aut ſimili mutatione ſuccurrendum: *fortitudine juvenes ſeneſcere, prudentia ſenes vigere.* Philo Jud. De Agricult. p. 212. D: παιδεία δὲ φύσιν ἔλαχε τὴν ἀγήρων· —τὰ μὲν γὰρ ἄλλα χρόνῳ φθείρεται· ἡ δ' ἐφ' ὅσον πρόεισιν ἐπὶ μήκιστον, ἡβᾷ καὶ ἐπακμάζει, τὸ ἀειθαλὲς εἶδος φαιδρυνομένη, καὶ ταῖς συνεχέσιν ἐπιμελείαις κινεμένη. Reſip. Noc. 282. A: οὐ χρόνῳ παλαιεμένοις, καινεμένοις δὲ καὶ ἡβῶσιν ἀεὶ τρυφῶν ἀγαθοῖς—. Heraclides Allegor. p. 485: πολιὰ δὲ καὶ γῆρας ἱεροὶ τῶν τελευταίων χρόνων λιμένες, ἀσφαλὲς ἀνθρώποις ὅρμισμα· καὶ ὅσον ἡ τοῦ σώματος ἰσχὺς ὑποφθίνει, τοσοῦτον ἡ τῆς διανοίας αὔξεται ῥῶσις. Baſilius M. Homil. XIII. p. 481. B. Sed et in alteram partem celebratur opinio, *mentis aciem cum corpore et creſcere et decreſcere:* de qua videantur principes in literis viri Weſſelingius et Valckenarius ad Herodotum III. 134.

5. F. πόλεμος χειμάῤῥῳ δίκην—παρελέσθαι] Comparationem attigimus Biblioth. Crit. Vol. III. Part. II. p. 36. ad Juliani Or. I. p. 29. A. Sic Plutarchus Sertorio p. 628. C: ὥστε πολλάκις μόνον πλανᾶσθαι τὸν Σερτώριον, πολλάκις δὲ αὖθις ἐπιέναι μυριάσι πεντεκαίδεκα στρατιᾶς, ὥσπερ χειμάῤῥων ἐξαίφνης πιμπλάμενον. Ariſtides Panathen. p. 132: de Xerxis exercitibus, οἱ δὲ ὥσπερ χειμάῤῥους ἐχώρουν διὰ πάντων ἤδη δεχομένων. Demoſthenes Or. pro Corona p. 334. C: de bello Philippi, ὥσπερ χειμάῤῥους ἂν ἅπαν τοῦτο τὸ πρᾶγμα εἰς τὴν πόλιν εἰσέπεσε. Ad ſententiam præſentis loci congruit dictum Hipparchi ap. Stob. Serm. LVIII. p. 378. in Grotii Florileg. Tit. LX. p. 229: Πολύ γ' ἐστὶ πάντων κτῆμα τιμιώτατον Ἅπασιν ἀνθρώποισιν εἰς τὸ ζῆν τέχνη· Τὰ μὲν γὰρ ἄλλα καὶ πόλεμος καὶ μεταβολαὶ Τύχης ἀνήλωσ', ἡ τέχνη δὲ σώζεται.

5. F. Στίλπων ὁ Μεγαρεὺς φιλόσοφος] Res compluribus relata Veterum, quorum nemo prodidit Megaras urbem a Demetrio ſolo æquatam: quod ſane ab noſtri hominis vel ignorantia, vel oratorio amplificationis ſtudio profectum eſt. Conferantur Plutarchus Demetrio p. 893. A. De

Animi Tranq. p. 475. C. Seneca De Conſtantia Sap. Cap. V. Epiſtola IX. Diogenes Laertius II. 115. Jo. Damaſcenus MS. Στίλπων ἁλόσης αὐτῷ τῆς πατρίδος ὑπὸ Δημητρίου τοῦ τυράννου καὶ διαρπαγείσης ἀναχθεὶς ἐπὶ τὸν βασιλέα, ᾗ ἐρωτηθεὶς εἴτι δὴ αὐτὸς ἀπώλεσε, Τῶν μὲν ἐμῶν οὐδὲν, τὸν γὰρ λόγον καὶ τὴν παιδείαν ἔχω, τὰ δὲ λοιπὰ διὰ τί μᾶλλον ἐμὰ, καὶ οὐχὶ τῶν πολιορκούντων· quæ eadem leguntur in Sententiis Maximi et Antonii p. 705. De Megarenſium urbe a Demetrio capta et ſervata fuiſque civibus reddita teſtis eſt Diodorus Sic. XX. 46. ut item Plutarchus in Demetrio l. c. eamque ſua ætate adhuc conſtitiſſe affirmat Strabo IX. p. 602. B. Cæterum eamdem fortunam ſententiamque non Stilponi, ſed Bianti Prienenſi tribuit Cicero Paradox. I. incertum, alioſne auctores ſecutus, an aliud ipſe agens.

p. 6. A. Σωκράτης] Apud Platonem, non a Gorgia interrogatus, ſed a Polo in dialogo Gorgia p. 290. F: Π. Δῆλον δὴ, ὦ Σώκρατες, ὅτι οὐδὲ τὸν μέγαν βασιλέα γινώσκειν φήσεις εὐδαίμονα ὄντα. Σ. Καὶ ἀληθῆ γε ἐρῶ· οὐ γὰρ οἶδα παιδείας ὅπως ἔχει καὶ δικαιοσύνης. Π. Τί δέ; ἐν τούτοις πᾶσα ἡ εὐδαιμονία ἐστίν; Σ. Ὡς γε ἐγὼ λέγω, ὦ Πῶλε, τὸν μὲν γὰρ καλὸν καὶ ἀγαθὸν ἄνδρα καὶ γυναῖκα εὐδαίμονα εἶναί φημι· τὸν δὲ ἄδικον καὶ πονηρὸν, ἄθλιον. Dio Chryſ. Or. III. p. 36. B. initio: Σωκράτης Ἀθήνῃσι πρεσβύτης ἀνὴρ καὶ πένης—πυθομένῳ τινὸς εἰ εὐδαίμονα νομίζοι τὸν Περσῶν βασιλέα, Τυχὸν, εἶπεν, εὐδαίμων· οὐκ ἔφη δὲ αὐτὸς εἰδέναι διὰ τὸ μὴ συγγενέσθαι αὐτῷ, μηδὲ γινώσκειν ὁποῖός ἐστι τὴν διάνοιαν—. Theon Sophiſta Progymnaſmat. V. p. 69: Σωκράτης ἐρωτηθεὶς, εἰ εὐδαίμων αὐτῷ δοκεῖ ὁ τῶν Περσῶν βασιλεύς; Οὐκ ἔχω λέγειν, εἶπε· μηδὲ γὰρ εἰδέναι πῶς ἔχει παιδείας. Spectant eodem Epictetus Diſſert. IV. 1. p. 542: et Libanius Declam. XXIX. T. I. p. 682. B. Julianus Orat. II. p. 79. B. Cicero Tuſc. V. 12: *In Gorgia Socrates, cum eſſet ex eo quæſitum, Archelaum Perdiccæ filium, qui tum fortunatiſſimus haberetur, nonne beatum putaret? Haud ſcio, inquit: numquam enim cum eo collocutus ſum. Ain' tu? an aliter id ſcire non potes? Nullo modo. Tu igitur ne de Perſarum quidem rege magno potes dicere, beatuſne ſit? An ego poſſim, cum ignorem quam ſit doctus, quam vir bonus? Quid? tu in eo ſitam vitam beatam putas? Ita pror-*

ſus exiſtimo, bonos beatos, improbos miſeros. Miſer ergo Archelaus? Certe, ſi injuſtus. Ad quem locum aliorum etiam citationes notavit J. Daviſius. Simile exſtat Ageſilai dictum in Apophth. Reg. et Duc. p. 190. F: et Apophth. Lac. p. 213. C.

6. A. ὥσπερ δὲ παραινῶ—] De temeritate et negligentia, qua hoc in capite verſatus eſt ſcriptor, monuimus in Diſp. de ſcriptore hujus libelli Sect. II. Part. I. Cap. II. §. 2.

6. A. πανηγυρικῶν λήρων] *Panegyricæ nugæ* ſignificantur rhetoricæ inſtitutiones eæ, quibus propoſita eſt cum eloquentiæ civilis ea pars, quæ ad concionem et plebem ducendam pertinet, tum etiam ſophiſticæ orationes ac declamationes ad oſtentationem habendæ. Hinc per tralationem πανηγυρικὸν dicitur in malam partem, quidquid colluvione multarum variarumque partium conſtitit, item ſtudium placendi et inſerviendi concionibus popularibus et pervulgatis ſeculi moribus. Sic Plutarchus Opp. Mor. p. 42. A. diſſuadet in oratione ac diſputatione τὰ ἀνθηρὰ καὶ τρυφερὰ τῶν ὀνομάτων, καὶ τῶν πραγμάτων τὰ δραματικὰ καὶ πανηγυρικά. p. 63. C. adulatoris in conferendis officiis τὸ πανηγυρικὸν καὶ ἐπιδεικτικόν. Item p. 71. A: admonitionem vult eſſe μὴ πανηγυρικὴν, μηδ' ἐπιδεικτικὴν, μηδὲ μάρτυρας καὶ θεάτας συνάγουσαν. 79. B. 80. E: τὸ χρειῶδες τῷ πανηγυρικῷ, καὶ τῷ πρὸς ἐπίδειξιν πλέον ἔνεσιν αὐταῖς τὸ πρὸς ἀλήθειαν. 393. B. 142. B: τὸ ἑταιρικὸν καὶ πανηγυρικόν. 29. C. πανηγυρικὸς μάντις. 663. B. 777. E: ἀντὶ τῆς φιλίας εἴδωλον ἀπατηλὸν καὶ πανηγυρικὸν καὶ περιφερόμενον ὑπολαμβάνουσιν. 989. E: veſtitu πανηγυρικῶς κεκοσμημένον. Lucullo p. 495. C: γυναικὶ σοβαρᾷ καὶ πανηγυρικῇ, *ad faſtum et oſtentationem proclivi mulieri.* Ib. p. 496. A: Μιθριδάτης, ὥσπερ οἱ πολλοὶ τῶν σοφιστῶν, κομπώδης ἐν ἀρχῇ καὶ σοβαρὸς ἐπὶ Ῥωμαίους ἀναστὰς διακένῳ δυνάμει, λαμπρᾷ δὲ καὶ πανηγυρικῇ τὴν ὄψιν. Nicia p. 525. C: πρὸς δόξαν καὶ φιλοτιμίαν πανηγυρικὴν καὶ ἀγοραῖον.

6. B. τοῖς πολλοῖς ἀρέσκειν] Demoſthenes ap. Stob. p. 303: Δημοσθένης εἶπε, πάντων ἐστὶ δυσχερέστατον τὸ πολλοῖς ἀρέσκειν. Sumtum ex Epiſtola III. p. 116. A: τὸ μὲν γὰρ πᾶσιν ἀρέσκειν τὸν συμβουλεύοντα καὶ τὰ κοινὰ πράττοντα, ἀδύνατον. Simile Chryſippi ap. Stob. p. 304: Χρύσιππος ἐρωτηθεὶς, Διὰ τί οὐ

πολιτεύεται, εἶπε, Διότι εἰ μὲν πονηρά τις πολιτεύηται, τοῖς θεοῖς ἀπαρέσει, εἰ δὲ χρηστὰ, τοῖς πολίταις. Ejusdem ap. Diog. Laert. VII. 182: ὀνειδιζόμενός ὑπό τινος ὅτι οὐχὶ παρὰ Ἀρίστωνι μετὰ πολλῶν σχολάζοι, Εἰ τοῖς πολλοῖς, εἶπε, προσεῖχον, οὐκ ἂν ἐφιλοσόφησα. Scite opponuntur οἱ πολλοὶ *vulgus*, et πολλοὶ *multi*.

6. B. Μαρτυρεῖ δὲ τῷ λόγῳ κ. Ε. λ.—] Animadvertatur formula rhetorica, Plutarcho nusquam usurpata, frequens Philoni Judæo: v. c. p. 165. A: μαρτυρεῖ δέ μου τῷ λόγῳ ἡ φύσις. p. 218. C: μαρτυρεῖ δέ μοι τῷ λόγῳ ὁ θεσπέσιος ἀνήρ. 286. B: μαρτυρεῖ δέ μοι τῷ λόγῳ τὸ παρὰ τῷ ὑμνογράφῳ εἰρημένον—. item 346. C. 460. B. 1032. A.

6. B. Εὐριπίδης] Hippolyto 986. quem locum suo more illustravit Valckenarius noster, id est, ita ut nihil addi possit.

6. B. συρφετώδεσιν ὄχλοις] Polybius IV. 75: ἅμα δὲ καὶ συνδεδραμηκότος ὄχλου συρφετώδους. Lucianus De Saltat. T. II. p. 314: οἱ μὲν συρφετώδεις καὶ αὐτὸ τοῦτο ἰδιῶται, τῇ εὐχήμονος οὐκ ἐξοχασμένοι. Plutarchus De Ira Cohib. p. 454. E: ἔκ τινος λαλιᾶς καὶ βωμολοχίας συρφετώδους. Cæterum reprehensio ista fluxit a fonte Platonis rhetoricam reprehendentis illustri illa disputatione in Gorgia, ubi hæc notanda sunt p. 287. C: Οὐκ οὖν καλόν σοι δοκεῖ ἡ ῥητορικὴ εἶναι, χαρίζεσθαι οἷόν τ' εἶναι ἀνθρώποις. Ibid. E: Δοκεῖ τοίνυν μοι, ὦ Γοργία, εἶναί τι ἐπιτήδευμα, τεχνικὸν μὲν οὔ, ψυχῆς δὲ στοχαστικῆς καὶ ἀνδρείας καὶ φύσει δεινῆς προσομιλεῖν τοῖς ἀνθρώποις· καλῶ δὲ αὐτῇ ἐγὼ τὸ κεφάλαιον, κολακείαν.

6. C. Πρὸς δὲ τούτοις—] De ineptia hujus loci diximus in Disp. de Scriptore Libelli Sect. II. Part. I. Cap. II. §. 2.

6. C. Χαλεπὰ τὰ καλά.] Plato Cratylo p. 257. E: Ὦ πρὸς Ἱππονίκου Ἑρμόγενες, παλαιὰ παροιμία, ὅτι χαλεπὰ τὰ καλά ἐστιν ὅπη ἔχει μαθεῖν. Huc pertinet Commentarius in Scholiasta Platonico Ruhnkenii p. 14. et Zenobius Proverb. VI. 38. Hesychius et Suidas in voce Χαλεπά—. Apostolius Proverb. XX. 47. ibique Pantinus. Lambinus ad Horat. Sat. I. 9. p. 103.

6. C. τῆς ἱκνουμένης συμμετρίας] Sic ἱκνούμενον dicitur *opportunum, conveniens, quod justo tempore, loco, modo fit.* O-

raculum Delphicum apud Demoſthenem Or. in Macartatum p. 667. C: ἐν ἰκνεμένᾳ ἡμέρᾳ, quod ipſe Orator mox interpretatur, ἐν ταῖς καθηκούσαις ἡμέραις. Ariſtides Or. ad Rhodios T. I. p. 570: πρέποντα μὲν ἄν τις ἔχοι καὶ πρὸς ἐκείνας εἰπεῖν καὶ ἰκνέμενα. Damaſcius ap. Photium p. 1036: περὶ οὗ ἐρῶ κατὰ τὸν ἰκνέμενον λόγον, *de quo dicam ſuo loco*: poſſit et reddi, ut fecit Latinus interpres, *dicam, cum eo perducta erit oratio*. Certe ἰκνέμενοι χρόνοι ſunt *venientia tempora, poſtera ætas*, apud Plutarchum in Æm. Paulo p. 267. B. Cæſare p. 741. C. et Megaſthenem in Euſeb. Præp. Evang. IX. p. 457. Alia de hac voce cognoſcantur ex Budæo Comment. L. Gr. p. 552. et Stephano Theſ. L. Gr. T. I. p. 1682.

6. C. ὡς ἡμῖν ἀκούειν παραδέδοται] Floſculus rhetoricus a Demoſthene petitus Or. adv. Ariſtocrat. p. 438. A: τοῦτο μὲν τοίνυν, τὰ παλαιὰ, ὡς ἡμῖν ἀκῆσαι παραδέδοται—.

6. C. Περικλῆς—Δημοσθένης] Operæ pretium eſt Plutarchi locum, unde hic ductus eſt, apponere, quo magis forma ſuppoſititia a germana dignoſcatur: ſic igitur in Præceptis Reip. Ger. p. 803. F: Μάλιστα μὲν οὖν ἐσκεμμένῳ πειρῶ καὶ μὴ διακένῳ τῷ λόγῳ χρῆσθαι πρὸς τὰς πολλὰς μετ' ἀσφαλείας· εἰδὼς ὅτι καὶ Περικλῆς ἐκεῖνος ηὔχετο πρὸ τοῦ δημηγορεῖν μηδὲ ῥῆμα μηδὲν ἀλλότριον τῶν πραγμάτων ἐπελθεῖν αὐτῷ. Δεῖ δὲ ὅμως πρὸς τὰς ἀπαντήσεις τὸν λόγον εὔτροφον ἔχειν καὶ γεγυμνασμένον· ὀξεῖς γὰρ οἱ καιροὶ καὶ πολλὰ φέροντες ἐν ταῖς πολιτείαις αἰφνίδια. Διὸ καὶ Δημοσθένης ἠλατῆτο πολλῶν, ὥς φασι, παρὰ τὸν καιρὸν ἀναδυόμενος καὶ κατοκνῶν. Item de Demoſthene in libro De Sent. Profect. in Virt. p. 80. C. De Periclis in dicendo cautione tradit Quinctilianus Inſt. Or. XII. 9: *Nec immerito Pericles ſolebat optare ne quod ſibi verbum in mentem veniret, quo populus offenderetur.—Dicet ſcripta cum res patietur: et ut Demoſthenes ait, ſi continget, et ſculpta:* cujus de Demoſthene dicti ratio ſorte eo pertinuit, ut ſe excuſaret, quod non niſi meditatus ad dicendum accederet, et reprehenſores confutaret ſignificans, non modo dicenda eſſe ſcripta, ſed ſæpe etiam ſculpta, id eſt majore cura elaborata et magis permanſura. Qua in parte potiſſimum Periclem imitatus eſt Demoſthenes, ut ipſe prodit Plutarchus

in Demosthene p. 850. A. De Periclis autem ad dicendum accedentis religione et optato, idem in hujus Vita p. 155. et 156. C: περὶ τὸν λόγον εὐλαβὴς ἦν, ὥς' ἀεὶ πρὸς τὸ βῆμα βαδίζων ηὔχετο τοῖς θεοῖς μηδὲ ῥῆμα μηδὲν ἐκπεσεῖν ἄκοντος αὐτῷ πρὸς τὴν προκειμένην χρείαν ἀνάρμοστον. Ælianus Var. Hist. IV. 10. Εἶτ' οὐκ ἦν τῷ δήμῳ τῷ Ἀθηναίων θεραπευτικὸς ὁ Ξανθίππου Περικλῆς; Ἐμοὶ μὲν δοκεῖ· ὁσάκις γοῦν ἔμελλεν εἰς τὴν ἐκκλησίαν παριέναι, ηὔχετο, μηδὲν αὐτῷ ῥῆμα ἐπιπολάσαι τοιοῦτον, ὅπερ ἂν ἔμελλεν ἐκλαχύνειν τὸν δῆμον, προσάντες αὐτῷ γενόμενον, καὶ ἀδόκητον δόξαν. Cæterum ἀσύντακτος, *non præparatus, non meditatus*, ita dicitur in Theophrasti sententia ap. Diog. Laert. V. 39: θᾶττον πιστεύειν δεῖν ἵππῳ ἀχαλίνῳ ἢ λόγῳ ἀσυντάκτῳ.

6. D. ἐν τῷ κατὰ Μειδίου] Demosthenes Or. adv. Midiam p. 411. C. ubi rectius legitur καὶ μεμελετηκέναι pro καταμεμελετηκέναι, quod in omnibus nostris libris exstat.

6. D. Τὸ δὲ δὴ παντάπασιν—ἔγωγε] Scribendum erat Τὸ δὲ δὴ πάλιν αὖ παντάπασιν ἀποδοκιμάζειν τῶν λόγων τὴν ἑτοιμότητα, καὶ ταύτην οὐκ ἀσκεῖν ἐπ' ἀξίοις, οὐ φαίην ἂν ἔγωγε. *Cæterum subitam orationem rursus plane repudiare, eamque in rebus dignis et idoneis non adhibere, haud ego suadeam.* Hanc certe sententiam differendi nexus postulabat. Et libri variant. Ante Τὸ δὲ δὴ parvulam habent lacunam, sive spatium, A. C. E: et pro ἢ πάλιν αὖ non est nisi καὶ in A. C. Mosc. 1. 2. at in Flor. et Anon. καὶ πάλιν αὖ: pro τῶν λόγων Pol. Leonic. τῷ λόγῳ.

6. E. ὡς ἐν φαρμάκου μοίρᾳ] Platonica dictio: Rep. III. p. 433. D: θεοῖς μὲν ἄχρηστον ψεῦδος, ἀνθρώποις δὲ χρήσιμον, ὡς ἐν φαρμάκου εἴδει. V. p. 460. D: συχνῷ τῷ ψεύδει καὶ τῇ ἀπάτῃ, κινδυνεύει ἡμῖν, δεήσει χρῆσθαι τὰς ἄρχοντας ἐπ' ὠφελείᾳ τῶν ἀρχομένων· ἔφαμεν δέ που, ἐν φαρμάκου εἴδει πάντα τὰ τοιαῦτα χρήσιμα εἶναι. Imitatur Celsus ap. Origenem IV. p. 512. D: ἀπάτη δὲ ἡ ψεῦδος ἄλλως μὲν κακὰ, μόνως δὲ ὡς ἐν φαρμάκου μοίρᾳ χρῷτό τις—. Clemens Alexandr. Strom. VII. p. 730. B: ἀληθῆ τε γὰρ φρονεῖ ἅμα καὶ ἀληθεύει· πλὴν εἰ μή ποτε ἐν θεραπείας μέρει, καθάπερ ἰατρὸς πρὸς νοσοῦντας, ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν καμνόντων ψεύσεται. Eusebius Præp. Evang. I. p. 14. D: ὡς ἐν φαρμάκου μοίρᾳ τὴν ὑγιῆ πίστιν παραλαμβάνομεν. Theophra-

ſtus de Cauſſ. Plant. III. 5 : ἐν φαρμάκου μέρει. Attigit hæc Th. Gatakerus ad M. Antonin. p. 331.

6. E. ἐκ τῶ παρατυχόντος] Plutarchus Conviv. Sap. p. 154. A : ἀπεκρίνατο δὲ Ἡσίοδος ἐκ τῶ παρατυχόντος. Sympoſ. II. p. 634. D : ἐκ τοῦ παρατυχόντος ἕξαι τὸ σκῶμμα.

6. E. Ὥσπερ γὰρ οἱ πολὺν χρόνον δεδένλες—φυλάσσεσι.] Huic argumento nec res nec ratio conſtat : quod monuimus Diſp. de Scriptore Libelli Sect. II. Part. I. Cap. II. §. 2. Nec operæ pretium fecit, nec vitium diſputationis animadvertit, vir elegantis doctrinæ B. Martinus Var. Lect. I. 16. ei comparans Senecam Controv. IV. p. 234 : *Itaque velut ex umbroſo et obſcuro prodeuntes loco claræ lucis fulgor obcæcat : ſic iſtos, a ſcholis in forum tranſeuntes, omnia tamquam nova et inuſitata perturbant.* Hæc recte et vere Seneca : ſed non pertinent ad noſtrum locum ſtuporis aut temeritatis crimine liberandum. Eadem comparatione, ſed ſuo loco et opportune uſus eſt Cicero Tuſc. I. 31 : *Nam qui in compedibus corporis ſemper fuerunt, etiam cum ſoluti ſunt, tardius ingrediuntur.* Item Apuleius in Floridis p. 357 : *Cæterum vox cohibita ſilentio perpeti, non magis uſui fuerit quam nares gravedine oppletæ, aures ſpiritu obſeratæ, oculi albugine obducti. Quid ſi manus manicis reſtringantur? quid ſi pedes pedicis coartentur—Deſuetudo omnibus pigritiam, pigritia veternum parit.*

p. 7. A. παραληράγωδος] Satis magnum erat vitium in oratione quidem τὸ τραγικόν : nunc id, quod in ipſa tragœdia tumidum, inflatum, et vitioſum eſt, reprehenditur. Longinus Sect. III : Οὐ τραγικὰ ἔτι ταῦτα, ἀλλὰ παρατράγωδα.

7. B. Βέλομαι δὲ ἕως—εἰπεῖν.] Inepta interjectio : de qua monuimus Diſp. de Scriptore Libelli Sect. II. Part. I. Cap. II. §. 2. Habet quid Iſocrateum, Contra Sophiſt. p. 506 : Βέλομαι δὲ, ἐπειδήπερ ἐνταῦθα προῆλθον, ἔτι σαφέστερον εἰπεῖν περὶ αὐτῶν.

7. C. Δεῖ τοίνυν—τὴν δὲ φιλοσοφίαν προσθεύειν.] Quæ igitur ſunt ea quæ dicuntur ἐγκύκλια παιδεύματα? quomodo, et quantum, puer in quoque diſcere debet? Hæc ſilentio prætermittere, at *primo loco colendam eſſe philoſophiam*, quæ non erat pars puerilis inſtitutionis, ſed ſtudii adoleſcen-

tum: hæc igitur produnt hominem et judicii inopem et in rerum usu rudem. Diligentius hunc locum, quamvis non de proposito, adumbrat Philo Jud. De Agricult. p. 190. A: φυτεύσω δὲ ταῖς μὲν ἐν ἡλικίᾳ παιδικῇ ψυχαῖς μοχεύματα, ὧν ὁ καρπὸς αὐτὰς τιθηνήσεται· ἔστι δὲ ταῦτα· ἡ τοῦ γράφειν καὶ ἀναγινώσκειν εὔσοχος ἐπιτήδευσις· ἡ τῶν παρὰ σοφοῖς ποιητῶν ἀκριβὴς ἔρευνα, γεωμετρία· καὶ ἡ περὶ τὰς ῥητορικὰς λόγους μελέτη· καὶ ἡ σύμπασα τῆς ἐγκυκλίου παιδείας μεσική· ταῖς δὲ νεανιευομέναις καὶ ἀνδρευμέναις ἤδη τὰ ἀμείνω καὶ τελεώτερα, τὸ φρονήσεως φυτὸν, τὸ ἀνδρείας, τὸ σωφροσύνης, τὸ δικαιοσύνης, τὸ ἀρετῆς ἁπάσης· planta robustiorum significatur philosophia. Videatur et nostra Dissert. de Auctore hujus libelli Sect. II. Part. I. Cap. I. §. 1. Num. IV. Cæterum rhetorica sequitur philosophiæ laudatio, ex aliquo Protreptico desumta: quacum non inutile sit conferre partem capitis primi ex Jamblichi Protreptico, præsertim quum libri exemplum editis emendatius habeam e Gronoviana auctione: Ἀλλ' ὥσπερ ἡ ψυχὴ κατὰ βραχὺ πρόεισιν ἐπὶ τὰ μείζονα ἀπὸ τῶν ἐλαττόνων, διὰ πάντων τε διέξεισι τῶν καλῶν, καὶ ἐπὶ τῷ τέλει τὰ τελειότατα ἀγαθὰ εὑρίσκει· ἕτω δεῖ προτροπὴν ὁδῷ προιέναι ἀρχομένην ἀπὸ τῶν κοινῶν. Εἰς γὰρ φιλοσοφίαν ἁπλῶς παρορμήσει, καὶ πρὸς αὐτὸ τὸ φιλοσοφεῖν συλλήβδην, καθ' ἥν τιν' οὖν ἀγωγὴν, μηδεμιᾶς τῶν αἱρέσεων ἄντικρυς προκρινομένης, ἀλλὰ κοινῶς κατὰ γένος ἁπασῶν ἐπαινουμένων, καὶ παρὰ τὰ ἀνθρώπινα ἐπιτηδεύματα πρεσβευομένων κατά τινα κοινὸν καὶ δημώδη προτρεπτικὸν τρόπον. Est igitur principe et veluti antiquissimo loco quid colere, πρεσβεύειν: et sic usurpat Plutarchus Apophth. p. 228. C. Lucullo p. 493. E. Aristides T. I. p. 68. 186. 393. 561. T. II. p. 2.

7. D. ὥσπερ γὰρ περιπλεῦσαι—χρήσιμον.] Elegans comparatio, jam ante nostrum ab aliis usurpata. v. c. Nicolao Damasceno, Excerptis a Valesio editis, p. 417—ὁμοίαν εἶναι τὴν ὅλην παιδείαν ἀποδημίᾳ· ὡς γὰρ ἐν ταύτῃ συμβαίνει τοῖς ἀποδημοῦσι καὶ μακρὰν ὁδὸν διεξιοῦσιν ὅπου μὲν ἐγκατάγεσθαί τε καὶ ἐναυλίζεσθαι μόνον, ὅπου δὲ ἐναριστᾶν, ὅπου δὲ πλείους ἐνδημεῖν ἡμέρας, ἐνίους δὲ τόπους ἐκ παρόδου θεωρεῖν, ἐπανελθόντας μέντοι ταῖς ἑαυτῶν ἐνοικεῖν ἑστίαις· οὕτω καὶ διὰ τῆς ὅλης παιδείας διερχομένους δεῖν ἐν οἷς μὲν ἐπιτηδεύμασιν ἐπὶ πλέον ἐνδιατρίβειν, ἐν οἷς δ' ἐπ' ἔλαττον, καὶ τὰ μὲν ὅλα, τὰ δὲ ἐκ μέρους, τὰ δὲ ἄχρι στοιχειώσεως παραλαμβάνειν,

καὶ τὸ ἐκείνων χρήσιμον καταχόντας, ἐπὶ τὴν ὡς ἀληθῶς πατρῴαν ἐξίαν ἀνελθόντας φιλοσοφεῖν. In hoc argumento verſatur Syneſii liber, Dion inſcriptus. Pertinet ad idem præceptum Seneca Ep. II. *Primum argumentum compoſitæ mentis exiſtimo, poſſe conſiſtere, et ſecum morari. Illud autem vide, ne iſta lectio multorum auctorum, et omnis generis voluminum, habeat aliquid vagum et inſtabile. Certis ingeniis immorari et innutriri oportet, ſi velis aliquid trahere, quod in animo fideliter ſedeat. Nuſquam eſt, qui ubique eſt. In peregrinatione vitam agentibus hoc evenit, ut multa hoſpitia habeant, nullas amicitias. Idem accidat neceſſe eſt iis qui nullis ſe ingeniis* (ita leg. pro *ingenio*) *familiariter applicant, ſed omnia curſim et properanter tranſmittunt.* Poſuimus hoc item in noſtris Præceptis Philoſ. Logicæ IV. 2. 3. Duos illos Nicolai et Senecæ locos notaverat quoque Heumannus.

7. D. Βίων ἔλεγεν ὁ φιλόσοφος—] Ariſtippo tribuit Diogenes Laertius II. 79: τοὺς τῶν ἐγκυκλίων παιδευμάτων μεταχόντας, φιλοσοφίας δὲ ἀπολειφθέντας, ὁμοίως εἶναί ἔλεγε τοῖς τῆς Πηνελόπης μνηστῆρσι· καὶ γὰρ ἐκείνους Μελανθὼ μὲν καὶ Πολυδώραν καὶ τὰς ἄλλας θεραπαίνας ἔχειν, πάσας δὲ μᾶλλον ἢ αὐτὴν τὴν δέσποιναν δύνασθαι γῆμαι. Ariſtoni Stobæus Serm. IV. p. 58: Ἀρίστων ὁ Χῖος τοὺς περὶ τὰ ἐγκύκλια μαθήματα πονουμένους, ἀμελοῦντας δὲ φιλοσοφίας ἔλεγεν ὁμοίους εἶναι τοῖς μνηστῆρσι τῆς Πηνελόπης, οἳ ἀποτυγχάνοντες ἐκείνης περὶ τὰς θεραπαίνας ἐγίνοντο. Philo Judæus aliquoties adhibet: v. c. De Temulentia p. 247. A: τοῖς γὰρ ἀσκηταῖς ἀνάγκη πρότερον ἐντυχεῖν τῇ νεωτέρᾳ παιδείᾳ, ἵνα τῆς τελειοτέρας αὖθις ἀπόνασθαι βεβαίως δυνηθῶσι· παρ' ὃ καὶ μέχρι νῦν οἱ καλοκἀγαθίας ἐρασταὶ οὐ πρότερον ἐπὶ τὰς τῆς πρεσβυτέρας ἀφικνοῦνται θύρας φιλοσοφίας πρὶν ἢ ταῖς νεωτέραις ἐντυχεῖν, γραμματικῇ, καὶ γεωμετρίᾳ, καὶ τῇ συμπάσῃ τῶν ἐγκυκλίων μουσικῇ. De Congreſſu ad Propædeumata p. 425. C: οὐ γάρ ἐσμεν ἱκανοὶ δέξασθαί πω γονὰς ἀρετῆς, εἰ μὴ πρότεραν ἐντύχωμεν αὐτῆς τῇ θεραπαινίδι· θεραπαινὶς δὲ σοφίας, ἡ διὰ τῶν προπαιδευμάτων ἐγκύκλιος μουσικὴ καὶ λογική· —εἰκότως οὖν οὐ βραχέσι χρήσεται προοιμίοις, ἀλλὰ γραμματικῇ, γεωμετρίᾳ, ἀστρονομίᾳ, ῥητορικῇ, μουσικῇ, τῇ ἄλλῃ λογικῇ θεωρίᾳ πάσῃ. Eſt ſcilicet Abrahamo Sara philoſophia, Hagar ἐγκύκλιος παιδεία. Videatur in primis p. 426. B. 428. B. 434. et ſeq. In eadem com-

paratione verſatur, Leg. Allegor. p. 106. B. Joh. Damaſcenus MS. Crantoris nomine apponit: Κράντωρ ἔλεγε, μήτε δύναθαί τινα τὰ μεγάλα πρὸ τῶν μικρῶν μυηθῆναι, μήτ' ἂν ἐπὶ φιλοσοφίαν ἐλθεῖν πρὶν ἐν τοῖς ἐγκυκλίοις διαπονηθῆναι. In re meretricia ſi quis exemplum deſideret, in promtu eſt Terentii Heaut. II. 2. 60.

7. D. κατασκελετεύσι] Philo Jud. De Nobilitate T. II. p. 438: ἐκ μακρᾶς καὶ φθινώδους νόσου κατεσκελετευμένον. Reſtituendum eidem in libro Omnem Probum Eſſe Lib. p. 464: ἀσιτίαις καὶ συνέχεσιν ἐνδείαις καὶασκληκευθέντα· ex duabus ortum lectionibus, κατασκελετευθέντα, et κατεσκληκότα. De Nomin. Mut. p. 1049. C: ὠχροὶ δὲ καὶ διερρυηκότες καὶ κατεσκελετευμένοι τρόπον τινὰ οἱ ἀπὸ παιδείας—.

7. D. ἰατρικὴν ϗ γυμναστικὴν—φιλοσοφία] Loci communes, in primis ex Platonis Gorgia profecti p. 287. G. 305. et ſeq. Philoſophia ψυχῆς ἰατρεία multis dicta; quorum partim laudavimus ad Plutarchum Plat. Quæſt. I. p. 1000. D. Bibl. Crit. Vol. III. Part. I. p. 29.

7. D. Διὰ γὰρ ταύτην κ. τ. λ.] Comparet quis laudationem Philoſophiæ vere oratoriam et philoſopham, Iſocratis Panegyrico p. 85. Ciceronis Tuſc. V. 1. Muſonii ap. Stob. S. XLVI. p. 337: Τίς μέντοι ἐπιςήμη πρὸς σωφροσύνην ἄγει πλὴν φιλοσοφίας, ἐκ ἔςιν εἰπεῖν· αὕτη γὰρ διδάσκει μὲν ἐπάνω ἡδονῆς εἶναι· διδάσκει δ' ἐπάνω πλεονεξίας· διδάσκει δὲ ἀγαπᾶν εὐτέλειαν· ἐθίζει δ' αἰδῶ ἔχειν· ἐθίζει δὲ γλώτης κρατεῖν· τάξιν δὲ ϗ κόσμον ϗ εὐσχημοσύνην περιποιεῖ, καὶ ὅλως τὸ ἐν κινήσει καὶ σχέσει πρέπον. Dio Chryſ. Or. LXVIII. p. 618. Virtutis munera recenſens, in his etiam ponit—καλῶς μὲν αὐτῶν προῖσαθαι, καλῶς δὲ οἶκον οἰκῆσαι, καλῶς δὲ ἄρξαι πόλεως, εὖ δὲ πλῆτον ἐνεγκεῖν, εὖ δὲ πενίαν, εὖ δὲ προσενεχθῆναι φίλοις, εὖ δὲ συγγενέσι· δικαίως δ' ἐπιμεληθῆναι γονέων, ὅπως τε θεραπεύσειαν θεούς: corrigendum forte ὁσίως τε θεραπεύειν θεούς. Ejuſdem generis eſt illa rhetorice exornata laus Virtutis apud Philonem Jud. De Nominum Mutat. p. 1068. A, B, C. Ex his et ſimilibus item Sententiis in Pythagorico Carmine et Iſocratea ad Demonicum Admonitione p. 7. tamquam ſtellis ſuam chreiam noſter homo diſtinxit.

7. E. τί τὸ συλλήβδην αἱρετόν.] Formula e ſcholis philoſo-

phis: *universe expetendum totum genus.* Plato Protag. p. 188. H: ἡ ἀδικία καὶ ἡ ἀσέβεια ᾗ συλλήβδην πᾶν τὸ ἐναντίον τῆς πολιτικῆς ἀρετῆς. 189. E. Leg. X. 664. B. XII. 694. B. V. 607. E. ξυλλήβδην τὸν ἀρετῆς ἐχόμενον κατὰ σῶμα ἢ καὶ κατὰ ψυχήν—. Aristoteles et alibi, et Ethic. Nicom. V. 1. Dio Chrys. Or. LXVIII. p. 618. B: ἀνδρείαν, καὶ δικαιοσύνην, καὶ φρόνησιν, ᾗ συλλήβδην ἀρετὴν πᾶσαν. Numenius ap. Euseb. Præp. Evang. XV. 819. A: ἆρα οὖν δὴ τὰ ὄντα ταὐτά ἐσιν, ἤτοι ξυλλήβδην, ἢ καθ' ἕν γέ τι αὐτῶν. Plutarchus Opp. Mor. p. 793. C. 816. C. Vit. 476. B. 634. C. 1056. A. Fragm. I. 4. Aristides T. I. p. 45. 155. 509. 519. II. 163. 255.

7. E. μήτε ἐν ταῖς εὐπραγίαις περιχαρεῖς, μήτε ἐν ταῖς συμφοραῖς περιλύπους.] Habet ab Isocrate Admon. ad Demonic. p. 18: Νομίζε μηδὲν εἶναι τῶν ἀνθρωπίνων βέβαιον· οὔτω γὰρ οὔτ' εὐτυχῶν ἔσῃ περιχαρὴς, οὔτε δυσυχῶν περίλυπος: hic fortasse, siquidem est alter minor ætate Isocrates, duxit ab Aristotele Ethic. ad Nicomach. IV. 3: ὁ μεγαλόψυχος, περὶ τιμὰς, οὐ μὴν ἀλλὰ ᾗ περὶ πλοῦτον ᾗ δυναστείαν, καὶ πᾶσαν εὐτυχίαν ᾗ ἀτυχίαν μετρίως ἕξει, ὅπως ἂν γένηται· καὶ ἔτ' εὐτυχῶν περιχαρὴς ἔσται, ἔτε ἀτυχῶν περίλυπος. Isocratis locum habet Choricius Sophista in Or. Funebri in Æneam Gazæum §. 29. apud Fabricium Bibl. Gr. Vol. VIII. p. 856: καὶ μάτην ὑμῖν ὁ Θεοδώρε φησὶ, μήτ' εὐτυχῶν ἔσο περιχαρὴς, μήτε πράτλων ἑτέρως περίλυπος. Stobæus Serm. CIII. p. 563. Item Maxim. et Antonius Sent. p. 819. Ad rem ipsam similes sunt aliorum sententiæ, veluti Archilochi ap. Stob. Serm. XX. p. 172. Caussas rei attingit Plato Leg. VII. p. 638. B—G. qui proverbii vim in dicto notat Menexeno p. 408. E: ἔτός ἐσιν ὁ σώφρων, καὶ οὗτος ὁ ἀνδρεῖος καὶ φρόνιμος· οὗτος γιγνομένων χρημάτων ᾗ παίδων, ᾗ διαφθειρομένων, μάλιστα πείσεται τῇ παροιμίᾳ· ἔτε γὰρ χαίρων ἔτε λυπούμενος ἄγαν φανήσεται διὰ τὸ αὐτῷ πεποιθέναι· quæ Cicero vertit Tusc. V. 12. —*hic est ille moderatus, hic fortis, hic sapiens: hic et nascentibus et cadentibus cum reliquis commodis, tum maxime liberis, parebit præcepto illi veteri, neque enim lætabitur umquam, nec mœrebit nimis; quod semper in se ipse omnem spem reponet sui.*

7. F. τὸ μὲν γὰρ εὐγενῶς εὐτυχεῖν ἀνδρὸς—] Gradatio magis ad orationis concinnitatem, quam ad rei veritatisque ratio-

nem compoſita: etiam ſi primam partem ita corrigamus, Τὸ μὲν γὰρ εὐγενῶς ἀτυχεῖν ἀνδρὸς, τὸ δὲ ἀνεπιφθόνως εὐτυχεῖν, εὐηνίᾳ ἀνθρώπῳ, ut Meziriacus et Heumannus juſſerunt, et res ipſa poſtulat: porro, etiam ſi pro σοφῶν legamus σώφρονος, quod item ſententiæ nexus deſiderat. Εὐγενῶς et γενναίως hoc ſenſu frequens eſt in ſimilibus ſententiis, quæ complures exſtant ap. Stobæum Serm. CVI. *de fortiter ferendis caſibus fortunæ*, Ὅτι δεῖ γενναίως φέρειν τὰ προσπίπτοντα—. v. c. p. 568. Euripidis, Ἀλλ' εὖ φέρειν χρὴ συμφορὰς τὸν εὐμενῆ: ubi legendum εὐγενῆ cum Grotio Floril. p. 451. Antiphanis p. 569. Grot. p. 455. Τὰ τύχης φέρειν δεῖ ἠπίως τὸν εὐγενῆ· Τὸ μὲν ἀτυχῆσαι, πᾶσιν εἶναί μοι δοκεῖ· Ἀνδρὸς δ' ἐνεγκεῖν ἀτυχίαν ὀρθῷ τρόπῳ. Menandri p. 567. Cleric. p. 250: Τὸν ἄνδρ' ἀληθῶς εὐγενῆ χὴ τἀγαθὰ Καὶ τὰ κακὰ δεῖ πλαίοντα γενναίως φέρειν. Bias ap. Diog. Laert. I. 86: Ἐρωτηθεὶς, τί δυσχερές; Τὴν ἐπὶ τὸ χεῖρον, ἔφη, μεταβολὴν εὐγενῶς φέρειν. Cleobuli ibid. 93: Εὐτυχῶν, μὴ ἴθι ὑπερήφανος· ἀπορήσας, μὴ ταπείνου. Dio Chryſ. Or. XXVIII. p. 256. B: ὁ γὰρ πλεῖσα ἑτέροις συμβάντα ἐπισάμενος, ἄρισα οἷς αὐτὸς ἐγχειρεῖ διαπράξεται, χὴ ἐκ τῶν ἐνόντων ἀσφαλῶς· καὶ οὔτε εὖ πράττων, παρὰ τὸ μέτρον ἐπαρθήσεται· δυσπραγίαν τε πᾶσαν οἴσει γενναίως· διὰ τὸ μηδ' ἐν οἷς εὖ ἔπρατλεν ἀνεννόητος εἶναι τῆς ἐπὶ τὸ ἐναντίον μεταβολῆς.

p. 8. A. ἐπηβόλες] *Compotes*. Vocabulum uſurpatum elegantiæ ſtudioſis: proprie eſt is qui ſolertia in collineando et ſcopo feriendo valet: unde Timæus Gloſſ. Platon. Εὐεπήβολοι, οἱ ἐπιτυχῶς βάλλοντες: ubi videatur D. Ruhnkenius, et, qui ab eo citantur, Weſſelingius ad Diod. Sic. I. 19. et Toupius ad Longin. Sect. VIII. Præter locos illis annotatos, eſt Plutarchi Muſic. p. 1142. D. Ariſtonis ap. Stob. p. 622. Porphyrii Quæſt. Homer. α. Euſebii Præp. Evang. VII. p. 307. A.

8. A. ἀκύμονος] Vita otioſa, remota a civili adminiſtratione, et tamquam immunis a fluctibus civilibus, et contraria illi, quæ ab Horatio ſignificatur Ep. I. 1. 16. *Nunc agilis fio, et merſor civilibus undis*. Plutarchus De Animi Tranq. p. 465. A: πόθεν γε δὴ πρὸς ἀλυπίαν ψυχῆς καὶ βίαν ἀκύμονα, χρημάτων ὄφελος. De Exilio p. 602. C: *Tiberius otians Capreis non habuit* ἀκύμονα τὴν νησιῶτιν ἡσυχίαν. Galba

p. 1057. D: βίον ἀκύμονα καὶ γῆρας εἰρήνης καὶ ἡσυχίας μεσόν. Alia dedit Gatakerus ad M. Antonin. XII. 22.

8. A. Τριῶν γὰρ ὄντων βίων,] Ariſtoteles Ethic. ad Nicomach. I. 5: Τρεῖς γάρ εἰσιν οἱ μάλιστα προέχοντες βίοι· ὅ, τε νῦν εἰρημένος (ὁ ἀπολαυστικὸς), καὶ ὁ πολιτικὸς, καὶ τρίτος ὁ θεωρητικός. Οἱ μὲν οὖν πολλοὶ παντελῶς ἀνδραποδώδεις φαίνονται βοσκημάτων βίον προαιρούμενοι—. Idem Ethic. Eudem. I. 4. Diogenes Laert. V. 31. de Ariſtotele: Βίων δὲ τριῶν ὄντων, θεωρητικοῦ, πρακτικοῦ, ἡδονικῆ, τὸν θεωρητικὸν προέκρινεν. Seneca De Otio Sapientis Cap. XXXII. p. 362: *Præterea, tria genera ſunt vitæ: inter quæ quod ſit optimum, quæri ſolet: unum voluptati vacat, alterum contemplationi, tertium actioni:* ſed horum de comparatione legatur ipſe liber. Et Chryſippus de hoc argumento egit, ut apparet ex Plutarcho De Stoic. Repugn. p. 1033. D, E: ubi ejus libri περὶ βίων citantur, et 1035. A. 1036. D, E. Et Epicuri fuerunt libri περὶ βίων, citati Diogeni Laertio X. 27. 86: item Theophraſti, ibidem V. 42: Stratonis 59: Heraclidis 87. Timothei Athenienſis III. 5. IV. 4. V. 1. VII. 1: quem Jonſius in opere De Script. Hiſt. Phil. IV. Num. 51. inter ſcriptores incertæ ætatis recenſens, titulum περὶ βίων accipit *de Vitis Virorum clarorum*, veluti ſunt Vitæ a Plutarcho, Diogene Laertio, et aliis, ſcriptæ. At hujuſmodi hiſtoricæ ſcriptiones dicuntur, Βίοι, Βίοι ἀνδρῶν: et περὶ βίων eſt doctrinalis ſcriptio *de vitæ generibus*: ut Diogenis Laertii vulgaris titulus περὶ βίων, δόγματων, κ. τ. λ. forte ab ipſo βίοι, δόγματα poſitus, aut minus recte conceptus videatur; aut ſimpliciter φιλόσοφος ἱστορία fuerit: qua de re videantur Jonſius l. c. III. 12. 5. Menagius Proœm. 1. Nec tamen fieri non potuit, ut Timotheus ille περὶ βίων de *Vitæ Generibus* ſcribens, multa ex hiſtoriis et clarorum hominum vitis apponeret.

8. A. ὁ θεωρητικὸς τῆ πρακτικῆ διαμαρτάνων, ἀνωφελής·] Huc pertinet Cicero Off. I. 42: ex noſtra emendatione propoſita in Biblioth. Crit. Vol. I. Part. III. p. 23: *Itaque niſi ea virtus, quæ attingit rerum cognitionem, conſtet ex hominibus tuendis, id eſt, ex ſocietate generis humani, ſolivaga cognitio et jejuna videatur.* Poterat ſententia, quam loci

nexus poſtulat, etiam hac mutatione confici, *Itaque niſi ea virtus, quæ rerum cognitione conſtat, attingat homines tuendos, id eſt, ſocietatem humani generis, ſolivaga cognitio et jejuna videatur.* Sed prior ratio lenior eſt. De comparatione trium illorum vitæ generum Stoicam ſequitur rationem Cicero, quæ partim cognoſcitur ex Chryſippi dicto apud Plutarchum De Stoic. Repugn. p. 1033. E. partim ex tota illorum doctrina. Diverſa eſt comparatio Ariſtotelis Ethic. Nicom. X. 6. 7. contemplativam vitam principe loco ponentis. Quocum conferendus eſt Archytas in loco περὶ παιδεύσεως ἠθικῆς apud Damaſcenum MS. unde ſaltem ea promamus, quæ cum præſentis animadverſionis argumento conjuncta ſunt: Δύο μὲν ὦν ἀντίβιοι ἀντὶ πολλοί τοι (forte leg. ἐντὶ βίοι ἐν τοῖς πολλοῖς) τῶν πρωτήων ἀντιποιεύμενοι, πρακτικός τε καὶ φιλόσοφος· πολὺ δὲ κάρρων δοκέει μὲν (f. δοκῇ ἐμὶν) ὁ ἐξ ἀμφοτέρων κεκραμένος ποτὶ καιροὺς τοὺς ἁρμόσδοντας συντεταγμένῳ καθ' ἑκατέραν διέξοδον.

8. B. ὧν ἑκάτερος Πλάτωνος ἐγένετο συνεσιαςής.] Platonis familiarem et diſcipulum fuiſſe Dionem, inter omnes conſtat: Epaminondam, nemo prodidit: quamquam poterat per ætatem quidem, quippe decem fere annis Platone minor. Lyſidem Pythagoreum ejus fuiſſe Thebis præceptorem uno fere ore conſentiunt Veteres, quorum partim locos notarunt interpretes ad Nepotem Epaminonda Cap. I: quibus addatur Plutarchus De Genio Socratis p. 586. A. Dio Chryſ. XLIX. p. 537. D: quem per temporum rationes, non illum Pythagoræ ipſius diſcipulum Lyſidem, ſed juniorem quemdam cognominem Pythagoricum fuiſſe ſuſpicatur R. Bentleius Diſſ. Phalarid. p. 45. ſeq. Spintharum Ariſtoxeni patrem, eumdem fuiſſe Epaminondæ *præceptorem*, quod in doctiſſimi Schneideri notula dicitur, nec temporum rationibus ſatis congruit, nec ex illis Plutarchi locis p. 39. B. 592. F. conficitur. Videantur quæ de Spintharo traduntur in Mahnii noſtri Diatribe De Ariſtoxeno p. 10, 11; et a nobis infra p. 39. B.

8. B. Καὶ περὶ μὲν παιδείας οὐκ οἶδ' ὅτι δεῖ πλείονα λέγοντα διατρίβειν.] De ineptia dicti hujus monuimus Diſp. de Scriptore Libelli Sect. II. Part. I. Cap. I. §. 2. Num.

VIII. Fortaſſe ita dicendum putavit, ut rhetoricam nobis formulam apponere poſſet. Eſt enim Iſocrati frequens: v. c. Panegyr. p. 103: οὐχ ὁρῶ τί δεῖ πλείω λέγοντα διατρίβειν. Panathen. p. 439: περὶ ὧν οὐκ οἶδ' ὅτι δεῖ πλείω λέγοντα διατρίβειν. Similia ſunt, Ad Nicocl. p. 41: καὶ τί δεῖ καθ' ἓν ἕκαστον λέγοντα διατρίβειν. Nicocle p. 58. καὶ τί δεῖ καθ' ἕκαστον λέγοντα διατρίβειν. Archidamo p. 207: et Evagora p. 335: τί δεῖ λέγοντα διατρίβειν. De Permutat. p. 570. Heuſingerus et illum ex Panegyrico locum, et ſimilem ex Epiſtola VIII. p. 723. attulit, περὶ ὧν οὐκ οἶδ' ὅτι δεῖ πλείω λέγειν, et item Dionyſii Hal. A. R. I. 3. in fine, καὶ περὶ πράξεων οὐκ οἶδ' ὅτι δεῖ πλείω λέγειν.

8. B. κατὰ τὸ γεωργῶδες—τηρεῖν συμβέβηκεν] De hujus præcepti vitioſitate ſive a ſcriptore illa, ſive a deſcriptore profecta, monuimus in Emendationibus et in Diſp. de Scriptore Libelli Sect. II. Part. I. Cap. I. §. 2. Num. VIII. In Animadv. ad Libellum De Ser. Num. Vind. p. 33. correxiſſe mihi videbar locum, pro τηρεῖν ponendo ἀρύτειν: nunc non item mihi videor. Ἐκ πηγῆς ἀρύσασθαι ſatis uſitatum de diſcenda doctrina: v. c. Ariſtides T. I. p. 8. Himerius Or. XXX. p. 870. ubi ſimilia attulit Wernſdorfius. Fuit etiam quum emendarem ὑπὸ γῆς τὴν ἐπιστήμην τηρεῖν, vel ἀπὸ τῆς γῆς τὴν ἐπιστήμην αἱρεῖν: quod viderem pro πηγῆς in A. E. eſſe τῆς γῆς, idemque ſuperſcriptum vulgato πηγῆς in Moſc. 1. et C. Denique intellexi præſtare hoc ulcus relinquere. Nec γεωργῶδες ſatis probum videtur, nuſquam alibi a nobis lectum, et hoc uno exemplo firmatum ab H. Stephano Theſ. L. Gr. T. I. p. 805. ubi per errorem pro hoc libello citatur *Præc. Polit.*

8. C. πέμποντας εἰς παιδοτρίβου—ταῦτα διαπονεῖν] Et hoc argumentum, minime pro ipſius momento, leviter perſtrinxit. Dicamuſne ſcriptorem aliquid traxiſſe ex illa Platonis diſputatione ex Protagoræ perſona p. 199. G: πᾶς γὰρ ὁ βίος τοῦ ἀνθρώπου εὐρυθμίας τε καὶ εὐαρμοστίας δεῖται· ἔτι τοίνυν πρὸς τούτοις εἰς παιδοτρίβου πέμπουσιν, ἵνα τὰ σώματα βελτίω ἔχοντες ὑπηρετῶσι τῇ διανοίᾳ χρηστῇ οὔσῃ, καὶ μὴ ἀναγκάζωνται ἀποδειλιᾶν διὰ τὴν πονηρίαν τῶν σωμάτων καὶ ἐν τοῖς πολέμοις καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις πράξεσι. Gymnaſtica etiam pertinebat ad belli-

cum uſum: cujus documento eſt Socratis admonitio apud Xenophontem Mem. Socr. III. 12. Huic arti præſunt duo magiſtri γυμναστὴς et παιδοτρίβης: quorum quod fuerit diſcrimen, cognoſcatur ex Spanhemio ad Ariſtophanis Nub. 969. et in primis Perizonio ad Æliani Var. Hiſt. II. 6. et noſtra nota ad p. 133. B.

8. C. Καθάπερ οὖν ἐν εὐδίᾳ—ἐφόδιον εἰς τὸ γῆρας ἀποτίθεσθαι.] De hoc ipſo argumento eſt diſputatio Muſonii ap. Stob. Serm. CXVI. p. 595: Αὖθις δὲ ἐπεὶ πρεσβύτης τις ἐπύθετο, τί ἂν εἴη γήρως ἐφόδιον ἄριστον; Ταυτὸν, εἶπεν, ὅπερ καὶ νεότητος, τὸ ζῆν ὁδῷ κατὰ φύσιν. Bias ap. Diog. Laert. I. 88: Ἐφόδιον ἀπὸ νεότητος εἰς γῆρας ἀναλάμβανε σοφίαν. Ariſtoteles ibid. V. 21: Κάλλιστον ἐφόδιον τῷ γήρᾳ τὴν παιδείαν ἔλεγε. Plutarchus ap. Anton. et Maxim. p. 818. ſive Demophilus edit. Galei p. 615: Ὥσπερ οἱ ἐν εὐδίᾳ πλέοντες, καὶ τὰ πρὸς τὸν χειμῶνα ἔχουσιν ἕτοιμα· οὕτως οἱ ἐν εὐτυχίᾳ φρονοῦντες εὖ, καὶ τὰ πρὸς τὴν ἀτυχίαν ἡτοιμάκασι βοηθήματα: quam ſententiam ſub nomine Socratis citat Lipſius ad Senecam De Tranquill. Anim. Cap. XI. Galenus Protreptico Cap. VIII: τὸ δὲ γῆρας, καθάπερ χαλεπὸν ἐφεδρεύοντα χειμῶνα, δεόμενον οὐχ ὑποδημάτων μόνον καὶ ἐσθῆτος, ἀλλὰ καὶ οἰκήσεως ἐπιτηδείας, καὶ μυρίων ἄλλων, παρασκευάζεσθαι πρὸς αὐτὸ, καθάπερ ἀγαθὸν κυβερνήτην ἐκ πολλοῦ πρὸς τὸν χειμῶνα.

8. C. καταξήρας] Vox nec apud Plutarchum, nec apud alium, quod ſciam, mihi lecta, uno hoc exemplo a Stephano firmata Theſ. L. Gr. T. II. p. 1144.

8. C. Κατὰ γὰρ Πλάτωνα] Republ. VII. p. 489. E.

8. C. Καὶ τί ταῦτα] Relinquendum; nec elegantius Meziriaci recipiendum commentum Καὶ ταῦτα μὲν τοιαῦτα.

8. D. ἐν ἀκοντισμοῖς—καὶ τοξείαις καὶ θήραις] Xenophon Cyropæd. I. 2. 10: Πρὸς δὲ τούτοις μανθάνουσι τοξεύειν καὶ ἀκοντίζειν· —ἀληθεστάτη αὐτοῖς δοκεῖ αὕτη ἡ μελέτη [ἡ θήρα] τῶν πρὸς τὸν πόλεμον εἶναι—. Cicero Nat. Deor. II. 64: ubi plura Daviſius.

8. D. Τὰ γὰρ τῶν ἡττωμένων—ἆθλα πρόκειται] Sunt ipſa Xenophontis verba Cyropæd. II. 3. 2: ἢν δὲ ἡμεῖς αὖ νικῶμεθα, καὶ ὅτω τὰ τῶν ἡττωμένων ἀγαθὰ πάντα τοῖς νικῶσιν ἀεὶ ἆθλα πρόκειται. Communionem Socratici fontis agnoſcas in Pla-

tone Leg. I. p. 565. E: ὡς τῶν ἄλλων οὐδὲν οὐδενὸς ὄφελον ὂν, ἔτε κτημάτων, ἔτε ἐπιτηδευμάτων, ἂν μὴ τῷ πολέμῳ κρατῇ τις· πάντα δὲ τῶν νικωμένων ἀγαθὰ τῶν νικώντων γίγνεσθαι. Simile illud Demosthenis Or. Philipp. I. p. 15. C: ἀλλ' οἶδεν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῦτο καλῶς ἐκεῖνος, ὅτι ταῦτα μέν ἐστιν ἅπαντα τὰ χωρία ἆθλα τῷ πολέμῳ κείμενα ἐν μέσῳ· φύσει δὲ ὑπάρχει τοῖς παροῦσι τὰ τῶν ἀπόντων, καὶ τοῖς ἐθέλουσι πονεῖν καὶ κινδυνεύειν τὰ τῶν ἀμελούντων. Ab his exemplis profecit Aristides Panathenaico p. 124: —πάντα χρήματα δῶρα τῆς τύχης ἐστὶ προκείμενα τοῖς κρείττοσι· καὶ πάντα ταῦτα ἡ νίκη παραδίδωσι. Ibidem p. 152: τὰ δ' ἄλλα κοινὰ πρόκειται πᾶσιν, ὡς εἰπεῖν, τύχης δῶρα· εἰ δὲ βούλει, ἀρετῆς· ὑπάρχει μὲν γὰρ καὶ τοῖς χείροσιν ἐξ ἀρχῆς, σώζεται δὲ ἐπιεικῶς τοῖς κρείττοσιν.

8. D. Πόλεμος δὲ—διωθεῖ] Apud Græcos nimium palæstræ studium sæpe obfuit et aliis liberalibus studiis et bellicis exercitationibus. Igitur graviſſimi sæpe viri hunc errorem et athletas reprehenderunt: veluti Euripides in Autolyco Fragm. III. Isocrates Panegyrici initio, Galenus Protreptici Cap. XIII. alii, quos laudavit J. Kuhnius ad Ælian. Var. Hist. II. 23. Abusum temperavit Epaminondas, Nepote in ej. Vita II. 4. 5. et Plutarcho in Apophth. p. 192. C. testibus. Contemsit ac repudiavit Philopœmen, eodem hoc teste in ej. Vita p. 357. D, E. Julianus Imp. Or. I. p. 10. D. a regia et militari exercitatione abesse vult: ubi Spanhemius non est prætereundus. Attamen contra disputat gymnasticam exercitationem bellicæ præferens Dion Chrys. Or. XXIX. p. 294. C. Exemplum recens Plutarchi ætate et ab ipso memoriæ proditum, in Vita Othonis 1071. C. 1072. B. cujus gladiatores cæsi sunt in pugna ad Bedriacum a Vitellii Germanis et Batavis. Cæterum pars hujus loci videtur adumbrata e Platone Leg. VIII. p. 644. D: τῶν ἀγώνων τῶν γυμνικῶν—ὅσα μὲν αὐτῶν πρὸς πόλεμόν ἐστιν ἀγωνίσματα, ἐπιτηδευτέον, καὶ θετέον ἆθλα νικητήρια· ὅσα δὲ μή, χαίρειν ἐατέον. Rep. IV. p. 446. D. III. p. 439. E. VIII. p. 498. F: πολλάκις ἰσχνὸς ἀνὴρ, πένης, ἡλιώμενος, παραταχθεὶς ἐν μάχῃ πλουσίῳ ἐσκιατραφηκότι, πολλὰς ἔχοντι σάρκας ἀλλοτρίας, ἴδῃ ἄθματος καὶ ἀπορίας μεστῷ, ἆρ' οἴει αὐτὸν ἂν οὐχ ἡγεῖσθαι κακίᾳ τῇ σφετέρᾳ πλουτεῖν τοὺς τοιούτους—: quo

in loco ἴδῃ mutandum putem in κἢ δή. Et hanc imaginem ob oculos habuiſſe videtur Lucianus in Paraſito T. II. p. 864. Dion Chryſ. Or. LXIX. p. 621. D: εἰ δὲ κυνηγέτης εἶναι λέγοι τις—μήτε ὅλως ἐπὶ θήραν ἐξιὼν, ἀλλὰ μηδὲ ὑπὸ ἡλίῳ τὸ σῶμα ἐπικεκαυμένος, μήτε ψύχους ἀνέχεσθαι δυνάμενος, ἐσκιατραφημένος δὲ καὶ ἁπαλὸς, καὶ μάλιστα ἐοικὼς ταῖς γυναιξίν· ἔδ' ὅπως ἂν ὑπολάβῃς ἂν τἀληθῆ λέγειν τοῦτον, κἢ προσήκειν τι αὐτῷ κυνηγεσίων;

8. E. —σὺ δὲ δὴ περὶ τῆς τῶν ἐλευθέρων παίδων ἀγωγῆς—χρηστέον] De hujus omiſſionis excuſationiſque ſocordia monuimus in Diſp. de Scriptore Libelli Sect. II. Part. I. Cap. I. §. 2. Num. II. At hanc partem non neglexerant civitatum rectores. Operæ pretium eſt audire Iſocratem, majorum inſtituta referentem, in Areopagitica p. 255: Ἁπάντων μὲν οὖν ἐφρόντιζον τῶν πολιτῶν, μάλιστα δὲ τῶν νεωτέρων· ἑώρων γὰρ τοὺς τηλικούτους παραχωδέστατα διακειμένους κἢ πλείστων γέμοντας ἐπιθυμιῶν· κἢ τὰς ψυχὰς αὐτῶν παιδευθῆναι μάλιστα δεομένας ἐν ἐπιθυμίαις (f. ἐπιμελείαις) καλῶν ἐπιτηδευμάτων, κἢ πόνοις ἡδονὰς ἔχουσιν·—Ἅπαντας μὲν οὖν ἐπὶ τὰς αὐτὰς διατριβὰς ἄγειν οὐχ οἷόν τ' ἦν ἀνωμάλως τὰ περὶ τὸν βίον ἔχοντας· ὡς δὲ πρὸς τὴν οὐσίαν ἥρμοττεν, ὅπως ἑκάστοις προσέταττον. Τοὺς μὲν ὑποδεέστερον πράττοντας ἐπὶ τὰς γεωργίας κἢ τὰς ἐμπορίας ἔτρεπον· εἰδότες τὰς μὲν ἀπορίας διὰ τὰς ἀργίας γιγνομένας, τὰς δὲ κακουργίας διὰ τὰς ἀπορίας· ἀναιροῦντες οὖν τὴν ἀρχὴν τῶν κακῶν, ἀπαλλάξειν ᾤοντο καὶ τῶν ἄλλων ἁμαρτημάτων τῶν μετ' ἐκείνων γιγνομένων. Τοὺς δὲ βίον ἱκανὸν κεκτημένους, περί τε ἱππικὴν καὶ τὰ γυμνάσια, καὶ τὰ κυνηγέσια, κἢ τὴν φιλοσοφίαν ἠνάγκασαν διατρίβειν· ὁρῶντες ἐκ τούτων, τοὺς μὲν διαφέροντας γιγνομένους, τοὺς δὲ τῶν πλείστων κακῶν ἀποχομένους—.

8. F. Καὶ ταῦτα μὲν δὴ τῷ λόγῳ παρεφορτισάμην—συνάψω] Interjectio et rebus inepta et verbis, ut oſtendimus Diſp. de Scriptore Libelli Sect. II. Part. I. Cap. II. §. 2. Παραφορτίζεσθαι eſt *præter onus jam ſuſceptum aliud ſuſcipere*: ita Pollux II. 139. exponit elegantius verbum παραγκαλίσασθαι: quæ notio ſane friget ad ſignificandam illam, quaſi oneris, excuſationis moleſtiam ac neceſſitatem.

8. F. μὴ, Μὰ Δία, πληγαῖς κἢ αἰκισμοῖς] Quinctilianus Inſt. Or. I. 3. p. 36: *Cædi vero diſcentes quamquam receptum*

ſit, et Chryſippus non improbet, minime velim: primum quia deforme et ſervile eſt: et certe quod convenit, ſi ætatem mutes, injuriæ—. plura ibidem legantur. De hac conſuetudine in ſcholis Rhetorum et Grammatiſtarum uſitata, multa collegit Creſollius Theatri Rhetor. V. 6.

p. 9. A. εὐφρανῶνται, ταῖς ἐπιπλήξεσιν ἐν αἰσχύνῃ ποιεῖσθαι] Varietas lectionis hæc eſt: ἐν αἰσχύνῃ ποιεῖσθαι deeſt in Colleg. Nov. in cæteris adeſt: pro εὐφρανῶνται, ταῖς ἐπιπλήξεσιν habent σφοδρῶς ἐπιπλήξωσι A. C. E. Moſc. 1. 2. Flor. Codices Fabricii et Junii, Pol. Vulc. Totum hoc καὶπειδὰν—τοῖς ἐπαίνοις omittit Aug. item Harl. in textu omiſſum, habet in margine: Collat. Muret. σφοδρῶς παραπλήξωσι τοῖς ἐπαίνοις, ἐν αἰσχύνῃ π. Meziriacus εὐφρανῶνται σφοδρῶς. Mihi, ut in loco turbato, pro εὐφρανῶνται aliud quærendum videtur: vel ἀφραίνωσι, vel ὑβρίζωσι, vel φρυάττωνται, vel ἐκφέρωνται. Sed hæc hactenus: et ſatis conjecturarum. Illud non prætermittendum, ποιεῖσθαι ἐν αἰσχύνῃ ſcil. τὰς νέας, *in pudorem eos conjicere*, ſatis Græce dici: v. c. Plutarcho Opp. Mor. p. 865. A—D. ποιεῖσθαί τινα ἐν λόγῳ ὁμήρου, *aliquem ponere in conditione obſidis*. Vit. p. 626. A. ποιεῖσθαί τι ἐν θαύματι, *aliquid pro miraculo habere*: ποιεῖσθαί τινα ἐν λόγῳ, *alicujus rationem habere*, 1061. B: Pauſania III. 16: ἐν αἰτίᾳ τοὺς μαστιγοῦντας ποιοῦνται, *reprehendit, culpat, flagellantes*.

9. A. μιμεῖσθαι τὰς τίτθας—] Dion Chryſ. Or. IV. p. 7. A: καθάπερ αἱ τίτθαι τὰ παιδία, ἐπειδὴ αὐτοῖς πληγὰς ἐμβάλωσι, παραμυθούμεναι καὶ χαριζόμεναι, μῦθον αὐτοῖς ὕστερον διηγήσαντο.

9. B. τὸ λίαν φιλεῖν τοῦ μὴ φιλεῖν αἴτιον κατέστη] Nobilis eſt Theophraſti ſententia, cognita nobis e Plutarcho, Catone Min. p. 777. B: κινδυνεύει τὸ λίαν φιλεῖν, ὥς φησι Θεόφραστος, αἴτιον τοῦ μισεῖν γίνεσθαι· quam Ruhnkenius noſter illuſtravit ad Rutil. Lup. p. 23. Similis eſt rationis illud ap. Maxim. et Anton. p. 717: Τὸ σφόδρα φιλεῖσθαι ἐθέλειν ἀπὸ τοῦ σφόδρα φιλεῖν γίνεται. Dion Chryſ. Or. LXXIII. p. 637. B: Ὁ γὰρ ἐρασὴς τὸν ἐρώμενον ἀποσφάττει διὰ τὸ λίαν φιλεῖν, ὡς οἴεται, παροξυνθεὶς ἐκ τῆς τυχούσης αἰτίας. Videantur quoque Mercerus et Abreſchius ad Ariſtæneti Ep. I. 22.

9. B. ψυχὴ τοῖς μὲν συμμέτροις αὔξεται πόνοις—] Ductum eſt ex Iſocrateo illo Adm. ad Demonic. p. 7 : τὰ μὲν γὰρ σώματα τοῖς συμμέτροις πόνοις, ἡ δὲ ψυχὴ τοῖς σπουδαίοις λόγοις αὔξεσθαι πέφυκε : quod ſine auctoris nomine legitur in Maxim. et Anton. Sent. p. 933.

9. C. Δοτέον οὖν τοῖς παισὶν ἀναπνοήν—] Quinctilianus Inſt. Or. I. 3. p. 34 : *Danda tamen eſt omnibus aliqua remiſſio : non ſolum quia nulla res eſt, quæ perferre poſſit continuum laborem : atque ea quoque, quæ ſenſu et anima carent, ut ſervare vim ſuam poſſint, velut alterna quiete retenduntur—.* Seneca de Tranq. Anim. Cap. XV. p. 235 : *Nec in eadem intentione æqualiter retinenda mens eſt, ſed ad jocos revocanda—. Danda eſt remiſſio animis : meliores acrioreſque requieti ſurgent. Ut fertilibus agris non eſt imperandum : cito enim exhauriet illos numquam intermiſſa fœcunditas : ita animorum impetus aſſiduus labor frangit—Nam et ſomnus refectioni neceſſarius eſt—.* Epiſtola III. fine.

9. C. πᾶς βίος—] Ariſtoteles Republ. VII. 14 : διήρηται δὲ καὶ πᾶς ὁ βίος εἰς ἀσχολίαν καὶ εἰς σχολήν—. Locus communis etiam adhibitus Philoni Jud. De Septenario p. 1185. E. ſequ.

9. C. ὕπνος εὑρέθη] Ineptum judicavimus Diſp. de Scriptore Lib. Sect. II. Part. II. Cap. II. Aliena ſunt, quæ adtulerunt Heumannus et Heuſingerus. Novimus εὑρίσκειν, ut Latinum *invenire*, per tralationem dici de adipiſcendo bono vel malo : at non item de iis rebus, quæ naturæ neceſſitate conſtitutæ ſunt. Sic, ne quis forte illa auctoritate abutatur, Dion Chryſ. Or. III. p. 52. B : καλὰ δὲ ἅλση καὶ οἰκία, καὶ πολυτελεῖς ἀνδριάντες, καὶ γραφαὶ τῆς σπουδαίας καὶ ἄκρας τέχνης—πρὸς δ' αὖ τούτοις γυναῖκες ὡραῖαι καὶ παιδία ὡραῖα· ξύμπαντα ταῦτα ἀδεμιᾶς ἕνεκα χρείας, ἀλλ' ἡδονῆς εὑρημένα φαίνεται· nam pulchritudo, quamquam a natura venit, tamen ejus uſus, ut non eadem naturæ neceſſitate conſtitutus, ad res inventas refertur.

9. C. οὐδὲ ἐνεργοὶ πράξεις] An voluit dicere οὐδὲ ἐνεργοὶ ἡμέραι, vel ἀνέορτοι πράξεις, quæ ἑορταῖς opponuntur ?

9. C. τόξα καὶ τὰς λύρας ἀνίεμεν] Proverbiale in alteram partem dicitur de animo. Sic Plutarchus Seni Tractand.

Remp. p. 792. C: τόξον μὲν γὰρ, ὥς φασιν, ἐπιτεινόμενον ῥήγνυται, ψυχὴ δ' ἀνιεμένη: quo respexit Diogenes Laert. in Epigrammate de Theophrasto V. 40. Addatur Erasmus Adag. p. 1305. qui hæc jam præcepit: Heumannus laudans Phædrum III. 14. 10; et Heusingerus Ovidium Ep. Her. IV. 91: Gatakerus ad M. Antonin. IV. 26. p. 114.

9. C. σώζεται σῶμα μὲν ἐνδείᾳ ϗ πληρώσει] Sæpe junguntur: v. c. Plutarcho Opp. Mor. p. 128. A. 134. B. 686. E. 732. D. Ita sæpe πλήρωσις et κένωσις opponuntur: v. c. 687. F. 904. A: et alibi. Pertinet hoc ad Hippocratis Aphorism. II. 23: Ἀπὸ πλησμονῆς ὁκόσα ἂν νοσήματα γένηται, κένωσις ἴῃται· καὶ ὁκόσα ἀπὸ κενώσεως, πλησμονή· ϗ τῶν ἄλλων ἡ ὑπεναντίωσις.

9. D. τὸ ῥηθὲν ὑπὸ τῆ ἱπποκόμε.] Fons dicti est in Xenophontis Œconom. XII. 20: Καλῶς δέ μοι δοκεῖ ἔχειν, ἔφη ὁ Ἰσχόμαχος, ϗ ἡ τῆ βαρβάρε λεγομένη ἀπόκρισις, ὅτε βασιλεὺς ἄρα ἵππε ἐπιτυχὼν ἀγαθοῦ, πραχύναι αὐτὸν ὡς τάχιστα βελόμενος, ἤρετο τῶν δεινῶν τινα ἀμφ' ἵππες δοκούντων εἶναι, τί τάχιστα παχύνει ἵππον· τὸν δ' εἰπεῖν λέγεται, Ὅτι δεσπότου ὀφθαλμός. Hinc Aristoteles Œconom. I. 6: Καὶ τὸ τῆ Πέρσε καὶ τὸ τῆ Λίβυος ἀπόφθεγμα εὖ ἂν ἔχοι· ὁ μὲν γὰρ ἐρωτηθεὶς, τί μάλιστα ἵππον παιδεύει, Ὁ τῆ δεσπότε ὀφθαλμὸς, ἔφη· ὁ δὲ Λίβυς ἐρωτηθεὶς, ποία κόπρος ἀρίστη, Τὰ τῆ δεσπότε ἴχνη, ἔφη. Porro alii usurparunt: Plinius H. N. VIII. 2. XVIII. 6. ubi videatur Harduinus: Gesnerus ad Catonem D. Re Rust. 4. 2: quibus addantur ab Heumanno citati Phædrus II. 8: Erasmus Adag. p. 513.

9. E. μητέρα τῶν Μεσῶν ἐμυθολόγησαν εἶναι τὴν Μνημοσύνην] Igitur ipsæ Musæ dictæ sunt μνείαι: ut ait Plutarchus Symp. IX. p. 743. D. seq. ubi plura de hac origine Musarum et singularum officiis disputantur. Eodem spectat Platonis locus Theæteto p. 135. C: cui Heusingerus addit Maximum Tyrium Diss. XVI. fin. cujus est argumentum, Εἰ αἱ μαθήσεις ἀναμνήσεις, sumtum ex Platonis Menone; quo refertur Plutarchi disputatio in Fragmento De Anima, edito in Fabricii Biblioth. Græc. Vol. XII. p. 265: et N. Heinsium ad Ovid. Met. V. 268.

9. E. γεννᾶν ϗ τρέφειν] Conjeci γνῶσιν ἐκτρέφειν. Certe,

poſtulatur Accuſativus: et γενῇ̃ magis inventioni, quam memoriæ, proprium. Poterat et γνώμην ſcriptum fuiſſe. Accommodate ad hunc locum tradit Jamblichus Vit. Pythag. §. 164: μέχρι τούτου συσκευάζεσθαι τάς τε μαθήσεις καὶ τὰς ἀκροάσεις, μέχρις ὅτου δύνασθαι παραδέχεσθαι τὸ μανθάνον καὶ διαμνημονεῦον· ὅτι ἐκεῖνό ἐστιν ᾧ δεῖ γινώσκειν, τοῦτο δὲ ᾧ τὴν γνώμην φυλάσσειν· ita enim legimus ſecundum Kuſterum. Cæterum illa diſputatio ſaluberrimæ plena eſt diſciplinæ de Pythagoreorum quotidiana memoriæ exercitatione.

9. E. κατ' ἀμφότερα ἀσκητέον—οἱ δ', ἑαυτῶν] Hæc bipertita diviſio, et ipſa dictio κατ' ἀμφότερα, quemvis primo obtutu in eam exſpectationem inducat, ut putet duplicis exercitationis commemorationem ſecuturam, alterius *communis*, alterius *artificioſæ*, illius a Simonide inventæ, de qua magnus eſt apud rhetores locus: v. c. Cic. De Or. II. 86: Quinctilianum Inſt. Or. XI. 2. Sed hic agitur de puerili exercitatione, de qua Jamblichus l. c. et idem Quinctilianus I. 1. p. 23: *Nam et maxime neceſſaria eſt oratori, ſicut ſuo loco dicam, memoria: et ea præcipue firmatur atque alitur exercitatione: et in iis de quibus nunc loquimur ætatibus, quæ nihildum ipſæ ex ſe generare queunt, prope ſola eſt, quæ juvari cura docentium poſſit.* Noſter ſcriptor reliqua ſententiæ et compoſitionis forma videtur imitatus eſſe dictum Ariſtotelis, nobis quidem cognitum e Damaſceno MS. Ἅπασα φύσις βελτίων γίνεται παιδείαν προσλαβοῦσα τὴν προσήκουσαν· πολὺ δὲ μάλιστα ὅσαις ἐξαρχῆς εὐφυέστερον τῶν ἄλλων ἔχειν ὑπῆρξε· τοῖς μὲν γὰρ αὐτῶν κρεῖττον βελτίοσι γίγνεσθαι, τοῖς δὲ καὶ τῶν ἄλλων συμβαίνει διενεγκεῖν.

9. E. Ἡσιόδειον] Ἔργ. κ. Ἡμ. 361. Vide ad p. 76. C.

9. F. ἡ γὰρ τῶν προγεγενημένων—] Ex aliqua Hiſtoriæ laudatione ſumtum, quales laudationes Hiſtorici fere omnes in exordiis operum ſuorum poſuiſſe dicuntur a Polybio I. 1.

9. F. λόγος γὰρ, ἔργου σκιὴ, κατὰ Δημόκριτον] De hoc dicto eſt R. Bentleii diſputatio ad Phalaridem p. 104. Epiſt. XCII. ubi conſulendus Lennepius p. 260. Philo Judæus De Nomin. Mut. p. 1082. D.

p. 10. A. ἐντευκτικοὺς—φιλοπροσηγόρους] Adumbrata ſunt

ex Iſocrateo præcepto Admon. ad Demonic. p. 10: Τῷ μὲν τρόπῳ γίνε φιλοπροσήγορος, τῷ δὲ λόγῳ εὐπροσήγορος· ἔστι δὲ φιλοπροσηγορίας μὲν, τὸ προσφωνεῖν τοὺς ἁπαντῶντας· εὐπροσηγορίας δὲ, τὸ τοῖς λόγοις αὐτοῖς οἰκείως ἐντυγχάνειν· quod hinc duxiſſe videtur Johannes Chryſoſtomus Homil. De Davide et Saule III. Tom. Opp. II. p. 873. D: μὴ νομίζωμεν ψιλὴν εἶναι καὶ εὐτελὲς τὸ κατόρθωμα τοῦτο, τὸ γενέσθαι εὐπροσήγορον καὶ φιλοπροσήγορον. Vocabulum ἐντευκτικὸς eſt de Phæace apud Plutarchum Alcib. p. 196. E: ἐντευκτικὸς γὰρ ἰδίᾳ καὶ πιθανὸς ἐδόκει μᾶλλον, ἢ φέρειν ἀγῶνας ἐν δήμῳ δυνατός. Alterum illud εὐπροσήγορος eſt in Galba p. 1062. B. Conſolat. Apollonii p. 120. A. Præcep. Polit. p. 823. A: apud alios, quos citavit Valckenarius ad Euripid. Hippol. verſ. 96.

10. A. νίκη Κάδμεια] Eraſm. Adag. p. 958. Ariſtid. T. I. p. 16. T. II. p. 48. 141. Huc pertinet Heumanni notula.

10. A. Εὐριπίδην] Apud Stob. Serm. XIX. p. 168. ex Proteſilao, et Serm. V. p. 63. nullo addito fabulæ nomine. Apud Muſgrav. Fragm. Proteſilai II.

10. B. τὰς χεῖρας ὑποχόντες τινὲς λήμμασιν ἀδίκοις] Menander ap. Cleric. p. 112. ὅσις ὑπέχει χρυσίῳ Τὴν χεῖρα, κἂν μὴ φῇ, πονηρὰ βούλεται. Plutarchus Catone Maj. p. 354. E: τοὺς δὲ δημοσίᾳ τὰς χεῖρας ἐράνῳ δι' ἔνδειαν ὑπέχειν ἠνάγκασεν. Demoſthenes Or. De Falſa Legat. p. 233. C: Οὐ λέγειν εἴσω τὴν χεῖρα ἔχοντα, Αἰσχίνη, δεῖ· οὔ· ἀλλὰ προεσθεύειν εἴσω τὴν χεῖρα ἔχοντα· σὺ δ' ἐκεῖ προτείνας καὶ ὑποχὼν (τὴν χεῖρα), καὶ καταισχύνας τούτους, ἐνθάδε σεμνολογῇ. Julianus Orat. III. p. 103. D.

10. B. τὴν δόξαν τῶν προβεβιωμένων ἐξέχεαν] A. C. E. Moſc. 1. 2. Colleg. Nov. Flor. Vulcob. Anon. τὸν προβεβιωμένον βίον ἐξέχεαν: item Harl. niſi quod in margine habet vulgatam: nec deeſt quo ſe tueatur. Sic βίου ἐκχεῖν dicitur *vitæ fructum, bona, perdere.* Demetrius apud Plutarch. Glor. Athen. p. 349. B. ἐκκεχυμένον βίον dixit, *bona et facultates perditas.* Vulgatam tamen præferam. Ita Euripides in Philoctete ap. Valckenar. Diatrib. p. 119: Ὀκνῶ δὲ μόχθων τὴν πρὶν ἐκχέαι χάριν. Plato Rep. VIII. p. 495. D: ἐκχέαντα τά τε ἑαυτοῦ καὶ ἑαυτὸν, *qui ſua ſeque ipſum profudit.* Ariſtides T. II. p. 194. ἐξεχέοντο ὑπὸ τοῦ δέους οἱ λόγοι:

effluebant verba præ metu, id eſt, *metus periculi præſentis confutabat orationem*. Ibidem p. 300: ὅτως ἐξεχεῖτ' ἂν ἅπασα ἡ περιβολή: *ita periiſſet totus orationis apparatus*. Ita ἐκχεῖν eleganter *paſſive* dicitur, quum rem magis amittimus pereuntem nobis, quam ipſi eam effundimus.

10. B. Γύλιππος] Clarus illata Athenienſibus ad Syracuſas illa clade funeſta, poſtea ob ſubreptas publicas pecunias in exilium expulſus. Exſtat rei mentio apud Plutarchum in Lyſandro p. 442. A—C. Nicia p. 541. F. 542. A: videtur a Timæo habuiſſe. Noſtrum quidem ſcriptorem ex eodem fonte hauſiſſe, quo Diodorum Siculum XIII. 106, apparet ex verborum ſimilitudine —ὁ Γύλιππος τὰ μὲν σάκκια παρέλυσεν, ἐξελόμενος δὲ τάλαντα τριακόσια, καὶ διὰ τῆς ἐπιγραφῆς γνωσθεὶς ὑπὸ τῶν ἐφόρων, ἔφυγε καὶ κατεδικάσθη θανάτῳ. Breviter meminit Athenæus VI. 234. A.

10. C. Σωκράτης μὲν γὰρ, λακτίσαντος αὐτὸν—] Diogenes Laertius refert ex Demetrio Byzantio II. 21: —καὶ λακτισθέντα, ἐπειδὴ ἠνέχετο, τινὸς θαυμάσαντος, εἰπεῖν, Εἰ δέ με ὄνος ἐλάκτισε, δίκην ἂν αὐτῷ ἐλάγχανον. Paulo aliter Baſilius M. Or. De Leg. Gr. p. 16. edit. Potteri adjecta Plutarchi libro De Aud. Poet. Ἔτυπέ τις τὸν Σωφρονίσκου Σωκράτην, εἰς αὐτὸ τὸ πρόσωπον ἐμπεσὼν ἀφειδῶς· ὁ δ' οὐκ ἀντῆρεν, ἀλλὰ παρεῖχε τῷ παροινοῦντι τῆς ὀργῆς ἐμφορεῖσθαι, ὥστε ἐξοιδεῖν ἤδη καὶ ὕπαλον αὐτῷ τὸ πρόσωπον ὑπὸ τῶν πληγῶν εἶναι. Ὡς δ' οὖν ἐπαύσατο τύπτων, ἄλλο μὲν ἐδὲν ὁ Σωκράτης ποιῆσαι, ἐπιγράψαι δὲ τῷ μετώπῳ λέγεται, ὥσπερ ἀνδρίαντι τὸν δημιουργὸν, Ὁ δεῖνα ἐποίει· καὶ τοσούτῳ ἀμύνασθαι. Sed et hic rem ſeriam oratorie ornare volens, ridiculam reddidit: et noſter homo factum non ſatis grave viſum iri putavit, niſi ei tragicum exitum a morte et ſuſpendio adoleſcentis adderet: idque, ut videtur, ſumſit e ſimili facto aliorum: veluti Dionis Alexandrini, philoſophi, quod proditum cognovimus a Zenobio Proverb. V. 54: λοιδορούμενος (ita leg. pro λοιδορούμενον) δὲ ὑπό τινος τῶν ἀνταγωνιστῶν αὐτοῦ, καὶ ἀκούων ῥητὰ καὶ ἄῤῥητα, καί τοι πολλῶ ὄχλω ἀκολουθοῦντος, αὐτὸς μὲν οὐδὲν ἐφθέγξατο, κατεσταλμένον (adde αὑτὸν κατὰ) τὸ τῆς φιλοσοφίας παράγγελμα τηρῶν· ἐντὸς δὲ τοῦ ἰδίου πυλῶνος γενόμενος, καὶ μηδὲν ὀργῆς ὑποφήνας, εἶπε πρὸς τὸν νεανίαν, Οὐδὲ γρῦ· Ὁ δὲ ἀθυμήσας ἀπήγξατο.—Eſt item in Va-

ticanis Proverbiis notante etiam Schotto. Sed brevius et ſine ſuſpendio apud Stobæum Serm. XX. p. 170: Δίωνι τῷ Ἀκαδημαϊκῷ ἀπὸ συμποσίου ἀναστρέφοντι παροπόμενος κακῶς τις ἔλεγε, καὶ βλασφημίας ὁδὸν ἀπελίμπανε· ὁ δ' ἡσύχως εἶχεν. Ὡς δὲ καὶ ἐπὶ τὴν οἰκίαν ἦλθε, μέλλοντι αὐτῷ εἰσιέναι ὁ λοιδορῶν Τί δαί; ἔφη· Πρὸς ὃν εἶπεν ὁ Δίων, Οὐδὲ γρῦ. Pythagoræ reprehenſio apud diſcipulum eamdem vim habuiſſe fertur, ut eſt apud Plutarchum Opp. Mor. p. 70. F: Πυθαγόρου δὲ τραχύτερον ἐν πολλοῖς γνωρίμῳ προσενεχθέντος, ἀπάγξασθαι τὸ μειράκιον λέγουσιν.

10. C. σφαδάζοντας—καὶεπροΐξατο] Verba exquiſita. Prius etiam uſurpat Plutarchus Opp. Mor. p. 522. C. 550. C. 1100. A. Vitar. p. 359. B. 616. B. 728. C. 951. D. ejuſque vim expoſuerunt præter Lexicographos, Interpretes ad Longinum Sect. XXV: Pierſonus ad Mœrid. p. 356: Ruhnkenius ad Timæum Gloſſ. Plat. p. 242. Poſterius non invenimus in Plutarcho: eſt tamen apud alios non infrequens, et illuſtratum a viris doctis ad Phrynichum p. 68: Thomam Mag. p. 506: Pierſono ad Mœrid. p. 275. qui Atticis κατεπροίξατο ſcribi docet: Ionibus et aliis diviſim κατεπροΐξατο dictum fuiſſe colligitur ex Etymologo M. in voce, et librorum ſcriptorum auctoritate.

10. C. Ἀριστοφάνης δὲ, ὅτε τὰς νεφέλας ἐξέφερε—] Ælianus copioſus ac verboſus eſt in hoc facto narrando Var. Hiſt. II. 13. Paulo aliter Muſonius ap. Stob. Serm. XX. p. 170: Σωκράτης γοῦν οὕτω διακείμενος φανερὸς ἦν· ὃς δημοσίᾳ λοιδορηθεὶς ὑπ' Ἀριστοφάνους, οὐχ ὅπως ἠγανάκτησεν, ἀλλὰ καὶ ἐντυχὼν ἠξίου αὐτὸν, εἰ καὶ πρὸς ἄλλο τι τοιοῦτον βάλοιτο χρῆσθαι αὐτῷ. Simile prodit Cleanthis factum Diogenes Laert. VII. 173: Σωσιθέου τοῦ ποιητοῦ ἐν θεάτρῳ εἰπόντος πρὸς αὐτὸν παρόντα, "Οὓς "ἡ Κλεάνθους μωρία βοηλατεῖ·" ἔμεινεν ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ σχήματος.

10. C. ἐξέφερε] De poetis ἐκφέρειν μῦθον, Plutarchus Opp. Mor. p. 685. C. *Scriptum edere* p. 402. E. 1115. C. 1124. B. Vit. 523. C. F. 853. A.

10. C. κατασκεδαννύντος] Non debebat offendere Heumannum: recte verbi uſum vindicavit Heuſingerus et erudite illuſtravit Pierſonus ad Mœridem p. 216—220: cujus copiis ſaltem hi loci addantur Plutarchei: Adverſus Epi-

cur. p. 1086. E: τὰ γὰρ ἐν ἀνθρώποις αἴσχιστα ῥήματα—Ἀριστοτέλης καὶ Σωκράτης—καθεσκέδασαν. Adv. Colotem p. 1110. E: τὸν οὖν βόρβορον—ἑαυτῷ κατασκεδάννυσι καὶ τοῦ καθηγέμονος ὁ Κολώτης. Pericle p. 160. D: οἱ Κωμικοὶ πολλὴν ἀσέλγειαν αὐτοῦ κατεσκέδασαν. Catone Maj. p. 355. F: αὐτοῦ δὲ τοῦ Κάτωνος —διαβολὴν κατεσκέδασε. Demetrio p. 889. C: τοσαύτην ὕβριν —κατεσκέδασε τῆς ἀκροπόλεως. Alia loca, ubi non de *conviciis*, ſed propria poteſtas *adſpergendi*, agitur, alibi dabimus.

10. C. ἀνακωμῳδοῦντ⊙] Conjeci ἅμα κωμῳδοῦντος, i. e. *interea, eo ipſo tempore, quum hæc in ſcena agitabat Ariſtophanes*. Primum enim, verbum ἀνακωμῳδέω alibi non legitur: habet ſine exemplo Stephanus in Append. p. 417: nec aliud niſi hoc ipſum appoſuit D. Scottus in Append. ad Steph. Deinde ἅμα fere hac ſignificatione cum Participiis jungitur: v. c. Plutarcho Opp. Mor. p. 124. C. 130. C. 150. C. 188. A.

10. C. ἐν συμποσίῳ μεγάλῳ] Scite notat Heumannus, hæc referri ad morem veterum conviviorum. Neque vero in conviviis tantummodo paraſiti et ſcurræ, ut in Sympoſio Xenophontis, dicteria jaciebant, ſed et ipſi convivæ. Et fuit non modo Laconicum, ſed omnino apud Græcos, συμποτικὸν τὸ δεξιῶς σκῶψαι καὶ σκωπτόμενον ἀνέχεσθαι, i. e. *convivalis virtus, dicteria ſcite et in alios jacere, et ab aliis in ſe jacta ſuſcipere*. Qua de re eſt elegans diſputatio Plutarchi Sympoſ. II. 1.

10. D. Ἀρχύτας Ταραντῖνος καὶ Πλάτων] Sumſit a Plutarcho, qui duo hæc exempla poſuit De Sera Num. Vind. p. 551. A, B: ubi alios hujus rei auctores citavimus.

10. D. Τοῦτον, ἔφησεν, ἀπελθὼν κρότησον] Menagius ad Diog. Laert. III. 38. hunc locum apponens, ait ita diſtinguendum Τοῦτον, ἔφησεν ἀπελθὼν, σκύτισον. Quorum in neutra parte ei aſſentior. Eſt quidem κροτεῖν pro *verberare* non facile alibi obvium: ſed a noſtro homine non ita omnia ad conſuetudinis normam exigenda ſunt. Sed et σκυτίζειν non magis habet patronam conſuetudinem. Quod vero Heuſingerus notulam Salmaſii memorat; hanc ex ipſius exemplari apponam: "κροτεῖν, τύπτειν, κρούειν· *etiam* κροτεῖν

" *caſtigare: an* κόῤῥισον *legendum?*" Voluit hoc, ut credibile eſt, ducere ab illa dictione ἐπὶ κόῤῥης τινὰ τύπτειν, *alapam cui infligere.* Sed maneat noſtro homini ſuum κρότησον.

10. E. περιχνίζειν] *Circumſcalpere, circumrodere,* metaphorice pro *imitari, ſuum facere, partes rei imitandæ quaſi circumcidere ſibique addere,* etſi nullis aliorum exemplis uſurpatum reperitur, tamen non abhorrere putem a noſtri ſcriptoris ingenio. Ἀπεικονίζειν habet ex Philone Steph. Theſ. L. Gr. T. I. p. 1123. et eſt fere apud Porphyrium De Gradib. p. 281. hoc ipſo ſenſu, *alterum imitari, alterius imaginem in ſe ſuſcipere.*

10. E. γλώττης κρατεῖν—ἀνθρωπίνων μυςηρίων πίςιν—] Fortaſſe e Plutarcho ſumſit. De Garrulitate p. 505. F: Οὐδεὶς γὰρ οὕτω λόγος ὠφέλησε ῥηθεὶς, ὡς πολλοὶ σιωπηθέντες· ἔςι γὰρ εἰπεῖν ποτε τὸ σιγηθὲν, οὐ μὴν σιωπῆσαί γε τὸ λεχθὲν, ἀλλ' ἐκκέχυται καὶ διαπεφοίτηκεν. Ὅθεν, οἶμαι, τῶ μὲν λέγειν ἀνθρώπους, τοῦ δὲ σιωπᾶν θεοὺς διδασκάλους ἔχομεν, ἐν τελεταῖς καὶ μυςηρίοις σιωπὴν παραλαμβάνοντες. Forte etiam aliquid fluxit a Pythagoricis præceptis, quale eſt apud Jamblichum Vit. Pythag. §. 68: —κατέδειξεν τοῖς ἑταίροις ἐχεμυθίαν τε καὶ πανταχῆ σιωπὴν πρὸς τὸ γλώσσης κρατεῖν συνασκοῦσαν ἐπὶ ἔτη πολλά—. et §. 72: μετὰ δὲ τοῦτο τοῖς προσιοῦσι προσέτατλε σιωπὴν πενταετῆ, ἀποπειρώμενος πῶς ἐγκρατῶς ἔχουσι, ὡς χαλεπώτερον τῶν ἄλλων ἐγκρατευμάτων τοῦτο τὸ γλώσσης κρατεῖν· καθὰ καὶ ὑπὸ τῶν τὰ μυςήρια νομοθετησάντων ἐμφαίνεται ἡμῖν. Porro Σιγὴ πάντος λόγου κρείττων a Plutarcho ſumſiſſe Longinum ſcribit Toupius p. 171. Sect. IX. ἡ τοῦ Αἴαντος ἐν Νεκυίᾳ σιωπὴ μέγα καὶ πάντος ὑψηλότερον λόγου: temere quidem, ut oſtendimus in Diſp. de Scriptore hujus Libelli p. 19. Ut celebratum memorat Plinius Epiſt. VII. 6: *Accepi enim, non minus interdum oratorium eſſe tacere, quam dicere.* Ejuſdem formæ eſt Ariſtidis dictum T. II. p. 233: ὁ δὲ οὐκ ᾔδεῖτό σου τὴν σιωπὴν, ὀδ' ἁπάντων λόγων ἡγεῖτο ἱκανωτέραν εἶναι—. Deinde, μυςήριον de humano arcano bene Græce dictum, negamus: dicendum erat ἀπόῤῥητον. Fertur quidem ut Menandri, ſed minus idonea auctoritate, apud Grot. p. 761. Cleric. p. 274. Μυςήριόν σου μὴ κατείπῃς τῷ φίλῳ: ſed et hic potuit divinum

myſterium ſignificari. Rectius in hac re præcipit Iſocrates Adm. ad Demonic. p. 11. et 12. Μᾶλλον τήρει τὰς τῶν λόγων ἢ τὰς τῶν χρημάτων παρακαταθήκας—Περὶ τῶν ῥητῶν ὡς ἀπορρήτων ἀνακοινῶ. p. 18: Δύο ποιῶ καιρὸς τοῦ λέγειν, ἢ περὶ ὧν οἶδα σαφῶς, ἢ περὶ ὧν ἀναγκαῖον εἰπεῖν. Ἐν τούτοις γὰρ μόνοις ὁ λόγος τῆς σιγῆς κρείττων· ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις ἄμεινον σιγᾶν ἢ λέγειν. *Myſteria inſtituta eſſe, ut homines tacere diſcerent*, quamquam falſum eſt, tamen poterat pueris utiliter narrari. Nollem tamen Spanhemium illud ex hoc libello ita repetiiſſe, quaſi verum judicaret: ad Ariſtoph. Ran. 324. Denique notandum eſt elegans hoc uſu verbum καταδεικνῦναι, quo dicitur *de inventione artium, inſtitutione religionis et ſacrorum*, ut item Latinum *oſtendere*. Plutarchus De Muſica p. 1141. A. Craſſo p. 553. F: Ἀφροδίτην—πάντων εἰς ἀνθρώπους ἀρχὴν ἀγαθῶν καταδείξασαν. Pompeio 631. C: τελετάς τινας ἀπορρήτους ἐτέλουν, ὧν ἡ τοῦ Μίθρου μέχρι δεύρο διασώζεται καταδειχθεῖσα πρότερον ὑπ' ἐκείνων. Machon apud Athen. XIV. p. 664. B: Τοῦτ' εἴτε πρῶτοι Μακεδόνες τοῖς Ἀττικοῖς Κατέδειξαν ἡμῖν, εἴτε πάντες οἱ θεοὶ, Οὐκ οἶδα. Antiphanes ap. Stob. Serm. LX. p. 382: Ὅστις τέχνην κατέδειξε πρῶτος τῶν θεῶν—. Philo Byblius ap. Euſeb. Præp. Evang. I. p. 35. E: οἳ καὶ ἐδείξαν κώμας καὶ ποίμνας, *qui invenerunt uſum villarum et habendi pecoris*. Athenæus XII. p. 533. E. Jamblichus Vit. Pythag. §. 68. et apud Stob. p. 471: Θεὸς ἦν τις ὡς ἀληθῶς ὁ καταδείξας τὴν διαλεκτικήν—. Ariſtides T. I. p. 7. 106. 107. 183. T. II. p. 27. 172. 393. Alia jam attulerunt Berglerus ad Ariſtoph. Ran. 1064. et Weſſelingius ad Diodor. Sic. T. I. p. 9.

10. F. —σιωπήσας μὲν ἀδεὶς μετενόησε· λαλήσαντες δὲ πολλοὶ μετενόησαν] Sententia Simonidis. Hic ipſe locus ſub nomine Plutarchi exſtat in Maxim. et Anton. p. 387: Σιωπήσας μὲν ἀδεὶς μετενόησε, λαλήσαντες δὲ πολλοὶ μετενόησαν. Plutarchus De Sanit. Tuenda p. 125. D: ὁ Σιμωνίδης ἔλεγε, μηδέποτε αὐτῷ μεταμελῆσαι σιγήσαντι, ἐνίοτε δὲ πολλάκις. De Garrulitate p. 514. F: δεῖ πρόχειρον ἔχειν καὶ μνημονεύειν τὸ Σιμωνίδειον, ὅτι λαλήσας μὲν, πολλάκις μετενόησε, σιωπήσας δὲ ἀδέποτε. Integræ inſtar Epiſtolæ eſt in Apollonii Tyanenſis Epiſtolis LXXXI: Σιμωνίδης ἔλεγε, μηδέποτε αὐτῷ μεταμελῆσαι σιγή-

σαντι, φθεγξαμένῳ δὲ πολλάκις: quæ ipsis verbis sunt illa modo apposita Plutarchi p. 125. D: et item sub nomine Apollonii leguntur in Stobæo Serm. XXXIII. p. 214. Th. Gatakerus Adversar. Posthum. Cap. XXXI. p. 759. hæc contulit cum Menandrea sententia, Ἅπαντα μεταμέλειαν ἀνθρώποις φέρει, Μόνη σιωπὴ μεταμέλειαν οὐ φέρει.

10. F. οἶδα ἀκούσας] *Fando audivi*, consueta significatione. Est ubi notat, *Scio me audivisse*. Videatur Abreschius ad Aristænet. I. 4. p. 18.

p. 11. A. Τῷ Φιλαδέλφῳ—Σωτάδης εἰπών,—] De Ptolemæi Philadelphi cum sorore Arsinoe nuptiis videatur ad Simsoni Chron. Anno A. C. 275. omnino Wesselingius. Sotadis poetæ maledicentia et obscœnitas Sotadeo carmini infamiam nominis addidit: qua de re satis est memorasse unum ex recentioribus Fabricium Bibl. Gr. Vol. I. p. 789. De hoc ipso in Philadelphum jacto versu non prætereundus est Athenæus XIV. p. 620. et 621. de Sotade et alia et hoc referens: εἰρήκει γὰρ εἰς τὸν βασιλέα Πτολεμαῖον πολλὰ δεινὰ, ἀτὰρ καὶ τόδε, ὅτε τὴν ἀδελφὴν Ἀρσινόην ἐγεγαμήκει, "Εἰς "ὀχ ὁσίην τρυμαλίην τὸ κέντρον ὠθεῖς." Πάτροκλος δ' ἦν ὁ τῷ Πτολεμαίῳ στρατηγὸς ἐν Καύνῳ τῇ νήσῳ λαβὼν αὐτὸν καὶ εἰς μολύβην κεραμίδα ἐμβαλὼν, καὶ ἀναγαγὼν εἰς τὸ πέλαγος κατεπόντωσε. Hinc sua habet Eustathius eumdem versum apponens ad Il. Π. p. 1069. 11. Breviter rem narrat Schol. Hephæst. p. 6. Attigit locum et Valckenarius ad Eurip. Phœniss. p. 600. Eidem regi in eadem caussa adulatus est rhapsodus Homerico versu, quod prodit Plutarchus Sympos. IX. p. 736. E: καὶ ὁ μὲν ῥαψῳδὸς εὐθὺς ἦν διὰ στόματος πᾶσιν, ἐν τοῖς Πτολεμαίῳ γάμοις ἀγομένῳ τὴν ἀδελφὴν, ᾗ πρᾶγμα δρᾷν ἀλλόκοτον οἰομένῳ καὶ ἄθεσμον, ἀρξάμενος ἀπὸ τῶν ἐπῶν ἐκείνων, "Ζεὺς "δ' Ἥρην ἐκάλεσσε κασιγνητὴν ἄλοχόν τε." Est Il. Π. 432. et Σ. 356. ubi legitur προσέειπε. Ab eadem comparatione laudationem Ptolemæi duxit Theocritus Idyll. XVII. 130. Hujusmodi matrimonii exemplum ab Ægyptiis venerat, quibus iste mos patrius et legitimus fuit: ut docet Wesselingius ad Diodor. Sic. I. 27.

11. A, B. Θεόκριτος—πορφύρεος Ὁμήρῳ θάνατος] Athenæus ex Agatharchide et Phylarcho XII. p. 539. F. seq. Ἔγραψε

δὲ καὶ τότε Ἀλέξανδρος ταῖς ἐν Ἰωνίᾳ πόλεσιν, καὶ πρώτοις Χίοις, ὅπως αὐτῷ πορφύραν ἀποστείλωσιν· ἤθελε γὰρ τὰς ἑταίρας ἅπαντας ἀλουργὰς ἐνδύσας στολάς· ἀναγνωσθείσης δὲ τῆς ἐπιστολῆς Χίοις, παρὼν Θεόκριτος ὁ σοφὸς, Νῦν ἐγνωκέναι, ἔφη, τὸ παρ' Ὁμήρῳ εἰρημένον, "Τὸν δ' ἕλε πορφύρεος θάνατος καὶ μοῖρα κραταιή."

11. B. Ἀντίγονον δὲ τὸν βασιλέα τῶν Μακεδόνων—] Hic non alius potuit esse Antigonus quam is qui antea fuerat dux et familiaris Alexandri M. Demetrii Poliorcetæ pater. Atqui hic non censetur in regibus Macedoniæ, quamquam per aliquod tempus Asiæ regnum, et magnam in Macedonia auctoritatem habuit. Hic μονόφθαλμος dicitur Polybio V. 67. Plinius H. N. XXXV. 36. 14: *Apelles—pinxit et Antigoni regis imaginem, altero lumine orbam, excogitata ratione vitia condendi.* Ælianus Var. Hist. XII. 43: Ἀντίγονος ὁ Φιλίππου, ὁ καὶ ἑτερόφθαλμος καὶ ἐκ τούτου Κύκλωψ προσαγορευθεὶς, αὐτουργὸς ἦν. Plutarchus Sympos. II. p. 635. C: Ἀντίγονος αὐτὸς μὲν ἑαυτὸν εἰς τὸν ὀφθαλμὸν ἔσκωπτε—Θεόκριτον δὲ τὸν Χῖον ἀπέκτεινεν, ὅτι φήσαντός τινος, Εἰς τὸν ὀφθαλμὸν τοῦ βασιλέως ἂν παραγένηται, σωθῆναι, Ἀλλ' ἐμοὶ, εἶπεν, ἀδύνατα φῂς τὰ τῆς σωτηρίας. Macrobius Saturnal. VII. 3. quem totum librum ex Plutarchi Symposiacis compilavit, hæc describens, paulo uberius narrat: *Antigonus Rex Theocritum Chium, de quo juraverat quod ei parsurus esset, occidit propter scomma ab eodem de se dictum. Cum enim quasi puniendus ad Antigonum raperetur, solantibus eum amicis ac spem pollicentibus, quod omnino clementiam regis experturus esset, cum ad oculos ejus venisset, respondit: Ergo impossibilem mihi dicitis spem salutis: erat autem Antigonus uno orbatus oculo: et importuna urbanitas maledicacem luce privavit.* P. Victorius ad Demetrium De Elocut. Cap. 313. p. 255. illum locum mancum mutilumque dicit: nam ut nunc legitur, supplevit eum postea Stephanus ex Turnebiano exemplo. Quod autem miratur Heusingerus Plutarchum eamdem rem bis ipsum tam diverso modo narrasse; nullus erit admirandi locus iis, qui nórint diversos esse scriptores: cui nos admirationi jam occurrimus in Disp. de Scriptore Libelli Sect. II. Part. I. Cap. I. §. 2. Num. VI. *Antiochi regis* laborantes oculi memorantur a Plauto Pœnul. III. 3.

81: et in ignoratione illius temporis lectio retinenda, nec in *Antigoni* mutanda, videtur.

11. A. γεγενημένον ἐν τάξει] Si scriptum esset, Τὸν γὰρ Εὐτροπίωνα ἀρχιμάγειρον γεγενημένον, ἐν τάξει ἐκπέμψας, accipiendum erat, *Nam Eutropionem, qui antea princeps coquorum fuerat, cum legitimo mandato emittens.* Nunc ita posita sunt verba, ut Eutropion adhuc princeps coquorum fuisse significetur: quod et sequens μάγειρος ἦν declarat: et intelligendum, cum Xylandro, *qui munus aliquod gesserat*, vel *qui in ordine erat*, i. e. *in ordine et munere aliquo vel civili vel militari.* Sic Plutarchus Sulla p. 462. F: ἀνὴρ τῶν ἐν τάξει στρατευομένων, *miles certi ordinis ac muneris.* Eumene 583. C. Aristides T. I. p. 58: πολλὰς μὲν τῶν ἐν τάξει ἀπολέσαντες, *multis ex magistratu occisis.* T. II. p. 308: τὰς δὲ τῶν πλησίων ὀψοποιὰς καὶ οἰνοποιὰς καὶ τὰς ἐν ταῖς ἄλλαις τάξεσι, πόῤῥωθεν εὐθὺς ἀσπάζονται, i. e. *et famulos reliquorum ordinum.* T. I. p. 301: οἱ περὶ θεὸν θεραπευταὶ καὶ τάξιν ἔχοντες, *dei ministri ac satellites, qui certo munere in Dei templo funguntur.* Sic accipiendus Philo Jud. adv. Flaccum p. 984. B. ὡς ἔχων τάξιν τοιάνδε· *ut qui hoc munus haberet.* Josephus Ant. Jud. XII. 10: βασιλεὺς—κελεύσας τὰ βιβλία δοῦναι τοῖς ἐπὶ τῆς τάξεως· *jussit libros iis tradi, quorum id munus erat.* Antigonum vero illum habuisse in amicis Aristodemum, qui haberetur filius coqui, legimus in Plutarchi Apophthegm. p. 182. D.

11. B. προφέρων] *exprobrans* ab Heusingero notatum ex Philostrato Vit. Ap. V. 3. frequens est Plutarcho: v. c. Opp. Mor. p. 271. C. 124. D. 1080. D. Vit. 783. B. 784. F. 943. A. 984. A: Dioni Chrys. p. 121. A. 346. D. 410. B. 507. C. 508. B. 519. D. 528. A. 531. D: Aristidi T. I. p. 174. 402. 412. 434. 435. T. II. p. 33. 70. 82. 108. 122. 233. 235.

11. B. λόγον δοῦναι καὶ λαβεῖν] Plutarchus Gryllo p. 986. B: πῶς γὰρ ἂν ἢ δοῖεν οὗτοι λόγον ἢ λάβοιεν. Xenophon Œconom. X. 22: ὅπως δύνῃ λόγον διδόναι καὶ λαμβάνειν. Dion Chrys. Or. XLVI. p. 521. B: πολίταις—μὴ δοῦναι λόγον, μηδὲ λαβεῖν.

11. B. τὴν κεφαλὴν οὐχ ἕξεις] Curiose dictum pro ἀπολέσεις

v. ἀποβαλεῖς: v. c. apud Herodotum VIII. 65. ἦν γάρ τοι ἐς βασιλῆα ἀνενειχθῇ τὰ ἔπεα ταῦτα, ἀποβαλέεις τὴν κεφαλήν: Plutarchum Artox. p. 1015. E. πρότερον γὰρ ἀπολεῖς ἐνταῦθα τὴν σεαυτοῦ κεφαλὴν, ἢ θεάσαθαι τοῦ βασιλέως πρόσωπον.

11. C. πέμψας ἀνεῖλε τὸν Θεόκριτον] *Interfecit eum per immiſſos* ſatellites, *miſit qui eum interficerent.* De hac loquendi ratione videatur Wetſtenius ad Matth. II. 16. Valckenarius Diatrib. p. 189. Alia dabimus alio loco.

11. C. ἀθυρογομίας] Rarius obvium ac fere tragicum. Sophocles Philoct. 187. ἀθυρόγομος ἀχώ. Sic ἀθυρόγλωσσος Euripides Oreſt. 901. Polybius Excerpt. Libr. VIII. p. 20. de Theopompo: ταύτην δὲ τήν τε πικρίαν καὶ τὴν ἀθυρογλωσσίαν τοῦ συγγραφέως τίς οὐκ ἂν ἀποδοκιμάσειεν. Suidas in voce. Patribus Chriſtianis frequens, ut notat Suicerus Theſaur. Eccleſ. voce.

11. D. ἐπὶ πλάσιγγος] Comparatio ſimilis apud Plutarchum De Frat. Am. p. 485. E. καθάπερ πλάσιγγα ῥέπειν ἐπὶ τἐναντίον: Jamblichum ap. Stob. p. 315. ὥσπερ ἐν πλάσιγγι ζυγοῦ ἴσα ἀντὶ ἴσων ἀντικαταλλάττωνται. Philo Jud. ſæpe, v. c. De Poſterit. Caini. edit. Mang. T. I. p. 244: ἐπαμφοτερίζω καθάπερ ἐπὶ πλάσιγγος ἀντιῤῥέπων. De Migrat. Abrah. 410. E: ἐπαμφοτερισαὶ—καθάπερ ἐπὶ πλάσιγγος ἀντιῤῥέποντες. De Vita Moſis 687. C: ἐπαμφοτερίζων δὲ τὴν γνώμην καὶ ὥσπερ ἐπὶ πλάσιγγος ἀντιῤῥέπων. 690. C: ὡς ἐπὶ πλάσιγγος ῥέπουσα πρὸς τἀναντία. Item p. 305. E. 472. A. 487. E. 502. A. 636. D. 874. C.

11. E. αὐθεκάστης] Plutarcho uſitatum: De Amico et Adul. p. 57. οἰόμενος πολὺν ἔχειν νοῦν, καὶ βουλόμενος αὐστηρὸς εἶναι καὶ αὐθέκαστος: De Vitioſo Pudore p. 529. E. φιλάνθρωπον καὶ πολιτικὸν, καὶ κοινὸν ἔχοντα νοῦν, καὶ οὐκ ἄτεγκτον οὐδὲ αὐθέκαστον: Politic. Præcept. p. 823. A. 826. F. Vit. 233. E. 339. E. 445. C. Ariſtoteles Eudem. III. 7: ὁ δὲ ἀληθὴς καὶ ἁπλοῦς ὢν καλοῦσιν αὐθέκαστον, μέσος τοῦ εἴρωνος καὶ ἀλάζονος. Nicomach. IV. 7. uberius explicatur: origo ſignificationis eſt ab αὐτοέκαστος, *ipſe ſolus, qui per ſe ipſe ſpectatur, non aliis obſequi, ſolam veritatem ſequi vult:* quod colligitur ibid. I. 6. Philo Jud. adv. Flaccum p. 967. C. Caligulam perhibet Macrone veniente dicere ſolitum: μὴ μειδιῶμεν,

καταφιῶμεν, ὁ νεθετητὴς παραγίνεται, ὁ αὐθέκαστος, ὁ ἀνδρὸς τελείου καὶ αὐτοκράτορος ἀρξάμενος νῦν εἶναι παιδαγωγὸς,—. Videantur Sallierius et Hemſterhuſius ad Thom. Mag. p. 124. ſeq.

11. E. ὀμφακίας] In Plutarcho non invenimus; fere Comicum eſt. Sic Ariſtophanes Acharn. 351. Addantur Heſychius et Suidas in Voc. Lucianus magis proprie de recens mortuis acerba et immatura morte dixit in Cataplo T. I. p. 626: ὀμφακίας ἡμῖν νεκροὺς ἥκεις ἄγων. Proprium eſt de immaturis uvis et pomis.

11. E. δημαγωγίαν] *Reipublicæ adminiſtrationem, in rep. gerenda principatum:* hic in bonam partem dicitur; apud alios et Plutarchum in malam, *de populi ductoribus, popularis auræ ac potentiæ captatoribus:* et ipſo adeo illo loco, ubi eam a δημοκοπία ut honeſtiorem ſegregat Politic. Præcept. p. 802. D.—πυρρίχας τινὰς ἢ μονομάχων θεάματα παρασκευάζοντες ἀεὶ δημαγωγοῦσι, μᾶλλον δὲ δημοκοποῦσι· δημαγωγία μὲν γὰρ ἡ διὰ λόγου πειθομένων ἐστί—.

11. E. ἕτερος γίνομαι] *Muto ſententiam.* Plutarchus ita ſemel. Pelopida p. 295. E. Non recte aut cepit aut reddidit interpres Latinus Jamblichi Vit. Pythag. §. 246: ὡς δῆτα ἀποιχομένου ἐκ τοῦ μετ' ἀνθρώπων βίου τοῦ ποτε ἑτέρου γενομένου: i. e. *tamquam nimirum Pythagoreus aliquando ſententiam mutans ex hominum vita abiiſſet.* Theophraſtus Char. I. Καὶ λέγειν ἑαυτὸν ἕτερον γεγονέναι. Sic et Latini *alium fieri*, quam in rem Heuſingerus laudavit Cortium ad Cic. Ep. Div. XI. 12. 5. Alia forma eſt in Plutarchi Pompeio p. 627. E. ἑτέρους ταῖς ἐλπίσιν ἐποίησε τοὺς ἀνθρώπους, *hominum animos ſpe afferenda mutavit.*

11. F. Εὐριπίδης] Locus plenior exſtat ap. Stob. Eclog. Phyſ. p. 63. ex tragœdia Dictye in edit. Muſgrav. Fragm. II. Attigit et verſus et ipſum argumentum Valckenarius Diatrib. p. 241.

11. F. Τὸ δὴ τοῦ Πλάτωνος] Republ. V. 463. F. ſeq.

11. F.—12. A. Καὶ τοὺς μὲν Θήβησι καὶ τοὺς Ἠλιδι φευκτέον ἔρωτας—τοὺς δὲ Ἀθήνησι καὶ τοὺς ἐν Λακεδαίμονι ζηλωτέον.] A Socraticis, præcipue Platone, fluxit ſententia: Sympoſ. p. 319. B: καὶ δὴ καὶ ὁ περὶ τὸν ἔρωτα νόμος ἐν μὲν ταῖς ἄλλαις πό-

λεσι νοῆσαι ῥᾴδιος· ἁπλῶς γὰρ ὥρισαι· ὁ δ' ἐνθάδε, καὶ ὁ ἐν Λακεδαίμονι ποικίλος. Ἐν Ἤλιδι μὲν γὰρ καὶ ἐν Βοιωτοῖς, καὶ οὗ μὴ σοφοὶ λέγειν, ἁπλῶς νενομοθέτηται καλὸν τὸ χαρίζεσθαι ἐρασταῖς—. Similia habet Xenophon Sympoſ. VIII. 34: μαρτύρια δὲ ἐπήγετο, ὡς ταῦτα ἐγνωκότες εἶεν καὶ Θηβαῖοι καὶ Ἠλεῖοι· συγκαθεύδοντες γοῦν αὐτοῖς ὅμως παρατάττεσθαι, ἔφη, τὰ παιδικὰ εἰς τὸν ἀγῶνα. Οὐδὲν τοῦτο σημεῖον λέγων ὅμοιον· ἐκείνοις μὲν γὰρ ταῦτα νόμιμα, ἡμῖν δ' ἐπονείδιστα—. Λακεδαιμόνιοι δὲ οἱ νομίζοντες, ἐὰν καὶ ὀρεχθῇ τις σώματος, μηδενὸς ἂν ἔτι καλοῦ κἀγαθοῦ τοῦτον τυχεῖν, ὕτω τελέως τὸς ἐρωμένους ἀγαθὸς ἀπεργάζονται, ὡς καὶ μετὰ ξένων, κἂν μὴ ἐν τῇ αὐτῇ πόλει ταχθῶσι τῷ ἐρασῇ, ὅμως αἰδοῦνται τὸς παρόντας ἀπολείπειν. Idem Republ. Lacedæm. II. 13: Οἱ μὲν τοίνυν ἄλλοι Ἕλληνες, ὥσπερ Βοιωτοὶ, ἀνὴρ καὶ παῖς συζυγέντες ὁμιλοῦσι· ἢ, ὥσπερ Ἠλεῖοι, διὰ χαρίτων τῇ ὥρᾳ χρῶνται· εἰσὶ δὲ οἱ καὶ παντάπασι τοῦ διαλέγεσθαι τοὺς ἐραστὰς εἴργουσιν ἀπὸ τῶν παίδων. Ὁ δὲ Λυκοῦργος ἐναντία καὶ τούτοις πᾶσι γνοὺς, εἰ μέν τις αὐτὸς ὢν οἷον δεῖ, ἀγαθοῦ ψυχὴν παιδὸς, πειρῶτο ἄμεμπτον φίλον ἀποτελέσασθαι καὶ συνεῖναι, ἐπῄνει καὶ καλλίστην παιδείαν ταύτην ἐνόμιζεν· εἰ δέ τις παιδὸς σώματος ὀρεγόμενος φανείη, αἴσχιστον τοῦτο θεὶς, ἐποίησεν ἐν Λακεδαίμονι μηδὲν ἧττον ἐραστὰς παιδικῶν ἀπέχεσθαι, ἢ γονεῖς παίδων, ἢ καὶ ἀδελφοὶ ἀδελφῶν εἰς ἀφροδίσια ἀπέχονται. Et hoc quidem in libro, ut ſolet, Athenienſes ab ejuſdem laudis communione tacite excludit. De Lacedæmoniorum amore alibi erit dicendi locus. Bœotiorum et Eleorum amores eodem in argumento memorat Libanius Or. De Saltatoribus T. II. p. 501: Eleorum, Cretenſium, et Lacedæmoniorum Maximus Tyr. Diſſ. XXVI. 8.

11. F. τὸν ἐκ Κρήτης καλούμενον ἁρπαγμὸν] *Puerorum raptum in Creta uſitatum* luculente narrat Strabo X. p. 739: et aliorum Veterum locos de Cretenſium amatoriis inſtitutis collegit J. Meurſius in Creta III. 13. Hos etiam Heuſingerus citavit, addens Begerum Theſaur. Brandenburg. T. I. p. 398: ubi nil hujuſmodi vidimus: cæterum de conſtructione ἔκ τινος pro ἔν τινι recte laudans Spanhemium ad Callimach. H. Pallad. 35.

p. 12. A. μικρὰ παντάπασιν εἰπών.] D. καὶ μικρὰ παντάπασι λέξω: Moſc. 1. 2. Colleg. Nov. Harl. Aug. Schott. εἰπὼν omittunt: et hujus loco habent προειπὼν Pol. Rod.

Vulc. Jannot. quæ leniſſima eſt ratio conſtituendæ ſententiæ.

12. A. ἐθῶν] *Conſuetudinum*: ita ſenſus loci poſtulat: ſignificatur enim ipſe malus *mos* adoleſcentes a cuſtodibus liberos dimittendi: et ita plures et antiquiores habent libri. At Flor. Aug. Vulc. Bong. Jannot. Rod. Schott. Anon. ἠθῶν.

12. A. τὴν τῶν μειρακίων ὁρμὴν ἄνετον εἶασαν νέμεσθαι] Platonicus apparet color: adoleſcentes cum *pullis libere per prata paſcentibus* comparantur, Leg. II. p. 581. D: οἷον ἀθρόας πώλας ἐν ἀγέλῃ νεμομένας φορβάδας, τὰς νέας κέκτησθε· λαβὼν δὲ ὑμῶν οὐδεὶς τὸν αὑτῷ παρὰ τῶν ξυννόμων σπάσας σφόδρα ἀγριαίνοντα καὶ ἀγανακτοῦντα, ἱπποκόμον ἐπέσησεν ἰδίᾳ, καὶ παιδεύει ψήχων τε καὶ ἡμερῶν, καὶ πάντα τὰ προσήκοντα ἀποδιδὰς τῇ παιδοτροφίᾳ. Protagora p. 197. D: de Pericle et ejus filiis: Περικλῆς ὁ τουτωνὶ τῶν νεανίσκων πατὴρ, τούτους ἃ μὲν διδασκάλων εἴχετο, καλῶς καὶ εὖ ἐπαίδευεν· ἃ δ' αὐτὸς σοφός ἐστιν, οὔτε αὐτὸς παιδεύει, οὔτε τῷ ἄλλῳ παραδίδωσι· ἀλλ' αὐτοὶ περιϊόντες νέμονται, ὥσπερ ἄφετοι, ἐάν που αὐτόματοι περιτύχωσι τῇ ἀρετῇ. Solet Plutarchus jungere ἄφετος cum vocabulis paſtum ſignificantibus: Catone Maj. p. 339. A: ἡμιόνους—ἀπέλυσεν ἐλευθέρας νέμεσθαι καὶ ἀφέτους. Lyſandro p. 445. A: ἐδόκει—πλάνης ὀρέγεσθαι καὶ περιφοιτήσεώς τινος, ὥσπερ ἵππος, ἐκ νομῆς ἀφέτου καὶ λειμῶνος αὖθις ἥκων ἐπὶ φάτνην—. Lucullo p. 507. E: βόες ἱεραὶ νέμονται—καὶ τὴν χώραν ἄφετοι. Cleomene p. 821. B: ὥσπερ τὸν Ἄπιν ἐν ἀφθόνοις διαιτώμενον καὶ τρυφᾶν δοκοῦντα, τοῦ καὶ φύσιν βίου καὶ δρόμων ἀφέτων καὶ σκιρτήσεων ἵμερος ἔχει. Appoſite ad præſentem diſputationem Plato Rep. VI. p. 474. G. juvenibus ſtudia, otium ſenibus, convenire docet: Δεῖ μειράκια μὲν ὄντα καὶ παῖδας μειρακιώδη παιδείαν καὶ φιλοσοφίαν μεταχειρίζεσθαι, τῶν τε σωμάτων, ἐν ᾧ βλαστάνει τε καὶ ἀδρύνεται, εὖ μάλα ἐπιμελεῖσθαι, ὑπηρεσίαν φιλοσοφίᾳ κτωμένους· προϊούσης δὲ τῆς ἡλικίας, ἐν ᾗ ἡ ψυχὴ τελειοῦσθαι ἄρχεται, ἐπιτείνειν τὰ ἐκείνης γυμνάσια· ὅταν δὲ λήγῃ μὲν ἡ ῥώμη, πολιτικῶν δὲ καὶ στρατειῶν ἐκτὸς γίγνηται, τότε ἤδη ἀφέτους νέμεσθαι. Hinc ἄφελος dicitur *ſacer*, ſolutus omni negotio, deorum honori dicatus, apud Plutarchum, Amatorio p. 768. A. Solert. Animal. 981. D: Platonem Critia p. 564. A: Syneſium Provid. p. 101.

B. Hinc intelligendus Iſocrates Or. ad Philipp. p. 185: σε δὲ (προσήκει) ὥσπερ ἄφετον γεγενημένον, πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα πατρίδα νομίζειν, i. e. *tamquam ſacer et a civitatum vinculis ſolutus, totam Græciam tibi patriam eſſe exiſtimare debes.* Et vocum ἄφετος et ἱερὸς communis fons eſt in verbo ἵημι. Cæterum reprehenſio pervulgati moris, adoleſcentes non item ut pueros diſciplinæ ſeveritate continendi, graviſſimis ſcriptoribus non neglecta fuit. Operæ pretium eſt Xenophontem audire Republ. Lacedæm. III. 2. 3: Ὅταν γε μὴν ἐκ παίδων εἰς τὸ μειρακιεύεσθαι ἐκβαίνωσι, τηνικαῦτα οἱ μὲν ἄλλοι παύουσι μὲν ἀπὸ παιδαγωγῶν, παύουσι δὲ καὶ ἀπὸ διδασκάλων, ἄρχουσι δὲ οὐδένες ἔτι αὐτῶν, ἀλλ' αὐτονόμους ἀφιᾶσιν. Ὁ δὲ Λυκοῦργος καὶ τούτων τἀναντία ἔγνω· καταμαθὼν γὰρ τοῖς τηλικούτοις μέγιστον μὲν φρόνημα ἐμφυόμενον, μάλιστα δὲ ὕβριν ἐπιπολάζουσαν, ἰσχυροτάτας δὲ ἐπιθυμίας τῶν ἡδονῶν παρεσκευασμένας, τηνικαῦτα πλείστους μὲν πόνους αὐτοῖς ὑπέβαλε, πλείστην δὲ ἀσχολίαν ἐμηχανήσατο. Jamblichus, forte ab Ariſtoxeno ſumtam, egregiam admonitionem habet Vit. Pythag. §. 202: Ἐπείπερ εἴς γε τοὺς πολλοὺς ἄτοπόν τε καὶ γελοῖον εἶναι τὸ συμβαῖνον. Παῖδας μὲν γὰρ ὄντας οἴεσθαι δεῖν εὐτακτεῖν τε καὶ σωφρονεῖν, καὶ ἀπέχεσθαι πάντων τῶν φορτικῶν τε καὶ ἀσχημόνων εἶναι δοκούντων· νεανίσκους δὲ γενομένους ἀφεῖσθαι παρά γε δὴ τοῖς πολλοῖς ποιεῖν ὅ, τι ἂν βούλωνται· συρρεῖν δὲ εἰς ταύτην τὴν ἡλικίαν ἀμφότερα τὰ γένη τῶν ἁμαρτημάτων· καὶ γὰρ παιδαριώδη πολλὰ καὶ ἀνδρώδη τοὺς νεανίσκους ἁμαρτάνειν· τὸ μὲν γὰρ φεύγειν ἅπαν τὸ τῆς σπουδῆς καὶ τάξεως γένος, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, διώκειν δὲ τὸ τῆς ἀκολασίας τε καὶ παιγνίας καὶ ὕβρεως τῆς παιδικῆς εἶδος, τῆς τοῦ παιδὸς ἡλικίας οἰκειότατον εἶναι· ἐκ ταύτης οὖν εἰς τὴν ἐχομένην ἡλικίαν ἀφικνεῖσθαι τὴν τοιαύτην διάθεσιν· τὸ δὲ τῶν ἐπιθυμιῶν τῶν ἰσχυρῶν, ὡσαύτως δὲ καὶ αὐτὸ τῶν φιλοτιμιῶν γένος, ὁμοίως δὲ καὶ τὰς λοιπὰς ὁρμάς τε καὶ διαθέσεις, ὅσαι τυγχάνουσιν ὄσαι τοῦ χαλεποῦ τε καὶ θορυβώδους γένους, ἐκ τῆς τοῦ ἀνδρὸς ἡλικίας εἰς τὴν τῶν νεανίσκων ἀφικνεῖσθαι· διόπερ πασῶν δεῖσθαι ἡλικιῶν ταύτην πλείστης ἐπιμελείας. Prudentiſſima profecto admonitio: quam cum antecedentibus, quamvis paulo longiuſculis, appoſuimus; cum ut harum diligentia et ubertas noſtri cum hominis exilitate et jejunitate comparari poſſet: tum ut viri docti, ac doctores adeo, quibus ſtudioſæ juventutis inſtitutio ac diſciplina commiſſa

est, intelligerent, quantum momentum Antiqui in moribus adolescentiæ formandis regendisque posuissent. In eodem argumento versatur exordium libelli Plutarchei περὶ τῦ ἀκούειν: cujus lectio cum illorum lectione locorum utilissime jungatur. Apud Græcos liberam ac solutam fuisse adolescentulis modo ex puerili disciplina egressis consuetudinem cum meretricibus, novimus ex comœdiis: ac diserte annos definit Philo Jud. De Josepho p. 533. A: τοῖς ἄλλοις ἐφεῖται μετὰ τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην ἡλικίαν, πόρναις καὶ χαμαιτύποις, καὶ ταῖς ὅσαι μισθαρνῆσιν ἐπὶ τοῖς σώμασι, μετὰ πολλῆς ἀδείας χρῆσθαι· παρ' ἡμῖν δὲ οὐδ' ἑταίρᾳ ζῆν ἔξεστι, ἀλλὰ κατὰ τῆς ἑταιρούσης ὥρισται δίκη, θάνατος. Sic Mangeyus emendavit locum, qui præterea postulat τεσσαρεσκαιδεκαετῆ et χαμαιτύπαις.

12. B. νεανισκευομένων] Idem est propemodum, quod νεανίσκων, *adolescentum*. Νεανισκεύεσθαι, *adolescentiæ tempus agere, adolescentem esse et haberi*, ut Xenophonteum vocabulum recensuit Pollux II. 20: Ἐρεῖς δὲ καὶ ἡβᾷν, καὶ ἡβάσκειν, καὶ εἰς μειρακίων ἡλικίαν ἐξαλλάττειν, ἀκμάζειν, σφριγᾷν, νεάζειν, νεανιεύεσθαι· Ξενοφῶν δὲ καὶ νεανισκεύεσθαι ἔφη· Ἀριστοφάνης δὲ, νεανιεύεσθαι, τὸ τολμᾷν ἔφη. Locus Xenophontis est Cyropædiæ I. 2. 15: ἔξεσιν αὐτοῖς ἐν τοῖς ἐφήβοις νεανισκεύεσθαι, *licet iis inter ephebos adolescentiam transigere*. Rarum verbum: sed νεανιεύεσθαι frequens, ea quidem significatione, ut notet *juveniliter gloriari, exsultare*; at pro *adolescentem esse*, item perrarum: et apud Maximum Tyrium XXII. 5: Καὶ Ξενοφῶντα νεανιευόμενον μὲν ἐν τοῖς ἔργοις φιλῶ, γηράσκοντα δὲ ἐν τοῖς λόγοις ἐπαινῶ, *Xenophontem et amo, quod juventutem in actione transegit, et laudo, quod senectutem in literis consumsit*: ubi aliquando putavi νεανισκευόμενον legendum, et in Polluce prius illud νεανιεύεσθαι delendum. Suidas utrumque verbum recensens: Νεανιεύεται· νέα ἔργα ποιεῖ: tum Νεανισκεύεται, citatis auctoribus Posidippo, Amphide, Eupoli, nulla addita interpretatione, ut tamen appareat, significationem ei tribui *adolescendi ætatis*.

12. B. δεσμεύειν—χαλινοῦ δεόμενον] Sic de pueritia Plato Leg. VII. p. 635. G: πολλοῖς αὐτὸ οἷον χαλινοῖς τισι δεῖ δεσμεύειν. Eadem in comparatione est præceptum Plutarchi

p. 39. B. Ἀταμίευτος intelligitur e vocabulo frequentiore ταμιεύεσθαι. Lucianus Amor. T. II. p. 457: ἀταμιεύτῳ πάθει πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἀπερράγη, *effuso affectu in veritatem erupit.* Plato Leg. IX. p. 657. D: ἀταμιεύτως ταῖς ὀργαῖς καὶ ἐκ τοῦ παραχρῆμα εὐθὺς χρώμενος. Plutarchus Arato p. 1044. C: ἐδίωκεν ὑπὸ θυμοῦ—καὶ φιλοτιμίας ἀταμιεύτως. Josephus Ant. Jud. XIX. 7. 3: de Herode—ἦν ἦθος ἐπὶ τιμωρίαν ἀπότομον, καὶ κατὰ τῶν ἀπεχθημένων ἀταμίευτον. Bell. Jud. IV. 1. 6: τῆς ὁρμῆς τὸ ἀταμίευτον. VI. 2. 10: τὰς ὁρμὰς ἀταμιεύτους ἔχειν. Addantur Suidas et Hesychius in voc. ibique J. Albertius: H. Stephanus Thes. L. Gr. T. III. p. 1240.

12. C. διδάσκοντας—παραδείγματα δεικνύντας] Forma videtur a Platone fluxisse Leg. XI. p. 683. E: πρῶτον μὲν δεῖσθαι καὶ παραινεῖν καὶ συμβουλεύειν, μὴ δεῖν ἐπιχειρεῖν τοιοῦτο δρᾶν. De exemplis jucundus et illustris est locus Horatii Sat. I. 4. 105: —*insuevit pater optimus hoc me, Ut fugerem exemplis vitiorum quæque notando. Cum me hortaretur, parce, frugaliter, atque Viverem uti contentus eo quod mi ipse parasset: Nonne vides, Albi ut male vivat filius, utque Barus inops?*—Sed totus et legendus et ediscendus locus.

12. C. Δύο γὰρ ταῦτα—ἀπεργάζεται] Hanc sententiam Arsenius in Violetum retulit: unde eam cum aliis ab eodem citatis Plutarchi locis edidit eruditissimus C. F. Matthæi, appendicis loco ad libellum De Vitioso Pudore editum Mosquæ Anno 1777. forma octava.

12. D. Πυθαγόρας αἰνίγμασιν—] Inepta disputatiuncula de Symbolis Pythagoricis: quorum ex novem istis commemoratis non nisi duo ad præsens argumentum pertinent. Antiqui scriptores, superstites quidem, Jamblichus in Protreptici Epilogo p. 131—160. ea copiosius, quam alii, recenset: brevius Porphyrius Vit. Pythag. §. 42. Diog. Laert. VIII. 17. 18. 19. Athenæus X. p. 452. D, E. ex Demetrio Byzantio, cujus ordinem noster scriptor secutus videtur. Alios et veteres et novos de his Symbolis scriptores enumeravit J. A. Fabricius Bibl. Gr. Vol. I. p. 464. et seq.

12. D. Μὴ γεύεσθαι μελανούρων] Jamblich. Vit. Pythag. §. 109. Protr. l. c. §. 5. Diog. Laert. VIII. 19. De *malig-*

nitate μέλαν ἦθος uſurpari, docet Gatakerus ad M. Antonin. IV. 18. p. 116.

12. D. Μηδὲ ζυγὸν ὑπερβαίνειν] Jamblich. Protrept. l. c. §. 13. Porphyrius Vit. Pythag. §. 42. Diogenes Laert. VIII. 17. 18. Athenæus X. p. 452. E. Proclus in Heſiod. p. 160. Plutarch. Q. Rom. p. 270. E. Sympoſ. VIII. 727. μηδὲ σάρον ὑπερβαίνειν bis memoratum, aliud eſt.

12. E. Μηδὲ ἐπὶ χοίνικα καθίσαι] Jamblich. Protr. l. c. §. 16. Porphyr. Vit. Pyth. §. 42. Diog. Laert. VIII. 17. 18. Athenæus VIII. p. 452. E. Plutarchus Sympoſ. VII. p. 703. E. Quæſt. Rom. p. 281. A. 290. E. Iſid. et Oſir. p. 354. E. Numa p. 69. E.

12. E. Μὴ παντὶ ἐμβάλλειν δεξιάν·] Jamblich. Protr. l. c. §. 28. Diog. Laert. VIII. 17. Plutarch. De Amic. Multitud. p. 96. A.

12. E. Μὴ φορεῖν ξενὸν δακτύλιον] Jambl. Protr. l. c. §. 22.

12. E. Πῦρ σιδήρῳ μὴ σκαλεύειν] Jamblich. Protrept. l. c. §. 8. Vit. Pythag. §. 227. Porphyr. Vit. Pythag. §. 42. Diog. Laert. VIII. 17. 18. Athen. X. p. 452. D. Plutarch. Opp. Mor. 281. A. 354. E. Numa p. 69. E. Proclus in Heſiod. p. 160.

12. E. Μὴ ἐθίειν καρδίαν·] Jamblich. Protr. §. 30. Vit. Pyth. §. 109. Porphyr. Vit. Pyth. §. 42. Diog. Laert. VIII. 17. 18. Athenæus X. p. 452. D. Hierocles in Aur. Carm. p. 296.

12. E. Κυάμων ἀπέχεσθαι·] Jamblich. Protr. l. c. §. 38. Vit. Pythag. §. 109. Porphyr. Vit. Pythag. §. 43. Ipſum præceptum notiſſimum: de ſenſu dubitatur: idem *de fabis ſuffragiorum in eligendis magiſtratibus* memoravit Diogenes Laert. VIII. 34. et Apollonius ap. Jamblichum Vit. Pythag. §. 260. ubi alios ejuſdem ſententiæ auctores laudavit Kuſterus: item Daviſius ad Maxim. Tyr. XXIII. 14. p. 582. Scriptura hujus minus etiam, quam in reliquis Symbolis, integra. Pro ἔμπροσθεν habent πρόσθεν Rodolph. Leonic. Vulc. quod rectius cenſendum: γέρας ἐπετίθεσαν ταῖς ἀρχαῖς, *honorem impoſuerunt magiſtratibus:* nova, nec ſatis proba dictio pro καθίσασαν τὰς ἀρχὰς, *conſtituerunt magiſtratus:* γέρας tamen retinendum et ἀρχαῖς accipiendum

pro hominibus in magiſtratu conſtituendis. Stoicum placitum apud Stob. Eclog. Ethic. p. 180: τὴν γὰρ τιμὴν εἶναι γέρας ἀξιοῦσι, τὸ δὲ γέρας ἆθλον ἀρετῆς εὐεργετικῆς· ita enim legendum. Simile Ariſtotelico dicto Republ. II. 7: —διὰ τὴν γερουσίαν· ἆθλον γὰρ ἡ ἀρχὴ αὕτη τῆς ἀρετῆς ἐστιν. Ethic. Nicomach. VIII. 14: τῆς μὲν γὰρ ἀρετῆς ἡ εὐεργεσίας ἡ τιμὴ γέρας. Eſt γέρας, *munus*, tamquam ſpecies generis ἀρχῆς, *magiſtratus*: Plutarch. Coriolan. p. 229. E. Apophth. Lacon. p. 229. F. Defect. Orac. p. 417. B. Hippodamus Pythagoreus ap. Stob. p. 251. Igitur, ut in ſcriptura minus proba, ſenſus hic ſit, *magiſtratibus ſua impoſuerunt munera*.

12. F. Σίλιον εἰς ἀμίδα μὴ ἐμβάλλειν·] Hoc Symbolum cum explicatione his ipſis verbis, ut in noſtro libello leguntur, Apoſtolius retulit Proverb. XVII. 33: addito auctoris nomine Ἀνδροκύδου τοῦ Πυθαγορείου: ita enim legendum pro Ἀνδοκύδου. Quem locum ſi Apoſtolius ex antiquo Scriptore de Proverbiis habuit, ut credibile eſt; veriſimile fit Pſeudo-Plutarchum hanc diſputatiunculam de Symbolis Pythagoreorum ex Androcyde ſumſiſſe; quippe hic de iis ſcripſerat, ut novimus ex Jamblicho Vit. Pythag. §. 145. Cæterum hoc ſymbolum, ab aliis de eodem argumento Scriptoribus fere neglectum, Pythagoricæ auctoritatis eſſe intelligitur ex nobili illa Epiſtola Lyſidis ad Hipparchum apud Jamblichum Vit. Pythag. §. 75. ſeq. ubi idem præceptum aliis verbis traditur: ἐγκίρναντι γὰρ ἤθεσι τεταραγμένοις καὶ θολεροῖς θεωρήματα καὶ λόγως θείως· καθάπερ εἴ τις εἰς φρέαρ βαθὺ βορβόρου πλῆρες ἐγχέοι καθαρὸν καὶ διαυγὲς ὕδωρ· τόν τε γὰρ βόρβορον ἀνετάραξε καὶ τὸ ὕδωρ ἠφάνισεν· ὁ αὐτὸς δὴ τρόπος τῶν οὕτω διδασκόντων τε καὶ διδασκομένων. Huc retuliſſe videtur monitum ſuum Horatius Ep. I. 2. 54: *Sincerum eſt niſi vas, quodcumque infundis, aceſcit*; et item Lucretius VI. 16. 23: *Intellexit, ibi vitium vas efficere ipſum,—Veridicis igitur purgavit pectora dictis.*

12. F. Μὴ ἐπιστρέφεσθαι ἐπὶ τοὺς ὅρους ἐλθόντας] Jamblich. Protrept. l. c. §. 14. Porphyr. Vit. Pythag. 42. Diog. Laert. VIII. 17. 18. Plutarch. Numa p. 69. E.

12. F. Ἀνακάμψω δὲ ἐπὶ τὴν ἐξ ἀρχῆς τοῦ λόγου προθεσιν]

Simile est Longini Ὕψ. 36: ἀνακάμπτει γὰρ ἐπὶ τὴν ἀρχὴν ἡμῖν τῆ ὑπομνήματος ἡ παραίνεσις. Quod notat Heusingerus, quasdam libelli editiones habere ὑπόθεσιν, idem est in D: alterum tamen item probum, certe supra eadem ratione scriptum p. 7. A: ἐπανάγω γὰρ πρὸς τὴν ἐξ ἀρχῆς τῆ λόγε προθεσιν, in codicibus A. C. Harl. Mosc. 1. 2.

p. 13. A. διατελῶ λέγων] Vulgatum διατελῶν λέγω, non adeo alienum ab ingenio hominis in scribendo vel imperiti vel novatoris. Nam quod Heusingerus ait, *Græcos et Latinos in usu Participiorum, quando duo adsint Verba, illud persæpe mutare in Participium, quod propter sensum non debuerit:* ejusque sententiæ auctores laudat Cortium ad Sallust. Catil. p. 364. Hoogeveenium ad Viger. p. 270. (i. e. editionis tertiæ p. 344.) Barlæum ad Luciani Timon. p. 102: tum Aristophanis versum Eccles. 511. minus recte capiens, ad eamdem rationem trahit: hæc igitur nil ad nostrum, ubi quærendum est quid usus ferat, non quid analogia. Locutus quidem ita est infimæ ætatis scriptor Psellus De Op. Dæmon. p. 41. θαυμάζω διατελῶν: sed nemo non melioris ætatis vel æqualis vel studiosus dixisset διατελῶ θαυμάζων. Ita Plutarchus Opp. Mor. p. 65. A. 115. C. 127. C. 177. D. 183. A. 210. A. 237. A. 364. D. 1105. B. 1106. A. 1115. A. 1115. B. Plato Epinom. p. 703. A. Ælian. Var. Hist. III. 4. IV. 25. VI. 12. XII. 58. et ita cum optimus quisque, tum semper et ubique; ut putidum sit plura colligere, et satis unum laudare Hoogeveenium ad Viger. p. 236. 263. Illud in nostro loco miretur quis, quomodo illud *non desino dicere, semper dico*, satis congruat cum addito *sæpe* πολλάκις; nisi ita accipias, ut jungatur cum *dicere*, hujusmodi sensu, *non desino sæpe dicere.*

13. A. ἐκτραχηλίζον τὴν νεότητα] Verbum a multis recentiorum notatum et illustratum Stephano Thes. L. Gr. T. III. p. 1600. P. Fabro Agonistic. I. 2. Menagio Diog. Laert. VI. 61. G. Cupero Observ. I. 12. Perizonio ad Ælian. V. H. XII. 58: et simplex τραχηλίζειν ab Interpretibus ad Hebr. IV. 13. Plutarchus De Amic. et Adul. p. 58. F: ὁ δὲ ἵππος—ἐκτραχηλίζει τοὺς μὴ δυναμένους ὀχεῖσθαι,

equus—imperitos equitandi præcipites excutit. Bruto p. 998. E: τὰ παιδία τὰ μικρὰ—ἄνωθεν ἀπὸ τῶν τειχῶν ἐξετραχηλίαζεν αὐτά· *parvi pueruli ſe ex mœniis præcipites dederunt:* ubi Moſes Solanus recte corrigit ἐξετραχήλιζεν. Proxime ad præſentis loci argumentum accedit Lucianus Toxari T. II. p. 521: Ταύτην οὖν οἱ Δεινίου κόλακες παραλαμβάνουσιν ἐπὶ τὸ μειράκιον—συνωθοῦντες αὐτὸν εἰς τὸν Ἔρωτα τῆς Χαρικλείας· ἡ δὲ πολλὰς ἤδη νέας ἐκτραχηλίσασα καὶ μυρίους ἔρωτας ὑποκριναμένη, καὶ οἴκους πολυταλάντους ἀνατρέψασα, ποικίλον τι καὶ πολυγύμναστον κακὸν, παραλαβοῦσα εἰς τὰς χεῖρας ἁπλοϊκὸν κἀπειρον τῶν τοιούτων μηχανημάτων νεανίσκον, οὐκ ἀνῆκεν ἐκ τῶν ὀνύχων, ἀλλὰ περιέχουσα πανταχόθεν, κἀ διαπείρασα, ὅτε ἤδη παντάπασιν ἐκράτει, αὐτή τε ἀπώλετο ὑπὸ τῆς ἄγρας, καὶ τῷ κακοδαίμονι Δεινίᾳ μυρίων κακῶν αἰτία ἐγένετο. Porphyrius De Abſtin. I. 42: πολλὰς κἀ τῶν βαρβάρων ἐξετραχήλισεν: ubi quædam notavit Cl. Rhoerius. Sed hæc hactenus.

13. A. προρρίζας ἐκτρίβουσι] *Radicitus perdunt:* ductum a proverbio πίτυος δίκην τινὰ ἐκτρίβειν, de quo videantur, præter Parœmiographos, viri docti ad Ælianum Var. Hiſt. V. 13. et Weſſelingius ad Herodotum VI. 37. et 86. ubi de Glauco dicitur, ἐκτέτριπταί τε πρόρριζος ἐκ Σπάρτης. Sic Euripides Hippol. 684: —Ζεὺς σ' ὁ γεννήτωρ ἐμὸς πρόρριζον ἐκτρίψειεν: ubi plura petantur a Valckenario. Simplex ἐκτρίβειν hoc ſenſu, *aliquem fatigando ac terendo perdere,* eſt apud Plutarchum Vit. p. 312. A. 468. A. 595. B. Ariſtidem T. I. p. 512. II. 428. Πρόρριζος: Plutarch. Vit. 418. E: illuſtratum a Berglero ad Ariſtoph. Ran. 595. et Weſſelingio ad Diodor. Sic. T. II. p. 145.

13. A. τῶν δὲ συμβουλευμάτων δέλεαρ ἀφύλακτον προτείνοντες τὴν ἡδονήν.] Delendum τῶν, perperam ex antecedente membro repetitum, in quo adjectivum deſiderari monuimus in Emendationibus. Platonicum eſt ex Tim. p. 543. A: ἡδονὴ μέγιστον κακῶν δέλεαρ, de quo diximus ad Plutarchi librum de Ser. Num. Vind. p. 554. E. Proprium in hac re verbum προτείνειν habet Plutarchus Vit. p. 371. F. 816. D. 895. A. 918. C. Dion Chryſ. Or. XXXVIII. p. 479. A. Ariſtides T. I. p. 397.

13. A. τοῖς παισὶ τοῖς πλησίοις—ῥᾳθυμεῖν] D. aliquanto

rectius τῶν πλεσίων. De curiositate compositionis monuimus in Disp. de scriptore Libelli Sect. II. Part. II. Cap. III.

13. A. Στιγμὴ χρόνε πᾶς ὁ βίος ἐςί·] Simonidis dictum citatur a Plutarcho Consol. Apollon. p. 111. C. 117. E. Marcus Antoninus II. 17: Τῇ ἀνθρωπίνῃ βίῳ ὁ μὲν χρόνος ςιγμή· ubi plura attulit Gatakerus. Seneca Epist. XLIX. *Punctum est quod vivimus, et adhuc puncto minus:* convenit sane cum Plutarcheo p. 111. C: τὰ γὰρ χίλια καὶ τὰ μύρια, κατὰ Σιμωνίδην, ἔτη ςιγμή τις ἐςὶν ἀόριςος, μᾶλλον δὲ μόριόν τι βραχύτατον ςιγμῆς: magis etiam cum sententia Leonidæ in Anthologia Epigr. III. 6. p. 309. edit. Brodæi ap. Brunckium Vol. I. p. 238: Τίς μοῖρα ζωῆς ὑπολείπεται, ἢ τόσον ὅσσον Στιγμὴ, καὶ ςιγμῆς εἴ τι χαμηλότερον;—Pertinet huc Philonis dictum in Josepho p. 530. A: ὠκύμοροι δ' εἰσὶ πάντες ἄνθρωποι· καὶ γὰρ ὁ μακροβιώτατος, ὀλιγοχρονιώτατος, ἀντεξεταζόμενος αἰῶνι.

13. A. ζῆν καὶ οὐ παραζῆν προσήκει] *Oportet vivere, non alienæ interesse vitæ:* ita Seneca expressit Epist. CXXIII. in plane simili argumento admonitionis adulatoriæ; cujus partem apponere juvat:—*adulatorum et prava laudantium sermo diutius hæret quam auditur.—Ideo claudendæ sunt aures malis vocibus, et quidem primis. Nam cum initium fecerunt admissæque sunt, plus audent. Inde ad hæc perveniunt verba: Virtus et philosophia, et justitia, verborum inanium crepitus est. Una felicitas est, bona vitæ facere omnia libere, frui patrimonio: hoc est vivere, hoc est se mortalem esse meminisse. Fluunt dies, et irreparabilis vita decurrit. Dubitamus quod juvat sapere, et ætati non semper voluptates decerpturæ, interim dum potest, dum poscit, ingerere? Quid juvat frugalitate ultro mortem præcurrere, et quidquid illa ablatura est jam sibi interdicere. "Non amicam habes, non "puerum, qui amicæ moveat invidiam. Quotidie sobrius "prodis: sic cœnas tamquam ephemeridem patri approbatu- "rus. Non est istud vivere, sed alienæ vitæ interesse. Quanta "dementia est, hæredis sui res procurare, et sibi negare om- "nia, ut tibi ex amico inimicum magna faciat hæreditas. "Plus enim gaudebit tua morte, quo plus acceperit. Istos*

" *triſtes et ſupercilioſos alienæ vitæ cenſores, ſuæ hoſtes, pub-*
" *licos pædagogos, aſſis ne feceris: nec dubitaveris bonam*
" *vitam, quam opinionem bonam, malle.*" *Hæ voces non aliter fugiendæ ſunt, quam illæ, quas Ulyſſes, niſi alligatus, prætervehi noluit.* Aliud igitur eſt παραζῆν quam *prætervehi vitam*, quod adfert Heumannus e Senecæ Epiſt. XCIII: *hoc a me exige, ne velut per tenebras ævum ignobile emetiar: ut agam vitam, non ut prætervehar.* Ut οἰκεῖν eſt *habitare*, παροικεῖν *in aliena domo vel terra ut incolam, non ut civem et poſſeſſorem, alterius permiſſu habitare*: παρατρέφειν, *obiter quem alere*, inter alios qui proprie aluntur, τρέφονται: hinc παράσιτος: ſic παραζῆν eſt *vitam non ſuam, ſed alienam agere, quæ veluti appendix ſit vitæ hominis alterius.* Diſerte rem declarat Plutarchus Sympoſ. V. init. p. 672. D: reprehendens opinionem eorum, qui putant, ἀδὲν ἴδιον τῇ ψυχῇ τερπνὸν ἀδὲ χαρτὸν ἀδὲ αἱρετὸν ὅλως, ἀλλ' ἀτεχνῶς τῷ σώματι παραζῶσαν—τοῖς ἐκείνε συνεπιμειδιᾷν πάθεσι καὶ πάλιν αὖ συνεπισκυθρωπάζειν, ὥσπερ ἐκμαγεῖον ἢ κάτοπτρον, εἰκόνας καὶ εἴδωλα τῶν ἐν σαρκὶ γινομένων αἰσθήσεων ἀναδεχομένην. Philemonis exſtat dictum in Stobæo ed. Geſn. S. XCIV. p. 517. Grot. p. 384. Cleric. p. 350. in principe editione Trincavelli λόγ. ϛδ. Ὅστις πένης ὢν ζῆν παρὸ ζῆν βάλεται. Unde Geſnerus correxit Ὅστις πένης ὢν ζῇ, παραζῆν βούλεται: itaque edidit Grotius, exceoque Clericus, improbante Bentleio Emend. in Menandr. et Phil. p. 125: probante L. Boſio Animadv. ad Scriptor. Gr. p. 17. cujus mihi probatur ſententia. Eadem antitheſis eſt in verſu Anaxandridæ ap. Athen. XIV. p. 642. B. ita leviter corrigendo, Οὕτω παρέζων χρησὸς, οὐκ ἔζων τότε. *Sic ego ſtultus antea non vivebam, ſed advivebam*: χρησῶς vulgatum, ſenſui et metro inimicum, mutavimus in χρησὸς, *fatuus, ſtultus*: de qua notione videatur D. Ruhnkenius ad Tim. Gloſſ. Plat. p. 132.

13. B. κρονόληρος καὶ σοροδαίμων—] *Vetulus delirus, et funebre ſpectrum*: vocabula non alibi nobis, quod ſciamus, lecta, fluxerunt e comica ſcurrilitate. Convenit fere illud Plauti Pſeudol. I. 4. 19. ubi ſervus herum emuncturus viginti minis herili filio dandis: *Ex hoc ſepulcro vetere viginti minas Effodiam ego hodie, quas dem herili filio.* Met-

ἐωρον *quem efferre*, item ex comica dictione expreſſum: ut Latinum *ſublimem quem abripere*, i. e. *ad pœnam, ad plagas*, frequens Plauto ac Terentio, a Græcis ductum: et Hiſtoricis uſurpatum. Plutarchus ita Camillo p. 130. F: αἴρει τε μετέωρον εὐρωςότερος ὢν, καὶ—παρέδωκε τοῖς ςρατηγοῖς. Ælianus ap. Suid. in voce Μετέωρος· et Τριακοντόπους. Οἱ γὰρ δορυφόροι μετέωρον ἀράμενοι τὸν Σύφακα, εἰς τὸν τριακοντόποδα καλούμενον ἐκόμισαν, ῥίψαντες κάτω. Denique τὴν ταχίςην ἐξοίσομεν, quaſi tritum ex communi notione dictum: Xenophon Mem. Socr. I. 2. 53: τῆς ψυχῆς ἐξελθούσης, ἢ μόνη γίνεται φρόνησις, τὸ σῶμα τῷ οἰκειοτάτῳ ἀνθρώπῳ τὴν ταχίςην ἐξενέγκαντες ἀφανίζουσιν.

13. B. ἐφόδια τῷ γήρως] Conferantur ſupra dicta p. 8. C. Satyri ap. Athen. IV. p. 168. C. ex opere περὶ χαρακτήρων diſerta exſtat notatio de adoleſcentibus prodigis: πολέμιοι τῆς οὐσίας ὑπάρχοντες, κατατρέχοντες τὸν ἀγρὸν, διαρπάζοντες τὴν οἰκίαν, λαφυροπωλοῦντες τὰ ὑπάρχοντα, σκοπῶντες οὐ τί δεδαπάνηται, ἀλλὰ τί δαπανηθήσεται, οὐδὲ τί περίεσται, ἀλλὰ τί οὐ περίεσται· ἐν τῇ νεότητι τὰ τοῦ γήρως ἐφόδια καταναλίσκοντες· χαίροντες τῇ ἑταίρᾳ, οὐ τοῖς ἑταίροις, καὶ τῷ οἴνῳ, οὐ τοῖς συμπόταις. Illuſtris eſt locus Xenophontis de Hercule Prodici. Mem. Socr. II. 1. 31: νέοι μὲν ὄντες, τοῖς σώμασιν ἀδύνατοί εἰσι· πρεσβύτεροι δὲ γενόμενοι, ταῖς ψυχαῖς ἀνόητοι· ἀπόνως μὲν λιπαροὶ διὰ νεότητος τρεφόμενοι, ἐπιπόνως δὲ αὐχμηροὶ διὰ γήρως περῶντες· τοῖς μὲν πεπραγμένοις αἰσχυνόμενοι, τοῖς δὲ πρατομένοις βαρυνόμενοι· τὰ μὲν ἡδέα ἐν τῇ νεότητι διαδραμόντες, τὰ δὲ χαλεπὰ εἰς τὸ γῆρας ἀποθέμενοι. Concinnitas totius compoſitionis manifeſto declarat, deſiderari quid in antitheſi verborum τρεφόμενοι et περῶντες; ut ſi prius retineamus, poſterius mutandum ſit in πεινῶντες: ſi poſterius tueamur, prius commutandum cum φερόμενοι.

13. B. ἄγευςοι παῤῥησίας] Celebris eſt hujus Adjectivi tralatio in hac re. Plato Rep. IX. p. 504. B: ἐλευθερίας δὲ καὶ φιλίας ἀληθῶς τυραννικὴ φύσις ἀεὶ ἄγευςος. Dion Chryſ. Or. XXXIII. p. 396. A: λέγειν κελεύοντες, ἄγευςοι δηλονότι τῶν τῆς ἀληθείας λόγων ὄντες, ἔπειθ' ἡδύ τι καὶ πρόσηνὲς ἀκούσεσθαι προσδοκῶντες. Lucianus Nigrino T. I. p. 54: ἄγευςος μὲν ἐλευθερίας, ἀπείρατος δὲ παῤῥησίας, ἀθέατος δ' ἀληθείας, κο-

λακείᾳ τὰ πάντα καὶ δηλείᾳ σύντροφα. Longinus de Sublim. Sect. XLIV: ἄγευσοι καλλίστε καὶ γονιμωτάτε λόγων νάματος, τὴν ἐλευθερίαν, ἔφη, λέγω.

13. B. ὡς ἐκ λυρικῆς τέχνης ἐπὶ τὰς νέας ἀγόμενοι] Λυρικὴ τέχνη, *ars Lyrica*, quæ ſit, novimus: quæ ſit ejus ad ſignificandam adulationem proprietas, non novimus. Conjecimus λογικῆς; ut ſit, tamquam via et ratione artis adverſus adoleſcentes ingreſſi et ſe inſtruentes. Λογικὴ τέχνη eſt altera ſpecies generis *artium*. Galenus Protrept. Cap. XIV. p. 15. D: διτῆς ἅσης διαφορᾶς τῆς πρώτης ἐν ταῖς τέχναις· ἔνιαι μὲν γὰρ αὐτῶν λογικαί τ' εἰσὶ καὶ σεμναὶ, τινὲς δ' εὐκαταφρόνητοι καὶ διὰ τῶν τε σώματος πόνων, ἃς δὴ βαναύσας καὶ χειρωνακτικὰς ὀνομάζουσιν. Pſeudo-Plutarchus De Vita Homeri Cap. XCII: ἥτινι λογικῇ τέχνῃ μετέρχεσθαι τὴν ἀλήθειαν προσήκει. CCXIII: τίς ἔτι καταλείπεται λογικὴ τέχνη, ἢ ἐπιστήμη; Addatur J. Wowerius De Polymathia Cap. III. Adulatores docti cum τέχνῃ adulantes notantur a Plutarcho p. 50. C. ubi videatur noſtra annotatio. At noſter homo adulatorem cum paraſito confundit; quos diligenter diſtinguit Plutarchus ibidem et p. 54. B. Ἀγόμενοι ἐπὶ τοὺς νέους, rariori uſu accipiendum, vel pro ἀναγόμενοι, *provehentes ſe contra adoleſcentes, oppugnantes eos:* vel *inſtituentes ſe*, ut Medio Verbi ἄγω, *inſtituo*, unde ἀγωγὴ, *inſtitutio, educatio.*

13. B. σεσηρότες] Hujus verbi vim exponimus ad p. 46. D.

13. B. καὶ ψυχῆς] Conjecimus ἢ τύχης: *cum fortunæ tum vitæ partes ſane ſpuriæ ac ſuppoſititiæ.* Multa quis comminiſci poſſit tuendo ψυχῆς ex Platonica ratione, *ut adulator ſe* ad μέρος ψυχῆς ἀκόλαστον *applicet:* ſed nulla hujuſmodi verborum adſunt veſtigia, unde colligatur tale quid in hoc loco fuiſſe, nedum adhuc ineſſe. Τύχη eſt *fortuna, ſtatus, conditio hominis:* adulator ut proxime explicatur τύχῃ ἐλεύθερος, *conditione liber*, aſſumit ſponte δηλείαν ὑποβολιμαῖαν. Plutarchus Craſſo p. 547. E: Σπάρτακος—συνέσει ἢ πραότητι τῆς τύχης ἀμείνων: *Spartacus gladiator manſuetus et prudens ſupra conditionem ſuam.* Ad Princip. Indoct. p. 782. B: ἐξῆν φιλοσοφοῦντα καὶ τῇ διαθέσει γίνεσθαι Διογένην, ἢ τῇ τύχῃ

μένειν Ἀλέξανδρον: *poterat philoſophans et animo fieri Diogenes, et conditione Alexander manere.* Ælianus Nat. Animal. VIII. 48: Ἀνδροκλῆς ὄνομα, οἰκέτης τὴν τύχην· *Androcles nomine, conditione ſervus.* Βίος, ut Latinis *vita*, eſt *genus humanum*: ſic Plutarchus Opp. Mor. p. 478. B. 956. A, B. Hierocles ap. Stob. p. 490. pluribuſque docuerunt Caſaubonus ad Athen. p. 934. et Daviſius ad Maxim. Tyr. Differt. XII. 8.

13. C. παρατρέφονται] Proprie dicitur etiam de adulatoribus, quia παρασιτοῦσι, et παράσιτοι ſunt: ut modo de παραζῆν diximus. Plutarchus Æmil. Paulo p. 261. B: τοσοῦτον ἦν τὸ παρατρεφόμενον: *exercitus tanti ut copioſe et large alantur præter neceſſitatis modum.* Artoxerxe p. 1025. B: ἑξήκοντα δὲ καὶ τριακόσιαι παρετρέφοντο κάλλει διαφέρουσαι παλλακίδες. Ib. 1013. A: μισθοφορικὸν παλλαχόθι διὰ τῶν φίλων καὶ ξένων αὐτῷ παρατρεφόμενον. Solert. Animal. p. 980. D. de trochilo crocodili paraſito: ὁ γὰρ τροχίλος ἐστὶ μὲν ὄρνις τῶν ἑλείων καὶ παραποταμίων, φρουρεῖ δὲ τὸν κροκόδειλον οὐκ οἰκόσιτος, ἀλλὰ τοῖς ἐκείνου λειψάνοις παρατρεφόμενος. De Ære alieno p. 830. B: ἄνθρωποι—ἵππους παρατρέφουσι, κύνας, πέρδικας, λαγωούς, κολοιούς. Menander ap. Athen. VI. p. 248. A, B: ὁμολογῶν παρατρέφεσθαι, quod ipſe Athenæus interpretatur τὸν μάτην τρεφόμενον. Pollux III. 111: ἀγαπητῶς παρατρεφόμενος, male vertitur *ſufficienter nutritus*, verte *qui libenter alieno ſe cibo alit*: additur εἰς ἀλλοτρίας χεῖρας ἀποβλέπων—μισθαρνεῖν, μισθοφορεῖν, δουλεύειν ἐπὶ λεπτοῖς λήμμασι, παρασιτεῖν, παρατρέφεσθαι, παραδειπνεῖν. VI. 31. ibique Kuhnius. Ad illud poſterius locus referendus eſt Xenophontis Expedit. Cyri VII. 2. 18: ἐγὼ δ' ἐξετράφην ὀρφανὸς παρὰ Μηδόκῳ τῷ νῦν βασιλεῖ· ἐπεὶ δὲ νεανίσκος ἐγενόμην, οὐκ ἐδυνάμην ζῆν εἰς ἀλλοτρίαν τράπεζαν ἀποβλέπων. Ad prius pertinet dictum Demoſthenis Orat. de Falſa Legat. p. 226. A. in Æſchinem, ἐν χορηγίοις ἀλλοτρίοις ἐπὶ τῷ τριταγωνιστεῖν ἀγαπητῶς παρατρεφόμενον. Philo Jud. Omnem Probum Eſſe Liberum p. 870. B: ἐγχειρεῖν καὶ τοῖς δουλοπρεπεστάτοις ἀναγκάζονται, σκάπτοντες, γεωπονοῦντες, βαναύσοις ἐπιτηδεύοντες τέχνας ἕνεκα τοῦ παρατρέφεσθαι—. Conferendus etiam Valeſius ad Polyb. Excerpt. T. III. p. 192. Alia ipſi notamus infra ad p. 37. E. Bono

ſenſu etiam dicitur: v. c. Herodiano III. 15. 11. de Severo, qui duos filios pari cura et cultu educaverat: μεμνημένοι δὲ τῦ Σεθήρυ καὶ ὅτι ἀμφοτέρυς ἴσυς δὴ ἐκ παίδων παρεθρέψειεν: ita enim legendum pro παραθρέψειαν: itaque jam reddiderat Politianus.

13. D. ἑαυτὺς ἀναμιμνήσκειν, ὅτι ἐγένοντο νέοι] In hoc argumento eſt Plinii Epiſtola IX. 12.

13. D. καθάπερ ἰατροὶ—] Plato Leg. II. p. 578. F: καθάπερ τοῖς κάμνυσί τε καὶ ἀθενῶς ἔχυσι τὰ σώματα ἐν ἡδέσι τισὶ σιτίοις καὶ πόμασι τὴν χρησὴν πειρῶνται τροφὴν προσφέρειν. Julianus Imp. Cæſarum p. 314. B:—τὰ πικρὰ φάρμακα καταμιγνύντες οἱ ἰατροὶ τῷ μελικράτῳ προσφέρυσι; σὺ δὲ αὐσηρὸς ἦθα λίαν καὶ τραχὺς ἀεὶ, εἴκων δὲ οὐδαμοῦ. Ubi hanc comparationem aliis adhibitis Veterum locis illuſtrarunt Spanhemius edit. Gallicæ p. 114. et 280: Heuſingerus edit. Gr. p. 87.

13. E. ἔνια τῶν ἁμαρτημάτων μηδὲ εἰδέναι δοκεῖν—μὴ ἀκούειν ἀκόντας] Simile eſt præceptum Plutarchi Præc. Polit. p. 818. B: ὥσπερ ἐν οἰκίᾳ νέων ἁμαρτήματα προσποιύμενα παροράν καὶ παρακούειν, ὅπως ἡ τῦ νυθετεῖν καὶ παῤῥησιάζεσθαι δύναμις, ὥσπερ φάρμακον, μὴ κατακεχρημένη, μηδὲ ἔωλος, ἀλλ' ἀκμὴν ἔχυσα καὶ πίσιν, ἐν τοῖς μείζοσι μᾶλλον καθάπ῎ηται καὶ δάκνῃ τὺς πολλύς. Haud ſcio an a Demoſthene ductum ſit Or. adv. Ariſtogitonem I. p. 502. A: Ὑμεῖς γὰρ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τῇ τῆς φύσεως πρὸς ἀλλήλους, ὅπερ εἶπον, χρώμενοι φιλανθρωπίᾳ, ὥσπερ αἰ συγγένειαν τὰς ἰδίας οἰκῦσιν οἰκίας, ὕτω τὴν πόλιν οἰκεῖτε δημοσίᾳ. Πῶς οὖν ἐκεῖναι; ὅπου πατήρ ἐσι καὶ υἱεῖς ἄνδρες, τυχὸν δὲ καὶ τύτων παῖδες, ἐνταῦθα ἀνάγκη πολλὰς καὶ μηδὲν ὁμοίας εἶναι βυλήσεις· οὐ γὰρ τῶν αὐτῶν οὔτε λόγων ὅτ' ἔργων ἐσὶν ἡ νεότης τῷ γήρᾳ· ἀλλ' ὅμως οἵτε νέοι πάνθ' ὅσα ἂν πράτ῎ωσιν, ἄν περ ὦσι μέτριοι, ὕτω ποιῦσιν, ὥσε μάλισα μὲν πειρᾶσθαι λανθάνειν, εἰ δὲ μὴ, φανεροί γ' εἶναι τῦτο βυλόμενοι ποιεῖν· οἵτε πρεσβύτεροι πάλιν, ἂν ἄρα ἴδωσιν ἢ δαπάνην, ἢ πότον, ἢ παιδιὰν πλείω τῆς μετρίας, ὕτω ταῦθ' ὁρῶσιν, ὥσε μὴ δοκεῖν ὁρᾶν. Ἔκ τε τύτων γίγνεταί τε πάντα ἃ φέρυσιν αἱ φύσεις, καὶ καλῶς γίγνεται. Τὸν αὐτὸν τοίνυν τρόπον τῦτον καὶ ὑμεῖς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὴν πόλιν οἰκεῖτε συγγενικῶς καὶ φιλανθρώπως· οἱ μὲν ὕτως ὁρῶντες τὰ τῶν ἠτυχηκότων ἔργα, ὥσε, τὸ τῆς παροιμίας, ὁρῶντας μὴ ὁρᾶν, καὶ ἀκύοντας μὴ ἀκύειν· οἱ δὲ ὕτω ποιῦντες ἃ πράτ῎ουσιν, ὡς εἶναι φανεροὶ

φυλατ[illegible]ομενοι καὶ αἰχυνόμενοι. Ubi noſtrum hunc locum attulit J. Taylorus. Videantur et Eraſmus Adag. p. 1682. ad eumque Cognatus p. 1693. Eamdem dictionis formam ſecutus eſt Philo Judæus aliquoties, v. c. Leg. Allegor. II. p. 94. E: ὁρῶντες ὐχ ὁρῶσι, κὴ ἀκούοντες οὐκ ἀκούουσι. De Charitate 716. B. Leg. Allegor. III. 1099. E. Adv. Flaccum 971. A: Ὁ δὲ οὐ μόνον ὐκ ἐπέπληξεν, ἀλλ' ὐδ' ἐπιχεῖν ἠξίωσεν, ἄδειαν κὴ ἐκεχειρίαν διδὺς τοῖς ἐθελοκακοῦσι κὴ ἐθελέχθρως ἔχουσι, προσποιούμενος ἅτε ἐώρα μὴ ὁρᾶν, καὶ ὧν ἤκουε μὴ ἀκούειν. Legatione Ad Caium p. 1011. A: προσποιουμένου ἅ, τε ἐώρα μὴ ὁρᾶν, καὶ ὧν ἤκουε μὴ ἐπακούειν. Ariſtides Or. Platon. II. p. 183: μήτ' ἀκούοντων (leg. ἀκούοντας) ἀκούειν τὰ δεινὰ, μήθ' ὁρῶντας ὁρᾶν. Sed his omnibus prior exemplum præbuit Homerici Hymni auctor in Mercurium verſu 92: Καί τε ἰδὼν, μὴ ἰδὼν εἶναι, κὴ κωφὸς ἀκούσας, Καὶ σιγᾶν, ὅτε μήτι καταβλάπτῃ τὸ σὸν αὐτοῦ· ubi quædam ejuſdem ſententiæ aliorum appoſuit Ruhnkenius noſter Epiſt. Crit. I. p. 32.

13. E, F. ἐθυκόλησε—πωλοδαμνεῖται] Horum exempla perperam factorum e Comœdiis et antiquitus fuerunt, et nunc etiam cognita ſunt. De Verbo θυκολεῖν egimus in Annot. ad Selecta Hiſt. Gr. p. 380: Heuſingerus corrigebat ἐθυκόλησέ σέ ποτε: quod recepit Schneiderus: nec opus fuerat: E. Moſc. 1. Colleg. Nov. ἐθυκόλησας, vitioſe quidem: ſed forte, ut ex omiſſo σε ortum ſit. Ὤφείλετο Pol. Jannot. Vulcob. probatum item ab illo et ab hoc receptum, vulgato præſtat: *ſubduxit, ſubripuit*, frequens et aliis et Plutarcho Opp. Mor. p. 1070. C: 1111. C. eodem errore in ἀφελέσθαι abiit: Vit. 127. D. 146. B. Exemplum furti ζεύγους habemus in Plauti Aſinaria. *Unguenta* in filiis reprehenſa a patribus: Seneca Controverſ. II. 9. ex Arellio Fuſco: *Non inſaniſſimum diſpendiorum malum, non erubeſcendos amores, neque luxuriantem habitum, neque nepotatus objicis filio: hæc ſi non potes, aliqua ſaltem ex commentariis amici tui deſcribe: madentem unguentis heſternis, convulneratum libidinibus, incedentem, ut fœminis placeat, fœmina mollius: et cætera, quæ morbi, non judicii ſunt.* Idem II. 14: *Sed, tu, inquit, ſenex es. Unde ſcis, te non futurum luxurioſum ſenem? Omnia a te vitia: quod unguento coma*

madet, tuum eſt: quod laxior uſque in pedes tunica demittitur, tuum eſt. Terentius Adelphis I. 2. 37: *Obſonat? potat? olet unguenta? de meo. Amat? dabitur a me argentum, dum erit commodum.* Πωλοδαμνεῖν hac tralatione dixit Sophocles Ajace 550: Ἀλλ' αὐτίκ' ὠμοῖς αὐτὸν ἐν νόμοις παῖρὸς Δεῖ πωλοδαμνεῖν, κἀξομοιοῦσθαι φύσιν. Eodem pertinet Ariſtippi dictum ap. Diog. Laert. II. 69: ἐρωτηθεὶς τίνι διαφέρουσιν οἱ πεπαιδευμένοι τῶν ἀπαιδεύτων, ἔφη, Ὥσπερ οἱ δεδαμασμένοι ἵπποι τῶν ἀδαμάστων.

13. F. γάμῳ καλαζεῦξαι] Hoc ita nude ac ſimpliciter præceptum nullam magnopere prudentiam habere, diximus in Diſp. de Scriptore Libelli Sect. II. Part. I. Cap. I. §. 2. fin. In Poetis et aliis Scriptoribus opportunum ſæpe habet locum. Hujuſmodi eſt ſententia Euripidis in Antigone Fragm. VIII: Ζευχθεὶς γάμοισιν οὐκέτ' ἐς' ἐλεύθερ@, Ἀλλ' ἔν γ' ἔχει τι χρηστόν· ἐν κήδει γὰρ ὢν Ἐθλῷ, δέδοικε μηδὲν ἐξαμαρτάνειν. Plautus Trinummo V. 2. 61: *Miſeria una uni quidem homini 'ſt affatim. Immo huic parum 'ſt: Nam ſi pro peccatis centum ducat uxores, parum 'ſt:* ubi Lambinus non oblitus eſt noſtri loci. Opportune Heumannus appoſuit Herodiani dictum III. 10. 10. de Severo filium Baſſianum ita corrigere tentante, ἠγάγετό τε αὐτῷ γυναῖκα, γάμῳ σωφρονίσαι θέλων. Appuleius ipſum Jovem ita loquentem facit, Metamorph. VI. 182: *Sat eſt quotidianis eum fabulis ob adulteria cunctaſque corruptelas infamatum: tollenda eſt omnis occaſio, et luxuria puerilis nuptialibus pedicis alliganda.*

13. F. Τὴν κατὰ σαυτὸν ἔλα] Nodum in ſcirpo quærit Heuſingerus inquirens in Proverbii ſenſum: quaſi vero τὴν certum quid conſtanter ſignificaret, ac non ad quamcumque rem accommodari poſſet, viam, uxorem, alias res. Videatur Suidas in voce Τὴν κατὰ σαυτὸν ἔλα, et citatus Kuſtero Scholiaſtes Æſchyli ad Prometh. 886. qui ſua habent a Diogene Laertio I. 80. ibique citato Callimacho: ibidem conſulatur Menagius: et Eraſmus Adag. p. 315.

p. 14. A. προϊκῶν δῆλοι—] Euripides Fragm. Phaethonte XV. Ἐλεύθερος δ' ὢν δοῦλός ἐστι τοῦ λέχους, Πεπραμένον τὸ σῶμα τῆς φέρνης ἔχων: de quo notavimus in Emendationibus ad

Plutarch. Opp. Mor. p. 498. A. Alexis apud Athen. XIII. p. 558. F: Grotium Excerpt. Com. p. 579: Ὦ δυσυχεῖς ἡμεῖς μὲν οἱ πεπρακότες Τὴν τοῦ βίου παῤῥησίαν καὶ τὴν τρυφὴν, Γυναιξὶ δοῦλοι ζῶμεν ἀντ' ἐλευθέρων· Ἔπειτ' ἔχειν προῖκ', οὐχὶ τιμὴν φάσκομεν—; Plato Leg. VI. p. 622. G: Περὶ δὲ πρoικὸς εἴρηται μὲν καὶ πρότερον, εἰρήσθω δὲ πάλιν, ὡς ἴσα ἀντὶ ἴσων ἐστὶ τῷ μήτε λαμβάνοντι, μήτ' ἐκδιδόντι διὰ χρημάτων ἀπορίαν διδάσκειν τοὺς πένητας· τὰ γὰρ ἀναγκαῖα ὑπάρχοντά ἐστι πᾶσι τῶν ἐν ταύτῃ τῇ πόλει· ὕβρις δὲ ἥτ[ι]ων γυναιξὶ καὶ δυλεία ταπεινὴ καὶ ἀνελεύθερος διὰ χρήματα τοῖς γήμασι γίγνοιτο ἄν. Locus varie laborans et obſcuritate et corruptela. Hæc quidem hæret in media parte: nam Ficinus pro διδάσκειν dans γηράσκειν, nec Cornarius quid juvant. Noſtra hæc eſt ratio, ut antecedentia uſque ad ἐκδιδόντι integra eſſe ſtatuamus: tum proxima novo colo ordiamur ita: ἐκδιδόντι· οὐδὲ χρημάτων ἀπορίαν πονηροὺς διδάσκειν τὰς πένητας: reliqua ſic apte decurrent. Obſcuritas in eo eſt, ſi non attenditur reprehenſio, quæ in eos refertur, qui ab utraque parte æquales dotes divitiaſque quærunt, τῆς τῶν γάμων ἰσότητος ἁπλήστου χρημάτων ὄσης· quum hoc ſtudium æqualitatis avertat, ne quis ſe pauperiorem eligat conjugem, atque adeo ad inexplebilem pecuniæ cupiditatem deducat, eique æqualitati præferri debeat æquabilitas conjugum mutua, τὴν τῶν παίδων ὁμαλότητα αὐτῶν αὐτοῖς: qua de re Plato in proximis E. dixerat. Itaque locus ita videtur reddendus: *De dote et antea dictum eſt, et iterum dicatur: æqualia pro æqualibus habere, qui omnino nec det nec accipiat dotem: nec pecuniarum inopiam debere pauperes docere improbos fieri: nam neceſſariæ quidem res omnibus ſuppetunt in hac civitate: atque ita per pecunias et in mulieribus minor petulantia exiſtet, et maritis minor ſervitutis humilitas et illiberalitas obtinget.* Sed redeamus in viam. Plautus Aſinaria I. 1. 74: *Argentum accepi: dote imperium vendidi.* Silius Baſſus ap. Senecam Controverſ. I. 6: *Omnes uxores divites ſervitutem exigunt. Crede mihi, volet in ſuis regnare divitiis.* Arellius Fuſcus, ibidem: *Inſolens malum eſt beata uxor. Cum immenſum pondus auri orba attulerit, cum pecunia arcas noſtras oneraverit, quid aliud quam beate ſerviemus.*

14. A. περιγράψω τὰς ὑποθήκας] *Finiam admonitiones.* Proprie eſt *circumſcribere, circumductis lineis determinare:* deinde tranſlate, *ad finem perducere, finem imponere ſcripto:* ut omnino παραγράψομεν, quod eſt in C. Moſc. 2. Colleg. Nov. Flor. Aug. Jannot. Anon. Vulc. repudiandum ſit. Plutarchus qui dicitur, Placit. Philoſ. III. p. 895. C. Porphyrius De Abſtin. II. 58: τὸ βιβλίον περιγράψομεν, *libro finem imponemus.* Euſebius Præp. Evang. VI. p. 280. C: ἑνὸς δὲ ἔτι μνηθεὶς, περιγράψω τὸν λόγον. Plura petantur a Weſſelingio ad Diodor. Sic. T. I. p. 51.

14. A. πρὸς τὸν τότων βίον ὥσπερ κάτοπτρον ἀποβλέποντες] *Speculi* exemplum cum ad alias, tum ad hanc comparationem traducitur. In hac eſt ſimiliter apud Plutarchum Amatorio p. 765. F: ἐν παισὶν καὶ γυναιξὶν, ὥσπερ ἐν καλοπτροις, εἴδωλον αὐτῶ φανταζόμενον διώκοντες ϗ ψηλαφῶντες. Apophthegm. p. 172. D: αἱ ἀποφάσεις καὶ ἀναφωνήσεις, ὥσπερ ἐν κατόπτροις, καθαρῶς παρέχεσι τὴν ἑκάστε διάνοιαν ἀποθεωρεῖν. De Amic. et Adul. 51. A. de eo, qui ſe ad alterius exemplum componit, δίκην κατόπτρε, παθῶν ὀθνείων καὶ βίων καὶ κινημάτων εἰκόνας ἀναδεχόμενον. Plato Leg. XI. p. 672. F: ὡς ἐν κατόπτροις, αὐτῶν ταῖς πράξεσιν ἡγήσω καθεωρακέναι τὴν πάντων ἀμέλειαν θεῶν. Ariſtides T. I. p. 196: ait, *ſapientiæ ſtudioſos ſemper et ubique meminiſſe Athenarum,* καὶ μηδέποτε ἐκβαλεῖν ἂν ἐκ τῆς ψυχῆς τὸ εἴδωλον, ὥσπερ ἐν κατόπτρω τοῖς λόγοις ἐμβλέποντας. Adhibuit joco Terentius Adelph. III. 3. 60: *Nihil prætermitto: conſuefacio: denique Inſpicere, tamquam in ſpeculum, in vitas omnium Jubeo: atque ex aliis ſumere exemplum ſibi. Hoc facito. —hoc fugito—Hoc laudi eſt.—Hoc vitio datur.* Patrem hæc de ſe locutum cavillatur ſervus: *Conſervis ad eumdem iſthunc præcipio modum: Hoc ſalſum 'ſt, hoc aduſtum 'ſt, hoc lautum 'ſt parum: Illud recte: iterum ſic memento: ſedulo Moneo quæ poſſum pro mea ſapientia. Poſtremo, tamquam in ſpeculum, in patinas, Demea, Inſpicere jubeo, et moneo quid facto uſus ſiet.*

14. A. Οἱ δ' ὅλως φαύλως ζῶντες] Heumannus correxit Τὸ δὲ ὅλον, οἱ φαύλως ζῶντες· quod probavit Heuſingerus, recepit Schneiderus: nec ego improbo: præſertim quum ita fere codices habeant, uno articulo οἱ omiſſo, τὸ δὲ ὅλον φαύλως

ζῶντες, A. C. D. Mosc. 1. 2. Harl. Flor. Aug. Pol. Schott. Jannot. Anon. Τὸ δὲ ὅλον, *omnino, ut paucis dicam*, est et apud alios et apud Plutarchum. Sic supra p. 5. A. Opp. Mor. p. 112. B. 930. E. 990. D. Vit. 325. B. 347. D. 670. E.

14. A. παῤῥησίαν ἄγουσιν ἐπιτιμᾶν] Unus Bong. habet ἔχουσιν, quod malebat Heumannus: quem haud temere offendere poterat vulgata in hoc loco, quippe qui magis ἔχειν postulare videtur. Nam quamquam utrumque promiscue usurpatur, ut ἡσυχίαν ἄγειν et ἔχειν, tamen differunt proprie ita, ut ἄγειν *actionem*, ἔχειν *habitum*, ἕξιν *possessionem*, significet. Igitur ἔχειν παῤῥησίαν dicuntur *cum homines, qui libere loquendi vel jus habent, vel facultate valent, tum* λόγοι, *in quibus illa libertas, ipso facto, inest:* sic est in his locis Plutarcheis Vitarum p. 149. F. 260. D. 378. C. 611. C. 776. D. 836. F. Ἄγειν παῤῥησίαν idem fere quod παῤῥησιάζεσθαι: De Garrul. p. 506. C: ἡ δ' Εὐριπίδειος Ἰνὼ παῤῥησίαν ἄγουσα: et aliorum loca dedit Wesselingius ad Diodor. Sic. T. I. p. 693: sed ejus loco Plutarchus magis utitur vel παῤῥησιάζεσθαι, de quo alibi dicemus; vel παῤῥησίᾳ χρῆσθαι, quod est Opp. Mor. p. 29. C. 47. A. 66. A. 69. E. 70. E. 71. D. 190. E. 229. C. 716. B. Vit. 222. B. 445. B. 583. E. 642. B.

14. A. μήτοι γε δὴ] *Nedum sane.* In hac, ut aliis particulis, τοι et τι sæpe confunduntur. Plutarchus Opp. Mor. p. 94. C: μήτι γε φίλους πολλοὺς, ubi A. et E. habent μήτοι γε. p. 735. B: μήτι γε λάθοι, *nedum sumat.* Vitar. p. 339. C. 655. A. 1051. B. Plato Epinom. p. 701. F. Demodoco p. 737. E. De utraque forma egit Hoogeveenius Doctrin. Particul. p. 769. 770. 771.

14. B. Ὅπου γὰρ γέροντές εἰσιν ἀναίσχυντοι, ἐνταῦθ' ἀνάγκη τοὺς νέους ἀναιδεστάτους εἶναι] Sunt fere ipsa verba Platonis Leg. V. p. 605. C: —ὅπου ἀναισχυντοῦσι γέροντες, ἀνάγκη καὶ νέους ἐνταῦθα εἶναι ἀναιδεστάτους. Quæ Platonis auctoritate citat Plutarchus Præcept. Conjug. p. 144. F: Ὁ Πλάτων τοῖς πρεσβύταις μᾶλλον παρήνει αἰσχύνεσθαι τοὺς νέους, ἵνα κἀκεῖνοι πρὸς αὐτοὺς αἰδημόνως ἔχωσιν· ὅπου γὰρ ἀναισχυντοῦσι γέροντες, ἀδεμίαν αἰδῶ τοῖς νέοις οὐδὲ εὐλάβειαν ἐγγίνεσθαι. Quæst. Rom. p. 272.

C: ὅπου γὰρ ἀναισχυντοῦσι γέροντες, ὡς φησιν ὁ Πλάτων, ἐνταῦθα ἀνάγκη καὶ νέους ἀναισχυντοτάτους εἶναι. De Amic. et Adul. p. 71. B: —ὁ Πλάτων τοὺς παρασκευάζοντας ἐν τοῖς νέοις αἰσχύνην γέροντας, αὐτοὺς ἀξιοῖ πρῶτον αἰσχύνεσθαι τοὺς νέους. Eodem respexit Julianus Imp. in Misopogone p. 354. B: καί με ἕτερος τῶν Πλάτωνος νόμων ὑπομνησθέντα ἐμαυτοῦ, ποιήσειεν ἀπερυθριᾶσαι πρὸς ὑμᾶς, ὃς φησι δεῖν αἰδῶ καὶ σωφροσύνην ἀσκεῖν τοὺς ἄρχοντας, καὶ τοὺς πρεσβυτέρους, ἵνα τὰ πλήθη πρὸς αὐτοὺς ἀποβλέποντα κοσμῆται. Cic. Offic. I. 34: *Luxuria vero cum omni ætati turpis, tum ſenectuti fœdiſſima. Sin autem libidinum etiam intemperantia acceſſerit, duplex malum eſt: quod et ipſa ſenectus concipit dedecus, et facit adoleſcentium impudentiorem intemperantiam.* Ab eodem fonte fluxit illud præceptum, quod in Charondæ illius ſimulati Legibus exſtat apud Stobæum S. XLII. p. 289: Ἡγεῖσθαι δὲ καὶ παραγγέλλειν πρεσβυτέροις νεωτέροις τὸ αἰδεῖσθαι καὶ αἰσχύνεσθαι τὰ κακὰ, φανερὸς ὄντας αὐτοὺς αἰσχυνομένους καὶ αἰδουμένους· ὡς ἐν αἷς πόλεσι πρεσβυτέρων ἀναισχυντίαι, φύονται παῖδες αὐτῶν καὶ παίδων παῖδες ἀναίσχυντοι· quæ item leguntur in Damaſceno MS. Sed de ſuppoſititia auctoritate libri, ex quo hæc Charondæ et item Zaleuci loca feruntur, adhuc probamus R. Bentleii judicium, proditum in Diſſert. Phalarid. p. 185—200. Locum refert Heynius in Proluſione de Fragmentis Legum Charondæ, Opuſcul. Acad. Vol. II. p. 80. Cæterum, majorem hujus animadverſionis partem jam anno MDCCLXVII. adſcripſeram ad Julianum l. c. cujus tunc editionem moliebar, nondum capto conſilio edendi Plutarchi: in illa igitur ad Julianum annotatione video me hoc etiam notaſſe: *locum in libello hoc de Educatione ſumtum eſſe ex Platone Leg. V. monuit etiam Guil. Dietzius, qui hunc Plutarchi libellum cum Iſocratis Oratione ad Demonicum et Pythagoræ Aureis Carminibus edidit Ulmæ, A. 1678. octonis.* Hoc mihi exemplar poſtea neſcio quo abiit: ejus quippe non valde curioſo ac tenaci; ſiquidem unam illam alicujus pretii notitiam, nec mihi ignotam, habere videretur. Nunc ejus mentione ac laude editorem, per me quidem, carere nolui.

14. B. Εὐριδίκην] Locus alia et magis illuſtria exempla poſtulabat: quod partim jam notavimus in Diſp. de Scrip-

tore Libelli Sect. II. Part. I. Cap. II. §. 2. Eurydicen Illyricam, quæ provectior jam ætate liberorum ipsa suorum instituendorum caussa literas didicerit, et Epigramma hic appositum, in iis quæ superstant aliis veteribus monumentis legere nos non meminimus. Heumannus et Heusingerus singulares quisque de hoc argumento disputationes consumserunt, subjectas illorum editioni. Ut rem paucis complectar: una est ex cognominibus in historia proditis mulieribus *Eurydice* in quam illud elogium cadere possit, Philippi, Alexandri M. patris, altera uxor, *Audata* Illyrica, memorata Satyro apud Athen. XIII. p. 557. C: hanc a Philippo, mutato nomine, Eurydicen appellatam fuisse, scribit Jac. Perizonius ad Ælian. Var. Hist. XIII. 36. ex conjectura is quidem, ut videtur; quippe nullum auctorem citans. Philippum multas, præter Olympiadem, habuisse uxores, constat et aliunde, et ex illo Satyri loco: et illius uxorem Eurydicen memorat Arrianus Exped. Alex. III. 6. p. 111. De hujus filia *Cyna* ex eaque nepti *Eurydice*, Aridæi uxore, docte differunt Kuhnius et Perizonius ad Ælianum l. l. Sed eadem quomodo Hierapolitana dici potuerit, non apparet; quandoquidem nulla Illyrici urbs Hierapolis cognita est. Forte scriptor hujus libelli, ipse ἀνισόρητος, hæc turbavit, ex duabus ejusdem nominis mulieribus, Illyrica et Hierapolitana, unam faciens; ut suus ipsi relinquendus sit error. Epigramma Latine etiam reddidit F. A. Bonada Carm. Antiq. Lapid. T. I. p. 62. et 121: retulit Brunckius Analect. Vet. Poet. Gr. T. III. p. 183: unus fortasse versus secundus habeat aliquid difficultatis: Toupius Epist. Crit. in Indice voce οἶσος, corrigendum putavit εὔοισον ψ. ἐ. πόνον. Mez. εὖ ἰσόν· et quidam libri in hoc vocabulo variant; Harl. εὐισέον: Vulc. Anon. εὔοισον. At nil mutandum: εὔισον est *bene notum, celebrem*, ut αἶσος, *ignotus*: αἱρεῖν πόθον, *capere desiderium*, idem est quod τυγχάνειν τῦ ἔρωτος, *potiri desiderio suo*: et sub τόν δ' ἀνέθηκε audiendum στέφανον vel simile ex hac in Epigrammatibus dedicationem habentibus frequente ellipsi. Videantur Heusingerus ad h. l. p. 191. et Brunckius l. c. p. 267. Igitur sensus est, *Eurydice H.*

hanc (ſc. *coronam* vel tale quid) *Muſis dedicavit, animo conſecuta celebratum deſiderium, cognitionis literarum.*

14. C. Τὸ μὲν ἓν πάσας—καθέζηκεν.] Hæc una totius libelli pars ſimilitudinem ſtili Plutarchei refert; ut non procul a re aberrare videatur noſtra conjectura prodita in Concluſione Diſputationis de Scriptore hujus libelli, hanc partem eſſe a Plutarcho judicium ſuum huic diſcipuli chriæ ſubſcribente. Unum verbum συμπεριλαβεῖν eo ſenſu, qui hoc loco poſtulatur, *perficiendi, re et facto exſequendi, explendi*, non ſatis probum eſſe diximus. Nam proba ſignificatione eſt Opp. Mor. p. 878. E. 894. A. et a nobis reſtitutum, 71. F. ubi notat *una complecti, ſimul comprehendere.* Et quod apud probatiſſimum ſcribendi auctorem Iſocratem περιλαμβάνειν ſimili ſenſu poni videtur in Nicocle p. 53: τὰς ἐν τῷ πολέμῳ πλεονεξίας περιειλήφασι, *omnes belli commoditates complectuntur*: videtur poni, non ponitur; quippe conſequendi et efficiendi notio ineſt in nomine πλεονεξίας.

DANIELIS WYTTENBACHII

ANIMADVERSIONES

IN PLUTARCHI LIBRUM

DE AUDIENDIS POETIS.

P. 14. D. ΠΩΣ ΔΕΙ ΤΟΝ ΝΕΟΝ ΠΟΙΗΜΑΤΩΝ ΑΚΟΥΕΙΝ] Citat Photius Cod. CLXI. p. 341. ex Sopatri Eclogis, in quibus fuerunt Excerpta ἐκ τῶν Πλουτάρχου περὶ τοῦ πῶς δεῖ τὸν νέον ἀκούειν ποιημάτων. Videtur etiam significare hunc librum Servius ad Virgilii Æn. III. 14: *Fuit Lycurgus, Thraciæ rex, filius Dryantis: qui, quod Thraces immoderate vino deditos conspiceret, vites omnes toto regno excidi jussit, ut scribit Plutarchus eo in opusculo, quod de Poetarum utilitate conscripsit:* si quidem Servii hæc est annotatio, et pertinet ad mentionem Lycurgi a Plutarcho factam in hoc libro p. 15. D, E. Hinc item excerpta posuit Macarius Chrysocephalus in Rhodonia apud Villoisonum in Anecdotis Gr. T. II. p. 10: ἐκ τῶν ἠθικῶν τοῦ Πλουτάρχου—ἐκ τοῦ πῶς δεῖ τὸν νέον ποιημάτων ἀκούειν. Nam in Lampriæ Catalogo Num. CI..... post lacunam legitur ἀκούειν, quam scripturam talem fuisse integram πῶς δεῖ ποιημάτων ἀκούειν, conjectura est primi editoris sive vera, sive falsa: et Num. CCVIII. περὶ ποιημάτων, vel ποιητῶν, τίς ἡ αὐτῶν ἐπιμέλεια, ab hoc superstite libro liber diversus fuisse videtur, et fortasse ipse titulus ex duobus duorum titulis librorum conflatus;

nam in codicibus Venetis hujus Catalogi Num. CLXX. eſt περὶ ποιημάτων, et Num. CLXXII. τίς ἡ αὐτοῦ ἐπιμέλεια: porro in eodem Catalogo Num. LVIII. περὶ ποιητικῆς aliud, quam hujus libri, eſt et nomen et argumentum, idque magis uſitatum ac tractatum. Plutarchus quidem nomen ſuo libro ſumſit a Chryſippi libro, cognito nobis ex Diogenis Laertii mentione VII. 200. περὶ τῦ πῶς δεῖ τῶν ποιημάτων ἀκύειν, addito τὸν νέον, quo magis conſilium, et ætatem, cui ſcriberet, declararet. Et ante illum, teſte eodem Laertio VII. 4. ſectæ hujus conditor Zeno librum ediderat περὶ ποιητικῆς ἀκροάσεως, *de poetica auditione*, id eſt, *quomodo poetæ audiendi ſint*. Nam late patebat hic locus non ſolum per Philoſophorum ſcholas, ſed per totam vitæ humanæ, maxime juventutis, inſtitutionem. Quo magis operæ pretium nos facturos exiſtimamus Plutarchi conſilio diligentius explicando.

DE PROPOSITO HUJUS LIBRI.

Qui primus Plutarcheos morales libros ita diſpoſuit, ſive Aldus Manutius, ſive antiquior librarius, ut hos tres eo, quo nunc ſunt, ordine in principio poneret, is quamdam argumenti, naturæ, et antiquitatis rationem ſequi voluit. Nam a natura proficiſcentibus occurrunt deinceps γέννησις, τροφὴ, παιδεία, ἀγωγὴ, quod eſt argumentum libelli *De Educatione*. Porro in παιδείας partibus duæ ſunt ad ingenium animumque formandum principes, et Veterum uſu celebratæ, Poetarum lectio, et Philoſophorum cognitio: illa, prior et pueritiæ adjuncta, hoc ipſo libro *De Poetis Audiendis* explicita: hæc, poſterior et cum ineuntis adoleſcentiæ ſtudiis conjuncta, proximo libro *De Recta Audiendi Ratione* declarata. Sed iſte *De Educatione* ſpurius eſt: hi germani ſunt et vere ex Plutarcheo ingenio profecti libri.

Huic tituli profeſſio eſt περὶ τῦ πῶς δεῖ τὸν νέον ποιημάτων ἀκούειν, *quomodo juvenis poemata audire debeat*, id eſt, *legere, intelligere*. Nam ἀκύειν, *audire*, proprie quidem eſt *aliorum*

dicta auribus percipere: sed etiam tralata notione, *legere*, *lecta* vel *dicta accipere*, et *intelligere interpretari*. Quas notiones T. Krebsius ad hunc locum diligenter exponit: et nos nunc satisfacimus huic animadversioni significandis exemplorum paginis. Sic igitur ἀκούειν usurpat Plutarchus Opp. Mor. p. 659. E. 788. B. 898. C. 1004. D. 1006. E. 1036. E. 1050. E. 1122. B. Vit. 92. C. 614. A. Aristides T. II. p. 303. Longinus De Sublim. Cap. XLIII. Porphyrius De Antro Nymph. §. 16. Athenæus forte ita corrigendus erat, de quo dubitat Casaubonus p. 486. E.

Discentem, quem hoc libro instituit Plutarchus, vocat νέον, *juvenem*: hoc, tamquam honestiore, nomine significans eum, quem communi usu παῖδα *puerum* vocare poterat. Etenim Poetarum lectio, certe initia ejus, erant puerilis institutionis, tradita a Grammaticis. Sed apud Grammaticum puer ad ætatem fere adultam manebat: inde transferebatur ad Rhetorem, qui sua item institutione, cum tractatione optimorum solutæ orationis Scriptorum lectionem quoque Poetarum complectebatur: ut et aliunde colligitur, ac diserte prodit Quinctilianus Inst. Or. II. 2. Sed Plutarchus *docentem* universe nominat, nec nominatim Grammaticum, aut Rhetorem, aut Philosophum: discentem vocat νέον, veluti p. 14. E, F. 15. D. 18. B, C. 20. D. 22. C. 23. A. 24. D. 25. B. D. 26. A. 27. A. E. 28. A. 29. B. 30. E. 32. A. 34. C. F. 36. D. 37. A. Et quamquam νέος proprie distinguitur a παιδὶ, illi philosophia, huic μαθήματα adjunguntur, v. c. in Amatorio p. 769. E: ταράττει δὲ καὶ μαθήματα παῖδας ἀρχομένους, καὶ φιλοσοφία νέους: tamen nunc significat puerilem ætatem filii sui *Soclari*, ejusque æqualis *Cleandri*, filii M. Sedati; ad quem hunc librum scribit, ut congruentem institutioni filiorum, quippe puerorum et adhuc sub pædagogo degentium: p. 15. A. 18. E. 36. D. Poetarum enim lectioni inesse præparationem ingenii ad Philosophiam p. 15. F. 36. D. 37. A: cujus se studio juvenis demum pueritiam egressus, adolescentiam ingressus, deposita veste puerili, tradit: quem morem nostra interpretatione attigimus ad initium libri περὶ τοῦ ἀκούειν, *De Recta Audiendi Ratione*, p. 37. C.

Porro in tituli profeſſione eſt πῶς, *quomodo*, non ὅτι, *quod:* hoc enim, *juvenem debere poemata cognoſcere*, ut nemini dubium ſumebat: neque etiam quærit, τίνας καὶ ποίες ποιητὰς, *quos et cujus generis poetas* juvenis cognoſcere debeat: exempla apponit ex principibus eorum, quorum lectionem conſuetudo antiquiſſima ad inſtitutionem juventutis conſecraverat: Homero, Heſiodo, Archilocho, Pindaro, Simonide, Theognide, Æſchylo, Sophocle, Euripide, Menandro. Nam alii ſi qui nominantur, Xenophanes, Empedocles, Philoxenus, non ut Poetæ ab juvenili ætate tractati tractandive, ſed nudè ut alicujus ſententiæ auctores memorantur.

Jam hoc ipſum πῶς, *quomodo, qua ratione juvenis poetas cognoſcere debeat*, quum late pateat, et multas variaſque habeat partes: vel, quomodo facillima certiſſimaque via ad eorum intelligentiam perveniatur: vel, quomodo ſint pronunciandi, recitandi, diſcendi: vel, ad quemnam uſum referendi, ad rerumne ſcientiam ex iis colligendam, an ad judicii elegantiam, an ad ingenii cultum, an ad doctrinæ ornamentum, an ad liberalem animi oblectationem, an denique ad virtutis honeſtatiſque fructum, vitamque prudenter regendam: una illa poſtremo loco dicta pars tractatur et hæc ipſa non tota, ſed partim; non ut via oſtendatur, qua Poetarum lectio dirigatur ad virtutis felicitatiſque adeptionem: ſed ut præcepta tradantur, per quæ caveamus, ne Poetarum nos lectio de rebus divinis humaniſque perverſe ſentire ac judicare aſſuefaciat, propoſitoque virtutis fructu fruſtretur. Igitur argumentum propoſitumque libri his quaſi finibus continetur: *Quomodo juvenis poemata legere debeat, ut nil inde nec judicio erroris de rebus graviſſimis, nec animo et moribus pravitatis ſuſcipiat.*

Dicit *poemata*, univerſe: nec Poetas quoſdam, aut locos eorum, aut genera poematum excludit: nec ſelectum et eclogas ſuadet locorum probandorum, nec exſectionem improbandorum: ita differit, ut ſi totos et integros legi velit: et loquitur de Poetis, qui vulgo in ſcholis et inſtitutione puerilis ætatis terebantur. Horum carminibus quum

ævi longinquitas et hominum perpetua admiratio ſpeciem opinionemque quamdam divinitatis adjunxiſſet, quam confutare periculoſum eſſet; Plutarchus rationem deſignavit τῦ ἀκύειν τῶν ποιημάτων, *intelligendi poemata*, quæ ratio adhiberetur iis locis, qui a vero rectoque alieni viderentur, atque ita adhiberetur, ut in diſcentis animo nec auctoritas Poetæ pravitatem dicti commendaret, nec pravitas dicti auctoritatem Poetæ labefactaret. Hoc erat ejuſmodi, ut interpres et magiſter iſta dicta omni ratione tractaret, in omnes partes verteret, donec eam præberent anſam, qua apprehenſa in ſententiam redigerentur convenientem cum honeſtate, nec repugnantem vel pietati erga Deos, vel juſtitiæ erga homines, vel reliquarum officiis virtutum, prudentiæ, fortitudinis, temperantiæ. Difficile profecto negotium, bonam potius, quam propriam ſuamque Poetæ adjungere ſententiam: præſertim ſi interpres abſtineat ab allegoria: quod fecit Plutarchus, reprehendens adeo allegoricos interpretes p. 19. E. 39. A. Quamquam rectiſſimi adeo judicii Criticus Longinus de Subl. IX. ſtatuit complures Homeri locos non niſi per allegoriam ab impietatis crimine vindicari poſſe. Et hæc proprie dicitur allegoria, qua fabula ad phyſicam rationem redigitur. Nam alterum genus, quo fabula dictumve Poetæ a propria ſententia ad aliam eamque moralem convertitur ſententiam, dudum ab omnibus Philoſophis uſitatum erat; ejuſdem exempla ponit frequentati a Zenone, Cleanthe, Chryſippo, Plutarchus p. 33. C. 34. B. 38. C. Et breviter ejus rationem ſignificat Dion Chryſoſtomus Or. II. p. 27. D. Alexandrum Macedonem, admiratorem Homeri, differentem faciens; δεῖ δὲ τῦ ποιητῦ τὰ μὲν ὡς συμβελεύοντος καὶ παραινῦντος ἀποδέχεσθαι, τὰ δὲ ὡς ἐξηγουμένου μόνον, πολλὰ δὲ ὡς ὀνειδίζοντος καὶ καταγελῶντος· *oportet Poetæ alia dicta accipere, ut ſuadentis et admonentis; alia, ut narrantis tantummodo: multa autem, ut vituperantis ac deridentis.* Atqui ſi interpres tam multis variiſque ad ſententiæ pravitatem expugnandam inſtruitur machinis, unam certe ſemper efficacem experietur, nec ullo in loco hærebit: præſertim ſi fines ſpeciemque probabilitatis migrare au-

deat. At Plutarchus verisimilitudinis ubique rationem habuit; ut ejus acumen ac doctrinam mirari debeamus, qui, quum tam arctos sibi circumscripsisset fines ususque instrumentorum ad immutandam sententiam, tamen tam multas speciosas, nec a grammatica ratione abhorrentes vias aperuerit, quibus difficultas expediretur.

Hæ viæ et interpretandi rationes a Plutarcho designatæ, ut eas summatim ac deinceps capitum ordine complectamur, hujusmodi sunt.

II. Juvenis animo infixum et in promtu habeat, Poetæ officium esse fingere, materiam μῦθον et ψεῦδος· fictum magis oblectat, quam verum: hæc cogitatio continuo munit legentis animum adversus fabulas de diis, et inferis: quas fabulas poetæ vel ipsi non credunt, et indicia præbent se eas non credere, ita minus nocent: vel credunt ipsi, itaque legentem facilius in eumdem errorem abripiunt: tum illis Philosophorum opponenda auctoritas, Empedoclis, Xenophanis, Socratis, de rebus divinis nil sciri profitentium.

III. Ut Picturæ, ita Poeseos, est officium quoque *imitatio:* in qua spectatur non an argumentum sit bonum et pulcrum, sed an diligenter ad similitudinem imago expressa sit. Igitur turpis actio vel oratio probabiliter et ad delectationem commotionemque audientis exornata, apud eum non debet valere ad eam probandam ut bonam.

IV. Et quandoquidem Poetæ sæpe indicia præbent, quid ipsi probent, hæc indicia diligenter sunt animadvertenda. Sunt autem vel diserta, aut pluribus verbis explicita, vel uno epitheto declarata, veluti de Pandaro —τῷ δὲ φρένας ἄφρονι πεῖθεν· vel obscurius significata, exitu facinoris, ut Euripides Ixionem rotæ affixum fecit: Homerus Martis et Veneris adulterio ostendit, pravam musicam et orationem pravos et effœminatos parere mores: in Junonis fraude Jovem ad concubitum pellicientis factum vituperat iracundia et minis Jovis erga Junonem. Nec opus est has fabulas per allegoriam pervertere et ad physicam rationem traducere, fingenda conjunctione ætheris et aeris: ipse enim Poeta solutionem præbet moralem. Quas

ſolutiones ubi non præbet, erunt loci alii contrariæ ſententiæ; hi opponantur deteriori ſententiæ: ſi nulli ſunt contrarii loci in ipſo Poeta, ſumantur ex aliis Poetis, horumque ſanitate iſtius pravitas confutetur.

V. Quod monitum eſt Cap. IV. adjecta cognomina non ſunt negligenda: veluti in hoc, Ὡς γὰρ ἐπεκλώσαντο θεοὶ δειλοῖσι βροτοῖσι, Ζώειν ἀχνυμένοις· cum ratione addit δειλοῖσι, *miſeris*. Eſt enim hæc ſors non omnium hominum, ſed *miſerorum*, id eſt, *inſipientium* et *ſtultorum*.

VI. Igitur obſervanda eſt *verborum conſuetudo*, non ſolum ea quæ pertinet ad grammaticam rationem, utrum unam habeat an plures verbum notiones: veluti οἶκος, βίος, ἀλύειν, θοάζειν, αἰνεῖν· et gloſſas, quæ dicuntur, ut βιγεδανὴ, καμμονίη, ὦπόποι: ſed ea in primis quæ valet ad rectum de diis et virtute judicium. Sic deorum nomina ſæpe ipſos deos, ſæpe notant vires quaſdam naturæ, aut humanæ vitæ partes, quibus certi dii præeſſe putantur: Vulcanus ignem, Mars bellum, Jupiter fortunam, ſiquidem tunc vocabulum τύχη nondum erat in uſu: ἀρετὴ, κακία, εὐδαίμων, μακάριος, non ad normam a Philoſophis inſtitutam, nec proprie ſemper, ſed per tralationem de effectis et eventis harum facultatum et affectionum uſurpantur.

VII. Stoici virtutem ſupra humanum extollentes captum, in ea nil mali eſſe prædicant, in malitia nil boni. Poetæ per ipſum imitandi officium res humanas verius exprimunt, bona mixta malis: heroas nec virtute nec fortuna eadem perpetuo utentes faciunt: deos adeo, ubi humanis implicantur negotiis, humanis item erroribus et affectibus obnoxios: hoc quidem non ad veritatem, ſed ut Poeſis ſuam movendi percellendique vim ubique obtineat.

VIII. Hanc bene ſecuſve faciendi conjunctionem in Homericis heroibus ineſſe videmus; ne forte illos perfectos homines et exempla virtutis habendos putet juvenis, ſibique placeat et ingenioſus videatur comminiſcendis honeſtis cauſſis, quibus illorum perperam facta excuſet. Modo recte, modo ſecus, faciunt, Achilles, Agamemnon, Phœnix, Meleager, Nauſicaa, Penelope, Ulyſſes. In Trag-

œdiis pravum consilium et facinus probabili oratione vel excusatur, vel commendatur, ut apud Euripidem ab Helena et Phædra. Nec Poeta suum interponit judicium. Itaque nos nostrum ipsi judicium apponere debemus, bene facta laudare, male facta vituperare.

IX. Atque ubi dicti alicujus obscura est ratio nec diserte addita, eam ipsi quærere debemus; habebit rationem, si verum est; si non, non apparebit ratio: verbi gratia, dictum est Tragici: *Animo esse parvo calamitosos convenit.* Ad hoc statim subjiciamus, *Cur calamitosus parvo esse animo debet? Cur non potius magno animo, quo se adversus fortunæ iniquitatem erigat.* Ita qui occurrit singulis dictis, non facile decipiatur, nec decipi se sinat Poetæ auctoritate.

X. Sed ut in vite uva latet sub foliis, ita in Poesi multa bona occulta jacent sub ornatus ac dictionis apparatu. Cognoscat juvenis, quos bonis moribus præditos homines inducat Poeta, quos malis: an utrisque convenienter dicta factaque tribuat. Agamemnonem reprehendunt, vario modo et tempore, suis moribus quisque convenienter: Achilles acerbe, sed vere: Thersites vane et stulte: Diomedes tempestive: Calchas intempestive: Nestor opportune et prudenter: eumdem, reprehendentem alios, Diomedes cum reverentia et silentio fert, Sthenelus Diomedis vice gloriose increpat, Ulysses cum ira objurgat: ipse Sthenelum silentio spernit: Ulyssem laudans et dicta retractans placare studet. Idem discrimen animadvertendum in Græcis et Trojanis: Græci incedunt ordine, silentio reverentes suos duces: Trojani cum clangore et ferocia: promissiones Dolonis stolidæ, Diomedis modestæ: in singulari certamine Hectoris pavitat cor, Trojanorum genua subit tremor, Ajacis animus conscientia virtutis et tranquillus et a jactantia alienus. Trojani multi capti et ipse Hector vitam supplices a victoribus expetiverunt: Græcorum nemo: ut intelligatur barbaricum esse in pugna hosti se submittere et supplicare, Græcum pugnando vincere aut mori.

XI. Et ut ex pascuis apis florem, capra frondes, sus ra-

dicem, aliud animal aliud pabulum conſectatur, ita in Poetis alius fabulas, alius hiſtorias, alius verba decerpit: nos animi morumque fructum in primis quæramus, et attendamus ad exempla virtutum fortitudinis, temperantiæ, juſtitiæ. Ulyſſes Diomedem hortatur ad pugnandum, addens —δὴ γὰρ ἔλεγχος Ἔσσεται, εἴ κεν νῆας ἕλῃ κορυθαίολος Ἕκτωρ: habet ſignificationem fortis viri, qui in ipſo mortis periculo, magis dedecus, quam mortem, timeat. Achilles durius alloquitur Priamum. At noverat ſe ipſe natura iracundum: et prudenter iram cavet: Hectoris corpus lotum et velatum currui imponit; ne lacerum videns Priamus mœrore victus acerbum dictum in ſe conjiceret, quo ad iram incenſus, ſeni manus inferret. Ulyſſes item cognoſcens Telemachum vehementem et injuſtitiæ oſorem, eum ad conſtantiam munit, ne ſe ira auferri ſinat, quum patrem a procis jactatum raptatumque videret. Eadem obſervatio adhibenda eſt ſingulis dictionibus: non ut Cleanthis cavillationem ſequamur, Ζεῦ ἄνα, Δωδωναῖε, legere jubentis uno verbo ἀναδωδωναῖε, *omnia ſurſum proferens, procreans:* nec Chryſippi jejunitatem, interpretantis Jovem εὐρύοπα, *validum in diſſerendo, et facultate orationis late digredientem.* Hæc Grammaticis: nos ea ſequamur, quæ probabilitatem cum fructu morum conjunctam habent: veluti Οὐδέ με θυμὸς ἄνωγεν, ἐπεὶ μάθον ἔμμεναι ἐσθλὸς, et multa ſimilia, quæ pertinent ad laudem virtutum, in primis prudentiæ, et oſtendunt virtutem in noſtra eſſe poteſtate ac diſcendo comparari.

XII. Porro, ut apis ex amariſſimis floribus et aſperrimis ſpinis leniſſimum et utiliſſimum mel facit; ita juvenis diſcat ex peſſimis etiam locis aliquid utilitatis trahere. Hujuſmodi eſt illud Agamemnonis, qui avaritiæ ſuſpectus eſt, quod ab homine ditiſſimo præſtantiſſimam equam dono accepit, eumque a militiæ neceſſitate liberavit. Ariſtoteles id commode ad laudem Agamemnonis transfert, qui prudenter fecerit præponenda generoſa equa ignavo viro. Thetis conſolatur filium Achillem, admonens eum re venerea frui. Turpiter ad ſpeciem: at turpitudinis ſpecies obruatur apponenda Achillis continentia, qui quamvis

amans, Briſeide ad ſe veniente tamen abſtinet, nec ad voluptatis perceptionem feſtinat: nec amicum luget, ut vulgo ſit, nil agendo et officiis omittendis, ſed actuoſum ſe præſtat in munere militari et imperatorio. Ad idem genus referendæ ſunt παραδιορθώσεις, *correctiones*, per quas ipſa dictio Poetæ immutatur et a mala in bonam ſententiam convertitur. Quo genere uſi ſunt Antiſthenes, Zeno, Cleanthes. Veluti quum Athenienſes in theatro ſententiam Euripidis, Τί δ' αἰσχρὸν, ἢν μὴ τοῖσι χρωμένοις δοκῇ, cum plauſu et approbatione exciperent, Antiſthenes continuo occinuit, Αἰσχρὸν τό γ' αἰσχρὸν, κἂν δοκῇ, κἂν μὴ δοκῇ. Dictum Sophoclis, Ὅσις δὲ πρὸς τύραννον ἐμπορεύεται, Κείνῳ 'ςὶ δοῦλος, κἂν ἐλεύθερος μόλῃ, ſic immutavit Zeno in altero verſu, Οὐκ ἔσι δοῦλος, ἂν ἐλεύθερος μόλῃ. Sic nos dictis improbandis continuo ipſi confutationem opponamus: et verbi gratia, huic verſui Φόβος τὰ θεῖα τοῖσι σώφροσι βροτῶν, ſtatim ſubjiciamus, *Minime vero, ſed* Θάρσος τὰ θεῖα τοῖσι σώφροσι βροτῶν: *res divinæ fiduciam prudentibus hominibus addunt: at formidinem injiciunt imprudentibus, ingratis, ſtultis, quod cauſſam principem et effectricem omnis boni, ut nocentem et maleficam ſuſpicantur et metuunt.*

XIII. Huic proximum eſt præceptum, ut boni dicti vim, quantum fieri poteſt, dilatemus, et ad omnia ſimilia officia transferamus. Menandri eſt ſententia, Μακάριος ὅσις οὐσίαν καὶ νοῦν ἔχει· hoc non ad, οὐσίαν, opes ſolas adſtringamus, ſed ad alia etiam referamus, *Beatus qui gloriam et mentem habet, qui imperium, qui facundiam, et mentem habet.* Hanc rationem recte demonſtravit Chryſippus. Sed etiam accommodanda eſt cum reprehenſionibus, tum laudationibus. Apud Sophoclem in Scyriis increpat Ulyſſes Achillem inter puellas ſedentem et fila ducentem, Ξαίνεις, ἀρίζου πατρὸς Ἑλλήνων γεγώς; nos hoc ad aliorum etiam reprehenſionem vitiorum adhibeamus, Πίνεις, ἀρίζου πατρὸς Ἑλλήνων γεγώς; In primis juvat cognoſcere, quibus rebus, unde ductam, laudem aut vituperationem, tribuat Homerus. In ſalutationibus et compellationibus non vocat καλοὺς, πλουσίους, ἰσχυρὰς, *formoſos, divites, robuſtos:* ſed Ulyſſem πολυμήχανον, Hectorem Διὶ μῆτιν ἀτάλαντον, Achil-

lem μέγα κῦδος Ἀχαιῶν: in vituperationibus, οἰνοβαρὲς, κακοφραδὲς, ἀμαρτοεπές. Ulyſſes vituperans Therſitem non dicit *claudum, calvum, gibberum,* ſed ἀκριτόμυθον, *temere loquacem.* Venus filium Vulcanum blande appellat a claudicatione, Ὄρσεο, κυλλοπόδιον, ἐμὸν τέκος. Ita Homerus ridet eos, quos claudicationis, cæcitatis, aliorumque corporis vitiorum pudet; quaſi quidquam nobis a fortuna datum turpe ſit. Itaque recte intelligendis Poetis diſcemus, utramque fortunam prudenter ferre: nec ſecundis in rebus efferri, ut aliis vitia corporis, generis, fortunæ exprobremus: nec adverſis in rebus animum ad humilitatem demittere, ſed ad excelſitatem erigere, nec aliorum in nos dicteriis, conviciis, riſu commoveri.

XIV. Denique docens operam dabit, ut proba utiliaque Poetarum dicta in animo diſcentis ad majorem fidem confirmet augeatque teſtimoniis ſimilibuſque dictis Philoſophorum apponendis. Igitur, ut paucis exemplis defungamur, Homerico illi Ζεὺς γάρ τοι νεμεσᾷ, ὅτ' ἀμείνονι φωτὶ μάχοιο, adhibebit Biantis Γνῶθι σαυτὸν, idque ejuſdem eſſe ſententiæ oſtendet: Heſiodea Νήπιοι οὐδ' ἴσασιν ὅσῳ πλέον ἥμισυ παντὸς, et alterum Ἡ δὲ κακὴ βουλὴ τῷ βουλεύσαντι κακίστη, eodem valere, quo Platonis in Gorgia et Republica placitum, *pejus eſſe injuriam inferre, quam pati:* Æſchyli, Θάρσει, πόνου γὰρ ἄκρον οὐκ ἔχει χρόνον, idem eſſe, quod Epicuri, *magnos dolores celeriter præterire, diuturnos magnitudine carere.* Ita juvenis ſenſim conciliabitur placitis Philoſophorum, nec ita temere repletus obſituſque erroribus et pravis opinionibus a nutrice et matre, atque adeo a patre et pædagogo, colentibus et mirantibus divites, mortem ac dolorem horrentibus, virtutem divitiis et gloria carentem contemnentibus: his igitur erroribus magis purgatus ad Philoſophiam accedet: quibus obſiti ad eam accedentes et contraria laudari audientes, turbantur, ſtupent, refugiunt; niſi antea veritatem paulatim in fabulis agnoſcere conſueverint: veluti qui Solem ipſum intueri nequeunt, ejus imaginem in aqua, vel ejuſmodi aliena luce cognoſcere diſcunt. His igitur de cauſſis juvenis Poetas legens opus habet prudente viæ duce et quaſi gubernatore,

ne occupatus ſuſpicione et aſpernatione, ſed potius præparatus inſtitutione et notitia conciliatus, placidus et familiaris a Poeſi ad Philoſophiam deducatur.

14. D. Φιλόξενος ὁ ποιητὴς] Additum eſt ὁ ποιητὴς, ut hic ab aliis Philoxenis diſtinguatur: et ſimul ſignificationem præbet, Plutarchum in ea fuiſſe ſententia, non plures fuiſſe hoc nomine poetas, ſed unum hunc patria *Cytherium*, Dionyſii majoris Syracuſani familiarem, vulgo *Dithyrambicum*, nonnumquam *Lyricum*, *Tragicum*, aut *Melicum* cognominatum. De quo et aliis vulgo cum eo confuſis Philoxenis, quum hoc loco exponere longum ſit, diſſeremus in Bibliothecæ Criticæ Vol. III. Part. III. primo quoque tempore, ut ſperamus, edenda.

14. D. Σήδατε] Hoc profectum eſt a correctione editoris Baſileenſis, quam ſecuti ſunt Xyl. Amiot. Grot. Mez. At vero Ald. indeque Stephanus cum omnibus ſcriptis codicibus habent Σήδαπε, niſi quod Harlei. novo etiam vitio fert Σαίδαπε. Cruſerius utrumque nomen omiſit. Equidem non auſim negare Σήδαπος, aut Σηδαπὸς, et Græcum et Latinum haberi poſſe nomen, ſive proprium, ſive ſubſtantivum, ſive adjectivum; licet nullum ejus exemplum proditum ſit; quippe hanc formam analogia tuetur ſimilium ἡμεδαπὸς, ὑμεδαπὸς, ἀλλοδαπός; ut σηδαπὸς ſit pro σεδαπὸς, aut σοδαπὸς, ō mutato in η̄, ut frequenter in nominibus compoſitis: idemque jus obtineat ac Latinum *Tuas*, *Tuatis*, unde eſt *Tuatim*, quod ex Plauto adfert Nonius p. 179. Si Græcum haberi poteſt, poterit item haberi Latinum; quandoquidem Latina pleraque nomina propria originis Græcæ ſunt. Attamen Σήδατε, ut probabilius, edendum duxi; vel ſola nominis proprii conſuetudine et auctoritate; nam ipſe quidem Plutarchus nuſquam alibi *Sedatum* memorat. Apud Gruterum Inſcript. MLXXIV. 10. legitur *C. Sedatus Florus:* et MLXXVII. *M. Sedatus. C. F. Severianus:* apud Mazochium Commentar. ad Tabulas Heracl. p. 389. *Sedato*. Eſt et apud Ariſtidem T. I. p. 301. 324. 331. *Sedatus Nicæenſis*, cui antea Theophilo nomen fuerat: et Epiſcopi nomen *Sedatus* ap. C. Geſnerum Bib-

liothec. et Glandorpium Onomaſtic. in voce Sedatus, et Fabric. Bibl. Gr. T. XI. p. 441. et alibi. Cæterum in hoc Plutarchi loco vera lectio potuit fuiſſe Σηδάτιε; quo facilius τι in π mutaverit errans librarius. Nam et *M. Sedatii* illorum temporum fuerunt clari homines: quorum nomina exſtant apud eundem Gruter. CXXVI. et MLXXVII. conferendum cum Th. Reineſio, Claſſ. X. 2. p. 596. et 597.

14. D. τῶν κρεῶν τὰ μὴ κρέα ἥδιςά ἐςι, καὶ τῶν ἰχθύων οἱ μὴ ἰχθύες.] Dicti ſenſus per ſe manifeſtus, non erat, quare explicaretur. Attamen, quando Potterus omiſſam ab Eraſmo Apophth. VI. 15. allati dicti explicationem deſiderans, ſuam ipſe protulit, eam referamus: *Suaviores*, inquit, *eas carnes dicit, quæ ad piſcium naturam propius accedunt, qualem habent volucres quædam flumineæ: piſces autem illos eſſe ſuaviſſimos, qui carnem firmitate et ſapore maxime referunt, quales ſunt Sturiones (Ford).*

14. D. ὁ Κάτων] Cato major, cognomine *Cenſorius*, non *Cenſorinus*; quod miror Krebſio, homini docto ac diligenti, excidiſſe. Idem dictum in hujus Vita prodit Plutarchus p. 341. C: τῶν δὲ φιληδόνων τινὰ βελόμενον αὐτῷ συνεῖναι παραιτέμενος ἔφη, Μὴ δύναδαι ζῆν μετ' ἀνδρώπε τῆς καρδίας τὴν ὑπερῴαν εὐαιδητοτέραν ἔχονλος. Atque hinc fortaſſe fluxit illud Ciceronis Fin. II. 8: *nec enim ſequitur, ut, cui cor ſapiat, ei non ſapiat palatum.*

14. E. δῆλόν ἐςιν ἡμῖν.] Memini mihi aliquando recenti in lectione Plutarchi hanc formam accidiſſe frigidam et corruptelæ ſuſpicionem moviſſe. Igitur quod mihi obfuit, ne aliis item obſit, cavendum videtur, monendumque eamdem formam aliis etiam locis apud Plutarchum exſtare: veluti Opp. Moral. p. 38. C. 68. C. 625. D. Vit. Themiſtocl. p. 112. A.

14. E. τὰ Αἰσώπεια μυθάρια—ἀλλὰ καὶ τὰ περὶ ψυχῶν δόγματα] Vera videtur vetus lectio, modo καὶ ponatur ante τὰ περὶ τῶν ψυχῶν—. hoc modo: Οὐ γὰρ μόνον τὰ Αἰσώπεια μυθάρια ϗ τὰς ποιητικὰς ὑποθέσεις, ἀλλὰ ϗ τὸν Ἄβαριν τὸν Ἡρακλείδε καὶ τὸν Λύκωνα τὸν Ἀρίςωνος διερχόμενοι, καὶ τὰ περὶ ψυχῶν δόγματα μεμιγμένα μυθολογίᾳ, μεθ' ἡδονῆς ἐνθυσιῶσι. Ratio

eſt hæc, quod Æſopicæ fabulæ et poetica argumenta ad puerilem inſtitutionem, reliqua ad adoleſcentiæ diſciplinam et philoſophiam referuntur. Illa in Grammatici ſchola legendo cognoſcebantur, apud Rhetorem ſcribendo tractabantur: habebatque initium ac primum locum progymnaſmatum μῦθος Αἰσώπειος, ſecundo loco erat διήγημα, *narratio*, cujus eſt genus quoddam *argumentum poeticum*, id eſt, brevis ac perſpicua narratio fabulæ, quæ in poemate latius fuſiuſque expoſita eſt. Cujus inſtituti ratio uberius intelligitur ex Rhetoribus, Quinctiliano Inſt. Or. II. 4. Hermogene apud Priſcianum in Præexercitamentis 1. et 2. nuper demum edito Græce in Biblioth. Antiq. Litt. Theone Progymnaſmatum capite 3. et 4. Aphthonio, 1. et 2: quibuſcum conferatur Cicero Invent. I. 19: et Auctor ad Herennium I. 8. Heraclidis liber Abaris, et Ariſtonis Lycon, unica hac Plutarchi mentione adhuc cogniti ſunt. Abaris hyperboreus, ut fabuloſum, ita celebratum apud veteres fuit nomen: Heraclides quin cognomine *Ponticus* ſignificetur, vix dubitari poteſt; ſiquidem hujus cum tabularum ſtudio tale ſcriptionis argumentum convenit. Ariſtonem puto dici non Chium illum Stoïcum, ſed Ceum Peripateticum, ſucceſſorem Lyconis, a cujus nomine eum nomen libro poſuiſſe credibile eſt: cui adeo pleraque, quæ Ariſtoni Chio tribuebantur, ſcripta adjudicarunt idonei judices, Panætius et Soſicrates, ut refert Diogenes Laert. VII. 163. cui adhibendus eſt locus Ciceronis Fin. V. 5. Quod autem Glyconem, quo cognomine propter ſuavitatem appellabatur Lycon Horatii Epiſt. I. 1. 30, eumdem atque hunc Peripateticum eſſe vult Menagius ad Diog. Laert. V. 67. mihi quidem non probat. Cæterum a lectione hujuſmodi librorum et placitis περὶ τῶν ψυχῶν mixtis μυθολογίᾳ, quales in Platonis Phædone, Gorgia, de Republica libro decimo, Plutarchi de Sera Numinis Vindicta, de Genio Socratis, de Anima, ab horum igitur lectione initium et gradus fiebat a pueritiæ ſtudiis ad ſtudia adoleſcentiæ et cognitionem philoſophiæ; quandoquidem habent quandam μύθου et λόγου conjunctionem: de quo monet eruditus ſcriptor Theon Progymnaſm. Cap.

II. p. 15. et Cap. III. p. 30: et nos in peculiari editione libelli Plutarchei de Sera Num. Vind. p. 82.

14. F. Οὔτε γὰρ πόλιν αἱ κεκλεισμέναι πύλαι τηροῦσιν ἀνάλωτον, κ. τ. λ.] Comparandus est similis argumento et verbis locus Plutarchi, Sympos. VII. 5. p. 705. C—F. cujus hæc in primis pars eamdem habet imaginem: δεῖ δὲ καὶ τὴν ἐν ὄμμασιν καὶ τὴν ἐν ὠσὶν γαργαλίζουσαν μαλακίαν καὶ ἡδυπάθειαν φοβεῖσθαι· καὶ μήτε πόλιν ἀνάλωτον νομίζειν τὴν τὰς ἄλλας πύλας βαλανάγραις καὶ μοχλοῖς καὶ καταράκταις ὀχυρὰς ἔχουσαν, ἂν διὰ μιᾶς οἱ πολέμιοι παρελθόντες ἔνδον εἰσίν· μήτε ἑαυτὸν ἀήττητον ὑφ' ἡδονῆς, εἰ μὴ κατὰ τὸ Ἀφροδίσιον, ἀλλὰ καὶ τὸ Μουσεῖον ἑάλωκεν, ἢ κατὰ τὸ θέατρον. De corrupto per aures animo, operæ pretium sit conferre Dionem Chrysostom. Orat. XXXIII. p. 408. D. 411. A: qui cæteroquin Platonis illam corruptæ Musicæ reprehensionem sequitur, proditam Rep. VII. p. 447. B. Leg. III. p. 594. F. indeque memoratam Ciceroni Leg. II. 15. et III. 14. Similitudinem portæ eleganter in Epicuri laude adhibuit Lucretius VI. 31. prædicans eum docuisse viam consequendi summi boni,

Quidve mali foret in rebus mortalibu' passim—
Et quibus e portis occurri cuique deceret.

Et Hieronymus Adv. Jovinian. II. p. 53. G. ex Porphyrio De Abstin. I. 33. eamdem comparationem de suo addens persequitur: *Non potest ante metropolis et arx mentis capi, nisi per portas ejus irruerit hostilis exercitus. Horum perturbationibus anima prægravatur, et capitur, aspectu, auditu, odore, sapore, tactu.*

p. 15. A. ἡλίκος ὑμός τε νῦν Σώκλαρός ἐστι καὶ ὁ σὸς Κλέανδρος] Cleander, ut item pater ejus Marcus Sedatus, nusquam alibi memoratur. At Soclari nomen satis est frequens in dialogis Plutarcheis, veluti in Symposiacis, Amatorio, et de Solertia Animalium. Et in Amatorio quidem non filium, sed æqualem esse Plutarchi, satis constat: nec, in duobus reliquis dialogis quare filium potius, quam alium cognominem, intelligamus, idonea est ratio. Sed de æqualibus Plutarcheis, id est, hominibus ejusdem ætatis ab ipso nominatis, siquidem Deus vitam nobis viresque largiatur, agemus in peculiari indice ac prosopographia.

Nunc proxima et maxime neceſſaria quæque primum confectamur.

15. A. Ἅπερ οὖν ἐμοὶ—κἂν δοκῇ σοι] Quod lectionem codicum A. et E. *niſi ut veram, certe ut legitimam, probandam eſſe* dixi, hoc, quandoquidem poſtea ſæpe in judicio de conſtituenda ſcriptura Plutarchi et factum eſt, et faciendum erit, quale ſit, moneatur. Omnis vera lectio eſt legitima, legitima omnis non continuo eſt vera. Vera eſt, quæ omnes in ſe numeros probabilitatis habet, id eſt, et auctoritatem optimorum librorum, et cum ſententiam, tum dictionem eam, ut ad intelligentium judicium alia lectio accommodatior præſenti loco et auctoris ingenio excogitari nulla poſſit. Legitima eſt, quæ habet auctoritatem optimorum librorum, ſive probabilitas dictionis ac ſententiæ adſit, ſive illa deſit. Igitur hanc lectionem, quippe firmatam auctoritate codicum optimorum A. et E. dicebamus *legitimam:* at non dicebamus *veram*, quia aliquid ad ſententiam hujus loci et conſuetudinem auctoris deſiderabamus. Quod quidem ita expletum fore videtur, ſi eam leni mutatione ad hanc formam conſtituamus: Ἃ δ' οὖν ἐμοὶ περὶ ποιημάτων εἰπεῖν πρώην ἐπῆλθε, νῦν πρός σε γεγραμμένα ἔπεμψα· κἂν δοκῇ σοι—. Solebat enim Plutarchus habere ſcholas, quas et diſſertationes appellant, eaſque poſtea conſcribere et edere: ut apparet ex principiis quorumdam librorum, veluti De Audiendo p. 37. C. De Capienda ex inimicis utilitate p. 86. C: Adverſus Epicurum p. 1086. C, D: Adverſus Colotem p. 1107. E. Ad quos locos qui hunc exigat, is noſtram conjecturam proxime ad Plutarchi conſuetudinem accedere intelliget.

15. B. τῶν ἀμεθύσων καλουμένων, ἃ τινες ἐν τοῖς πότοις περιάπτονται ἢ προλαμβάνουσι] τὰ ἀμέθυσα, ſcilicet φάρμακα, ſunt quævis remedia ebrietatis vel depellendæ vel cavendæ: ἡ ἀμέθυσος eſt *lapis* et *herba:* quibus an ab eadem efficacia nomen additum ſit, dubitari a Veteribus, intelligimus e Plinio H. N. XXXVII. 40. et Plutarcho Sympoſ. III. 1. p. 647. B. Tamen et fœminino nomine τὰς κατασκευαζομένας ἀμεθύσους dicit Athenæus I. p. 34. *remedia illa ex artis præceptis compoſita*; ubi plura docet Caſaubonus.

Hæc vel *ſuſpendebantur e collo*, ut Plinii verbis utar, quod eſt ἐξάπλεσθαι τῷ τραχήλῳ: vel circumligabantur corpori, quod eſt περιάπλεσθαι: vel per os inſerebantur, quacumque ratione, bibendo, edendo, ſorbendo, lingendo, quod eſt λαμβάνειν, et ſi fit ante vini potationem προλαμβάνειν. Quod non attendit Krebſius, accipiens eodem ſenſu, quo proximum προκαταλαμβάνειν *præoccupare*, *præmunire*, et interpretem Latinum ſecus reddentem reprehendens: quæ ſignificatio ut alibi valet, hoc loco abhorret a Plutarchi ſententia. Sic eſt in ſimili re Sympoſ. I. 6. p. 624. C: τῶν δὲ Δρύσῳ τῷ Τιβερίου Καίσαρος υἱῷ συμβιόντων, ὁ πάντας ἐν τῷ πίνειν προτρεπόμενος ἰατρὸς ἑάλω τῶν πικρῶν ἀμυγδάλων πέντε ἢ ἓξ ἑκάστοτε προλαμβάνων, ἕνεκα τοῦ μὴ μεθύσκεσθαι. Eamdem vim amygdali refert Dioſcorides de Medic. Mater. I. 176: ἔστι δὲ καὶ ἀμέθυσα προλαμβανόμενα ὅσον ε̄ ἢ ζ̄: ubi conſulatur doctiſſimus Saracenus. Credibile eſt, utramque formam ἀμέθυσος et ἀμέθυσος in uſu fuiſſe. De illa ſignificatione verborum προλαμβάνειν et λαμβάνειν, putidum ſit exempla adferre. Hoc loco in προλαμβάνεσι et προκαλαλάμβανε eſt quædam paronomaſiæ elegantia: de qua dicemus in Indice Grammatico.

15. B. εὐαγωγοτέραν ὑπὸ τῶν τοιούτων ὄσαν] Hic uſus pronominis τοιοῦτος minus apud alios ſcriptores frequens ex iis eſt, qui me novum in Plutarchi conſuetudine ad corrigendum induxerunt: et hoc quidem loco pro τῶν τοιούτων refingens τῶν ποιητῶν, vere mihi et acute egiſſe videbar. Denique, obſervata conſuetudine, vidi me falſo et imperite egiſſe. Ita admonendi ſunt lectores propter eamdem cauſſam, qua ſupra eos p. 14. E. admonuimus. Sic in Vita Ciceronis p. 881. B, C. item de carminibus: τῇ δὲ πρὸς τὴν ποίησιν εὐκολίᾳ παίζων ἐχρῆτο· λέγεται γὰρ, ὀπηνίκα ῥυείη πρὸς τὸ τοιοῦτον, τῆς νυκτὸς ἔπη ποιεῖν πεντακόσια· *ſi flueret ad tale, ſi tamquam flumine ferretur ad carminis ſcriptionem.* In hujus libri fine p. 36. E. ἀλύπως διαβλέπειν τὰ τοιαῦτα eſt item per appoſitionem ac ſubjecti mutationem dictum pro ταῦτα vel τὰ ποιήματα. Alios pleroſque locos numero ac pagina notaſſe ſufficiat: Opp. Mor. p. 85. C. 124. E. 125. D. 136. C. 140. C. 240. C. 410. B. 418. C. 434. D.

437. E. 533. F. 536. B. Vitarum p. 180. A. 184. E. 443. F. 538. D. 579. F. 596. E. 666. D. 779. D. 1064. E. Sed et in aliis, quamquam rarius, obſervavimus: in Platone Leg. VIII. p. 643. B: μηδέ τινα τολμᾶν ᾄδειν ἀδόκιμον μᾶσαν—ἀλλ' ὅσα ἀγαθῶν ὄντα ἀνδρῶν, ψέγονΐα ἢ ἐπαινεῖντά τινας, ἐκρίθη μετρίως δρᾶν τὸ τοιοῦτον. X. p. 674. F. XI. p. 684. B. D. XII. 689. A. Epinom. p. 704. B: εἰ οὖν τις διδάσκοι, κατὰ τρόπον δὲ μὴ δρῷ τὸ τοιᾶτον, κρεῖΤΤον μὴ μανθάνειν. Et Muſonius ap. Stob. Serm. XVII. p. 161: ὁ Ζήνων εἰκότως ἠξίε εὐλαβεῖσθαι τὴν πολυτέλειαν ἐν τῇ τροφῇ, καὶ μηδ' ἐπ' ὀλίγον ἐνδιδόναι πρὸς τὸ τοιοῦτον· et XXXVIII. p. 234. fine.

15. B. Πολύποδος κεφαλῇ—] Proverbium exſtat apud Diogenianum VII. 76: Πολύποδος κεφαλὴ, ἐνὶ μὲν κακὴ, ἐνὶ δὲ καὶ ἐσθλή. In Append. Vatic. III. 58: Πολύπε ἐν κεφαλῇ ἔνι μὲν κακὸν, ἔνι δὲ ἐσθλόν. In Metricis 124: Πολύποδος κεφαλῇ ἔνι μὲν κακὸν, ἐν δὲ καὶ ἐσθλόν. Ap. Euſtathium Il. Ω. 527. p. 1363. Πολύποδος κεφαλὴ ἔνι μὲν καλὸν (l. κακὸν), ἔνι δὲ ϗ ἐσθλόν. Noſtri codices in ἓν—ἓν diſſentiunt: A. E. Harl. Rod. ἐνὶ—ἐν. Ald. Baſ. Xyl. ἐν—ἐν. T. V. G. Moſc. 1. 2. Colleg. Nov. ἐνὶ—ἐνί. Ex D. et C. nil diverſitatis ab hac Stephaniana lectione habemus. Rem partim attigit Plutarchus Symp. VIII. 10. p. 734. E: ὅτι δέ ἐσι τῶν βρωμάτων ἔνια δυσόνειρα καὶ ταρακτικὰ τῶν καθ' ὕπνον ὄψεων, μαρτυρίοις ἐχρῶντο τοῖς τε κυάμοις ϗ τῇ κεφαλῇ τᾶ πολύποδος, ὧν ἀπέχεσθαι κελεύσι τὰς δεομένας τῆς διὰ τῶν ὀνείρων μαντικῆς.

15. B. τῷ βρωθῆναι μέν ἐσιν ἥδιςος] Nemo requirat τῷ: nec tamen auſus ſum unius codicis C. auctoritate omittere. Græca conſuetudo poſtulat ἥδιςος βρωθῆναι ſine τῷ. Quod de uſu Infinitivi cum τῷ traditur a Vigerio et Hoogeveenio Idiotiſm. p. 15. et ab hoc, Doctrin. Particul. p. 1255. quia cauſſam ſignificat, ab hoc loco alienum eſt. Alibi in Plutarcho ſimilem huic legere memini conſtructionem, Opp. Mor. p. 80. C: οὗτος τῷ νοῆσαι πράγματα δεινότατος ὤν: ubi τῷ abeſt in E. Venet. T. V. et Græco-Latinis editionibus: eraſum in A: a nobis item omiſſum. Plutarchus Ariſtide p. 319. B: τῷ φρονεῖν ἐδόκει τις εἶναι περιτὸς eſt pro τὴν φρόνησιν περιτὸς, *excellens in prudentia*. Atque ita τῷ reſtituimus pro vulgato τὸ Quæſt. Gr. p. 295.

A: γυναῖκα καὶ τῷ φρονεῖν περιτλὴν, καὶ σώφρονα διαφερόντως. Coriolano p. 226. C: τὸ φρονεῖν καὶ τολμᾶν περιτλός· malim τῷ. Atticus ap. Euſeb. Præp. Evang. XV. p. 804. C: ἐλπίσας περιτλότερος φανεῖσθαι τῷ φρονεῖν, *ſperans ſe excellentiore prudentia viſum iri.*

15. C. Φάρμακα πολλὰ—] Homer. Odyſſ. Δ. 230.

15. C. Ἔνθ' ἔνι μὲν φιλότης—] Homer. Il. Ξ. 216.

15. D. Γοργίας δὲ τὴν Τραγῳδίαν εἶπεν ἀπάτην—] Idem dictum tribuit Gorgiæ Plutarchus in libro de Gloria Athenienſium p. 348. C. Quominus Krebſii conjecturam probo pro δικαιότερος corrigere tentantis δεξιώτερος.

15. D. τὸ Ἐπικούρειον ἀκάτιον ἀραμένης ποιητικὴν φεύγειν—] Epicurus, quum omnes liberales diſciplinas a ſchola ſua et a philoſophia repudiaret, compluribus dictis et reprehendit earum ſtudioſos, et ſuos ab illarum ſtudio dehortatus eſt: e quibus dictis eſt hoc in Epiſtola ad Pythoclem apud Diogenem Laert. X. 6: παιδείαν δὲ πᾶσαν, μακάριε, φεῦγε τὸ ἀκάτιον ἀράμενος: ita enim verisimillime emendavit vir magnus P. Gaſſendus in Commentario ad librum X. Diog. Laertii p. 58. Idem dictum refert Plutarchus in libro Adverſus Epicurum p. 1094. D. —τοὺς μὲν ἐπαραμένους τὰ ἀκάτια φεύγειν ἀπ' αὐτῶν κελεύσει. Πυθοκλέους δὲ πάντες καὶ πᾶσαν δέονται δι' Ἐπικούρου ἢ ἀντιβολοῦσιν ὅπως οὐ ζηλώσῃ τὴν ἐλευθέριον καλουμένην παιδείαν. Neque Gaſſendi conjecturam minus probabilem reddit, quod in hoc altero Plutarchi loco, admonitio ad alios referri, nec eodem dicto cum Pythocle communicari, videtur; ſiquidem in libro illo Plutarchus Epicurum et Epicureos plerumque plurali numero indefinite, λέγουσι, κελεύουσι, ponit: et contentus fuit, dictum quodque appoſuiſſe, auctore, iiſque, ad quos dictum referretur, univerſe ſignificatis. Quinctilianus quoque, eodem notante Gaſſendo, hoc Epicuri dictum ſignificavit, Inſtit. Orat. XII. 2. p. 1062: *Nam in primis nos Epicurus a ſe ipſe dimittit, qui fugere omnem diſciplinam navigatione quam velociſſima jubet.* Alii deinde ſcriptores huic Epicuri præcepto celeberrimum illud Ulyſſis factum adjunxiſſe videntur, Sirenes velociſſima navigatione prætervehentis, auribus ſociorum cera obturatis: præcipue

Dion Chryſoſtomus Orat. XII. p. 204. A, B: ἄνθρωποί τινες σοφώτεροι γινόμενοι τῆς ἁπάσης σοφίας, οὐ κηρὸν ἐγχέαντες τοῖς ὠσὶν, ὥσπερ, οἶμαι, φασὶ τὲς Ἰθακησίες ναύτας ὑπὲρ τᾶ μὴ κατακοῦσαι τῆς τῶν Σειρήνων ᾠδῆς, ἀλλὰ μολίβδω τινὸς μαλθακὴν ὁμοῦ καὶ ἄτρωτον ὑπὸ φωνῆς φύσιν· ἔτι δ' οἶμαι πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν σκότος πολὺ προβαλλόμενοι καὶ ἀχλὺν, ὑφ' ἧς Ὁμήρός φησι κωλύεσθαι τὸν καταληφθέντα γιγνώσκειν θεὸν, ὑπερφρονᾶσι τὰ θεῖα· καὶ μίαν ἱδρυσάμενοι δαίμονα πονηρὰν, ἄλυπον τρυφήν τινα, ἢ ῥαθυμίαν πολλὴν καὶ ἀνειμένην ὕβριν, ἡδονὴν ἐπονομάζοντες, γυναικείαν τῷ ὄντι θεὰν προτιμῶσι καὶ θεραπεύουσι, κυμβάλοις τισὶ ἢ ψόφοις καὶ αὐλοῖς αὐλέμενοι (vel κηλούμενοι). Τῆς εὐωχίας οὐδὲὶς ἐκείνοις φθόνος, εἰ μέχρι τοῦ ᾄδειν αὐτοῖς τὸ σοφὸν ἦν, ἀλλὰ μὴ τοὺς θεοὺς ἡμῶν ἀφῃροῦντο καὶ ἀπῴκιζον—· ita enim leviter corrigendus erat locus. Sed ἀράμενοι τὸ ἀκάτιον vereor ut recte intellectum ſit iis, qui univerſe accipiunt *velociſſima navigatione fugere*, aut *lintre prætervehi*. Eſt quidem ἄκατος et ἀκάτιον, *linter, cymba parva et velox, ſcapha*, ſatis frequenti mentione in Veterum ſcriptis, indeque repetita Scriptoribus recentioribus de Re Navali, Laz. Bayfio p. 90. et Jo. Scheffero II. 2. p. 70. Sed αἴρεσθαι ἀκάτιον ſi poſſit notare *auferre lintrem, ſumere ſibi lintrem*, tamen *navigare lintre* minus poſſit notare: et utrumque erit contra conſuetudinem Græcam. Hoc loco ἀκάτιον eſt *velum navigii maximum*; nam et hæc eſt ſignificatio ἀκαλίᾳ, et præterea alia, veluti *mali maximi in navigio*, et *poculi*: ut traditur a Polluce I. 91. Heſychio in voce: quibus adhibeatur H. Stephanus Theſ. L. Gr. T. I. p. 263, 264. Igitur αἴρεσθαι τὸ ἀκάτιον eſt *maximum navigii velum tollere, pandere*: quod frequentius dicitur αἴρεσθαι τὰ ἱσία, apud Plutarchum in Antonio p. 946. E: αἱ Κλεοπάτρας ἑξήκοντα νῆες ὤφθησαν αἰρόμεναι πρὸς ἀπόπλουν τὰ ἱσία· ſæpius etiam ἐπαίρεσθαι: Sympoſ. IV. 1. p. 662. C: οὐκ ἂν οὖν ἡμᾶς διαβάλλοι Φιλῖνος, εἰ μὴ τὰ ἱσία ἐπαράμενοι τὴν ἡδονὴν φεύγοιμεν. De Herodoti Malignitate p. 870. B: Ἀδείμαντος—ἔφευγεν, οὐ πρύμναν κρεσάμενος, οὐδὲ διαδὺς ἀτρέμα διὰ τῶν μαχομένων, ἀλλὰ λαμπρῶς ἐπαιρόμενος τὰ ἱσία. Theſeo p. 7. D. 9. E. Lucullo p. 493. B. In homonyma ſignificatione *rerum navalium* et *poculorum* luſit Epicrates Comicus in Athenæi fragmento

quod retulit Caſaubonus, Animadv. IX. 4. p. 782. F: κατάβαλλε τἀκάτια, κυλίκια αἴρου τὰ μείζω—· quæ non item expedita ſunt, ut proxima, adhibita Valckenario Diatrib. in Euripid. Fragm. p. 235. Et in Ariſtophanis Lyſiſtr. 64: —Ἡ γοῦν Θεαγένους Ὡς δεῦρ' ἰοῦσα, τἀκάτιον ἤρετο, *Theagenis quidem uxor, tamquam huc abiens, acatium tollebat,* acumen ſententiæ conſtabit, ſive ἀκάτιον ſumatur pro *velo* aut *malo navis,* ſive pro *cymba* aut *poculo:* modo verſui ſuccurratur legendo vel ἐπήρετο, vel cum Biſeto ἀνήρετο: et præferam vulgatam illi alteri lectioni, ut frigidæ, e Suida in Ἑκάτειον, ſuſceptæ a Bentleio, et probatæ Brunckio,— Ὡς δεῦρ' ἰοῦσα θοὐκάτειον ἤρετο. *Attamen Theagenis uxor, tamquam horſum venire cupiens, Hecatæ ſimulacrum conſuluit.* Et ſi uſquam a tantorum judicio virorum diſſentire licet, hoc mihi in loco diſſentienti veniam haberi velim.

15. D. ὀρθῷ τινι λογισμῷ περιςάντες καὶ καταδέοντες τὴν κρίσιν—] *Circumſtantes et vincientes judicium recta quadam ratione.* Περίςαντες in Latina Verſione *circumdantes* redditum reliquimus, ut ex uſitatis proxime accedens ad verbi vim, et ut perſpicuum. Diſſentiunt codices: παραςάντες, V. A. C. παριςάντες, Moſc. 2. Schott. Jannot. Rodolph. Anon. Exempl. Turneb. reliqui vulgatam tuentur: quam quare ſuſpectam haberet Krebſius, ratio idonea non erat. Περιϊςὰς eſt participium præſentis activi περιΐςημι: περιςὰς participium aoriſti ſecundi medii περιΐςαμαι: et ut forma et ſignificatio paſſiva eſt in aoriſtis primis paſſivi περιεςάθην, περιςαθείς; ita forma paſſiva aoriſti ſecundi ex analogia debebat eſſe περιεςάην, περιςαείς, ſed uſu fit περιέςην, περιςὰς, ſignificatione media, ſeu neutra, *circumſtandi.* Sic παριςάντες eſt participium præſentis activi, παραςάντες participium aoriſti ſecundi medii. Hæc monenda erant, quia vulgo in iis turbatur: uberius exponetur de his, ut et de diverſis utriuſque verbi ſignificationibus in Indice Grammatico et Lexico Plutarcheo: nunc ſatis nobis vulgatam defendiſſe. Itaque primum legatur Plutarchi locus geminus in libro De Virtute Morali p. 451. C: μέτεςιν οὖν αὐτῷ (τῷ ἀνθρώπῳ) καὶ τοῦ ἀλόγου, ἡ σύμφυτον ἔχει τὴν τοῦ πάθους ἀρχὴν, οὐκ ἐπεισόδιον ἀλλὰ ἀναγκαίαν οὖσαν, οὐδὲ ἀναιρετέαν

πανταπασιν, ἀλλὰ θεραπείας καὶ παιδαγωγίας δεομένην. Ὅθεν οὐ Θρᾴκιον οὐδὲ Λυκούργειον τῷ λόγῳ τὸ ἔργον ἐστὶ, συνεκκόπτειν καὶ συνδιαφθείρειν τὰ ὠφέλιμα τοῖς βλαβεροῖς τοῦ πάθους, ἀλλ' ὥσπερ ὁ φυτάλμιος θεὸς καὶ ἡμερίδης τὸ ἄγριον κολοῦσαι καὶ ἀφελεῖν τὴν ἀμετρίαν, εἶτα τιθασσεύειν καὶ περιίσασθαι τὸ χρήσιμον: id est, *manſuefacere et colere utilem partem*, quaſi *defendere, tueri, circumſtare*, quod item Latinis dicitur. Sed præſentis conſtructionis forma rara eſt, nec alio nunc exemplo mihi cognita: frequens et ordinaria erat, περισῆσαι τῇ κρίσει ὀρθὸν λογισμόν. Verbum καταδῆσαι habet illud quidem incantandi vim nec abhorrentem a λογισμῷ: pertinet tamen, quod et Krebſius monuit, ad illud Ulyſſis modo memoratum facinus, quod eum narrantem facit poeta Od. M. 178. Οἱ δ' ἐν νηῒ μ' ἔδησαν ὁμοῦ χεῖράς τε, πόδας τε, Ὀρθὸν ἐν ἱστοπέδῃ—.

15. E. Οὐδὲ γὰρ οὐδὲ Δρύαντος—] Homer. Il. Z. 130. quem ſignificavit Plutarchus loco ſupra appoſito, Opp. Mor. p. 451. C.

15. E. ὥς φησιν ὁ Πλάτων] Leg. VI. p. 622. D: quem locum comparationi adhibet Plutarchus in Fragmento apud Stob. Serm. CVI. p. 586. 3: dijudicat Longinus de Sublim. Sect. XXXII.

15. E. Μηδὲ ἡμεῖς οὖν τὴν ποιητικὴν ἡμερίδα ἐκκόπτωμεν] Miror, Krebſium ἡμερίδα pro vitio typographico habuiſſe: ἡμερὶς eſt *vitis*: quod vel Stephanus ſatis docuit Theſ. L. Gr. T. I. p. 1468. A. Philo Jud. vocat τὴν ἡμερίδα ἄμπελον, De Nomin. Mutat. p. 1070. A. Ac Διόνυσον ἡμερώσας ἄμπελον καὶ ποτὸν ἐξ αὐτῆς ἀναχέας ἥδιστον ὁμοῦ καὶ ὠφελιμώτατον ψυχαῖς τε καὶ σώμασι—. Nec Plutarchum dedecet tralatio, quæ a proxima Lycurgi mentione commendatur.

15. F. ὑλομανεῖ] Elegans in hac comparatione verbum: proprie dicitur de terra ac ſegete, in primis de vite, quæ per luxuriem et fœcunditatem ὕλην profert, id eſt, *herbas ſtirpeſque frugibus nocentes*: ut Reiſkius ὑθλομανεῖ corrigere tentans, ipſe ὑθλομανεῖν videatur: ὕθλος eſt *anilis fabula, nugæ*; verbum ὑθλομανεῖν non niſi analogiæ habet auctoritatem, exempli nullam. At vulgatum et proprio et metaphorico ſenſu frequentatur: quod poſt Stephanum Theſ. L. Gr. T. III. 1737. monuit P. Weſſelingius ad Diodor.

Sic. T. II. p. 533. Et de vitibus maxime dicitur, ut Latinis *ſilveſcere*. Sotion Geoponic. V. 40: τὰς ὑλομανούσας (ἀμπέλους) μακροτομεῖν δεῖ, ἐκκληματούμεναι γὰρ λωφῶσιν. Clemens Alexandrin. Pædagog. I. p. 138. 5: καθυλομανεῖ γὰρ μὴ κλαδευομένη ἡ ἄμπελος. Syneſius Inſomn. p. 150. B: τὴν ὕλην κατασκευὴν τῆς γλώττης ὑλομανοῦσάν τε καὶ φλεγμαίνουσαν ὀνομάτων καινότητι— *orationem laſcivientem ac tumentem verborum novitate*. Johannes Chryſoſtomus Homil. De Fato et Provid. I. T. I. p. 718. D: ἵνα καθάπερ δρεπάνῃ τῷ λόγῳ τὰ ὑλομανοῦντα πάθη τῆς διανοίας περικόπτοντες, ἔγκαρπα δένδρα γενώμεθα—. Iſidorus Peluſiota Epiſt. II. 228. fortaſſe ex hoc Plutarcheo loco profecit: ἡ γὰρ ποιητικὴ ἐστιν ὅπου τὸ μυθῶδες ἐπιποθοῦσα, ὕλην ἔχει τὸ ψεῦδος, ὑφ' ἡδονῆς ἀκρίτου θρασυνομένη ἐξυβρίζει καὶ ὑλομανεῖ, τὸ μυθῶδες καὶ θεατρικὸν ἐπιδεικνυμένη. Hippocratis locus, a Stephano allatus, exſtat T. I. p. 16. A. Ed. Charter. idemque apud Stob. Serm. LXXII. p. 441.

15. F. ὁ μανδραγόρας] Proverbii vim habet *mandragoram bibiſſe*, ab hujus vi ſoporifera: tetigit Eraſmus p. 1376: poſt eum Stephanus Schediaſm. VI. 6. T. Hemſterhuſ. ad Luciani Timon. p. 103. Ejus cum vino comparatio eſt apud Plutarchum Sympoſ. III. 5. p. 652. C. Philonem Jud. p. 896. A. Xenophontem loco vexato Sympoſ. II. 24. τῷ γὰρ ὄντι ὁ οἶνος ἄρδων τὰς ψυχὰς, τὰς μὲν λύπας, ὥσπερ ὁ μανδραγόρας, τοῖς ἀνθρώποις κοιμίζει, τὰς δὲ φιλοφροσύνας, ὥσπερ ἔλαιον φλόγα, ἐγείρει. Ita emendaveram, quum vidi, item pro τοὺς ἀνθρώπους Grotium ad Stobæum Serm. XX. p. 170. e codice Pariſ. annotaſſe τοῖς ἀνθρώποις. Athenæus XI. p. 504. C. ſimpliciter habet ἀνθρώπους, Artemidorus I. 68. ἀνδρὸς, quod Cornarius vertens *dolores*, videtur aut inveniſſe aut correxiſſe τὰς ἀνίας, vel ἀλγηδόνας, nec a vero magnopere aberraſſe. In variis lectionibus Collationis Gronovianæ in Athenæum et Artemidorum nil eſt medelæ aut varietatis. Attamen ineſt adhuc mendum Xenophonti, quod ſic ſanandum putem τοὺς ἄνθρακας κοιμίζει, *carbunculos ſedat*; ut adhibitus fuerit adverſus hæc ulcera: ut adverſus *ignem ſacrum*, quod Plinius tradit XXVI. 74. ubi vid. Harduinum: ἄνθραξ expoſitus a Fœſio Œcon. Hip-

pocr. p. 39. Mandragoram viti adſitum ei vim ſuam impertire, alibi legere me non memini.

p. 16. A. κατὰ τὸν Σοφοκλέα] Locus, quod ſciam, non aliunde cognitus, hinc in Fragmenta Sophoclis relatus a Brunckio T. II. p. 42: a Grotio in Excerpta p. 145. Dictio non magis poetica quam in illo Iſocrateo Archidam. p. 217. ὅπως ἂν χρήσηταί τις καὶ τοῖς πράγμασι καὶ τοῖς καιροῖς, οὕτως ἀνάγκη καὶ τὸ τέλος ἐκβαίνειν ἐξ αὐτῶν.

16. A. Πολλὰ ψεύδονται ἀοιδοὶ] In Proverbiis Metric. Schotti, 182. exſtat ſub nomine Ariſtotelis Phyſ. I. Equidem deprehendi Metaphyſ. I. 2: ἀλλὰ, κατὰ τὴν παροιμίαν, πολλὰ ψεύδονται ἀοιδοί. Platonico Dialog. Spurio De Juſto p. 733. A: εὖ ἡ παλαιὰ παροιμία ἔχει, ὅτι πολλὰ ψεύδονται ἀοιδοί.

16. B. εὖ πεποιημένη διάθεσις μυθολογίας] πεποιημένη tuetur ſe cum generali ſignificatione *faciendi*, tum vero peculiari *fingendi*, a qua ποιητὴς, *poeta*, dicitur: quam multi illuſtrarunt, e quibus præter Lexicographos ſatis eſt nominaſſe Taylorum ad Lyſiæ Epitaph. p. 27: Marklandum ad eumdem p. 435: Weſſelingium ad Herodot. II. 53. Aliud eſt λέξις πεποιημένη, quæ ſæpe in laude, ſæpe etiam in vitio ponitur, in Dionyſio Hal. Compoſ. Verb. §. 6. 39. Epiſtol. ad Pompei. §. 6: Longino Subl. III. 13. ubi Jac. Tollius plura adfert: et VIII. 4. Hoc enim loco de diſpoſitione fabulæ, non de ſtilo ac dictione, agitur. Sed et πεπλεγμένη huic loco accommodatum eſt, quamquam ex parte magis, quam ex toto; ſi quidem non omne genus μύθων complectitur. Nam e doctrina Ariſtotelis Art. Poet. Cap. 10: Εἰσὶ δὲ τῶν μύθων οἱ μὲν ἁπλοῖ, οἱ δὲ πεπλεγμένοι: hi definiuntur ita, ut habeant πρᾶξιν πεπλεγμένην, ἐξ ἧς μετὰ ἀναγνωρισμοῦ, ἢ περιπετείας, ἢ ἀμφοῖν, ἡ μετάβασίς ἐστι· id eſt, interprete D. Heinſio: *fabulæ aliæ ſunt ſimplices, aliæ implexæ; hæ ſunt, quarum tranſitio fit cum agnitione, aut cum mutatione in contrarium, aut cum utroque.* Cap. 13: δεῖ τὴν σύνθεσιν εἶναι τῆς καλλίστης τραγῳδίας, μὴ ἁπλῆν, ἀλλὰ πεπλεγμένην. Cap. 18. quatuor genera recenſentur Tragœdiæ, ex quibus prima eſt ἡ πεπλεγμένη, ἧς τὸ ὅλον ἐστὶ περιπέτεια καὶ ἀναγνώρισις. Cap. 24. eadem diviſione diſtinguitur Heroi-

cum carmen: Ἔτι δὲ τὰ εἴδη ταὐτὰ δεῖ ἔχειν τὴν ἐποποιΐαν τῇ τραγῳδίᾳ· ἢ γὰρ ἁπλῆν, ἢ πεπλεγμένην, ἢ ἠθικὴν, ἢ παθητικὴν δεῖ εἶναι: atque hoc intereſt inter Iliadem et Odyſſeam: ἡ μὲν γὰρ Ἰλιὰς ἁπλοῦν ἐστι καὶ παθητικόν· ἡ δὲ Ὀδύσσεια πεπλεγμένον, ἀναγνώρισις γὰρ, καὶ ἠθική: quibus locis non ſine intelligentiæ fructu adhibeatur P. Victorius in Commentario p. 103. 118. 119. Πλέκειν αἰνίγματα eſt apud Plutarchum Opp. Mor. p. 988. A. 154. A. Πλέκειν ᾠδὰς expoſuit Muſgravius ad Euripid. Iphig. Aul. 579. Πλέκειν λόγους, δόλους, μηχανὰς, frequentiorem etiam habent uſum. Ὑφαίνειν, ῥάπτειν, et ſimilia hoc ſenſu magis ſunt fere poetica; quæ attigit ad hunc locum Krebſius. Cæterum διάθεσις et σύνθεσις non modo paronomaſiæ concinnitatem, ſed veram disjunctionem habent: hæc, *compoſitio*, ad *verba ac dictionem* refertur; illa, *diſpoſitio*, ad *rem et argumentum*: neutra quidem per ſe ſola et ſimpliciter ea ſignificatione valent, ſed ita ut *verba* vel *res*, aut diſerte addantur, aut facile ſubaudiantur. Apud Ariſtotelem quidem promiſcue dicitur; Art. Poet. Cap. 6: λέγω δὲ λέξιν αὐτὴν τὴν τῶν μέτρων σύνθεσιν· et mox, λέγω γὰρ μῦθον, τὴν σύνθεσιν τῶν πραγμάτων. Cap. 22. τὴν τῶν ὀνομάτων σύνθεσιν. Nec in Capite 1, quod conferre nos jubet Krebſius, quidquam eſt. Rhetoric. ad Alexandr. Cap. 23. περὶ δὲ ὀνομάτων συνθέσεως δηλώσομεν: 26. σκόπει δὲ καὶ τὴν σύνθεσιν τῶν ὀνομάτων: ibidem, δεῖ δὲ καὶ τὴν σύνθεσιν τῶν ὀνομάτων μήτε συγκεχυμένην μήτε ὑπερβατικὴν εἶναι· nam in præcipuo opere Rhetorices Libro III. 1. 2. locus hic fere dicitur περὶ λέξεως. Dionyſii Halicarnaſſei exſtat liber περὶ συνθέσεως ὀνομάτων, *de ſtructura orationis*. Eſt et caput Longini de hoc argumento, in libro de Sublim. XXXVIII. inſcriptum περὶ συνθέσεως, ubi ait ſe *de ea* duos libros conſcripſiſſe: videatur Jac. Tollius. Συνθέσεις ὀνομάτων Plutarchus Sympoſ. IX. 15. p. 747. D. exemplis oſtendit: et qui ſub hujus nomine latet ſcriptor de Vita Homeri, homo Rhetoricæ quidem peritus, quam §. 15. et 16. noſtræ editionis vocat σύνθεσιν, eamdem §. 27. vocat σύνταξιν. Latinis eſt *Compoſitio*; de qua copioſe Cicero, Oratore 43: Quinctilianus Inſt. Or. IX. 4: breviter Auctor ad Herenn. IV. 12. *conſtructionem eam* definit: *Compoſitio*

est constructio, quæ facit omnes partes orationis æquabiliter perpolitas. Διάθεσις apud Rhetores habet varias significationes: præcipua est *dispositionis*, quam idem Auctor ad Herenn. I. 2. distinguit ab *inventione*, *elocutione*, *memoria*, *pronunciatione*, itaque definit: *dispositio est ordo et distributio quæ demonstrat quid quibus in locis sit collocandum*: porro *elocutionis* partem facit *compositionem* IV. 12. Eamdem distributionem iisdem fere verbis persequitur Cicero de Invent. I. 7. sed ita ut *dispositionem* magis opponat *inventioni* hac definitione: *dispositio est rerum inventarum in ordinem distributio*: ut item Plato Phædro p. 340. D. de oratione scripta, nec publice dicenda, differens, duos facit ejus numeros, εὕρεσιν et διάθεσιν. Plutarchus proximo libro p. 44. D: duas secernit partes laudis, alteram τὴν ὑπόθεσιν τοῦ λόγου καὶ προαίρεσιν, alteram τὴν λέξιν ἢ διάθεσιν τῶν λεγομένων, id est, *elocutionem vel dispositionem rerum dictarum atque inventarum*: recte distinguens λέξιν et διάθεσιν. Alia est item significatio hoc ipso libro, proxime, p. 17. B: de qua ibi dicemus.

16. C. ἐν γραφαῖς κινητικώτερόν ἐστι χρῶμα γραμμῆς διὰ τὸ ἀνδρείκελον καὶ ἀπατηλόν,] Theages Pythagoricus apud Th. Galeum in Opusc. Mythol. p. 695: δεῖ ὧν τὸ πάθος ὅτω παρεμφαίνεσθαι ἐν τῇ ἀρετῇ, ὥσπερ καὶ τὰν σκιὰν ἢ τὰν γραμμὰν ἐπὶ τᾶς γραφᾶς· τὸ γὰρ ἔμψυχον καὶ τὸ ἀπαταλὸν καὶ τὸ μεμιμημένον τὰν ἀλάθειαν σὺν τᾷ χρησότητι τῶν χρωμάτων μάλιστα γίνεται διὰ τούτων· ita Valckenarius emendavit, adhibito hoc Plutarchi loco, ad Euripidis Phœn. p. 46. Vocem Ἀνδρείκελος Ruhnkenius tractavit ad Tim. p. 36. Ad rem præsentem facit Plato Polit. p. 178. C: ὁ λόγος ἡμῖν, ὥσπερ ζῶον, τὴν ἔξωθεν μὲν περιγραφὴν ἔοικεν ἱκανῶς ἔχειν, τὴν δ' οἷον τοῖς φαρμάκοις καὶ τῇ συγκράσει τῶν χρωμάτων ἐνάργειαν οὐκ ἀπειληφέναι. Aristides Or. Plat. I. p. 39: τὸ κάλλιστον τῆς τέχνης ἢ τελεώτατον, καὶ ᾧ γραφικὴν ἢ πλαστικὴν εἶναι διαφέρει, τοῦτ' ἔστιν ἡ τοῦ χρώματος μίξις· ἐγγὺς γὰρ ἄγει τὸ εἰκασθὲν τῆς ἀληθείας.

16. C. ὁ Σωκράτης—τοὺς δὲ Αἰσώπου τοῖς ἔπεσι μύθους ἐνόμιζεν.] Sumtum e Platonis Phædone p. 376. E. 377. A. quem imitatur Julianus Or. VII. p. 207. B. Priore loco Platonis est ἐντείνας τοὺς τοῦ Αἰσώπου λόγους: posteriore, ἐννο-

ἥσας ὅτι τὸν ποιητὴν δέοι, εἴπερ μέλλοι ποιητὴς εἶναι, ποιεῖν μύθους ἀλλ' οὐ λόγους, καὶ αὐτὸς οὐκ ἦν μυθολογικὸς, διὰ ταῦτα, οὓς προχείρους εἶχον καὶ ἡπιςάμην μύθους τῷ Αἰσώπῳ, τούτων ἐποίησα οἷς πρώτοις ἐνέτυχον. Igitur ex hoc fonte, quándo ἐνόμιζε vix ſanum videtur, quis corrigat vel ἐνέτεινε vel ἐποίησε. Krebſius quidem ἐνόμιζε defendit, putans id a νόμος, *poeſeos genere*, ſignificare, *nomos faciebat*. Reiſkius autem emendando mutat quadrata rotundis. Equidem non diffitear νομίζω τι ſignificationem activam poſſe accipere, ut notet *aliquid legem facere*, prouti βασιλεύειν τινὰ, *aliquem regem facere*, quem uſum alio loco exponemus: et ſic fere Ariſtides T. I. p. 6: ἀνθρώπους δ' αὖ μόνους τῶν ἄλλων ζώων ἐνόμιζε, *Jupiter omnium animalium ſolos homines legibus inſtruxit, ad leges redegit*. Poſſis eadem ratione fere accipere alium locum ejuſdem T. II. p. 101. ἄρχοντας καὶ πολιτείαν ἐνόμισαν· *magiſtratus et reipublicæ adminiſtrationem legibus conſtituerunt*. Lenior tamen et probabilior videtur correctio ἐνήρμοζε. Herodotus, ut vocatur, in Vita Homeri IX. 2: τοὔνομα αὐτοῦ ἐναρμόσας εἰς τὴν ποίησιν, Ὀδυσσέως τε ἑταῖρον φὰς εἶναι. Philo Jud. De Monarchia I. p. 814. C: μυθογράφοι—μέλεσι καὶ ῥυθμοῖς καὶ μέτροις ἐνήρμοσαν τὸ (ſic leg. pro ἐνηρμόσαντο) ψευδὲς, νομίσαντες ῥᾳδίως καταγοητεύσειν τοὺς ἐντυγχάνοντας. Heliodorus Æthiop. VIII. 11. p. 390: τὸ δὲ ὄναρ ἔπος ἦν εἰς μέτρον ἡρμοσμένον. Sic et ἐφαρμόζω dicitur. Critias in Eleg. ad Alcibiadem ap. Hephæſtion. de Metris p. 9: Οὐ γάρ πως ἦν τοὔνομ' ἐφαρμόζειν ἐλεγείῳ, Νῦν δ' ἐν ἰαμβείῳ κείσεται οὐκ ἀμέτρως. Plutarchus Amatorio p. 769. C: λόγῳ ποίησις ἡδύσματα μέλη καὶ μέτρα καὶ ῥυθμὸς ἐφαρμόσασα, καὶ τὸ παιδεῦον αὐτοῦ κινητικώτερον ἐποίησε, καὶ τὸ βλάπτον ἀφυλακτότερον. Et ἐναρμότω, Dionyſius Halic. De Iſocrate III. p. 151: εἰς περιόδους ἐναρμότειν ἅπαντα τὰ νοήματα, *includere periodis omnes ſententias*. De Compoſitione p. 55: Ὁ Δημοσθένης οὖν οὕτως ἄθλιος ἦν ὥσθ' ὅταν γράφοι (id præferam ex codd. pro γράφῃ) τοὺς λόγους, μέτρα καὶ ῥυθμοὺς, ὥσπερ οἱ πλάσαι, παρατιθέμενος, ἐναρμότειν ἐπειρᾶτο τούτοις τοῖς τύποις τὰ κῶλα, στρέφων ἄνω καὶ κάτω τὰ ὀνόματα.— huc aliquid coloris duxiſſe videtur Rhetor ex illo Commento Ariſtophanis de Agathone, Theſmophor. 57. ſequ. et in libro de Demoſthene LI. p. 316.

iterans hanc imaginem: κακοδαίμων οὕτως ἦν ὁ τηλικοῦτος ἀνὴρ, ὥδ' ὅτε γράφει (leg. γράφοι) τοὺς λόγους, ἄνω καὶ κάτω στρέφειν τὰ μόρια τῆς λέξεως, καὶ τὰ ἐκ τούτων συντιθέμενα κῶλα, ἐμμελείας τε καὶ ῥυθμοὺς καὶ μέτρα, μουσικῆς οἰκεῖα θεωρίας πράγματα καὶ ποιητικῆς, εἰς τὴν πολιτικὴν ἐναρμόττειν φράσιν, ἢ τούτων οὐδενὸς μέτεστιν.

16. C. Θυσίας μὲν γὰρ ἀχόρους καὶ ἀναύλους ἴσμεν.] Sacrificiis adhiberi ſolebat tibia et chorus. Ac de tibia quidem ſatis conſtat. Sed chorus non niſi in majoribus ac publicis fuiſſe videtur ſacrificiis, cum preces non modo ad tibiam recitarentur a ſacerdote, ſed et a ſaltantium choro iis accineretur. Plato Leg. VII. p. 632. E: Ἐν τοίνυν τοῖς παρ' ἡμῖν τόποις τοῦτ' ἔστι ταῖς πόλεσι γιγνόμενον, ὡς ἔπος εἰπεῖν, σχεδὸν ὀλίγοις πάσαις· δημοσίᾳ γάρ τινα θυσίαν ὅταν ἀρχή τις θύσῃ, μετὰ ταῦτα χορὸς οὐχ εἷς ἀλλὰ πλῆθος χορῶν ἥκει—. Horatius Epiſt. II. 1. 132: *Caſtis cum pueris ignara puella mariti Diſceret unde preces, vatem niſi Muſa dediſſet? Poſcit opem chorus et præſentia numina ſentit.* Alia petantur ex Spanhemii Obſ. in Callimach. Hymn. in Dian. v. 3. 170. 267. Aberat chorus a domeſtico certe ſacrificio plerumque; aut ubi copia tibicinis nulla erat, debebat et ipſe abeſſe. Hæ ἄναυλοι et ἄχοροι erant θυσίαι. Veluti quum tibicines ex urbe Roma profugiſſent, ἥπλετο δεισιδαιμονία τῶν ἱερέων ἄναυλα θυόντων, *religio terrebat ſacerdotes ſine tibicine ſacrificantes*, ait Plutarchus Opp. Mor. p. 277. E. et 406. A. ἔρωτες ἄναυλοι καὶ ἄλυροι, *amores tibia et lyra carentes*. Euripides Phœniſſ. 797: alloquens Martem belli auctorem, κῶμον ἀναυλότατον προχορεύεις. Conferatur annotatio noſtra ad p. 132. E. de Minoe. Rarum eſt utrumque vocabulum, rarius etiam alterum. Pollux IV. 81: ηὔλει δὲ τὸ ἄχορον αὔλημα, τὸ Πυθικόν. Euripides Andromach. 1039. ἀχόρους σοναχὰς, nolim cum Muſgravio mutare in ἀγόρους σοναχάς.

16. C. ὥσπερ ὄχημα] Vocabulum et alias habet metaphoras, et hanc, qua poeſin, tamquam *curru* invehentem, a proſa oratione, *pedeſtri*, πεζῷ λόγῳ, diſtinguit. Sic Plutarchus de Pythiæ Orac. p. 406. E: καλέσθω μὲν ἀπὸ τῶν μέτρων, ὥσπερ ὀχημάτων, ἡ ἱστορία, καὶ τῷ πεζῷ μάλιστα τὸ μυθώδες ἀπεκρίθη τὸ ἀληθές· φιλοσοφία δὲ τὸ σαφὲς καὶ διδασκαλικὸν ἀσπα-

σαμένη μᾶλλον ἢ τὸ ἐκπλῆτιον, τὴν διὰ λόγων ἐποιεῖτο ζήτησιν: dicit de introducta, loco metricæ, proſa ſcriptione, in tradenda hiſtoria et philoſophia. Ambos Plutarchi locos adhibuit T. Hemſterhuſius ad Luciani illud, Prometh. T. I. p. 32: ἀναπαίσοις μέτροις ἐποχουμένη. Dion Chryſoſt. Or. XXXVII. p. 455. B: ἐμβιβάζειν τὴν ψυχὴν οἷον εἰς ὄχημα, τὸ μέλος: ita enim legendum pro τῇ ψυχῇ, Reiſkius quoque monuit.

16. C. τὸν ὄγκον] Apparatum gravitatis et ornatus oratorii, quo poeſis ſupra pedeſtrem orationem evehitur: qui ſæpe in vitio ponitur ac *faſtum* notat, tranſlata propria nominis ſignificatione ad poeſin. Sic Æſchylo ὄγκος tribuitur, *tumor*, ap. Plutarch. Opp. Mor. p. 79. B. Sæpe etiam laudatur: Ariſtoteles Rhet. III. 6. Poetic. Cap. 24: Ἐν δὲ τῇ ἐποποιΐᾳ, διὰ τὸ διήγησιν εἶναι, ἐςὶ πολλὰ μέρη ἅμα ποιεῖν περαινόμενα· ὑφ' ὧν οἰκείων ὄντων αὔξεται ὁ τῆ ποιήματος ὄγκος. Plutarch. Philopœmene p. 362. D: Nemeis ludis Pylade Citharœdo canente initium ex Timothei Perſis —ἅμα δὲ τῇ λαμπρότητι τῆς φωνῆς τῆ περὶ τὴν ποίησιν ὄγκῳ συμπρέψαντος, ἐπίβλεψιν γενέσθαι τῆ θεάτρῳ πανταχόθεν εἰς Φιλοποίμενα—. Longinus VIII. τὸν ὄγκον καὶ τὸ ὑψηλὸν jungens, illum in laude ponit. Plutarchus loco proxime antecedente, λέξεως ὄγκος: de Pythiæ Orac. p. 405. D. opponit proſæ orationem ἐν μέτρῳ καὶ ὄγκῳ καὶ πλάσματι καὶ μεταφοραῖς ὀνομάτων· et p. 407. A, B. Politic. Præcept. p. 803. B: καθόλου δὲ ὁ μὲν ὄγκος καὶ τὸ μέγεθος τῷ πολιτικῷ μᾶλλον ἁρμόττει. De Audiendi Ratione p. 41. C: ἔχει δέ τι καὶ ἡ λέξις ἀπατηλὸν, ὅταν ἡδεῖα καὶ πολλὴ καὶ μετ' ὄγκου τινὸς καὶ κατασκευῆς ἐπιφέρηται τοῖς πράγμασιν. Cato Maj. p. 344. C. ſua ipſe facta laudans oratione, πλεῖον ταῖς πράξεσι ταύταις ὄγκου περιτέθεικε. Cicero p. 886. C: dicitur ſuperaſſe ὄγκῳ καὶ μεγαλοπρεπείᾳ τοὺς ἐπιδεικτικούς. De vitioſæ orationis ſignificatione exempla adferre longum ſit. De utraque diligenter expoſuit Jo. Chriſt. Theoph. Erneſti, dignus tanti nominis communione, ſcriptor utiliſſimi libri, *Lexici Technologiæ Græcorum Rhetoricæ*, editi Lipſiæ anno 1795. forma octava.

16. D. Ὦ μηχάνημα, σφιγγὸς αἰολώτερον] Verum videtur

σφιγγὸς, a Stephano introductum, et ab uno noſtro libro Pol. confirmatum, reliquis omnibus λυγγὸς exhibentibus: nam codex D ab initio hujus libelli uſque ad p. 31. E. excidit. Dictum non alibi in Veterum ſcriptis deprehendimus. Hieronymus Wolfius in Annot. ad Æſchinis Orat. de Falſa Legatione p. 1326. inquit, "*Plutarchus citat* "*iambicum trimetrum*, Ὦ παιπάλημα λυγκὸς αἰολώτερον," non ille quidem libri alicujus auctoritate, ſed aut memoria deceptus, aut tacita conjectura corrigens. Equidem ut μηχάνημα et παιπάλημα huic loco convenit, ita illud in omnibus, hoc in nullo eſt libro: quod ſi in uno reperiatur, præferendum illi videatur exquiſitæ nomine elegantiæ, de qua videantur Taylorus ad Æſchinis Orat. memoratam p. 33: Interpretes ad Heſychium in voce Παιπάλημα: Valckenarius ad Euripidis Hippol. p. 208.

16. E. ἐπιλήψεται μὲν αὐτῆ φοβεμένη τὸν Ποσειδῶνα] Reſtituto αὐτῆ pro αὐτῆ, non deſideramus correctiones vel Krebſii ᾗδε, vel Reiſkii ἂν τοῦ, vel Toupii τοῦ ad Longin. p. 171. Nam quia illo Homeri loco, quem ſignificat Plutarchus, Iliad. Υ. 60. *Pluto timet ne Neptunus, rupta terra, orcum detegeret diis hominibuſque:* in proclivi erat ſuſpicari Plutarchum item de Plutone timente Neptunum cogitare: cui cogitationi rectius conveniat τοῦ ᾗδε, vel ſimplex τοῦ, quam vulgatum αὐτοῦ, aut ipſum hoc a nobis receptum αὑτοῦ. Atqui hoc ipſum nexus ſententiæ poſtulat: quippe ſermo eſt de legente, qui non ὡς ἀληθῆ προσδέχεται τὸν λόγον, γοητείᾳ τῆς ποιητικῆς, *magica vi poeſeos* in phantaſiæ errorem non abripiatur, ut quaſi Plutonis perſonam ac timorem ſuſcipiat, ſed *ſe ipſe reprehendat*, ſi forte iſte timor eum incedat. Atque hæc deſcriptio, ut ſublimis, ita efficax ad animum legentis terrore percellendum et impio errore imbuendum, in primis a Longino de Sublim. IX. interpretis cautionem poſtulare judicatur. Notum eſt ἐπιλαμβάνεσθαί τινος, *aliquem, veluti manu injecta, reprehendere:* minus forte notum ſit ἐπιλαμβάνεσθαι ἑαυτοῦ, *ſeipſum reprehendere*. Atqui ſic Plutarchus Opp. Mor. p. 447. A: τοιοῦτόν ἐστι τῆς ψυχῆς ὃ πέφυκεν ἐπιθυμεῖν καὶ μετανοεῖν, ὀργίζεσθαι καὶ δεδιέναι, φέρεσθαι πρὸς τὸ αἰσχρὸν ὑφ' ἡδονῆς, καὶ φερομένης πάλιν

αὐτῆς (ita' enim rectius ſcribatur pro αὐτῆς) ἐπιλαμβάνεσθαι. Philoſtratus Vita Apollon. I. 15. p. 17 : οἱ γὰρ ὑπὲρ τοιούτων ἀτακτοῦντες, ἂν πρὸς ἄνδρα ἴδωσιν, ἐρυθριῶσί τε καὶ αὑτῶν ἐπιλαμβάνονται, καὶ ῥᾷσα δὴ ἐς νοῦν ἥκουσι. Ibid. 21. p. 27 : λαβόμενος ἑαυτοῦ ὁ εὐνοῦχος, *ſe ipſe reprehendens*. Simile Plutarchi De Sent. Profect. in Virt. p. 85. A : ἢ φωνῆς ἀγεννεστέρας αὐτῶν ἐπιλαμβανομένους : ubi rectius ſcribatur αὑτῶν, *vel noſtrum ipſi ignavum quoddam dictum reprehendentes*. Sed in αὐτοῦ et αὐτοῦ, αὐτῷ et αὐτῷ, αὐτὸν et αὐτὸν, item in iiſdem Caſibus Pluralis Numeri, quamquam Veteres, certe librarii, turbarunt, a nobis, profecto, diſtinguenda ſunt. Conſulatur Stephanus Theſ. L. Gr. T. I. p. 603. Dorvillius ad Chariton. p. 43. 483. et qui ab eo citantur p. 328.

16. E. ἐπιλήψεται δὲ τῷ Ἀπόλλωνι χαλεπαίνοντος] Manifeſtior etiam ex hoc loco patet nexus ſententiæ et neceſſitas corrigendi, qua pro τοῦ Ἀπόλλωνος dedimus τῷ Ἀπόλλωνι, id eſt, *reprehendet ſeipſum Apollini iraſcentem*, ſi ſorte auferatur illa Thetidis lamentatione reprehendentis Apollinem, qui, in ipſius cum Peleo nuptiis, ei fauſtum pollicitus conjugium, nunc ipſe ejus filium Achillem interfeciſſet : Ὃν αὐτὸς ὑμνῶν—αὐτός ἐστιν ὁ κτανών : Æſchyli eſt ex incerto dramate, quod *Pſychoſtaſiam* eſſe putavit, nullo ſatis certo argumento, Stanleius T. II. p. 646. Locum Æſchyli reprehenſione celebravit Plato Rep. II. p. 432. A : nam ab hoc eum repetiverunt et Plutarchus, et Athenagoras Legat. p. 22. B : et Euſebius Præp. Evang. XIII. 3. p. 647. A. Et quod diximus, Æſchylum ſecutum eſſe Homeri veſtigia, Il. Ω. 63 ; utrumque ſecutus eſt Dion Chryſoſtomus Orat. LVIII. p. 574. A. Videantur Annot. noſtra ad Selecta Hiſtoric. p. 388.

16. E. τὸν φθιτὸν Ἀχιλλέα καὶ τὸν Ἀγαμέμνονα—] Achillis mentio refertur ad Odyſſ. Λ. 470. Ἔγνω δὲ ψυχή με ποδώκεος Αἰακίδαο, Καὶ ῥ' ὀλοφυρομένη ἔπεα πτερόεντα προσηύδα, tum ad illud ejus dictum, Βουλοίμην κ' ἐπάρουρος ἐὼν θητεύεμεν ἄλλῳ Ἀνδρὶ παρ' ἀκλήρῳ, ᾧ μὴ βιοτὸς πολὺς εἴη, Ἢ πᾶσιν νεκύεσσι καταφθιμένοισιν ἀνάσσειν· quod item reprehendit Plato Rep. III. p. 432. C. Agamemnonis pertinet ad verſum 390 :

Κλαῖε δ' ὄγε λιγέως θαλερὸν κατὰ δάκρυον εἴβων, Πιτνὰς εἰς ἐμὲ χεῖρας, ὀρέξασθαι μενεαίνων.

16. E. φαρμασσόμενος] *His venenis infectus.* Elegans eſt uſus verbi hujus, *falſa vel opinione vel cupiditate imbui.* Plutarch. Amator. p. 764. F: τῶν γενομένων ἐνταῦθα καὶ μεταβαλόντων ἐκπλήττειν ἔοικε τὴν μνήμην καὶ φαρμάττειν τὴν διάνοιαν ὁ ἥλιος. Reſtituendum videtur Numenio apud Euſebium Præp. Evang. XIV. 6. p. 730. D: Ἀρκεσίλαος ἐν τοῖς φάσμασι τοῖς τῶν λόγων, ὑπὸ παρασκευῆς τε καὶ μελέτης ἐφήρμοττεν (leg. ἐφάρματτεν), ἐγοήτευεν, ὃδὲν εἶχεν εἰδέναι ὅτε αὐτὸς ὅτε τοὺς ἄλλες ἐᾷν: probabilitas accedit e ſimili loco ejuſdem Numenii, de eodem Arceſilao 8. p. 737. C: περιεχόμενος τῇ φαρμάξει τοὺς συγκορυβαντιῶντας, ἔλαθεν ἑαυτὸν πρῶτον ἐξηπατηκώς: ubi, ni fallor, corrigendum περιερχόμενος. Compoſitum καταφαρμάττειν ſimiles habet tralationes. Plutarch. Symp. IV. 1. p. 661. E: ἀρτίως ἡμᾶς ὁ Φίλωνος ὀψοποιὸς, ὥσπερ ἀντίτεχνος αὐτοῦ, κατεφάρματτεν ἐξαλλάττων τῇ καινότητι καὶ μεταβολῇ τὴν ὄρεξιν—. idem in Gryllo, Opp. Mor. p. 987. E: de feris beſtiis, quas homines manſuefaciunt, νεοσσοῖς καὶ σκύμνοις τούτων δι' ἡλικίαν εὐαγωγοῖς καὶ ἀπατηλοῖς οὖσιν, πολλὰ καὶ ἀπατηλὰ μειλίγματα καὶ ὑποπετλεύματα προσφέροντες, καὶ καταφαρμάττοντες ἡδονῶν παρὰ φύσιν γευόμενα—· quibus in verbis quid ſit cæterum corruptelæ, videatur ſuo loco. Dion in ejus Vita p. 963. D. dicitur κατεπᾴδων καὶ καταφαρμάσσων τῷ Πλάτωνος λόγῳ Διονύσιον. Eodem ſenſu dicitur καταφαρμακεύειν, apud Platonem Phædro p. 343. B. λόγῳ adverſus Amorem, quem habuit Socrates, Phædri ſuaſu, ὡς διὰ τοῦ ἐμοῦ στόματος καταφαρμακευθέντος ὑπὸ σοῦ ἐλέχθη. Plutarch. Opp. Mor. p. 792. B: Lucullus ſenex, Καλλιθένει τινὶ τῶν ἀπελευθέρων βόσκειν καὶ τιθασσεύειν παρέχων τὸ γῆρας ἐδόκει καταφαρμακεύεσθαι φίλτροις ὑπ' αὐτοῦ καὶ γοητεύμασιν. De ſignificatione ſatis frequente horum verborum *veneficii* et *magicæ incantationis* nunc non dicimus.

16. E. Ἀλλὰ φόωσδε τάχιστα λιλαίεο—] Odyſſ. Λ. 222. Similem rationem hujus moniti forte ex Plutarcheo fonte duxit Julianus Or. III. p. 113. D: —τῇ Πηνελόπῃ συνεῖναι ἐθέλων τοὺς ἀθλοὺς αὐτῇ καὶ τὰς στρατείας χαρίεντα διηγήματα φέρειν

ὑπέλαβε· ταῦτά τοι καὶ τὴν μητέρα πεποίηκεν αὐτῷ παραινοῦσαν μεμνῆσθαι πάντων, ὧν τε εἶδε θεαμάτων, καὶ ὧν ἤκουσεν ἀκουσμάτων, Ἵνα καὶ μετόπισθε τεῦ εἴπηθα γυναικί.

16. F. προσαναχρώννυνται τὸ ψεῦδος ἡμῖν] Forma Paſſivi, ſignificatione Activi et Medii, occurrit. Activa eſt hoc loco, *ita verſari et conſueſcere cum aliquo, ut ei quaſi corporis contactu colorem tuum addas*: Media hanc habet vim, *cum aliquo ita conſueſcere, ut ab eo quaſi corporis contactu ejus colorem ſuſcipias*. H. Stephanus Theſ. L. Gr. T. IV. p. 634. et ſeq. de reliquis hujus verbi compoſitis agens, hujus compoſiti nullas adfert auctoritates. Neque tamen eſt in Plutarcho infrequens. Opp. Mor. p. 51. F: ὁ κόλαξ—ἐπιχειρεῖ πλησιάζειν ἑκάστῳ καὶ παρασκηνοῦν, ὥσπερ ἔν τισι νομαῖς θηρίοις, τοῖς αὐτοῖς ἐπιτηδεύμασι καὶ διατριβαῖς περὶ ταὐτὰ καὶ σπουδαῖς καὶ διαίταις, ἀτρέμα παραβάλλων καὶ προσαναχρωννύμενος. 290. A: *capra* δοκεῖ ἐπιληψίᾳ καταλαμβάνεσθαι μάλιστα τῶν ζώων καὶ προσαναχρώννυσθαι τοῖς φαγοῦσιν, id eſt, *communicare morbum comitialem cum iis, qui ejus capræ carne veſcuntur*. 490. C: χαίρομεν καὶ προσαναχρωννύμεθα τοῖς ἐκταράττουσιν· *gaudemus et communicamus nos cum iis, qui maxime turbant*. 672. F: ἡδονὰς—προσαναχρωννυμένας τῷ σώματι, *voluptates, quæ corpori affricantur, hujus contagio percipiuntur*. 754. C: ἔνιοι τῶν Βάκχωνι προσαναχρωννυμένων· *nonnulli qui cum Bacchone conſuetudinem ac familiaritatem habent*. 1059. F: οἱ πηλὸν ἢ κονιορτὸν ἐπὶ τοῦ σώματος ἔχοντες, τὸν ἁπτόμενον αὐτῶν καὶ προσαναχρωννύμενον, οὐ κινεῖν, ἀλλὰ προσβάλλειν, τὸ τραχύνον δοκοῦσιν· *qui lutum aut pulverem in corporis ſuperficie habent, tangentem ipſos et corpus conſerentem non movere, ſed adjicere id, quod exaſperet, putant*. De verbo συναναχρώννυσθαί τινι diximus ad p. 4. A.

p. 17. A. Ἐν δ' ἐτίθει—] Iliad. X. 210.

17. A. Αἰσχύλος—Ψυχοστασίαν—] Pſychoſtaſia fuit tragœdia Æſchyli, quæ periit, ne uno quidem excepto verſu; ſiquidem illi ſupra memorati, p. 16. F. certo ad eam referri nequeant: atque adeo argumentum fabulæ ignoraremus, niſi a Plutarcho hic proditum exſtaret. Reineſius, magnus vir, tamen errore lapſus Ἰσοστασίαν volebat legi, Var. Lect. II. p. 124. At Ψυχοστασίαν tuentur notata Stan-

leio ad Æſchyli Fragmenta p. 646. et diſputatio T. Hemſterhuſii ad Luciani T. I. p. 471. ac Jo. Alberti ad Heſychium voc. Ἀνηκίδοτοι, item Seberi et Jungermanni ad Pollucem IV. 130. Hujus argumenti ſignum fuit Olympiæ, donarium Apolloniæ urbis, opus Myronis, quod Pauſanias deſcribit, V. 22. p. 435: Παρὰ δὲ τὸ Ἱπποδάμειον καλούμενον, λίθῳ τε βάθρον ἐστὶ κύκλος ἥμισυς, καὶ ἀγάλματα ἐπ' αὐτῶν Ζεὺς, καὶ Θέτις τε καὶ Ἡμέρα τὸν Δία ὑπὲρ τῶν τέκνων ἱκετεύουσαι· ταῦτα ἐπὶ μέσῳ τῷ βάθρῳ· οἱ δὲ ἤδη σχῆμα ἀντιτεταγμένων ὅ τε Ἀχιλλεὺς παρέχεται καὶ ὁ Μέμνων, ἐπὶ ἑκατέρῳ τοῦ βάθρου τῷ πέρατι ἑκάτερος.

17. A. Ζεὺς ὅς' ἀνθρώπων—] Iliad. Δ. 84. Ταμίης hoc loco nil difficultatis Krebſio debebat objicere, ac ſi ab Homero pro *diſpenſatore* poſitum, a Plutarcho pro *auctore* acciperetur. Nam et in Homeri verſu *auctorem* notare poteſt. Variæ ſunt Scholiaſtarum interpretationes: nec eas referre attinet. Ταμίας eſt qui promit et condit, dat et aufert: ergo et is qui adminiſtrat. Jupiter eſt ὅρκων ταμίας Euripidi Med. 170. Ibid. 1415. Πολλῶν ταμίας Ζεὺς ἐν Ὀλύμπῳ, Πολλὰ δ' ἀέλπτως κραίνουσι θεοί.

17. B. —Θεὸς μὲν αἰτίαν φύει βροτοῖς—] Sub Æſchyli nomine ponit Plato Rep. II. p. 430. E, F: οὐδ' αὖ ὡς Αἰσχύλος λέγει, ἐατέον ἀκούειν τοὺς νέους, ὅτι— "Θεὸς μὲν αἰτίαν φύει "βροτοῖς, Ὅταν κακῶσαι δῶμα παμπήδην θέλῃ." Ἀλλ' ἐάν τις ποιῇ, ἐν οἷς ταῦτα τὰ ἰαμβεῖα ἔνεστι, τὰ τῆς Νιόβης πάθη, ἢ τὰ Πελοπιδῶν, ἢ τὰ Τρωϊκὰ, ἤ τι ἄλλο τῶν τοιούτων· ἢ οὐ θεοῦ ἔργα ἐατέον αὐτὰ λέγειν· ἢ εἰ θεοῦ, ἐξευρετέον αὐτοῖς σχεδὸν ὃν νῦν ἡμεῖς λόγον ζητοῦμεν, καὶ λεκτέον, ὡς ὁ μὲν θεὸς δίκαιά τε καὶ ἀγαθὰ εἰργάζετο, οἱ δὲ ὠνίναντο κολαζόμενοι. Qua oratione fere eo inducor, ut illam Æſchyli ſententiam in tragœdia Niobe exſtitiſſe putem. Totam Platonis diſputationem ad verbum refert Euſebius Præp. Evang. XIII. 3. et hos verſus p. 643. D. Hi et apud alios citantur, ſed, ut opinor, non ex ipſa Æſchyli fabula, verum ex Platone; quandoquidem ubique initium primi verſus deeſt: velut Plutarch. de Communib. Notitiis adv. Stoicos p. 1065. E: τί πρὸς ταῦτα δυσφημόταλα λέγειν ἔξομεν, ὡς—θεὸς μὲν αἰτίαν φύει βροτοῖς, Ὅταν κακῶσαι δῶμα παμπήδην θέλῃ: et apud Stobæum Serm. II.

p. 30. 6: ubi perperam nomen Menandri adſcriptum eſt. Eodem argumento fertur hoc incerti poetæ in Lycurgi Oratione adv. Leocrat. p. 159. ed. Steph.

Ὅταν γὰρ ὀργὴ δαιμόνων βλάπῃ τινὰ,
Τοῦτ' αὐτὸ πρῶτον ἐξαφαιρεῖται φρενῶν
Τὸν νοῦν τὸν ἐσθλὸν, εἰς δὲ τὴν χείρω τρέπει
Γνώμην· ἵν' εἰδῇ μηδὲν ὧν ἁμαρτάνει.

Hæc opinionum perverſitas e vulgari ſuperſtitione in poetis æquius fertur faciliuſque excuſatur, quam vel in Oratoribus, nedum in Hiſtoricis. Nam Philoſophi, in quibus minime illa ferri debet, an ita pronunciaverint, non ſatis conſtat. Probabilius Iſocrates ut in populari opinione Or. ad Philipp. p. 192: Οἶμαι δέ σε οὐκ ἀγνοεῖν, ὃν τρόπον οἱ θεοὶ τὰ τῶν ἀνθρώπων διοικοῦσιν· οὐ γὰρ αὐτόχειρες ἔτε [μετὰ delendum] τῶν ἀγαθῶν ἔτε τῶν κακῶν γίνονται τῶν συνόντων αὐτοῖς· ἀλλ' ἑκάστοις τοιαύτην ἔννοιαν ἐμποιοῦσιν, ὥστε δι' ἀλλήλων ἡμῖν ἑκάτερα παραγίνεσθαι τούτων· *non enim ipſi Dii effectores ſunt bonorum malorumque, quæ in hominibus verſantur: ſed quibuſvis hominibus eam dant mentem, ut nobis per nos invicem utraque obtingant:* ita locus editoribus adhuc non ſatis expeditus, et legendus et reddendus. Ex Hiſtoricis illam opinionem adeo frequenter ſecutus eſt Appianus, ut hos poetarum verſus in animo habuiſſe videatur: veluti Syriac. de Antiocho rege, 28: θεοῦ βλάπτοντος ἤδη τοὺς λογισμοὺς, ὅπερ ἅπασι προσιόντων ἀτυχημάτων ἐπιγίγνεται. Bello Civil. II. 67. de Pompeio: ἐξέστη τῶν οἰκείων λογισμῶν, καὶ ἐνέδωκεν αὐτοῖς, θεοῦ βλάπτοντος ἤδη καὶ τἆλλα παρ' ὅλον τόνδε τὸν πόλεμον. De eodem, 71. θεοβλάβεια δοκεῖ αὐτὸν παραγαγεῖν· et ſubinde apud eumdem ſcriptorem tales formulæ occurrunt. Sed et Velleius Paterculus II. 118: *Quippe ita ſe res habet, ut plerumque fortunam mutaturus Deus conſilia corrumpat, efficiatque, quod miſerrimum eſt, ut quod accidit, id etiam merito accidiſſe videatur, et caſus in culpam tranſeat.* Idem leniori verbo *fatum* accuſat, II. 57: *Sed profecto ineluctabilis fatorum vis, cujuſcumque fortunam mutare conſtituit, conſilia corrumpit.* Ubi Ruhnkenius noſter, nam ſemper ille noſter dicetur, hanc opinionem Veterum tantis illuſtravit doctrinæ copiis, ut nil iis addi poſſe videatur.

17. B. αἱ περὶ τὰς νεκυίας τερατεργίαι καὶ διαθέσεις ὀνόμασι φοβεροῖς ἐνδημιεργοῦσαι φάσματα καὶ εἴδωλα ποταμῶν φλεγομένων—] Νεκυία in primis dicitur liber Odyſſeæ Λ. qui Ulyſſis ad Inferos deſcenſum continet, et Ω. in quo eſt Mercurius interfectorum procorum animas in Orcum ducens: ſed et alia ejuſdem argumenti opera ſive ſcripta, ſive picta aut ficta. Τερατεργία rarior forma pro τερατεία, *præſtigiæ*: Lucianus Icaromenipp. 6. T. II. p. 757: γελάσῃ ἀκούσας τήν τε ἀλαζονείαν αὐτῶν καὶ τὴν ἐν τοῖς λόγοις τερατεργίαν. Porphyrius de iis, qui magicas artes factitant, Abſtin. IV. 42: —οἱ τὰ κακὰ διὰ τῶν γοητειῶν διαπρατόμενοι· πλήρεις γὰρ πάσης φαντασίας, καὶ ἀπατῆσαι ἱκανοὶ διὰ τῆς τερατεργίας. Ergo his poetæ comparantur miraculorum quaſi ſpecies animis legentium objicientes, ut *magi*. Horatius Ep. II. 1. 210: *Ille per extentum funem mihi poſſe videtur Ire poeta, meum qui pectus inaniter angit, Irritat, mulcet, vanis terroribus implet, Ut magus, et modo me Thebis, modo ponit Athenis.* Διαθέσεις non ſunt, quod ſupra p. 16. B. *diſpoſitio*, ſed argumenti tamquam picturæ ſub oculos ſubjectio atque evidens demonſtratio, ut mox p. 20. B: igitur pictoribus tribuitur. Plutarchus Demetrio p. 898. E: ὁ Καύνιος Πρωτογένης γράφων τὴν περὶ τὸν Ἰάλυσον διάθεσιν. Bruto p. 994. D. de Porcia —γραφὴ δέ τις αὐτὴν προὔδωκε τἄλλα γενναίαν οὖσαν· ἦν γὰρ ἐκ τῶν Ἑλληνικῶν διάθεσις, προπεμπόμενος Ἕκτωρ ὑπὸ Ἀνδρομάχης, κομιζομένης παρ' αὐτῆ τὸ παιδίον, ἐκείνῳ δὲ προσβλεπούσης. Alia de hoc uſu petantur a Caſaubono ad Athen. V. 6. p. 345. Cicero Verrin. IV. 56: dicit *argumenta*. Ergo poetæ tamquam pictores ἐνδημιεργοῦσι τοῖς ποιήμασι, hoc enim ſubaudiendum, *fabricantur in carminibus, ut* δημιεργοὶ *operum artifices et architecti, per vocabula terribilia ſpecies et imagines fluviorum ardentium* &c. Hujuſmodi ſunt loci poetarum mox appoſiti: et informatio hominis ſuperſtitioſi, in libro de Superſtitione p. 167. A: ᾄδει τινὸς ἀνοίγονται πύλαι βαθεῖαι, καὶ ποταμοὶ πυρὸς ὁμοῦ καὶ σιγὸς ἀποῤῥῶγες ἀναπετάννυνται, καὶ σκότος ἐφήπλωται πολυφάντασον, εἰδώλων τινῶν χαλεπὰς μὲν ὄψεις, οἰκτρὰς δὲ φωνὰς ἐπιφερόντων. Verbum eſt multo efficacius ἐνδημιεργεῖν, quam ἐμποιεῖν vel ἐνεργάζεσθαι: omiſſum illud H. Stephano, ſed re-

petitum in Appendice D. Scotti, ac duobus Plutarchi locis confirmatum, hoc ipso, et Opp. Mor. 664. F: quibus alii duo addantur p. 636. C. de animalis fœtu, ἐνδημιεργεῖσθαι τὸ ζῶον, scil. τοῖς ὠοῖς, *ovis*: p. 1084. A: de Stoicis, ἐν δὲ τῇ ψυχῇ τί παθόντες, ἢ τίνας πάλιν ἄλλας ὑποθέσεις κοσμοῦντες ἐνδημιεργοῦσι σωμάτων διαφοράς;—

17. B. ὥσπερ τροφαῖς τὸ φαρμακῶδες, ἐγκέκραται—] Vetus est mea conjectura, quam modo probavi, modo repudiavi, igitur omissam in Emendationibus contextui subjectis, nunc ut probabilem propono; hæc, ut τροφαῖς in γραφαῖς mutetur. Primum, quam vulgata commodam sententiam habere possit, non apparet, sive illud φαρμακῶδες *salutarem medicinam*, sive *perniciosam* et *venenum* intelligas. Deinde in γραφαῖς verisimilis ratio constat; quia plane convenit cum illo supra tradito præcepto p. 16. C: ὥσπερ ἐν γραφαῖς κινητικώτερόν ἐστι χρῶμα γραμμῆς διὰ τὸ ἀνδρείκελον καὶ ἀπατηλόν, ὅτως ἐν ποιήμασι μεμιγμένον πιθανότητι ψεῦδος ἐκπλήττει καὶ ἀγαπᾶται μᾶλλον τῆς ἀμύθου καὶ ἁπλάστου περὶ μέτρου καὶ λέξιν κατασκευῆς. Et hoc sane loco idem est τὸ φαρμακῶδες, quod χρῶμα. Ac φάρμακον quidem sæpe notare *colorem* satis constat: φαρμακῶδες hoc loco simul *et coloris et veneni* significationem habet: quarum prior nisi usu, certe analogia, posterior utroque confirmatur. Plutarch. Opp. Mor. p. 974. C: φαρμακῶδες ἢ νοσερὸν ἄλλως τὸ ὕδωρ, *venenata aut cæteroquin morbosa aqua*. Adamantius Physiognom. I. 7. p. 196. 8. Ed. Sylburg. φαρμακώδεις ἀνθρώπους dicere videtur *homines veneno infectos*.

17. C. Ἔνθεν τὸν ἄπειρον—] Pindari esse intelligitur, hujus loci Plutarchei indicio: siquidem sequentium dictorum alterum est Sophoclis, alterum Homeri. Neque enim in iis, quæ supersunt, Pindari Odis exstat, neque alibi sub ejus nomine citatur. Nam Plutarchus adfert sine nomine in Opp. Mor. p. 1130. D: τῶν ἀνοσίως βεβιωκότων καὶ παρανόμων ὁδός ἐστιν εἰς ἔρεβός τι καὶ βάραθρον ὠθοῦσα τὰς ψυχάς, ἔνθεν τὸν ἄπειρον ἐρεύγονται σκότον βληχροὶ δνοφερᾶς νυκτὸς ποταμοί.

17. C. Παρ' δ' ἴσαν—] Homeri Od. Ω. 11.

17. C. Στενωπὸς ᾅδου—] Sophoclis ex incerto dramate

hac una Plutarchi mentione ſervatus verſus, indeque in Fragmenta relatus a Brunckio T. II. p. 42.

17. C. Μὴ μ' ἄκλαυϛον—] Homer. Odyſſ. Λ. 72. καταλείπειν Ald. Baſ. Xyl. καταλιπεῖν Harl. Moſc. 2.

17. C. Ψυχὴ δ' ἐκ ῥεθέων—] Iliad. Π. 856. et Χ. 362. quod et Plato reprehendit Rep. III. p. 432. D.

17. D. Μὴ μ' ἀπολέσῃϛ ἄωρον—] Euripidis Iph. Aul. 1218. Omnes noſtri codices habent λεύσσειν: Euripidis exempla βλέπειν. Vid. Valckenar. Diatrib. Fragm. Eurip. p. 140.

17. D. ἔχειν ἔναυλον] Dictionis vim accuratiſſime ſimul et copioſiſſime expoſuit Ruhnkenius noſter ad Timæi Lex. Plat. p. 100. Veterum locis ab eo allatis addantur Baſilii M. Homil. XXI. p. 466. A. Epiſt. LXVI. p. 99. E. Iſidori Peluſ. IV. 228. Latine eleganter circumſcribit Seneca Epiſt. CXXIII. *Quemadmodum qui audierunt ſymphoniam, ferunt ſecum in auribus modulationem illam ac dulcedinem cantus, quæ cogitationem impedit, nec ad ſeria patitur intendi: ſic adulatorum et prava laudantium ſermo diutius hæret quam auditur.*

17. D. ποιητικῇ μὲν οὐ πάνυ μέλον ἐϛὶ τῆϛ ἀληθείας] Rariſſimus hic uſus μέλον ἐϛὶ μοί τινος pro μέλει μοί τινος per analogiam ſe tuetur ſimilium, ut δέον ἐϛὶ μοί τινος pro δεῖ μοί τινος—. Sic Plato Protagora p. 205. B: καὶ πάνυ μοι τυγχάνει μεμελημὸς τῶ ἄσματος: dictum pro μεμέλημέ μοι. Participium quidem Accuſativo Conſequentiæ, μέλον σοι τούτω, *quum hoc tibi curæ ſit*, et hujus generis dictionibus non eſt infrequens. Videatur Suidas voc. Μέλον, ubi Ariſtophanis ſunt verba ex fine Veſparum, alter Agathiæ, ut monuit Toupius Emend. P. II. p. 401. Lucianus Nigrin. 9. T. I. p. 48. ſimili argumento: Τοῦτ' οὖν παρ' ὅλον μέμνησαί μοι τὸν λόγον, ὡς ὁ μὲν ποιητὴϛ ἡμῖν τῶν τοιούτων ἁμαρτημάτων ἀνεύθυνος, καὶ σκήνηϛ πόρρω ποι κάθηται, οὐδὲν αὐτῷ μέλον τῶν ἐν θεάτρῳ πραττομένων: propius ad loci Plutarchei rationem accedit, Paraſit. 52. T. II. p. 876: ἴδοι τιϛ ἂν τὸν μὲν παράσιτον ἀεὶ δόξηϛ καταφρονοῦντα, καὶ οὐδὲν μέλον αὐτῷ ὧν οἱ ἄνθρωποι οἴονται. Chariton. VI. p. 112: ἀξιοπίϛῳ τῷ προσώπῳ, ὡϛ οὐδὲν αὐτῷ μέλον. Numenius ap. Euſeb. Præp. Evang. XIV. p. 733. C: ὡϛ—ἄλλῳ οὐδενὶ μέλον, *ac ſi nemini alii curæ eſſet*. Plut-

arch. Arato p. 1027. E: σοὶ μεμεληκὸς, *quum tibi curæ fuerit*: εἶναι ſubaudiendum, ut hoc loco ἐϛὶ, apud ſcriptorem Epiſtolæ Euripidis V. ed. Ald. ἴσθι μέντοι μηδὲν μᾶλλον ἡμῖν ὧν νῦν Ἀγάθων ἢ Μέσαπος λέγει μέλον ἢ τῶν Ἀριϛοφάνες φληναφημάτων οἶδά ποτε μέλον.

17. D. τοῖς μηδὲν ἄλλο πεποιημένοις ἔργον ἢ γνῶσιν καὶ μάθησιν τοῦ ὄντος] Xylander vertit *hujus ipſius rei*, quod Græce eſſet, αὐτοῦ τοῦ πράγματος τούτου, vel τούτου αὐτοῦ τοῦ πράγματος: rectius aliquanto erat *ipſius rei*. Grotius *naturæ*, non multo melius. Τὸ ὂν non a philoſophis ſolum dicitur *verum*, ſed et in communi uſu, τοῦ ὄντος ἐφάπτεσθαι, *rem ipſam tangere*, τῷ ὄντι, *revera*. Hoc loco τοῦ ὄντος e communi uſu accipiam. Nam apud Philoſophos doctrina περὶ τοῦ ὄντος eſt quatenus *revera eſt quid*, et opponitur τῷ φαινομένῳ et γινομένῳ, ei quod *apparet* et *fit*, quod ſolum fere eſt Eleaticorum, Platonis, Ariſtotelis: quæ ſignificatio abſtruſior eſt pro hac inſtitutione, puerili ingenio accommodanda. Si naturam voluiſſet ſignificare, dixiſſet τῶν ὄντων, id enim conſuetudo poſtulat. Sed de hoc uſu alibi erit uberius dicendum. Ποιεῖσθά τι ἔργον, *in aliqua re operam ponere, ei ſtudere*, raro cum Accuſativo, magis cum Infinitivo, dicitur. Plutarch. Theſeo p. 14. D: —τὸν Ἡρακλέα ποιησάμενον ἔργον ἐντυχεῖν αὐτῷ,—*Herculem, qui ſtuduerat convenire Theſeum*. Publicola p. 108. B: ταῦτ' οὖν ὁ Ποπλικόλας οὐ μόνον εἰδέναι ποιούμενος ἔργον, ἀλλὰ καὶ κινεῖν καὶ συνεξορμᾶν τὴν ϛάσιν, *Publicola ſtudens non ſolum hæc ſcire, ſed et movere atque impellere ſeditionem*. Pyrrho p. 395. C. Catone Min. p. 763. A. 768. B. Demetrio p. 897. E. Dion Chryſ. Orat. XXXIII. p. 409. D: τῶν αὐτὸ τοῦτο ἔργον ποιουμένων ὥϛε εὐθὺς εἰδέναι τὸν τρόπον ἑκάϛου, *eorum, quibus hoc eſt ſtudium ut ſtatim cujuſque mores noſcant*. Muſonius ap. Stob. p. 596: οὗτος ἂν εὖ ποιοίη ζητῶν λόγων ἀκούειν ὑποθετικῶν παρὰ τῶν πεποιημένων ἔργον εἰδέναι τίνα μὲν βλαβερὰ, τίνα δὲ ὠφέλιμα ἀνθρώποις. Lucianus Saltat. T. II. p. 279: τῶν Τιτάνων οἶμαι ἕνα ἢ τῶν Ἰδαίων Δακτύλων τοῦτο ἔργον πεποιημένων, τὸ ἐνόπλια παιδεύειν. Addatur his Budæus Comment. Gr. Ling. p. 274.

17. E. τὰ Ἐμπεδοκλέους ἔπη ἔϛω προχειρα ταυτὶ ὅτως, Οὔτ' ἐπιδερκτὰ—] Reliquimus ὅτως eo loco, quo videatur pars

esse orationis Plutarchi; quando ita erat in omnibus nostris libris. Nam facit Empedoclei οὕτως initium versus Sextus Empiricus Adv. Mathematicos VII. 123. octo adferens versus quorum hi sunt ultimi

—τὸ δὲ ὅλον εὔχεται εὑρεῖν.
Οὕτως ὅτ' ἐπιδερκτὰ τάδε ἀνδράσιν ὅτ' ἐπάκουσα
Οὔτε νόῳ περιληπτά.

Hinc totum locum in Poesin Philosophicam retulit H. Stephanus p. 20. Diogenes Laert. IX. 73. ἀλλὰ καὶ Ἐμπεδοκλέα οὕτως·—ἐπεὶ οὐδ' ἑρκτὰ τάδ' ἀνδράσιν, ὅτ' ἐπακουσά, οὔτε νόῳ περιληπτά: quæ Is. Casaubonus correxit ad exemplum Sexti Emp. et Plutarchi; ita ut in hoc item οὕτως male ab Empedocleo versu avulsum judicaret. J. Davisius malit Αὔτως· οὔτ' ἐπίδ—. *Frustra: nec enim spectanda, nec audienda hæc hominibus:* ad Ciceronis Acad. II. 5. ubi hic Empedoclis locus significatur: *Et tamen isti Physici raro admodum, cum hærent aliquo loco, exclamant quasi mente incitati: Empedocles quidem, ut interdum mihi furere videatur, abstrusa esse omnia, nihil nos sentire, nihil cernere, nihil omnino quale sit posse reperire.*

17. E. Καὶ τὰ Ξενοφάνους—Καὶ τὸ μὲν οὖν σαφὲς—] Hunc item locum pleniorem habet Sextus Empir. bis, VII. 49. et 110: et partim Diogenes Laert. IX. 72. Ex illo H. Stephanus Poes. Philos. p. 35. Pro ὅσσα est ἄσσα in Sext. Emp. E. Harl. Mosc. 1. 2. Exempl. Turneb.

17. E. Σωκράτους ἐξομνυμένου παρὰ Πλάτωνι τὴν περὶ τούτων γνῶσιν] Frequentissima est hæc Socratis oratio omnino se quidquam scire negantis.

17. F. ἰλιγγιῶντας] *Vertigine circumaguntur*, eleganti metaphora dicitur de iis, qui per judicii consiliique inopiam in rebus difficilibus hærent, æstuant, ut quo se vertant non reperiant. Omnem hujus verbi vim ac potestatem erudita diligentia Jo. Piersoni ad Mœrin p. 196. et seq. et Jo. Dan. Lennepii ad Phalaridem p. 35—38. ita explicuit, ut supra nil addi possit.

17. F. ἐπισήσωμεν αὐτόν.] Xylander reddens *cautum eum reddemus*, non erat reprehendendus a Krebsio. Verbum varios multosque habet usus. Active ἐφίστημι τὴν διάνοιαν,

animum adverto, et omisso διάνοιαν simplex ἐφίσημι *attendo*, explicuerunt Budæus Comment. L. Gr. p. 478. seq. H. Stephan. Thes. L. Gr. T. I. p. 763. At omissus præsentis loci usus activus, *aliquem constituere, sistere ad attendendum, attentum reddere.* Sic Plutarchus hoc ipso libro p. 27. A: διορισέον, ὅτω πως ἐφισάντας τὸν νέον —*distinguere debemus, ita quodammodo juvenem attentum reddentes.* Simile est Conviv. Sap. p. 157. D: ἐπισήσαντος δὲ τῷ λόγῳ τὸ συμπόσιον, *quum sermo convivas attentos reddidisset.* Sympos. IV. Proœm. p. 660. D: ὁ συμποτικὸς λόγος οὐκ ἐᾷ διαφορεῖσθαι πανταπασιν ὑπὸ τῆ οἴνῳ τὰς πίνοντας, ἀλλ' ἐφίστησι. Gracch. p. 832. E: τοῦτο καὶ τὰς θρασυτάτας τῶν περὶ αὐτὸν ἐπέστησεν. Polybius IV. 34: τῶν πρεσβυτέρων τινὲς ἐπισήσαντες τὸ πλῆθος ἐπί τε τὰς Ἀντιγόνου καὶ Μακεδόνων εὐεργεσίας, ἐπί τε τὰς Χαριξένου καὶ Τιμαίου βλάβας—· *seniorum quidam plebem attentam reddiderunt ad Antigoni Macedonumque beneficia, et ad Charixeni Timæique maleficia.* Vis notionis est hæc, *cogitationem temere vagantem sistere et cohibere, atque ad aliquam rem considerandam convertere.*

17. F. μιμητικὴ τέχνη καὶ δύναμις ἀντίστροφος τῇ ζωγραφίᾳ] Imitationis, tamquam generis, formas esse Picturam et Poesin, adeo et Veteribus et hodiernis est decantatum, ut videatur *omnibus et lippis notum et tonsoribus esse.* Illud non prætermittendum, Plutarchei præcepti fontem in Peripatetica esse doctrina Aristotelis, Theophrasti, aliorum: quorum quum multi fuerint de Poetica et Poetis libri, nunc unus supereſt Aristotelis liber, cujus capita deinceps II—VI. Poeseos cum Imitatione et Pictura cognationem attingunt. Et ἀντίστροφος ex eodem fonte fluxisse credibile est Aristotelis: cujus exstat illustre principium operis de Rhetorica: Ἡ Ῥητορική ἐστιν ἀντίστροφος τῇ Διαλεκτικῇ· quod a Cicerone in Oratore 32. ita redditum, *Aristoteles principio Artis Rhetoricæ dicit, illam quasi ex altera parte respondere Dialecticæ*, jam P. Victorius monuit, et vim nominis ἀντίστροφος docte explicuit; cujus item rationem habuerunt G. Budæus Comment. Gr. L. p. 629. et H. Steph. Thes. L. Gr. T. III. p. 1089: unde discere poterat Krebsius, Lyricorum rationem tres carminis partes

facientium στροφὴν, ἀντιστροφὴν, ἐπῳδὸν non esse fontem hujus significationis, sed socium rivulum a propria verbi ἀντιστρέφειν vi *reciprocandi* profectum. Ex eadem forma expressum est hoc Plutarchi comparantis *memoriam divinationi*, in libro de Defectu Orac. p. 432. A. eamque vocantis τῆς ψυχῆς τὴν ἀντίστροφον τῇ μαντικῇ δύναμιν, ἣν μνήμην καλῶμεν. Et aliis locis utitur nomine: Opp. Mor. p. 140. E. *de marito et uxore*, ἑκατέρᾳ τὴν εὔνοιαν ἀντίστροφον ἀποδιδόντος, *quorum uterque alteri reciprocam refert benevolentiam*: p. 446. C: ἡ μὲν ἂν ἀκρασία ταύτας ἔχει διαφορὰς πρὸς τὴν ἀκολασίαν, ἡ δὲ ἐγκράτεια πρὸς τὴν σωφροσύνην αὖθις αὖ τὰς ἀντιστρόφους ἀναλόγως. p. 632. D: ἀντίστροφον ἂν ἔοικε γένος εἶναι εἰρωνείας τὸ περὶ τὰς ἐπαίνους. p. 855. D. 936. D. Camillo p. 131. F. —ἡμῖν ἀντίστροφος ὀφείλεται τῆς παρούσης νέμεσις εὐπραξίας. Plato Leg. XII. p. 689. G: τοῖς περὶ τὸν πόλεμον ἀντίστροφον ἀποδιδόντες δόξης παρασκευὴν, i. e. *bellicæ laudi parem reddentes civilem laudem*. ibid. p. 690. H. Adverbium ἀντιστρόφως item est in Plutarchi Opp. Mor. p. 558. C. 660. E. 905. D. Ergo vis nominis est, *par, reciprocus, ab altera parte respondens*, veluti *duæ formæ ejusdem generis*. In ponderibus est ἀντίῤῥοπος, in ordinibus ἀντίστοιχος: in aliis alia.

17. F. ζωγραφίαν μὲν εἶναι φθεγγομένην τὴν ποίησιν, ποίησιν δὲ σιγῶσαν τὴν ζωγραφίαν] Addito auctore Simonide memorat Plutarchus de Gloria Athen. p. 346. F: ὁ Σιμωνίδης τὴν μὲν ζωγραφίαν ποίησιν σιωπῶσαν προσαγορεύων, τὴν δὲ ποίησιν ζωγραφίαν λαλοῦσαν. Sympos. IX. 15. p. 748. A. loco vitioso. De Discern. Adul. ab Amico p. 58. B: ἔνιοι δὲ τὴν ζωγραφίαν σιωπῶσαν ἀπεφήναντο ποιητικήν. Pseudo-Plutarchus de Vita Homeri §. 216. p. 401. edit. Galei: Εἰ δὲ καὶ ζωγραφίας διδάσκαλον Ὅμηρον φαίη τις, οὐκ ἂν ἁμαρτάνοι· καὶ γὰρ εἴπέ τις τῶν σοφῶν, ὅτι ἐστὶν ἡ ποιητικὴ ζωγραφία λαλοῦσα, ἡ δὲ ζωγραφία ποιητικὴ σιωπῶσα. Auctor ad Herenn. IV. 28: *Si poema loquens pictura est; pictura tacitum poema debet esse*. Et imitatus videtur Cicero Leg. III. 1: *vereque dici potest, magistratum esse legem loquentem, legem autem mutum magistratum*: quem ad locum consulatur A. Turnebus.

p. 18. A. θαυμάζομεν οὐχ ὡς καλὸν, ἀλλ' ὡς ὅμοιον] Rerum, quas ipsas aversamur et aspernamur, tamen imagines et

ſimulacra imitando expreſſa libenter videmus, audimus, cognoſcimus. Quæſtionem iiſdem fere exemplis illuſtravit, et præterea ex quibuſdam naturalibus cauſſis repetivit Plutarchus Sympoſ. V. 1. Huc pertinet locus claſſicus Ariſtotelis de Poetica Cap. III: τό, τε γὰρ μιμεῖσθαι σύμφυτον τοῖς ἀνθρώποις ἐκ παίδων ἐστί· καὶ τούτῳ διαφέρουσι τῶν ἄλλων ζώων ὅτι μιμητικώτατόν ἐστι, καὶ τὰς μαθήσεις ποιεῖται διὰ μιμήσεως τὰς πρώτας, καὶ τὸ χαίρειν τοῖς μιμήμασι πάντας. Σημεῖον δὲ τούτου τὸ συμβαῖνον ἐπὶ τῶν ἔργων· ἃ γὰρ αὐτοὶ λυπηρῶς ὁρῶμεν, τούτων τὰς εἰκόνας τὰς μάλιστα ἠκριβωμένας χαίρομεν θεωροῦντες· οἷον θηρίων τε μορφὰς τῶν ἀγριωτάτων καὶ νεκρῶν. Αἴτιον δὲ τούτου, ὅτι μανθάνειν οὐ μόνον τοῖς φιλοσόφοις ἥδιστον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις ὁμοίως· ἀλλ' ἐπὶ βραχὺ κοινωνοῦσιν αὐτοῦ. Διὰ γὰρ τοῦτο χαίρουσι τὰς εἰκόνας ὁρῶντες, ὅτι συμβαίνει θεωροῦντας μανθάνειν καὶ συλλογίζεσθαι τί ἕκαστον· οἷον ὅτι οὗτος ἐκεῖνος· ἐπεὶ ἐὰν μὴ τύχῃ προεωρακώς, οὐ διὰ μίμημα ποιήσει τὴν ἡδονήν, ἀλλὰ διὰ τὴν ἀπεργασίαν, ἢ τὴν χροιὰν, ἢ διὰ τοιαύτην τινὰ ἄλλην αἰτίαν. Idem argumentum tangit in enumerandis generibus earum rerum, quæ animum humanum ſuaviter afficiunt, de Rhetorica I. 11. p. 44: ἐπεὶ δὲ τὸ μανθάνειν τε ἡδὺ, καὶ τὸ θαυμάζειν, καὶ τὰ τοιαῦτα, ἀνάγκη ἡδέα εἶναι τό τε μεμιμημένον, ὥσπερ γραφικὴ, καὶ ἀνδριαντοποιΐα, καὶ ποιητική· καὶ πᾶν ὃ ἂν εὖ μεμιμημένον ᾖ, κἂν μὴ ἡδὺ οὗ τὸ μίμημα· οὐ γὰρ ἐπὶ τούτῳ χαίρει, ἀλλὰ συλλογισμός ἐστιν, ὅτι τοῦτο ἐκεῖνο· ὥστε μανθάνειν τι συμβαίνει· in his verbis prius illud μεμιμημένον mutandum videtur in μιμούμενον, ſiquidem ratio antecedentium verborum poſtulat Activum: neque hoc Tyrwhittii aciem fugit, hunc locum cum illo priore comparantis.

18. A. Τιμόμαχος τὴν Μηδείας τεκνοκτονίαν—] Timomachus Byzantius, pictor, ex ætate Cæſaris Dictatoris: Plinius H. N. VII. 38: *Octoginta talentis emit duas tabulas Cæſar Dictator, Medeam et Ajacem Timomachi, in templo Veneris Genetricis dicaturus.* XXXV. 9: *præcipuam auctoritatem fecit publice tabulis Cæſar Dictator, Ajace et Medea, ante Veneris Genetricis ædem dicatis.* Ibid. 36. §. 30: *Timomachus Byzantius Cæſaris Dictatoris ætate Ajacem et Medeam pinxit, ab eo in Veneris Genetricis æde poſitas, octoginta talentis venundatas.* Fuit autem hæc imperfecta tabula,

ut Apellis Venus Coa; ut idem refert 36. §. 41. De utraque et ipso artifice egit N. Heinsius ad Ovid. Trist. II. 525. et pluribus ad hujus copias additis Franc. Junius in Catalogo Artificum p. 215. et seq.

18. A. Θέων τὴν Ὀρέστ μητροκτονίαν] Atqui Plinius H. N. XXXV. 36. §. 40. *Theodorus pinxit ab Oreste matrem et Ægisthum interfici—: Theon Orestis insaniam.* Fuit Timomachi Orestes: ib. §. 30. De utroque F. Junius Catal. Artific. p. 208. 211. Forte Plutarchum memoria fefellit.

18. B. Παῤῥάσιος τὴν Ὀδυσσέως προσποίητον μανίαν] Hoc Parrhasii opus non aliunde cognitum. Memoratur quidem ejus *Ulysses* Plinio H. N. XXXV. 36. §. 5. sed nulla addita significatione peculiaris argumenti. Et in hoc fuit Euphranoris celebrata tabula, eodem auctore Plinio ib. 36. §. 25. —*Nobiles ejus tabulæ Ephesi, Ulysses simulata vesania bovem cum equo jungens*—. Videatur idem Fr. Junius Catal. Art. p. 87. et 141. seq.

18. B. Χαιρεφάνης ἀκολάστους ὁμιλίας γυναικῶν πρὸς ἄνδρας.] Chærephanes pictor hac una Plutarchi mentione fertur. At Nicophanes memoratur ut pictor Plinio H. N. XXXV. 36. §. 23: ut πορνόγραφος, *meretricum*, vel *meretriciorum amorum, pictor*: Athenæo XIII. p. 567. B: ἐκ ἂν ἁμάρτοι δέ τις σὲ καὶ πορνόγραφον καλῶν, ὡς Ἀριστείδην καὶ Παυσανίαν, ἔτι τε Νικοφάνη, τὸς ζωγράφους· μνημονεύει δὲ αὐτῶν ὡς ταῦτα καλῶς γραφόντων Πολέμων ἐν τῷ περὶ τῶν ἐν Σικυῶνι πινάκων. Forte Chærephanes nomen corruptum sit ex vero Nicophanes. Et Parrhasius adeo in hoc genere ludere solebat, ut est apud Plinium XXXV. 36. §. 5. —*pinxit et minoribus tabellis libidines, eo genere petulantis joci se reficiens.* Lascivæ hujusmodi tabulæ memorantur subinde Veteribus: quos et ipsorum interpretes adeant qui plura cognoscere cupiunt: veluti Suetonium Tiberio XLIII. ibique Casaubonum: Propertium II. 5. 23. seq. cum nota Broukhusii: Ovidium Trist. II. 523. cum explicatione Burmanni.

18. B. ποιητικὴ πολλάκις ἔργα καὶ πάθη μοχθηρὰ καὶ ἤθη μιμητικῶς ἀπαγγέλλει] Sic et præcipit Auctor de Vita Homeri, qui perperam Plutarchus dicitur, §. 5. edit. Galei

p. 284: Εἰ δὲ μὴ μόνον ἀρετὰς ἀλλὰ καὶ κακίας ψυχῆς ἐν ταῖς ποιήσεσι παρίςησι, λύπας τε καὶ χαρὰς, καὶ φόβους καὶ ἐπιθυμίας, οὐ χρὴ αἰτιᾶσθαι τὸν ποιητὴν, παρόντα δὲ μιμεῖσθαι οὐ μόνον τὰ χρηςὰ ἤθη, ἀλλὰ καὶ τὰ φαῦλα· ubi e conjectura corrigo: —αἰτιᾶσθαι αὐτόν· ποιητὴν γὰρ ὄντα δεῖ μιμεῖσθαι οὐ μόνον τὰ κ.τ.λ. In exemplo, quod deſcribendum dedi Oxonienſibus typographis, correxeram αἰτιᾶσθαι τὸν ποιητήν· ποιητὴν γὰρ ὄντα δεῖ μιμεῖσθαι— hæc, cæterum ſimilis, tamen lenior eſt mutatio. Ariſtotelis ad hanc rem pertinet præceptum Poetic. Cap. II: Ἐπεὶ δὲ μιμοῦνται οἱ μιμούμενοι πράττοντας, ἀνάγκη δὲ τούτους ἢ σπουδαίους ἢ φαύλους εἶναι· (τὰ γὰρ ἤθη σχεδὸν τούτοις ἀκολουθεῖ μόνοις· κακίᾳ γὰρ καὶ ἀρετῇ τὰ ἤθη διαφέρουσι πάντες) ἤτοι βελτίονας ἢ καθ' ἡμᾶς ἢ χείρονας ἀνάγκη μιμεῖσθαι· ὥσπερ οἱ γραφεῖς, Πολύγνωτος μὲν κρείττους, Παύσων δὲ χείρους, Διονύσιος δὲ ὁμοίους εἴκαζε—.

18. C. ὑὸς βοὴν καὶ ψόφον τροχιλίας καὶ πνευμάτων ῥοῖζον καὶ θαλάττης κτύπον] In hujuſmodi ſonis imitandis ac diligenter exprimendis actores ſcenici laudem ponebant. Hæc e Platone ducta videntur, cujus exſtat illuſtre præceptum, quo futuros reipublicæ ſuæ cives ab imitatione ſcenica, præſertim hujuſmodi, abſtinere jubet, Republ. III. p. 436. C—E: Τί δέ; ἵππους χρεμετίζοντας, καὶ ταύρους μυκωμένους, καὶ ποταμοὺς ψοφοῦντας, καὶ θάλατταν κτυποῦσαν, καὶ βροντὰς, καὶ πάντα αὖ τὰ τοιαῦτα ἢ μιμήσονται; —πάντα ἐπιχειρήσει μιμεῖσθαι σπουδῇ τε καὶ ἐναντίον πολλῶν ἃ νῦν δὴ ἐλέγομεν, βροντάς τε καὶ ψόφους ἀνέμων τε καὶ χαλαζῶν, καὶ ἀξόνων, καὶ τροχιλίων, καὶ σαλπίγγων καὶ αὐλῶν, καὶ συρίγγων καὶ πάντων ὀργάνων φωνὰς, καὶ ἔτι κυνῶν καὶ προβάτων καὶ ὀρνέων φθόγγους. Addatur Leg. II. p. 582. F.

18. C. Παρμένων τὴν ὖν] Rem uberius narrat Plutarchus Symp. V. 1. p. 674. B: ἀλεκτορὶς γὰρ βοῶσα συνεχῶς καὶ κορώνη λυπηρὸν ἄκουσμα καὶ ἀηδές ἐστιν· ὁ δὲ μιμούμενος ἀλεκτορίδα βοῶσαν καὶ κορώνην, εὐφραίνει·—Ἐπεὶ τί πάσχοντες, ἢ τίνος ἔξωθεν γινομένου πάθους τὴν Παρμένοντος ὖν ὕτως ἐθαύμασαν, ὥςε παροιμιώδη γενέσθαι. Καίτοι φασὶ, τοῦ Παρμένοντος εὐδοκιμοῦντος ἐπὶ τῇ μιμήσει, ζηλοῦντας ἑτέρους ἀντεπιδείκνυσθαι· προκατειλημμένων δὲ τῶν ἀνθρώπων καὶ λεγόντων, "Εὖ μὲν, ἀλλ' οὐδὲν πρὸς "τὴν Παρμένοντος ὖν," ἕνα λαβόντα δελφάκιον ὑπὸ μάλης, προσελθεῖν· ἐπεὶ δὲ καὶ τῆς ἀληθινῆς φωνῆς ἀκούοντες ὑπεφθέγγοντο, "Τί

"οὖν αὕτη πρὸς τὴν Παρμένοντος;" συναφεῖναι τὸ δελφάκιον εἰς τὸ μέσον, ἐξελέγχοντα τῆς κρίσεως τὸ πρὸς δόξαν, οὐ πρὸς ἀλήθειαν. Res proverbialem nacta celebritatem, in fabulæ formam redacta a Phædro, omiſſis perſonarum nominibus, exſtat V. 5. ubi et Neveletus hunc Plutarchi, et Freinſhemius illum ſupra appoſitum Platonis locum adfert: eſt et apud Eraſmum Adag. p. 473. Parmeno comœdus fuit Athenis ætate Demoſthenis: meminit ejus Æſchines Or. contra Timarchum p. 284. D: πρώην ἐν τοῖς κατ' ἀγρὸς Διονυσίοις κωμῳδῶν ὄντων ἐν Κολυτῷ, καὶ Παρμένοντος τοῦ κωμικοῦ ὑποκριτοῦ εἰπόντος τι πρὸς τὸν χορὸν ἀνάπαιστον—. ita enim certiſſima correctione pro παραμένοντος reſtituit Hier. Wolfius. Eumdem alia in cauſſa memorat Ariſtoteles Problem. XXII. 3.

18. C. καὶ Θεόδωρος τὰς τροχιλίας] Nobilis tragœdus eadem fere ætate: de quo ſubinde meminit Plutarchus, cujus locos notavit Perizonius ad Ælian. V. H. XIV. 40: ubi quod Theodorus *poeta tragœdiæ* vocatur, error eſt Æliani. Nam antiqui, qui quidem alicujus ſint auctoritatis, eum *hiſtrionem tragicum* perhibent: quorum locis a Perizonio allatis addatur Demoſthenis Orat. pro Corona p. 476. A: et Ariſtotelis Rhetoric. III. 2. Et quod poetæ ſuas ipſi tragœdias egerunt, hoc non eo valet, ut propterea Theodorus poeta vocaretur. Et ſi fuit *poeta*, non ὑποκριτὴς vocaretur: quis enim umquam Æſchylum, Sophoclem, Euripidem, ὑποκριτὴν τραγῳδιῶν vocavit, licet ſua ipſi quoque egerint dramata? Neque vero fuit *poeta tragicus* hic Theodorus: quippe alii Veterum loci non huc valent. Suidæ Θεόδωρος ποιητὴς, ὃς ἔγραψε διάφορα δι' ἐπῶν, καὶ εἰς Κλεοπάτραν δι' ἐπῶν, profecto et ætate et argumento diverſus eſt. Heſychius voc. Πελεθόεαψ. Θεόδωρος ὁ Κωμικὸς ὁ ὑποκριτὴς ὕτως ἐπεκαλεῖτο, τινὲς δὲ ποιητὴν αὐτόν φασι γεγονέναι: primum interpolatus eſt in illo ὁ Κωμικὸς, quod recte delendum judicavit Perizonius: deinde hi *aliqui*, qui eum poetam fuiſſe dixerunt, non addiderunt cujus generis poeta fuerit; ut eum cum aliis Theodoris poetis confudiſſe videantur. Diogenes Laert. II. 104. viginti memorat Theodoros, in his poſtremum *tragicum*, εἰκοστὸς, ποιητὴς τραγῳδίας: quem ab hoc hiſtrione diverſum eſſe, ipſe nu-

merus indicat: quandoquidem Diogenes fere in enumerandis homonymis ordinem ætatis ſequi ſolet. Quo magis miror eruditiſſimum J. A. Fabricium Bibl. Gr. Vol. II. p. 692. eos aut pro uno eodemque habuiſſe, aut non perſpicue diſtinxiſſe. Cæterum τροχιλίας aſper et ingratus ſonus ipſe quoque proverbii inſtar fuiſſe videtur ex dicto Socratis apud Diogenem Laert. II. 36. de Socrate: πρὸς Ἀλκιβιάδην εἰπόντα, ὡς οὐκ ἀνεκτὴ ἡ Ξανθίππη λοιδορᾶσα, Ἀλλ' ἔγωγ', ἔφη, συνείθισμαι καθαπερεὶ τὴν τροχιλίας ἀκούων συνεχῶς. Ita enim, monente Menagio, e Suida voc. Τροχιλίας legendum pro vulgato —τροχηλέας ἀκούων συνεχές. Simile Ciceronis Tuſc. V. 40: *At (ſurdi) vocem citharœdi non audiunt: Ne ſtridorem quidem ſerræ tum, cum acuitur: aut grunnitum, cum jugulatur, ſuis: nec, cum quieſcere volunt, fremitum murmurantis maris.*

18. C. Καὶ νοσώδη μὲν ἄνθρωπον καὶ ὕπελον ὡς ἀτερπὲς θέαμα φεύγομεν· τὸν δὲ Ἀριστοφῶντος Φιλοκτήτην, καὶ τὴν Σιλανίωνος Ἰοκάστην ὁμοίως φθίνοντι καὶ ἀποθνήσκοντι πεποιημένους ὁρῶντες χαίρομεν.] Geminum adhibendum eſt præceptum e gemino capite, Symp. V. 1. p. 674. A: καὶ γὰρ ἐπὶ τῶν θεαμάτων ὅμοια πεπόνθαμεν· ἀνθρώπους μὲν γὰρ ἀποθνήσκοντας καὶ νοσοῦντας ἀνιαρῶς ὁρῶμεν· τὸν δὲ γεγραμμένον Φιλοκτήτην, καὶ τὴν πεπλασμένην Ἰοκάστην, ἧς φασιν εἰς τὸ πρόσωπον ἀργύρου τι συμμίξαι τὸν τεχνίτην, ὅπως ἐκλιπόντος ἀνθρώπου καὶ μαραινομένου λάβῃ περιφάνειαν ὁ χαλκὸς, ἡδόμεθα καὶ θαυμάζομεν. Ita hunc locum corrigimus. Ariſtophon pictor, Silanion ſtatuarius, ut celebres artifices Veteribus memorantur: at hæc opera, illius Philoctetes, hujus Jocaſte, non niſi ex his Plutarchi mentionibus ad poſteritatem prodita ſunt. Videatur Junius in Catalogo Artificum p. 31. et 199.

18. D. Θερσίτης ὁ γελωτοποιὸς, ἢ Σίσυφος ὁ φθορεὺς, ἢ Βάτραχος ὁ πορνοβοσκὸς—] Therſites ſignificatur Homericus Il. B. 212; forte etiam ab aliis poetis ridicula jaciens inductus, nec una illa Homeri deſcriptione celebratur. Batrachus leno ex Menandrea videtur eſſe Comœdia, nec niſi una hac Plutarchi mentione nobis innotuit: nam alius, credo, eſt Batrachus ille delator Athenis ſub triginta virorum tyrannide, apud Lyſiam adv. Andocid. p.

124. et ſeq. et Batrachion, coquus Lariſſæ, ſimilis Pyrrho Epirotæ, apud Lucian. Indoct. T. III. p. 117. Siſyphus cur φθορεὺς vocetur, dubium videri poterat, et ignorare ſe ingenue fatebatur Krebſius; igitur eo inclinabat, ut non Siſyphum illum antiquum Homericum, ſed Comicum quemdam intelligendum putaret: quod per ſuſpicionem dictum, ut certum affirmat Reiſkius, nullam tamen et ipſe veteris teſtimonii auctoritatem ſequens, nec Krebſio perſuadens, monenti hoc ipſum in altera editione hujus libelli. Mihi Siſyphus φθορεὺς dici videtur antiquus ille Homericus, propter φθορὰν Anticleæ matris Ulyſſis, quam virginem vitiavit, antequam ea Laerti nuberet; unde Ulyſſes Siſyphi filius ferebatur. Scholiaſtes Sophocl. Ajac. 190. Conſulantur Micyllus ad Ovidii Met. XIII. 26: et Bachetus Meziriacus Comment. in Epiſt. Ovid. T. I. p. 15. Hujus φθορὰν vel φθορὰς in perditis Græcorum carminibus jactatas fuiſſe, credibile eſt; ſi quidem Siſyphi nomine duæ fuerunt Æſchyli tragœdiæ, una Sophoclis, et una item Euripidis. Cæterum Ulyſſis ætas ab ætate Siſyphi illius verſutia clari tanto diſtat intervallo, ut veriſimile ſit duos eodem nomine fuiſſe *Siſyphos*, a Veteribus in unum confuſos: quod recte monet Heynius, vir egregius, ad Apollodori I. 9. T. II. p. 142.

18. D. αἱ Δημονίδᾳ τῇ Χωλῇ κρηπῖδες, ἃς ἀπολέσας εὔχετο τοῖς τῆ κλέψαντος ἐναρμόσαι ποσὶν—] Theon Sophiſta Progymnaſm. Cap. V. p. 73. Damonem pædotribam vocat: Δάμων ὁ παιδοτρίβης χωλὰς ἔχων τὰς πόδας, κλαπέντων αὐτῆ τῶν ὑποδημάτων, ἔφη, Εἴθε ἐναρμόσειε τῷ κλέπτῃ. Ariſtodemus libro ſecundo γελοίων ἀπομνημονευμάτων apud Athenæum VIII. p. 338. A. Dorionem nominat: Δωρίωνος τῆ χρηματοποιοῦ κυλλόποδος ὄντος ἀπώλετο ἐν συμποσίῳ τῆ χωλοῦ ποδὸς τὸ βλαυτίον· ᾗ ὃς, Οὐδὲν, ἔφη, πλεῖον καταράσομαι τῷ κλέψαντι ἢ ἁρμόσαι αὐτῷ τὸ σανδάλιον: ejuſdem acute dicta referuntur alia ibidem p. 335—337.

18. E. Εἴπερ γὰρ ἀδικεῖν χρὴ—] Pervulgatum dictum Euripidis, ex Eteoclis perſona, Phœniſſ. 527.

18. E. Τῇ μὲν δικαίᾳ—] Item Euripidis, e perſona Ixionis in perdita tragœdia Ixione: exſtat et apud Stobæum

Serm. II. p. 30. 8. Unde in Fragm. ed. Muſgr. T. III. p. 569. relatum. Videndus et Valckenarius Diatrib. Fragm. Eurip. p. 166.

18. E. Τάλαντον ἡ προίξ·—] Dictum eſt ſenis fœneratoris e quadam Comœdia, forte Menandri.

18. F. συγκοιμήσεως τοῦ Πάριδος—] Iliad. Γ. 441.

p. 19. A. Μένανδρος ἐν τῷ προλόγῳ τῆς Θαΐδος—] Menandri fabula Thaïs alibi etiam in Veterum quæ ſuperſunt libris memoratur: at hi verſus, hoc uno loco. Imitatio apparet in Auſonii Epigrammate LXXVIII:

Sit mihi talis amica velim,
Jurgia quæ temere incipiat,
Nec ſtudeat quaſi caſta loqui,
Pulcra, procax, petulante manu.

et in illo Pomponii e Satira, apud Priſcianum libro VI. fin. p. 726: *Blanda, fallax, impotens, ſuperba, diſcordis.*

19. B. Αὐτίκα μειλίχιον—] Odyſſ. Ζ. 148.

19. B. Τόνδ' ἀγανοῖς—] Iliad. Β. 189.

19. B. ἀφειδῶς—] Quod plerique habent libri ἀπηνῶς, veriſimilitudine receptæ lectioni par eſt. Nam utrumque et apud alios et apud Plutarchum hoc uſu occurrit. Vit. Coriolani p. 235. A. ſimili in argumento. —δημοσίαις ἱκεσίαις καὶ δεήσεσι προσβέων ἢ λιταῖς ἱερέων ἀπηνῶς χρησάμενον, εἶτα χαρίσασθαι τῇ μητρὶ τὴν ἀναχώρησιν—. Apophth. p. 207. F: —ἑνὸς ἀφειδῶς καὶ κατακόρως παῤῥησιαζομένου: alia exempla ſunt in Krebſii nota: idem multo eſt frequentius in ſignificanda *liberalitate* et *profuſione ſumtuum faciendorum*, item *fortitudine vitæ prodiga*. Permutatio haud diſſimilis, ut opinor, accidit in Hippocratis Epiſt. XX. p. 23. E. T. I. edit. Charter. τὴν γὰρ ὀρθὴν κέλευθον οὐ θεωροῦσι καθαρὴν, καὶ λείην, ἢ ἀπρόσπλαιστον—φέρονται δὲ ἐπὶ τὴν ἀπειθῆ ἢ σκολίην—· ubi ἀπειθῆ videtur a Charterio poſitum: idque ſi ex veteribus libris habuit, forte mutandum in ἀπηνῆ. Nam editio Aldina, et Lubini p. 38. habent ἐναντίην bono ſenſu. Ἀπηνὴς pro ἀτειρὴς, *non tritus*, rariore poteſtate dicitur: ut monuit Ruhnkenius noſter Epiſt. Crit. II. p. 205. Per tralationem dicitur de animo *inſociabili* et *immanſueto*: Plutarcho Opp. Mor. p. 455. F. φωνὴν ἀπηνῆ καὶ τραχεῖαν

ἀριεὶς. 525. C: ζῆν ἀνελευθέρως, καὶ ἀπανθρώπως, καὶ ἀμεταδότως, καὶ πρὸς φίλους ἀπηνῶς, καὶ πρὸς πόλιν ἀφιλοτίμως. 678. B: ἀπηνὴς ὁ Ἀχιλλεύς. 680. E: 970. B: καλῶς Ὅμηρος εἶπε— γλαυκὴ δέ σ' ἔτικτε θάλασσα, πρὸς τὸν ἀνήμερον εἶναι δοκοῦντα καὶ ἄμικτον—· ὁ δὲ καὶ πρὸς τὰ χερσαῖα τῷ λόγῳ τούτῳ χρώμενος, ἀπηνὴς καὶ θηριώδης. Phocione p. 742. D. Plato Leg. XII. p. 689. E: τὸ δ' αὖ μήτε ἄλλους δέχεσθαι, μήτε αὐτοὺς ἄλλοσε ἀποδημεῖν—ἄγριον καὶ ἀπηνὲς φαίνοιτ' ἂν τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις.

19. B. Ἀλλ' οὐκ Ἀτρείδῃ—] Iliad. A. 24.

19. C. Οἰνοβαρὲς—] Iliad. A. 225: reprehendit et Plato Rep. III. p. 433. F.

19. C. Πηλείδης δ' ἐξαῦτις—] Iliad. A. 223.

19. C. Ἦ ῥα· καὶ Ἕκτορα δῖον—] Iliad. Ψ. 24. reprehendit item Plato Rep. III. p. 434. C.

19. D. Οὐκ ἀρετᾷ—] Odyſſ. Θ. 329.

19. D. Ὣς ἔφατ'—] Iliad. Θ. 198.

19. D. Ὣς φάτ' Ἀθηναίη—] Iliad. Δ. 104.

19. D. αἱ τῶν λόγων ἀποφάσεις καὶ δόξαι.] Dictum eſt pro αἱ ἀποφάσεις τῆς δόξης αἱ ἐκ τῶν λόγων, *declarationes opinionis ex ipſis verbis*, id eſt, ubi poeta ſuum judicium diſerte dictis oſtendit; ut proxima ſunt exempla, in quibus poeta judicium ſuum oſtendit ipſo rerum eventu, ἐκ τῶν πραγμάτων. Ergo ἀποφάσεις καὶ δόξαι eſt figura uſitatiſſima, ἓν διὰ δυοῖν, pro ἀποφάσεις τῆς δόξης. Itaque minus recte vertit is, qui Xylandri Latinam interpretationem immutavit in editione Græco-Latina Anni 1624. cujus exemplum nos Oxonienſibus typographis excudendum dedimus, *Hujuſmodi negantias et ſententias*. Rectius Xylander *Hujuſmodi effata et ſententias*. Nam ἀπόφασις ab ἀποφαίνομαι *enuncio, ſtatuo*, eſt *effatum, ſententiæ declaratio*: ab ἀπόφημι, eſt *negatio*: prius illud debebat ſcribi ἀπόφανσις, ſed uſus apud Veteres jam ita invaluit, ut utroque ſenſu non niſi ἀπόφασις diceretur. Videatur H. Steph. Theſ. L. Gr. T. I. p. 13. 21. 61. G. Budæus Comment. L. Gr. p. 291—294. Ariſtoteles tamen diſerte diſtinxit in libro Περὶ Ἑρμηνείας Cap. V. et VI: ἔστι δὲ ἁπλῆ ἀπόφανσις φωνὴ σημαντικὴ περὶ τοῦ ὑπάρχειν τι, ἢ μὴ ὑπάρχειν, ὡς οἱ χρόνοι διῄρηνται· κατάφασις δέ ἐστιν ἀπόφανσίς τινος κατά τινος· ἀπόφασις δέ ἐστιν ἀπόφανσίς τινος ἀπό

τινος· *est autem simplex enunciatio vox significans aliquid esse aut non esse, secundum temporis divisionem: affirmatio est enunciatio alicujus de aliquo: negatio est enunciatio alicujus ab aliquo:* i. e. *qua quid ab aliquo tollitur et abjudicatur.* Conferatur Analyt. Poster. II. 2. Ἀπόφασις, *Enunciatio, sententia, judicium, opinio, ejus declaratio verbis expressa,* subinde legitur apud Plutarchum, Opp. Mor. p. 88. A. 147. A. 153. C. 172. D. 563. B. 700. E. 718. C. 1029. F. 1048. F. Dion Chrys. Or. XXXVI. p. 440. D: ἢ οὐ δοκεῖ σοι εἰκότως προθεῖναι Φωκυλίδης τῇ τοιαύτῃ γνώμῃ καὶ ἀποφάσει (τὸ ὄνομα αὐτοῦ); Hujusmodi sunt Πυθαγορικαὶ ἀποφάσεις apud Jamblichum Vit. Pythag. §. 101, 102. Et vero ἀποφάσεις, si non modo breves, sed et acutæ sunt, et certo tempore opportune enunciatæ, dicuntur ἀποφθέγματα. Καταφατικὸς et ἀποφατικὸς, *affirmans* et *negans,* trita sunt apud Dialecticos: illud restituendum Numenio ap. Euseb. Præp. Evang. XIV. 8. p. 737. B. de Carneade scribenti, ἐξαρνητικός τε καὶ καταφαντικὸς ἦν, legendum enim καταφατικὸς, *erat et negans et affirmans.* Plutarchus Opp. Mor. p. 732. E. 1047. D. Ἀπόφασις et κατάφασις *negatio et affirmatio* apud Aristoclem Euseb. l. c. p. 760. B. Conferatur et Is. Casaubonus ad Diog. Laert. IV. 28.

19. E. Εὐριπίδης εἰπεῖν λέγεται πρὸς τοὺς τὸν Ἰξίονα λοιδορῆντας—] Idem Euripidis in Bellerophonte fabula factum dictumque prodit Seneca Epist. CXV. " *Sine me vocari* " *pessimum, ut dives vocer*"—. *Cum hi novissimi versus in tragœdia Euripidis pronunciati essent, totus populus ad ejiciendum actorem et carmen consurrexit uno impetu: donec Euripides in medium ipse prosiluit, petens, ut exspectarent viderentque quem admirator auri exitum faceret. Dabat in illa fabula pœnas Bellerophontes, quas in sua quisque dat. Nulla enim avaritia sine pœna est, quamvis satis sit ipsa pœnarum.* De versibus illis Latine a Seneca appositis videatur Valckenarius Diatrib. Fragm. Euripid. p. 165. C. Forte, tironum caussa, monendum sit de usu et potestate verborum ἐξήγαγον et προσηλῶσαι, *non antea eum eduxi e scena, quam rotæ affixissem,* id est, *ita hanc tragœdiam descripsi ac disposui, ut Ixion non prius scenam relinqueret, quam rotæ af-*

fixus esset: quo usu is qui aliquid cogitat, judicat, dicit, scribit, ipsum illud facere dicitur: veluti οἱ κινοῦντες τὴν γῆν, *qui terram movent*, id est, *qui terram moveri statuunt:* de quo nunc quidem satis sit laudasse Is. Casaub. ad Theophrasti Char. VIII. et T. Hemsterhusium ad Thom. Mag. p. 187. laudatos item Krebsio. Nam plura ipsi ad locum magis opportunum reservamus.

19. E. ταῖς πάλαι μὲν ὑπονοίαις, ἀλληγορίαις δὲ νῦν λεγομέναις, παραβιαζόμενοι—] Sanum rectumque Plutarchi judicium in poetarum interpretatione unam Grammaticam rationem sequentis, allegoriam repudiantis, declaravimus supra in exordio Animadversionum ad hunc librum. *Allegoria* dicebatur rhetoribus figura oratoria, *quum fluxerunt plures continuæ tralationes*; quamquam vocabulo, ne hac quidem significatione, usus videtur Aristoteles, ut colligitur e Cicerone Orator. 27: sæpius nominat Quinctilian. Inst. Or. VIII. 6: postea de interpretatione ista frequentari cœpit, qua poetarum fabulæ ad naturæ rationem revocantur: quum apud antiquos ista interpretatio, forte etiam figura illa oratoria, ὑπόνοια diceretur. Utrumque certe et vocabulum et sensum conjunxit Demetrius de Elocutione §. 99—102, Veteres ille, ut credibile est, secutus: quibus locis cognoscendis adhibeatur P. Victorii Commentarius p. 95—97. et 221. De voce ὑπόνοια unus instar omnium consulatur Ruhnkenius noster ad Timæi Lex. Plat. p. 200.

19. F. μοιχευομένην—Ἀφροδίτην ὑπὸ Ἄρεως] Od. Θ. 267. et seq.

19. F. τὸν δὲ τῆς Ἥρας καλλωπισμὸν ἐπὶ τὸν Δία—] Iliad. Ξ. 214.

p. 20. A. γυναικοκρασίαν—] De hujus vocabuli, quamquam in prioribus Lexicis proditi, auctoritate dubitat H. Stephanus Thes. L. Gr. T. IV. Indic. p. 700. credo quod sine appositio exemplo proderetur. Atqui et hoc loco habet veterum codicum auctoritatem, et duobus aliis locis est apud Plutarchum: in Agid. et Cleom. p. 820. D: τῆς δὲ βασιλείας εὐθὺς εἰς πολλὴν ἀσέλγειαν καὶ παροινίαν καὶ γυναικοκρασίαν ἐμπεσούσης, ἠμελεῖτο καὶ τὰ τῶ Κλεομένους. Antonio

p. 920. D: ὥστε Κλεοπάτραν διδασκάλια Φυλβία τῆς Ἀντωνίου γυναικοκρασίας ὀφείλειν. Strabonis verba III. p. 251. B: ἔχει γάρ τινα γυναικοκρασίαν· τοῦτο δ' οὐ πάνυ πολιτικὸν, appoſuit Dan. Scottus in Append. ad Theſ. p. 757. Igitur ejuſdem fere eſt poteſtatis ac γυναικομανία, γυναιμανία, *mulieroſitas* et quidem *intemperans*, eſt enim a κρᾶσις *temperamentum*: ut illa eſt *inſaniens*, a μαίνειν: tueturque ſe eadem originis notatione, qua ἀκρασία, εὐκρασία, δυσκρασία, ἐωλοκρασία. Conjunctum videtur et cognatum γυναικοκρατία *muliebre imperium*, quod item dicitur, ut ἀριστοκρατία, δημοκρατία, et ſimilia: quamquam potius eſt affine, a κράτος, κρατέω, nec controverſum, quippe ratione et uſu firmatum: apud Plutarchum Apophthegm. p. 198. D: Lycurg. p. 47. E: Catone Maj. p. 340. B: Ariſtotelem Rep. V. 11. et γυναικοκρατέμενοι, ib. II. 7. Porro, γυναικοκρασία eſt *in viris, qui nimium mulieribus dediti ſunt*: γυναικοκρατία, *in mulieribus, quæ imperium obtinent*. Cæterum, ut ἀκράτεια, *impotentia, incontinentia*, et ἀκρασία, *intemperies, intemperantia*, cum uſu Scriptorum, tum errore librariorum, ſæpe confuſa ſunt, quaſi ἀκρασία facta eſſet ex voce ἀκρατησία, quod tamen rationi repugnat, licet forte opinione vulgari probatum, nec improbatum fuerit H. Stephano Theſ. L. Gr. T. II. p. 134. et 405: ita putem eadem temeritate duo hæc nomina, γυναικοκρασίαν et γυναικοκρατίαν, agitata fuiſſe.

20. A. Εἵματά τ' ἐξημοιβὰ—] Odyſſ. Θ. 249.

20. A. Ἀλλ' ἄγε δὴ—] Odyſſ. Θ. 492.

20. A. σωφρόνων καὶ νοῦν ἐχόντων] Hæc quum differentiam in promtu poſitam habeant, *temperantium* et *prudentium*, Stephanus illud, loco veteris lectionis φρονίμων, recepit. Atqui haud diſſimile eſt Platonis Leg. XI. initio, νοῦν ἔχων ἔμφρονα: Plutarchi Adv. Stoic. p. 1077. E: κοινὰς φρένας διδόναι καὶ κοινὸν νοῦν. 42. D. Theſeo p. 3. B: μετὰ νοῦ καὶ συνέσεως: item σοφὸς et φρόνιμος junguntur Adv. Stoic. p. 1061. C. 1067. A. Adv. Epicur. p. 1106. C. Ariſtoph. Ran. 537. —πρὸς ἀνδρός ἐστι νοῦν ἔχοντος καὶ φρένας—. Theſm. 298.

20. B. Ὄφρα ἴδῃς—] Iliad. O. 32.

20. B. διάθεσις ἔργων] *Descriptio evidens actionis.* Explicuimus supra p. 17. B.

20. C. ἐξ ὑποκειμένων] *Ex iis, quæ jam adsunt, materia inventa nec quærenda.* Sæpe occurrit hæc significatio in Plutarcho: at appositе in T. Flamin. p. 382. C: Τίτος μὲν ἐξ ὑποκειμένων ἐνίκα, χρώμενος ὁπλισμοῖς καὶ τάξεσιν αἷς παρέλαβε· Φιλοποίμην δὲ αὐτὸς ἐπεισενεγκὼν καὶ μεταβαλὼν τὸν περὶ ταῦτα κόσμον—. Videatur Is. Casaubonus ad Polyb. I. 19. Sed alias in eodem genere formas in suos quasque locos rejicimus.

20. C. Μελάνθιος—] Quis hic significetur Melanthius, Tragicusne, an alius, quandoquidem plures fuerunt hoc nomine, memorati quoque Fabricio Bibl. Gr. Vol. I. p. 683. non constat: nec dictum alibi proditum deprehendimus. Tamen Tragicum significari putem. Comparatio habet vim proverbii, ducti a parietibus navis, quorum altero depresso, alter tollitur; illo mersо, hic exstans dicitur ὁ εὖ πράττων τοῖχος. Hinc est illud Aristophanis Ran. 540. Μετακυλινδεῖν αὐτὸν ἀεὶ Πρὸς τὸν εὖ πράττοντα τοῖχον—Δεξιοῦ πρὸς ἀνδρός ἐσι, καὶ φύσει Θηραμένης. Ubi Scholiastes vim dictionis explicat: εἴρηται δὲ ἐκ μεταφορᾶς τῶν ἐπιβατῶν τῆς νεὼς, ὅταν θατέρα μέρα αὐτοῖς κατακλυζομένη πρὸς τὸ ἕτερον ἅτοι μεθίστανται: ejusque exemplum adfert ex Euripidis Alcmena, leni correctione emendatum a Musgravio T. III. p. 542.

Οὐ γάρ ποτ' εἴων Σθένελον εἰς τὸν εὐτυχῆ
Χωροῦντα τοῖχον, τῆς δίκης σ' ἀποστερεῖν.

Inde ortum dictum *in utrumque inclinare parietem*, quod habet Philo Jud. De Migrat. Abrah. p. 410. E: εἰσὶ γάρ τινες ἐνδοιάζοντες καὶ ἐπαμφοτερίζοντες, πρὸς ἑκάτερον τοῖχον, ὥσπερ σκάφος ὑπ' ἐναντίων πνευμάτων διαφερόμενον, ἀποκλίνοντες—. Similiter De Posterit. Caini T. I. edit. Mang. p. 244: ἐπαμφοτερίζει καθάπερ ἐπὶ πλάσιγγος ἀντιῤῥέπων, ἢ ὥσπερ θαλατταῖον σκάφος ὑπὸ πολλῶν κλύδωνος πρὸς ἑκάτερον τοῖχον ἀποκλίνει. Ex Aristophane in Proverbia Metrica Schotti relatum est vers. 1331. Attigit et Gatakerus Advers. Posth. p. 524.

20. C. αἱ δὲ τῶν ποιητῶν ὑπεναντιώσεις πρὸς αὐτὺς ἀνταναφέρουσαι τὴν πίστιν] *Poetarum repugnantiæ ad ipsos poetas ex con-*

trariis partibus fidem extollunt: est dictio plane Plutarcheæ formæ. Cruserius, *dissidia mutua poetarum invicem fidem ad se retrahentia:* non satis attendit ἀνταναφέρεσαι, quod refertur ad ἀνθολκήν: ubi enim repugnantia ἀνταναφέρει τὴν πίστιν, ibi *fides tamquam in meliore pariete navis emergit et assurgit:* poterat magis proprie, *poetarum repugnantiæ inter ipsos fidem æquant.* Codices consentiunt; nisi quod Exempl. Turn. habet ἀναφέρεσαι et ἀνταφαιρεῖσαι: et C. ποίησιν pro πίστιν. Sed vulgata præstat, siquidem ἀναφέρειν neutro est *emergere*, et active, *tollere quid ex profundo.* Valet hic etiam notio *excitandi, servandi, referendi*, activa: ut Opp. Mor. p. 443. A. 477. B. 559. C. Publicola p. 109. E. Verbum sine exemplo positum ab H. Steph. Thes. L. Gr. Indic. p. 457. A. hoc uno Plutarchi exemplo confirmavit Dan. Scottus in Appendice.

20. D. Πόλλ', ὦ τέκνον—] Priorem versum citat ex Euripidis Archelao Justinus Martyr de Monarchia p. 108. C: alterum simpliciter Euripidis nomine memorat Plutarchus de Stoic. Repugn. p. 1049. E. Utrumque vertit ac retulit H. Grotius in Excerpt. p. 375. Apud Musgravium in Fragm. Eurip. T. III. p. 552.

20. D. Χρυσοῦ σε πλήθει—] Alterum horum versuum habet Stobæus Serm. XCI. p. 507. Σκαιὸν τὸ πλ. præmissis compluribus ex Euripide locis, et proximo e fabula Dictye; tum hic subjicitur, adjecto ad marginem τοῦ αὐτοῦ. Atque ita edidit Grotius, utrumque ut alternos interrogantis et respondentis, Florileg. Stob. p. 377. ex hoc quidem Plutarchi loco, sed priore versu τόσδε mutans in τοῖσδε: perperam quidem et a sensu poetæ aberrans, ut vere monuit Valckenarius, Diatrib. Eurip. Fragm. p. 228. Sed Barnesius proxime antecedentis in Stobæo loci inscriptione inductus, hos in Fragmenta ex Dictye retulit: at rectius Musgrav. inter Fragmenta incertorum Dramatum posuit LXIV. Similes sunt ejusdem Tragici sententiæ: ex Phaethonte apud Stob. ibid.

Δεινόν γε, τοῖς πλουτοῦσι τοῦτο δ' ἔμφυτον,
Σκαιοῖσιν εἶναι·

item ex Alcmena, ibidem:

Σκαιόν τι χρῆμα πλοῦτος, ἢτ' ἀπειρία.

Cæterum τοῖσδε Grotius dedit non ſolum in Florilegio l. c. ſed et in Excerptis p. 421. et in peculiari hujus Plutarchei libri editione, Florilegio præmiſſa p. 21. Et Plutarchei codices nonnulli diſſentiunt a vulgata lectione: τῆσδε Ald. Baſ. at diſerte τοῖσδε Rodolph. et Jannot. Attamen vulgata unice eſt probanda. Non enim eſt ſenſus: *Auri te copia, non illis rebus, lætari decet?* Sed: *Auri copia te lætari, illos non lætari, decet?* Eſt hominum, non rerum oppoſitio: ut in illo ex Alceſtide 702:

Χαίρεις ὁρῶν φῶς; πατέρα δ' οὐ χαίρειν δοκεῖς·

quod venuſte παρῳδεῖ Ariſtophanes Theſmoph. 201.

20. D. —τί δῆτα δεῖ σε κάμνειν;—] Valckenarius ſuſpicatur, ex Euripidis Palamede eſſe, ad Phœniſſ. p. 447. In libris noſtris poſterior verſus nil habet varietatis, prior multum. Ald. Baſ. τι δεῖτα δεῖ σε κατθανεῖν: item Xyl. niſi quod δῆτα habet. Inter δῆτα et δεῖ eſt ἔσι in A. E. C. Moſc. 1. 2. Harl. Coll. Nov. Vulc. in Jun. οὐ. Porro κάμνειν, quod abeſt in Ald. Baſ. Xyl. Moſc. 1. 2. Exempl. Turneb. addunt Jannot. Pol. et habent reliqui. Denique pro κατθανεῖν habent κατθανόμενον C. E. Coll. Nov. Vulc. Exempl. Turneb. Et totum verſum ita habent C. E. τί δῆτ' οὖσι δεῖ σε κατθανόμενον· item Vulc. excepto δῆτα pro δῆτ'.

20. E. τοῖς ἐν ἤθει καὶ μετὰ παιδιᾶς λεγομένοις·] Iis dictis, quæ poeta μετὰ παιδιᾶς, id eſt, *non ſerio et ipſe probans ac vera judicans*, ſed ἐν ἤθει *in more*, id eſt, *moribus perſonæ accommodata*, profert. Nam παιδιὰ opponitur σπουδῇ. Eſt autem ἦθος, τὸ πρέπον, *id quod moribus ac perſonæ alicujus convenit, affectus morumque ſignificatio*, quem hodie vulgo *characterem* dicunt, notatque affectus lenes, ut πάθος vehementes. Rhetorum de hoc argumento et vocabulo uſurpationem diligente brevitate expoſuit Jo. Chriſt. Theoph. Erneſti Lexic. Technol. p. 153. Appoſite ad rem præſentem adhibeatur ſimile dictum Plutarchi de Adulat. et Amic. p. 73. E: ἐν ἤθει καὶ μετ' εὐνοίας προσφέρεσθαι τοῖς ἁμαρτάνουσι, *ſine ira et placide cum benevolentia corrigere peccantes*, id eſt, *aſſumta perſona hominis benevoli et cum ſignificatione et moribus benevolentiæ*. Diogenes Laert. VI.

10. de Antiſthene: Ποντικοῖς γὰρ νεανίσκοις κατὰ κλέος Σωκράτης ἀφιγμένοις περιτυχὼν, ἀπήγαγεν αὐτὸς πρὸς τὸν Ἄνυτον, εἰπὼν ἐν ἤθει, σοφώτερον εἶναι Σωκράτης, perperam interpres Latinus, *dicens, Illum moribus ſapientiorem eſſe quam Socratem*, quod reddendum erat *dicens leni irriſione, lenibus ſub verbis ac moribus ſignificata reprehenſione, Illum ſapientiorem eſſe Socrate.* Iſocrates Or. ad Philipp. p. 150: *oratio, quam quis lente ac frigide legit*, μηδὲν ἦθος ἐνσημαινόμενος, ἀλλ' ὥσπερ ἀπαριθμῶν, εἰκότως, οἶμαι, φαῦλος εἶναι δοκοίη τοῖς ἀκούσιν. Sic et ἠθικῶς dicitur *ſimulate, cavillando, ſimulato alio animi affectu, facete:* de quo conſulatur doctiſſimus F. L. Abreſchius Lect. Ariſtænet. p. 310; et nos in ſequentibus alio loco agemus.

20. E. Εὐθὺς, εἰ βέλει, πρὸς τὰς Ὁμηρικὰς τῶν θεῶν ῥίψεις ὑπ' ἀλλήλων καὶ τρώσεις ὑπ' ἀνθρώπων—] Deeſſe videtur verbum, quo ſententia regatur: idque voluit Vulc. Collect. Muret. Jannot. in margine poſitum, ἴσως λείπει τι. Reiſkius poſt χαλεπότητας ſupplet ὑποφέρειν δεῖ. Malim credere verbum quoddam excidiſſe, quam præſentibus mutandis ſenſum conſtituere. Locus cæteroquin ſanus eſt. Εὐθὺς initio ſententiæ eſt *exempli gratia*, ut αὐτίκα: monuit G. Kœnius ad Corinth. p. 195: D. Ruhnkenius ad Timæi Lex. p. 56: et multis Plutarchi locis ita uſurpatur: Opp. Mor. p. 938. C. εὐθὺς τὸ πρῶτον—: p. 436. A. οἷον εὐθύς: 470. B. 494. A. 515. D. 758. A. Dion Chryſ. Or. XI. p. 191. A. Deinde εἰ βέλει, Opp. Mor. p. 667. A. 699. A: et apud alios, ut dudum notavimus ad Plut. de Ser. Num. Vind. p. 68. Deorum ῥίψεις ὑπ' ἀλλήλων, quamquam non ſunt mutuæ, ſed unius Jovis alios Deos ῥίπτοντος, dicuntur ad explendam oppoſitionem, quam τῶν ἀνθρώπων poſtulabat. *Deorum ab ipſis invicem ejectiones et ab hominibus vulnerationes*, eſt conſtructio qua Nomen Verbale vim Verbi ſui in regendo ſervat, de qua monuerunt Dukerus ad Thucyd. V. 46. Abreſchius Animadv. ad Æſchyl. p. 57. laudati Krebſio, J. M. Heuſingerus ad Vechneri Hellenolexias I. 2. 17. p. 264. et qui ab his citantur: et nos hic ſemel ejus explicationi ſatisfaciamus memorandis locis cum Plutarcheis, tum aliis nondum alibi notatis; Opp. Mor. p. 45.

C. προσβλεψις αὐτῷ τῷ λέγοντι, *obtutus dicenti*, id est, *oculi in ipsum dicentem conversi*: potest subaudiri γενομένη, quod diserte additur p. 34. D: τὴν δὲ πρὸς τὸν Ἀχιλλέα τὸν ἐν Σκύρῳ καθήμενον ἐν τῷ παρθενῶνι γεγενημένην ἐπίπληξιν ὑπὸ τοῦ Ὀδυσσέως· potest etiam sola Verbi, unde oritur, potestate hanc vim tueri: p. 211. E. τῶν ἄλλων συμμάχων αὐτοῖς, *reliquorum qui ipsis erant socii*: 751. D. ἡ τῆ θήλεως ὕπειξις τῷ ἄρρενι, *obsequium, quod mulier viro praestat*: 752. A. *amorem* vocat συνεργὸν ἀθανασίας τῷ θνητῷ γένει, *adjutorem immortalitatis mortali generi*. 758. C. 780. D. E. 952. B. C. F. 1051. C. Theseo p. 37. E. Themistocle p. 112. E. Plato Theætet. p. 128. F. ὁμοίωσις θεῷ. Leg. II. p. 576. A. τὰς τῶν ἑορτῶν ἀμοιβὰς τοῖς θεοῖς, *festorum dierum Diis agendorum vicissitudines*. VIII. p. 646. D. δέχεθαι τὴν τῷ λόγῳ συγχώρησιν. IX. p. 654. H. τί συμβουλεύεις ἡμῖν περὶ τῆς νομοθεσίας τῇ τῶν Μαγνητῶν πόλει; Epist. VIII. p. 724. F: μετρία δὲ ἡ θεῷ δουλεία· ἄμετρος δὲ ἡ τοῖς ἀνθρώποις. Democritus ap. Stob. p. 132. ἡ τέκνοις ἄγαν χρημάτων συναγωγὴ πρόφασίς ἐσι φιλαργυρίης—· *nimia pecuniarum collectio pro liberis praetextus est avaritiae*. Dion Chrys. Or. LX. p. 576. D. προδοσίαν ἐπενεγκὼν τῷ στρατῷ τοῖς Πριαμίδαις, *accusans eum ut ausum prodere exercitum Priami filiis*. Latinorum exempla Scriptorum, praeter J. M. Heusingerum modo laudatum, notavit J. F. Gronov. ad Liv. XXIII. 35. 7. et XXXI. 40. 10: et ante eum plurima Plauti J. Ph. Pareus in Lexico Plautino voc. *Verbale*.

20. E. Οἶσθα καὶ ἄλλον—] Iliad. H. 358. M. 232.

20. E. —θεοὶ ῥεῖα ζώοντες.] Iliad. Z. 138: de quo nuper quaedam notavi ad Vitam Davidis Ruhnkenii p. 294.

20. E. Τῷ ἔνι τέρποντα—] Odyss. Z. 46.

20. F. Ὡς γὰρ ἐπεκλώσαντο—] Iliad. Ω. 525.

20. F. Πολλαῖσι μορφαῖς—] Euripidis auctoritate citat Plutarchus Defect. Oracul. p. 431. A: πολλαῖς γὰρ οἱ θεοὶ μορφαῖς οὐ σοφισμάτων, ὡς Εὐριπίδης φησὶν, ἀλλὰ πραγμάτων, σφάλλουσιν ἡμᾶς. Uterque versus, ut hoc loco, exstat apud Stobæum Serm. III. p. 35. sed appositio perperam nomine Menandri: quem errorem secutus est Apostolius Proverb. II. 4: unde J. Clericus in Menandreis Fragmentis repo-

ſuit p. 202: quum quidem et Grotius Floril. p. 15. Menandri nomen retinuiſſet. In Muſgravii editione eſt inter Fragmenta Incertorum Dramatum CXV.

p. 21. A. Εἰ θεοί τι δρῶσι φαῦλον—] Plutarchus de Stoic. Repugn. p. 1049. E: τοῦ Εὐριπίδου λέγοντος, Εἰ θεοί τι δρῶσιν αἰσχρὸν, οὐκ εἰσιν θεοί. Stobæus Serm. XCVIII. p. 539. locum tribus antecedentibus verſibus auctiorem exhibet, addito nomine Euripidis et fabulæ Bellerophontis: unde Grotius retulit Florileg. p. 419. et ſeq. In Muſgraviana editione eſt in Fragm. illius fabulæ, XIX.

21. A. —Χρὴ δὲ πᾶν ἔρδοντ'—] Pindarus Iſthm. IV. 81. Habet quoque Ariſtides Or. Plat. III. p. 322.

21. A. —Τῷ πὰρ δίκαν—] Pindarus Iſthm. VII. 67.

21. A. Τὸ κέρδος ἡδὺ—] Sophoclis ex incerto dramate: a Brunckio in Fragmentis poſitum T. II. p. 42. et comparatum cum ſimili ejuſdem dicto Electr. 61. Δοκῶ μὲν οὐδὲν ῥῆμα σὺν κέρδει κακόν. Omnes veteres libri habent εἴη, quod, quamquam vitioſum, nolui ſine libri auctoritate mutare. Xylander et Grotius correxerunt ἔῃ, Brunckius ἴῃ.

21. A. Οὐκ ἐξάγουσι—] Item hoc uno loco ad noſtram cognitionem proditus verſus: apud Brunck. T. II. p. 42: Grotium Excerpt. p. 147.

21. B. Δεινὸς γὰρ ἕρπειν πλοῦτος—] Exſtat quoque apud Stobæum Serm. LXXXIX. p. 503. locus auctior quinque verſibus hos præcedentibus et duobus ſequentibus appoſitis nominibus auctoris et fabulæ "*Sophocles* Ἀλεάδαις," unde Grotius utriuſque exempli comparatione correctiorem retulit in Florileg. p. 371. et Brunckius T. II. p. 7. Primo verſu Stob. Geſneri minus recte Ξένος γὰρ ἕρπει, nec melius Trincavelli Ξένος γὰρ ἕρπειν: proxima habent ita Ald. Baſ. Xyl. A. C. E. G. Moſc. 1. 2. πρός τε τὰ βατά Καὶ πρός τ' ἄβατα: prius πρὸς præterea deeſt in A. et Colleg. Nov. at Vulcob. πρὸς τ' ἄμβατα Καὶ πρὸς τὰ βατά: porro recte Stobæus ἔς τε τ' ἄβατα. Verſu 2: Brunckius, Heathium ſecutus, explet menſuram ita, Καὶ πρὸς τὰ βατὰ δὴ—: tum pro καὶ ὁπόθεν Stob. Mez. Brunck. χ' ὠπόθεν, recte. Verſu 3. varietatem vocis ἐντυχὼν notavimus in Emendationibus contextui ſubjectis: Stobæi εὐτυχὼν eſt

librarii errore pro ἐντυχὼν vel εὐτυχῶν. Verſu 5. Γλώσσῃ Ald. Baſ. Xyl. Stob. Geſner. quod nihili eſt; nam in caſu recto eſt γλῶσσα, ut vertit Latinus noſter interpres: at Aleander, Steph. et Græco-Latinæ, Stob. Trincavell. Grot. et reliqui γλώσσῃ, ut ſit γλώσσῃ σοφὸν, *diſertum*. Sed multa mihi præterea in hoc loco turbata videntur, atque adeo antiquitus, quandoquidem Plutarchi et Stobæi ſcripturæ fere conſentiunt. Initium et finis magis Euripideum quam Sophocleum characterem referunt: illius alterum verſum cum Euripideo conjunxit ipſe Plutarchus Opp. Mor. p. 497. B: τὸ δὲ ὑπὸ τῶ Εὐριπίδε λεγόμενον, Τὰ χρήματ' ἀνθρώποισιν εὑρίσκειν φίλες, Δύναμίν τε πλείσην τῶν ἐν ἀνθρώποις ἔχειν—eſt enim hic Phœniſſ. 443. Finis, Καὶ γὰρ δυσειδὲς σῶμα—ἰδεῖν, ſpeciem habet ſententiæ cum Euripideæ, tum peculiaris, nec continuatæ cum antecedentibus; quippe quorum ratio per hanc nulla redditur. Denique illud verſu ſecundo, χ' ὡπόθεν—τυχεῖν, ſive accipias, *pervenit eo, quo ſi pervenerit pauper, non tamen efficiet, ut voto ſuo potiatur*, ſive, *et potitur iis, quæ cupit, inde, unde pauper iis potiri non poſſit, quamvis eo perveniens:* dura et contorta ſunt, nec ſolutionem habent, niſi proximum quemdam verſum excidiſſe ſtatuamus. Illud quidem, Οὐδ' ἐντυχὼν δύναιτ' ἂν ὧν ἐρᾷ τυχεῖν, ſolum per ſe argutiam habet non invenuſtam, *ne incidens quidem in rem, ea re potiri poteſt*, quam *oxymorum* appellant. Sic Euripid. Andromach. 421: δυσυχῶν δ' εὐδαιμονεῖ. Xenarchus ap. Athen. XIII. p. 569. C: ἃς δ' οὔτ' ἰδεῖν ἐς', ἀθ' ὁρῶντ' ἰδεῖν σαφῶς. Menander ap. Stob. Serm. LXXII. p. 440. Μάταιός ἐσι, ὃ φρονῶν ἀδὲν φρονεῖ. Cui ſimile eſt illud Terentii Andr. Prolog. 17: *Faciunt næ intelligendo, ut nihil intelligant*; comparatum cum hoc a B. Martino Var. Lect. III. 10. qui alia hujus figuræ exempla protulit. Sophocles ap. Stob. Serm. IV. p. 52. ap. Grot. p. 27: Ἀλλ' οἱ κακῶς πράσσοντες οὐ κωφοὶ μόνον, Ἀλλ' οὐδ' ὁρῶντες εἰσορῶσι τἀμφανῆ. Plautus Milite II. 1. 71: *Faciemus, ut, quod viderit, non viderit:* ib. 2. 44: *id viſum, ut ne viſum ſiet.* ib. 72: *Quæ hic ſunt viſa, ut viſa ne ſint: facta infecta uti ſient.* Item 4. 17. et 53: 6. 89: *etiam illud quod ſcies neſciveris.* Bacchid. IV.

b. 21: *Scio me esse servum: nescio etiam id quod scio.* Atque ad hanc formam corrigenda putem verba Platonis Leg. X. p. 672. F: γιγνώσκειν δὲ αὐτὴν (τὴν συντέλειαν), ὦ πάντων ἀνδρειότατε, πῶς οὐ δεῖν δοκεῖς; ἤν τις μὴ γιγνώσκων ἀδ' ἂν τυχὸν ἴδοι ποτὲ, ἀδὲ λόγον ξυμβάλλεσθαι περὶ βίε δυνατὸς ἂν γένοιτο εἰς εὐδαιμονίαν τε καὶ δυσδαίμονα τύχην: quo loco τυχὸν, sive errore, sive librorum auctoritate, venit in editionem Lugdunensem qua utimur, certe ad veriorem lectionem ducit hanc: ἀδ' ἐντυχὼν ἴδοι ποτὲ—. *Cognoscere autem confectionem consummationemque Providentiæ divinæ, quomodo non necesse putas? quam quis non cognoscens, ne si incidat quidem in eam, i. e. ne tum quidem quum ei Providentiæ divinæ effectus eventusque se offerat, videre possit, nec aliis cum hominibus rationes conferre de vitæ vel felicitate vel infelicitate.* Sane hæc lectio ac sententia multum præferenda est vulgatæ τύπον, quam habent Basil. Steph. et Euseb. Præp. Evang. XII. p. 636. A.

21. B. Γένοιτο κἂν ἄπλετος—] Hoc uno loco proditum, ex incerto Sophoclis dramate, Brunck. T. II. p. 42.

21. B. Οὐδὲν κακίων πῖωχὸς—] Ex eodem genere: videndus ibidem Brunckius.

21. C. —ἀλλὰ τῶν πολλῶν—] Item, ejusdem generis, ibidem relatum a Brunckio.

21. C. Ἅπανθ' ὅσα ζῇ—.] Ex hoc loco retulit in Excerpta Comic. Grotius p. 755: indeque Clericus p. 264. Proverbii vim habet: Philo Jud. Legis Allegor. III. p. 1107. C: τῶν γὰρ πάντων πανηργότατόν ἐστιν ἡδονή· διὰ τί; ὅτι πάντα ἡδονῆς δοῦλα.

21. C. Ὀνειδος αἰσχρὸς βίος—] Iidem, iisdem locis.

21. D. ἀπίστως] Ortum fine dubio e proxime antecedente ἀποστήσει τὴν πίστιν, ejecit germanam lectionem ἀτόπως. Incredibile dictu quam late pateat per Veterum libros ista corruptelæ caussa, ut librariorum negligentia e duobus vicinis et similibus vocabulis alterum ad majorem etiam alterius similitudinem transfiguraret. Cujus rei vim exemplorum alibi expromemus.

21. D. Τὰς ἡδονὰς δεῖ συλλέγειν—] Alexidis hinc in Excerpta Comic. posuit Grotius p. 595: forte ex ejus Ta-

rentinis, unde ſimilem orationem appoſuit Athenæus XI. p. 463. E. Duos poſtremos verſus ſine auctoris nomine citat Plutarchus Virt. Moral. p. 445. F. In ſecundo, Τρεῖς δ' εἰσὶν αἳ γε τὴν δύναμιν κεκτημέναι—videtur ineſſe parodia dicti in Euripidis Antiopa, ap. Muſgrav. p. 547. Τρεῖς εἰσιν ἀρεταὶ ἃς χρή σ' ἀσκεῖν, ὦ τέκνον, θεούς τε τιμᾷν, τούς τε θρέψαντας γονεῖς, Νόμους τε κοινοὺς Ἑλλάδος· ut item in illo metrico proverbio apud A. Schottum 896. Τρεῖς εἰσιν ἱκανοὶ πρωκτὸν ἐκμάξαι λίθοι, Ἂν ὦσι τραχεῖς, ἂν δὲ λεῖοι, τέσσαρες. Operæ pretium animadvertere vim vocis προσθήκη *additamentum, quidquid ex abundanti additur partibus juſtis, quibus, veluti numeris ſuis, res jam abſoluta eſt: quidquid aliis ut principibus atque imperantibus adjungitur, ut ſubjectum ac ſerviens.* Comici dicto affinis eſt diſputatio Philonis Judæi De Nomin. Mut. p. 1058. D. προσθήκη δ' ἐστὶ τῶν φύσει τὰ θέσει, χρυσὸς, ἄργυρος, κτήματα, πρόσοδοι, οἰκετῶν θεραπεῖαι κ. τ. λ. perperam Mangeyus θέσει mutari vult in ἔξω: ſiquidem eleganter τὰ θέσει, *res adoptivæ*, opponuntur τοῖς φύσει, *rebus naturalibus*. Plutarchus Cicerone p. 866. B: Γαΐῳ Ἀντωνίῳ συνυπατεύσων, ἀνδρὶ καθ' αὑτὸν μὲν ὅτε πρὸς τὸ βέλτιον, ὅτε πρὸς τὸ χεῖρον ἡγεμονικῷ, προσθήκῃ δ' ἄγοντος ἑτέρου δυνάμεως ἐσομένῳ: ita edidimus in Selectis Hiſt. Gr. p. 288: ib. 870. F. Antonio p. 944. D: οὕτω δὲ ἄρα προσθήκη τῆς γυναικὸς ἦν, *Antonius erat additamentum Cleopatræ*, id eſt, *ſubjectus et mancipium*. Bruto p. 997. F: Μάρκον δ' Ἀντώνιον ἀξίαν φησὶ τῆς ἀνοίας δοῦναι δίκην, ὃς ἐν Βρούτοις καὶ Κασσίοις καὶ Κάτωσι συναριθμεῖσθαι δυνάμενος, προσθήκην ἑαυτὸν Ὀκταβίῳ δέδωκεν. Demoſthene p. 896. E. Opp. Mor. p. 223. F. 675. C. Callicratidas ap. Stob. Serm. LXXXIII. p. 486: —ὁ γάμος ἐπὶ βίου κοινωνίᾳ συνίσταται· οἱ μὲν οὖν τὰν δεσποτικὰν ἄρχοντες ἀρχὰν τῶν ἀνδρῶν, μισεῦνται ὑπὸ τῶν γυναικῶν· οἱ δὲ τὰν ἐπιστατικὰν, (*adminiſtram*) καταφρονέονται, προσθῆκαι γὰρ ἂν φαίνοιντο τῶν γυναικῶν. Arrianus Diſſert. Epictet. I. 4. p. 49: οὐ δεῖ προσθήκην αὐτὸν ἐκείνων γενέσθαι, ἀλλ' ἐκεῖνα αὐτῷ προσθεῖναι: eſt fere illud Horatianum ex Ariſtippi præcepto, Epiſt. I. 1. 19: *Et mihi res, non me rebus, ſubjungere conor.* Ariſtides T. I. p. 120. 131. 535. T. II. p. 421. Notum eſt Demoſthenis dictum de Macedonum

potentia, Olynth. II. p. 23. B: ἡ Μακεδονικὴ δύναμις καὶ ἀρχὴ ἐν μὲν προσθήκης μέρει ἐστί τις οὐ σμικρά·—αὐτὴ δὲ καθ' αὑτὴν ἀσθενὴς καὶ πολλῶν κακῶν ἐστι μεστή· item, Orat. ad Philippi Epist. p. 117. E: ἡ Μακεδονικὴ δύναμις ἐν μὲν προσθήκης μέρει φορὴν ἔχει τινὰ καὶ χρῆσιν, αὐτὴ δὲ καθ' αὑτὴν ἀσθενής ἐστι—· ac de plebe Athenienſi, Olynth. III. p. 39. B: ἐν ὑπηρέτου καὶ προσθήκης μέρει γεγένηται: item Orat. de Rep. Ord. p. 127. E: ὁ δὲ δῆμος ἐν ὑπηρέτου καὶ προσθήκης μέρει. Dictionem poſteri Scriptores imitati ſunt. Dionyſius Hal. Ant. Rom. V. 67. p. 318: de plebe pauperrima, προσθήκης μοῖραν ἐπεῖχον οὗτοι τοῖς ἐν φάλαγξι τεταγμένοις. Dion Chryſ. Or. XXXI. p. 352. A: ὃ γὰρ εἰλήφεισαν ἐν προσθήκης μέρει, τοῦτο ἀπώλλυον—. Lucianus in Zeuxide, 2. T. I. p. 840: οὐ μὴν τοσοῦτόν γε, ὅτε ὅλον, τῇ καινότητι νέμειν ἠξίουν· ἀλλὰ τὴν μὲν, ὥσπερ ἐν προσθήκης μοίρᾳ, συνεπικοσμεῖν τι καὶ πρὸς τὸν ἔπαινον συντελεῖν καὶ αὐτήν· τὰ δὲ τῷ ὄντι ἐπαινούμενα καὶ ὑπὸ τῶν ἀκουόντων εὐφημούμενα, ἐκεῖνα εἶναι. Ariſtides T. I. 241: δρόμοι δὲ—ὥσπερ οὐκ ἐν προσθήκης μέρει, ἀλλ' ἐπιτηδὲς εἶναι δρόμοι πεποιημένοι: *curricula autem—quaſi non appendicis inſtar, ſed conſulto ut eſſent curricula, exſtructa.* p. 455: δέονται ἡμῶν ἐν προσθήκης μέρει. p. 490: εἰ περιῆν Ἐπαμινώνδας, πότερ' ἂν ὑμῖν τούτων συνεβούλευε—ζῆν ἐν προσθήκης μέρει τούτῳ, ὃς ποθ' ὑμήρευε παρ' ὑμῖν. p. 504. Πύθων—ταῦτα καὶ ὑμῖν προξενεῖ, βουλεύειν, ἀκροᾶσθαι τοῦ χείρονος ἐν προσθήκης μέρει. Dio Caſſius XLVII. 39. T. I. p. 518: τὸ γὰρ ὑπήκοον, τό, τε συμμαχικὸν τὸ τότε αὐτοῖς παραγενόμενον, ἐν προσθήκης μέρει τοῦ πολιτικοῦ ἦν. LXIII. 12. T. II. p. 1035: τὸν γὰρ Τιγελλῖνον ἐν προσθήκης μέρει τοῦ Νέρωνος, ὅτι σὺν αὐτῷ ἦν, τίθημι. Cicero Or. pro Sextio 31: *Interceſſit Ligus iſte, neſcio qui, additamentum inimicorum meorum:* ubi D. Lambinus non oblitus eſt Demoſthenis.

21. E. Τοὺς μὲν φαύλους ζῆν τοῦ ἐδίεσθαι καὶ πίνειν ἕνεκεν—] Socratis dictum non quidem in Platonis aut Xenophontis proditum libris, celebratum tamen apud poſteros. Auctor ad Herennium, ut ſolet omiſſo Scriptoris nomine IV. 28: *Eſſe oportet, ut vivas: non vivere, ut edas.* Quinctilianus Inſt. Or. IX. 3. p. 824: *Non ut edam vivo, ſed ut vivam edo.* Muſonius ap. Stob. Serm. XVII. p. 167: διὸ καὶ προσήκει ἐδίεσθαι ἡμῖν ἵνα ζῶμεν, οὐχ ἵνα ἡδώμεθα· εἴγε μέλλοιμεν συ-

ϛοιχεῖν ἀρίϛῳ ὄντι τῷ λόγῳ Σωκράτης, ὃς ἔφη, τὰς μὲν πολλὰς ἀνθρώπας ζῆν, ἵνα ἐσθίωσιν, αὐτὸς δὲ ἐσθίειν, ἵνα ζῇ. Gellius XIX. 2. fin. *Socrates quidem dicebat, multos homines propterea velle vivere, ut ederent et biberent; se bibere atque esse, ut viveret.* Athenæus IV. p. 158. F. καὶ ὁ Σωκράτης δ' ἔλεγεν τῶν ἄλλων ἀνθρώπων διαφέρειν, καθόσον οἱ μὲν ζῶσιν, ἵν' ἐσθίωσιν, αὐτὸς δ' ἐσθίει, ἵνα ζῇ. Diogenes Laert. in Socrate II. 34: ἔλεγε, τὰς μὲν ἄλλας ἀνθρώπας ζῆν, ἵν' ἐσθίωσιν· αὐτὸν δὲ ἐσθίειν, ἵνα ζώῃ. Stobæus, nullo nominato auctore, Serm. XVII. p. 157. et in Sententiis Maximi et Antonii ed. Stob. Wechel. Francof. p. 299: Σωκράτης τοὺς μὲν ἀνθρώπας ἔλεγε ζῆν, ἵνα ἐσθίωσιν· ἐγὼ δὲ ἐσθίω, ἵνα ζῶ.

21. E. Ποτὶ τὸν πονηρὸν—] Incerti Poetæ verſus, adhibitus a Plutarcho de Vitioſo Pudore p. 534. A. Ὁ μὲν γὰρ εἰπὼν, Ποτὶ τὸν πονηρὸν οὐκ ἄχρηϛον ὅπλον ἡ πονηρία, κακῶς ἐσθίζει μιμούμενον ἀμύνεϑαι τὴν κακίαν.

21. E. Διογένης] Plutarch. Opp. Mor. p. 88. A: πρόσλαβε τὴν Διογένης ἀπόφασιν, φιλόσοφον σφόδρα καὶ πολιτικὴν οὖσαν· Πῶς ἀμυνοῦμαι τὸν ἐχθρόν; Αὐτὸς καλὸς κἀγαθὸς γενόμενος. Iſidorus Peluſiota Epiſt. III. 181: ἄκουσον τί τῶν παλαιῶν τις περὶ τούτου ἀπεφήνατο· ἐρωτηθεὶς γὰρ, Πῶς ἂν ἀμυναίμην τὸν ἐχθρόν; ἔφη, Αὐτὸς καλὸς κἀγαθὸς γινόμενος. Simile eſt Epicteti Fragm. p. 782. edit. Upton. Ἐπίκτητος ἐρωτηθεὶς, πῶς ἄν τις τὸν ἐχθρὸν λυπήϛῃ, ἔφη, Ἑαυτὸν παρασκευάζων βέλτιϛα πράττειν. De hoc argumento eſt animadverſio Th. Gatakeri ad M. Antonin. p. 171.

21. F. —ὡς τρισόλβιοι Κεῖνοι βροτῶν—] Sophoclis ex incerto dramate, hoc uno loco proditum, Grotius poſuit in Excerptis Trag. p. 147. edens Ὦ τρισόλβιοι—. Brunckius T. II. p. 42. Videtur Tragicus imitatus eſſe effatum illud in Homerico Hymno in Cererem 485. judice Ruhnkenio,

Ὄλβιος ὃς τάδ' ὄπωπεν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων·
Ὃς δ' ἀτελὴς ἱερῶν, ὅς τ' ἄμμορος, οὔποθ' ὁμοίων
Αἶσαν ἔχει, φθίμενός περ ὑπὸ ζόφῳ εὐρώεντι.

Hæc eſt forte ipſa ſacra formula; certe antiquiſſima laudatio Myſteriorum, ſiquidem nulla eorum mentio apud Homerum et Heſiodum exſtat; cujus ſilentii cauſſam ex eruditiſſimi viri Dieterici Tiedemanni animadverſione fig-

nificavimus in Bibliotheca Critica Vol. II. Part. II. p. 82. Aliæ aliorum poetarum de hoc argumento ſententiæ, quas multas protulerunt citati a Ruhnkenio J. Meurſius Eleuſin. Cap. 17. et 18. L. C. Valckenarius ad Eurip. Hippol. 25. aliique; ex his igitur duæ certe ex eadem imitatione fluxerunt: altera Pindari apud Clementem Alexandr. Strom. III. p. 518: ἀλλὰ καὶ Πίνδαρος περὶ τῶν Ἐλευσῖνι μυστηρίων λέγων ἐπιφέρει, Ὄλβιος ὅστις ἰδὼν ἐκεῖνα, κοῖλαν εἶσ' ὑπὸ χθόνα: ita Heinſius corrigit, quamquam et κοινὰν legi poterat: altera Ariſtophanis Ran. 457. Μόνοις γὰρ ἡμῖν Ἥλιος, Καὶ φέγγος ἱλαρόν ἐστιν, Ὅσοι μεμυήμεθ', εὐσεβῆ τε διήγομεν τρόπον. Hæc quamvis ſacra non dubitavit ad ridiculum traducere Philetærus Comicus ap. Athen. p. 633. F:

Ὦ Ζεῦ, καλόν γ' ἐστὶν ἀποθανεῖν αὐλούμενον.
Τούτοις γὰρ ἐν ᾅδου μόνοις ἔξουσία
Ἀφροδισιάζειν ἐστίν· οἱ δὲ τὰς τρόπεις
Ῥυπαρὰς ἔχοντες μουσικῆς ἀπειρίᾳ,
Εἰς τὸν πίθον φέρουσι τὸν τετρημένον.

21. F. Διογένης—] Diogenes Laert. in Vita Diogenis Cynici VI. 39: ἀξιούντων Ἀθηναίων μυηθῆναι αὐτὸν, καὶ λεγόντων ὡς ἐν ᾅδου προεδρίας οἱ μεμυημένοι τυγχάνουσι, Γελοῖον, ἔφη, εἰ Ἀγησίλαος μὲν καὶ Ἐπαμεινώνδας ἐν βορβόρῳ διάξουσιν, εὐτελεῖς δέ τινες μεμυημένοι ἐν ταῖς μακάρων νήσοις ἔσονται. Julianus Imp. Orat. VII. p. 238. A: Διογένης—πρὸς τὸν προτρεπόμενον μυηθῆναι (vulgo τρεπόμενον ἐκμυηθῆναι), Γελοῖον, εἶπε, ὦ νεανίσκε, εἰ τοὺς μὲν τελώνας οἴει ταύτης ἕνεκα τῆς τελετῆς κοινώσειν τοῖς θεοῖς τῶν ἐν ᾅδου καλῶν· Ἀγησίλαον δὲ καὶ Ἐπαμινώνδαν ἐν τῷ βορβόρῳ κεῖσθαι· ubi forte et κοινωνήσειν et κείσεσθαι legendum. Tres ejuſdem facti narratores idem exemplum ſecuti, nec tamen deſcribentes, ſed ad ſuum quiſque ingenium convertentes, varietatem lectionis fecerunt: quæ quidem in εὐτελεῖς ἀνθρώπους et τελώνας etiam in exemplis, quæ illi ſecuti ſunt, fuiſſe videtur. Temeritatem hujus religionis ſimiliter notat Philo Jud. De Sacrificantibus p. 857. A: συμβαίνει πολλάκις τῶν μὲν ἀγαθῶν ἀνδρῶν μηδένα μυεῖσθαι· λῃσὰς δ' ἐστὶν ὅτε καὶ καταποντισὰς, καὶ γυναικῶν θιάσους βδελυκτῶν καὶ ἀκολάστων, ἐπὰν ἀργύριον παράσχωσι τοῖς τελοῦσι καὶ ἱεροφαντοῦσιν. *Pataecion*, nomen famoſæ hominis malitiæ, frequens et anti-

quitus in Comœdiis, nec hodieque in iis quæ ſuperſunt Veterum libris infrequens eſt: quorum mentiones notarunt Menagius ad Diog. Laert. l. c. et H. Valeſius ad Harpocrationem p. 62. Ἐν βορβόρῳ κείσεσθαι τοὺς ἀμυήτους item eſt ex formula carminis myſtici, cujus auctor habebatur Orpheus, ut prodit Olympiodorus ad hunc Platonis locum in Phædone p. 380. F: ὃς ἂν ἀμύητος καὶ ἀτέλεστος εἰς ἅιδου ἀφίκηται, ἐν βορβόρῳ κείσεται. Conferantur Fragmenta Orphica ed. Geſner. p. 409. et loca citata J. Meurſio Eleuſin. Cap. 18: Iſ. Caſaubono Exercit. Baron. p. 390. ſeq. Quibus addatur Plotinus Ennead. I. 6. p. 55. A: αἱ τελεταὶ ὀρθῶς αἰνίττονται τὸν μὴ κεκαθαρμένον εἰς ἅιδου κείσεσθαι ἐν βορβόρῳ, ὅτι τὸ μὴ καθαρὸν, βορβόρῳ διὰ κακίαν φίλον· οἷα δὴ καὶ ὗες οὐ καθαρὰ τὸ σῶμα, χαίρουσι τῷ τοιούτῳ.

p. 22. A. Τιμοθέῳ μὲν γὰρ—] Eamdem rem, iiſdem fere verbis, eodem addito verſu, narrat Plutarchus de Superſtitione p. 170. A: τοῦ Τιμοθέου τὴν Ἄρτεμιν ἅιδοντος ἐν Ἀθήναις καὶ λέγοντος, "Θυάδα, φοιβάδα, μαινάδα, λυσσάδα," Κινησίας ὁ μελοποιὸς ἐκ τῶν θεατῶν ἀναστὰς, Τοιαύτη σοὶ, εἶπε, θυγατὴρ γένοιτο. Timotheus Mileſius Muſicus ac dithyrambicus poeta, Philoxeni æqualis, notus ab innovatione Muſicæ, eaque de cauſſa facto in eum decreto Lacedæmoniorum: de quo Diodorus Sic. XIV. 46. ibi Weſſelingius: Fabricius, eique citati, Biblioth. Gr. Vol. I. p. 694. Burettius Memoriis Acad. Inſcript. T. X. p. 236. eumque diſtinguit a Timotheo tibicine, qui apud Alex. M. fuit. Poetæ hujus dicta factaque frequenter memorat Plutarchus, Opp. Mor. hoc ipſo libello p. 32. D. porro 177. B. 237. C. 282. C. 323. E. 334. B. 539. C. 659. A. 795. D. 1132. D, E. 1135. C, D. 1138. B. 1141. F. Philopœm. 392. D. Ageſil. 603. D. Demetr. 909. D.

22. A. Κινησίας] Athenienſis, dithyrambicus, ob ingenii ineptiam et morum pravitatem a Comicis frequenter notatus ac traductus. Qua de re videatur Plutarchus Opp. Mor. p. 348. B. 712. A. 1141. A. Ariſtophanes Ran. 153. 1458. Avib. 1377. Eccleſ. 330. Lyſiſtr. 838. 852. Lyſias, e cujus contra Cineſiam Oratione altera, nam duæ fuerunt, inſigne fragmentum ſervavit Athenæus XII. p.

551. et ſeq. indeque relatum in Tayloriana editione p. 640: unde cognoſcimus, cum quotannis in Comicorum ſcenis agitatum fuiſſe, atque adeo Strattidem totum drama in eum ſcripſiſſe. Harpocration in voce Κινησίας, ad eumque H. Valeſius p. 45. J. A. Fabricius Bibl. Gr. Vol. I. p. 578.

22. A. τὸ τοῦ Βίωνος πρὸς τὸν Θέογνιν] Theognidis eſt Gnoma, verſu 177. apud Stob. p. 517: reprehenditur et a Luciano de Mercede Conductis, 5. T. I. p. 659. Aliis verbis hos verſus interpretatur Artemidorus I. 34. p. 32. Ex dicto Bionis, Πῶς οὖν σὺ πένης ὢν φλυαρεῖς τοσαῦτα καὶ καταδολεχεῖς ἡμῶν, Plutarcheorum librorum ſtudioſus Julianus duxiſſe videtur hoc in Epiſt. XIV. p. 381. D: Ταῦτα ἴσως κατηδολέχησά σε καὶ κατελήρησα. Illud verbum reponit Plutarchus De Garrul. p. 503. B: κατηδολέχηκά σου, φιλόσοφε. Suidas in voce Κατηδολέχησά σε alterutrum locum ſpectavit: quamquam ad Julianum refert Toupius Cur. Nov. p. 74. Bion Boryſthenita, cujus vitam prodidit Diogenes Laert. IV. 46. et ſeq. nobiliſſimus inter Philoſophos Sophiſta et inter Sophiſtas Philoſophus, plane factus ad vanas opiniones pravaſque cupiditates mordaci dicacitate confutandas: quo ex genere multa ejus acutiſſimaque exſtant dicteria, non ſolum apud Diogenem Laertium, quæ Eraſmus Apophthegmatum Libro VII. retulit: ſed et apud alios Antiquos: digna ſane, quæ cum Vita viri ad criticam diligentiam tractata, ad elegantioris antiquitatis atque omnino ſapientiæ ſtudioſorum cognitionem celebrarentur. Ex recentioribus in primis hunc locum attigit P. Baylius Dictionar. Hiſt. et Critic. voc. *Bion*: poſt eum breviter perſtrinxit J. A. Fabricius Biblioth. Gr. Vol. II. p. 54.

22. B. τῆς καινοδαιδος—] Non erat, quod Krebſius hunc locum obſcurum, aut interpretes negligentes judicaret: qui quidem plerique in ἀναλύειν τὴν δύναμιν Græcæ dictionis brevitatem ſecuti ſunt: poterant diſertius reddere *diſſolvere ipſius vim*, ut fecit Amyotus: minus etiam erat, quod idem ille Krebſius poſt δυνάμιν excidiſſe ſuſpicaretur θανάσιμον. Nam primo quidem, Græca ratio poſtulabat τὴν

θανάσιμον δύναμιν, vel τὴν δύναμιν τὴν θανάσιμον: deinde δύναμις quid ſit apud Medicos, ſatis conſtat, et θανάσιμον hic ſubaudiri ex antecedente θανασίμῳ, nemini obſcurum eſt. Rem ipſam tradit Dioſcorides I. 66: ἔνιοι δὲ ἰσόρησαν, τὰς κανθαρίδας καὶ ὑδρωπικοῖς βοηθεῖν, ὡς οὔρησιν κινήσας· οἱ δὲ τὰ πτερὰ αὐτῶν καὶ τὰς πόδας τοῖς πιεῖσιν αὐτὰς ἀντιφάρμακον ἀνέγραψαν· *iis, qui cantharidas biberunt, ipſarum alæ ac pedes remedium ſunt:* ubi conſulatur J. A. Saracenus. Plinii locum H. N. XXIX. 30. allato eodem Dioſcoridis dicto illuſtrat J. Harduinus.

22. B. Τῆτο νύ πῃ γέρας] Homer. Odyſſ. Δ. 197.

22. B. Ὣς γὰρ ἐπεκλώσαντο—] Iliad. Ω. 525.

22. C. Οὐ γὰρ ἁπλῶς εἶπε—] Plutarchus, qui ſupra p. 19. F. prudenter repudiaverat allegoricam interpretationem, quippe quæ vim inferret ac perverteret ſententiam poetarum, nunc ipſe per aliam interpretandi rationem in eumdem errorem incidit: quid enim eſt παραβιάζεσθαι et διαστρέφειν, ſi hoc non eſt. Atqui totum hoc præceptum e pia fraude fluxit, ſine qua poetæ divina auctoritas et ab omni erroris labe immunitas vindicari non poſſe videretur. Quamquam his quidem vocabulis ὀϊζυροῖσι, *calamitoſis*, et δειλοῖσι, *miſeris*, non opus erat tali defenſione. Neque enim dubium eſt, quin ea univerſe ad totum humanum genus retulerit poeta, idque ex communi et pervulgata opinione de vita et conditione humana, ut *laborioſa*, *ærumnoſa*, *miſera*: de qua opinione miſeriæ ipſe Plutarchus in Conſolatione ad Apollonium p. 115. ac toto fere libro diſſerit. Et poterat interpretatio grammatica ſimpliciter teneri, atque ita ad moralem uſum accommodari, ut ad mortis contemtum, fortitudinem, patientiam, animique magnitudinem referretur. Ejuſdem argumenti eſt dictum Iliad. P. 446. Οὐ μὲν γάρ τί πῃ ἐστὶν ὀϊζυρώτερον ἀνδρὸς Πάντων, ὅσσα τε γαῖαν ἐπιπνείει τε καὶ ἕρπει: quod et Plutarchus tractat Opp. Mor. p. 496. B. 500. multiſque ſimilibus Veterum ſententiis illuſtrat J. Duportus Gnomologiæ Homericæ p. 98. Virgilius ὀϊζυροῖσι et δειλοῖσι reddidit *miſeris* et *ægris*, mirifico quodam ſublimitatis ac veritatis ſenſu. Georg. III. 66: *Optima quæque dies miſeris mortalibus ævi Prima*

fugit: ſubeunt morbi, triſtiſque ſenectus: Et labor, et duræ rapit inclementia mortis. Æn. XI. 182: *Aurora interea miſeris mortalibus almam Extulerat lucem, referens opera atque labores.* Georg. I. 237. de quinque Mundi zonis, *Has inter mediamque duæ mortalibus ægris Munere conceſſæ divum.* Æn. II. 268. *Tempus erat, quo prima quies mortalibus ægris Incipit.* X. 273. *aut Sirius ardor: Ille ſitim morboſque ferens mortalibus ægris—.* XII. 850. *Diræ—Hæ Jovis ad ſolium, ſævique in limine regis Adparent, acuuntque metum mortalibus ægris, Si quando letum horrificum morboſque Deum rex Molitur, meritas aut bello territat urbes.*

22. C. διὰ τῶν ὀνομάτων τῆς συνηθείας.] Dictum eſt per trajectionem pro διὰ τῆς συνηθείας τῶν ὀνομάτων. Trajectiones hujuſmodi multæ variæque ſunt in Veterum ſcriptis, quarum quæ ipſis Scriptoribus, quæ librariis tribuendæ ſint, difficile eſt dictu. Hæc fortaſſe non magis germana ſit habenda, quam illa Sympoſ. II. p. 636. A. τὸ περὶ τοῦ κόσμου τῆς γενέσεως, *quæſtio de origine mundi.* Sed de his alibi dicemus. Συνηθείας Meziriacus mutatum malebat in σημασίας. At illud, ut Latinum *conſuetudo*, et ſolum ſimpliciterque poſitum notat *linguæ ac ſermonis conſuetudinem*, et magis etiam ubi *linguæ* ac *ſermonis* vel ex propinqua loci parte ſubauditur, vel diſerte additur, ut hoc loco τῶν ὀνομάτων additum eſt. Sic Plutarchus in fine hujus paginæ F: ἐν τῇ συνηθείᾳ, *in ſermonis conſuetudine.* Sympoſ. VI. 5. p. 725. C: ἡ δὲ κοινὴ συνήθεια τὸ ἄμικτον καὶ καθαρὸν (κέκληκεν) ἄφθαρτον καὶ ἀκήρατον. Pſeudo-Plutarchus de Vita Homeri §. 56. p. 309. Edit. Galei: —πολλάκις ἐν τῇ συνηθείᾳ, *ſæpe in loquendi conſuetudine.* Dion Chryſ. Or. XXXIII. p. 407. συνήθως.

22. C. τὰς λεγομένας γλώττας.] *Gloſſæ* et *Gloſſemata*, ut Græcis, ita dicuntur Latinis: recte a Plutarcho *conſuetudini* opponuntur: ſunt enim vocabula a vulgari conſuetudine remota, obſoleta, rara, quæ propterea orationi antiquitatis ſpeciem, gravitatemque conciliant. Ita frequens eſt apud Plutarchum Opp. Mor. p. 60. A. 347. F. 375. F. 406. E. 408. C. Dion Chryſ. Or. X. p. 149. B: qui etiam Dialectos vulgo dictas, Ionicam, Æolicam, aliaſque

γλώτ῎ας vocat, Or. XI. p. 157. B. Sed illius ſignificationis conſuetudo ac vis pervulgata et cognita e Lexicographis. Illud non abs re videatur monere, jam Ariſtotelem hoc ſenſu id vocabulum uſurpaſſe, Rhet. III. 2. 3. 11. Poetic. cap. 21, 22, 23, 24, 25. Legatur et Ruhnkenius noſter in principio Præfationis ad Timæum: P. Weſſelingius ad Diodor. Sic. T. I. p. 310. et qui ab eo memorantur.

22. C. φιλόλογον καὶ οὐκ ἀηδὲς] Sic Plutarchus de Auditione p. 43. D: τὸ δὲ ἑτέρῳ προτείνοντος ἀκροᾶσθαι μετ' εὐκολίας (ἐστὶ) φιλόλογον καὶ κοινωνικόν. Semel hic notetur vocabuli poteſtas. Quum duplex ſit cognitionis materia, altera quæ propria mentis cogitatione atque inveſtigatione paritur, altera in facto poſita, aliorum nobis fide et auctoritate tradita ac probata: quarum illa complectitur omnem naturæ cognitionem, philoſophiam, et mathematicas diſciplinas, hæc univerſum Hiſtoriæ et Literarum ſpatium; utraque antiquitus quidem uno nomine σοφίας, mox φιλοσοφίας appellabatur. Deinde ſingulis hujus partibus peculiariter tractari cœptis, peculiaria iis nomina poſita ſunt; veluti Mathematicis, Medicis, Phyſicis, Dialecticis, Rhetoricis, aliis: et illa quoque diſtributio appellatioque inſtituta eſt, ut quidquid ad Literarum, Orationis, et Hiſtoriæ cognitionem pertineret, *Philologia* appellaretur. Ipſum nomen ætate quidem Platonis nondum uſurpatum fuiſſe videtur: λόγος apud eum dicitur *decretum et placitum Philoſophiæ*, horumque oſor μισόλογος, odium μισολογία, Phædone p. 389. G. ſed ut vocabulum illo ipſo loco factum, cui ab altera parte reſpondens φιλόλογος et φιλολογία nondum eſſet. Et Iſocrates omne Eloquentiæ atque orationum ſcribendarum ſtudium φιλοσοφίαν et φιλοσοφεῖν nominat. Primus *Philologi* cognomen ſibi vindicavit Eratoſthenes, ut refert Suetonius de Illuſtr. Grammat. Cap. 10, Philoſophiæ communionem a ſe ipſe et ab hujus nominis poteſtate minime ille ſegregans. Poſtea magis magiſque illa notione invaluit vocabulum *Philologiæ*, ut Grammaticam, Criticam, Rhetoricam, Poeticam, omnem Hiſtoriam, Literarum librorumque et Scriptorum cognitionem judiciumque complecteretur: quamquam ſubinde

fuerunt, qui nonnullas harum partium a Philologia segregarent ac distinguerent. Hæc satis: quæ si jungantur iis quæ dixerunt Jo. Wowerius de Polymathia Cap. XV. et Ruhnkenius Diss. de Longino §. 10. ad hujus argumenti, quamquam ab eruditissimo viro G. J. Vossio tractati, libro II. operis de Artium ac Scientiarum Constitutione; igitur ad hujus argumenti diligentiorem cognitionem aliquantum prosint. Cæterum, consuetudinem Plutarchi in usurpandis his vocabulis ac significatione cognoscent studiosi legendis locis, quos brevitatis caussa paginarum numeris notavimus. Φιλόλογος Opp. Mor. p. 30. D. 45. A. 52. C. 97. A. 130. A. 132. F. 133. E. 140. B. 394. F. 419. D. 613. D. 618. E. 690. C. 694. D. 709. A. 737. D. 963. B. Vitarum p. 349. D. 468. B. 519. F. 551. B. 623. E. 668. C. 837. E. 843. D. 862. A. 864. E. 925. D. Φιλολογία Opp. Mor. p. 645. C. Vitarum p. 492. A. Φιλολογέω Opp. Mor. p. 133. B. 612. E. 748. D. 844. D. Vitarum p. 387. C. 762. B.

22. C. Ῥιγεδανὴ κακοθάνατος] Iliad. T. 325. Helena ῥιγεδανὴ dicitur: nec alibi vocabulum in Homero, quod sciam, exstat. Plutarchus simpliciter explicat Symp. IX. 10. p. 735. F: Ὅμηρος εἴωθεν—καλεῖν—ῥιγεδανὸν καὶ κρυερὸν, τὸ λυπηρὸν καὶ τὸ φοβερόν· quem locum adfert Eustathius ad Homerum l. c. hanc exquisitiorem animadversionem omittens, quippe qui nec aliis locis, ubi res postularet, hujus Plutarchei libri mentionem facit. Ῥιγεδανὸς utrum sit compositum vocabulum an productum, id est, utrum δανὸς sit peculiare item vocabulum, an mera terminatio, dubitari possit. Hæc videtur communis fuisse opinio Grammaticorum; quippe qui in hoc et similibus vocabulis explicandis, partem δανὸς non ut a peculiari vocabulo assumtam, animadverterunt. Etymol. M. Ῥιγεδανὴς Ἑλένης· Ἰλιάδος γ. (l. τ.)· παρὰ τὸ ῥῖγος ῥιγεδανὸς, ὡς μῆκος μηκεδανός. Hesychius item et Suidas in voce non nisi ῥίγος rationem habuerunt. Et sane probabilior hæc est ratio, eademque valet in ὠτιδανὸς, σφεδανὸς, μηκεδανὸς, ἠπεδανὸς, ἠριδανὸς, ῥοδανὸς, quæ duo postrema, Græca esse nemo facile neget. In ἠπεδανὸς terminatio habenda erit ἀνὸς, siquidem dictum sit

pro ἀπεδανὸς, ἄπους, *pedibus ac firmitate carens*, de quo videndus H. Stephanus Theſ. L. Gr. Indic. p. 1028: interpretes ad Heſych. voc. ubi quod in H. Valeſii nota adfertur ex Proverb. Vatic. Append. III. 31. λέγονται δὲ αἱ κόραι ἠπεδαναὶ, τετέχιν ἀσθενεῖς περὶ τὸ ἄπεδον, ab interprete Latino redditum, *Dicuntur autem virgines illæ* (*Danaides*) ἠπεδαναὶ, *debiles, hoc eſt, ad planum imbecillæ*, nihili eſt: pro περὶ corrigendum παρὰ, hoc ſenſu, *Dicuntur hæ virgines* ἠπεδαναὶ, *id eſt, debiles, a vocabulo* ἄπεδον. Sed ad eamdem revocetur rationem, ſi ducatur ab ἠπέω, *ſarcio*; ut ſit quaſi *fractum et ſarciendum*; de quo eſt apud H. Steph. ib. p. 1028. et interpretes Heſychii voc. Ἠπήτρια. Habet omnino δ locum in productionibus, non modo notiſſimis illis Genitivi Nominum definentium in ς, veluti μονὰς, μονάδος, et Verbalium, βάδην, ῥύδην, κέδην, χύδην, et innumerabilibus ſimilibus uſu tritis: ſed et ſimplicium, αω αδω, εω εδω, ιω ιδω, οω οδω, υω υδω. Terminatio hæc reliquas vocales pervagatur, fit δενος, δινος, δονος, δυνος: et ſine vocali, δνὸς, ἁλαπαδνὸς, κεδνὸς, ψεδνὸς, ὑδνὸς, μηκεδνὸς pro μηκεδανὸς, prouti Græci nomina Latina contrahunt *Lentulus, Catulus, Proculus*, Λέντλος, Κάτλος, Πρόκλος, Latini Græca diducunt Αἰσκληπιὸς, Ἡρακλῆς, *Æſculapius, Hercules*. Macedones δάνον dixiſſe θάνατον cum Plutarchi auctoritas credere jubet, tum ratio credibile reddit; ſiquidem illa lingua fuit vel propago vel affinis Æolicæ Dialecti, et jam ante inductam θ literam viguit. Equidem credam, vetuſtiſſimam formam hujus nominis fuiſſe δάνος et δάνατος, unde poſtea inductis Ionicis elementis factum θάνος, θάνατος, et verba θάνω, θανόω, θνήσκω. Primitivum δάω a propria vi *dividendi*, derivatis ſuis vocabulis partim bonam, partim adverſam impertit ſignificationem. Hinc eſt *diſcernendi* et *quaſi prælucendi ad cognitionem*, in δάω, δάσκω, διδάσκω *doceo*: *lucendi cum flamma*, in δαίω, δαλὸς, δὰς, *tæda, fax*: utriuſque, *cognitionis et lucis*, in δαίμων, δαήμων, δῆλος. *Dandi* ac *diſtribuendi*, in δαίνυμι, δαὶς *epulum*; δάνος, *donum*; δάνειον, *mutuum*; δανείζω, *mutuum do*; a δάνος præpoſito ε fit ἐδανὸς, et ἔδνα *dona ſponſalia*: nam ε præponitur cum in aliis, tum ἐθέλω a θέλω: ἔθειρα, *juba*, pro θείρα, a θέρος *ſeges*.

Urendi et lacerandi, in δαίω, δαίρω, indeque factum δέρω *excorio*, δαΐς *pugna*, δάϊος *hoſtis*: δανὸς, *avidus*, *ſiccus*, *ad urendum accommodatus*: *Conſumendi*, in δάπω, δάπλω, δαπανάω, unde et Latina *dapes* et *damnum*: de quo elegantiſſimus Menagius Amœnit. Jur. Civ. Cap. XXXIX. p. 333. Ex hac igitur ſiccandi et conſumendi poteſtate δάνος mortis notionem obtinuit. Sic αὖος metaphorice dicitur quaſi *exſuccus*, *exſanguis*: de qua Lexicographis omiſſa poteſtate, erudite docuit L. Kuſterus ad Ariſtoph. Theſmoph. 853. Itaque Macedones, ut rudiores et priſci moris tenaces, retinuerunt δάνον, pro θάνον aut θάνατον. Literæ Atticæ, et Ionicæ, antiquitus eædem fuerunt; quippe et Iones et Attici iidem erant: paulatim Ionicæ auctæ ac mutatæ, receptæ demum ſunt ab Athenienſibus in publicum quidem uſum Olymp. 94. anno 2: et in his θ; ſiquidem vera eſt lectio loci Ariſtotelici apud Plinium H. N. VII. 57. ubi θ in numero antiquarum literarum non recenſetur. Ita quidem ab Joſ. Scaligeri Animadv. ad Euſeb. p. 111. et ſeq. prodita ſententia diſſentientes Ph. Mauſſacum ad Harpocration. p. 86. et H. Valeſium p. 101. ſequi malim: quibus adjungatur Ed. Corſinus Faſt. Attic. T. III. p. 276.

22. C. Καμμονίην—] Iliad. X. 257. Ψ. 661. Videantur Schol. Euſtathius, Heſychius ejuſque interpretes.

22. C. Πόπες τοὺς δαίμονας] Frequens apud Homerum Ὦ πόποι. Simile quid habet Scholiaſtes Lycophronis 943: Πόποι οἱ θεοί· ὅθεν καὶ πολλάκις Ὦ πόποι παρ' Ὁμήρῳ ἀντὶ τοῦ Ὦ θεοὶ ἤκουσαν· ἡ δὲ λέξις Δρυόπων. Etymolog. M. in voce Ὦ πόποι·—οἱ γὰρ Σκύθαι ἀγάλματά τινα ἔχοντες ὑπόγαια τῶν θεῶν, πόπας αὐτὰ καλοῦσιν. Conferatur J. Alberti ad Heſych. voc. Ἀπίων δέ φησιν, οἱ δαίμονές εἰσι πόποι—καὶ ἔστιν Ὦ δαίμονες, et amiciſſimus noſter Villoiſonus ad Apollonii Lexicon Homeric. voc. Πόποι: tum vero Tib. Hemſterhuſius et Ev. Scheidius ad Jo. Danielis Lennepii Etymologicum L. Gr. T. II. p. 803.

22. D. καὶ τί τὴν Τύχην καὶ τὴν Μοῖραν νοοῦντες ὀνομάζουσι·] Hæc verba in minore noſtra editione minus emendate expreſſa ſunt. Τύχην res ipſa flagitat; quippe omnis ſequens

diſputatio ad Fortunam, Fatum, Divinam providentiam refertur. Ψυχὴν forte profectum eſt a correctore, qui in proxima parte p. 24. legerat τύχην a Poetis nondum hac *fortunæ* notione dictam fuiſſe. Atqui illud accipiendum erat de Homero et æqualibus poetis: nunc univerſe de poetis loquitur, quorum ſane qui deinceps fuerunt et nomen et hac poteſtate uſurparunt. Hæc vocabula ſæpe permutata ſunt a librariis in ejuſmodi locis, ubi difficile ſit judicare, utra ſit præferenda. In Jamblicho Vit. Pythag. §. 3. Λέγεταϛ δὴ οὖν Ἀγκαῖον—γεγεννῆθαϛ μὲν ἀπὸ Διὸς, εἴτε δι' ἀρετὴν, εἴτε διὰ ψυχῆς τι μέγεθος ταύτην τὴν φήμην αὐτοῦ ἀπενεγκαμένϖ· ſcribendum διὰ τύχης τι μέγεθος. Dion Chryſ. Or. LXVII. p. 617. A. τοῦτον ἐγὼ φημι φύσεώς τε χρηϛῆς τυχεῖν ϗ ψυχῆς ὁμοίας· ſcripſerit profecto τύχης.

22. D. Οἶκον ἐς ὑψόροφον] Odyſſ. E. 42. 115. H. 77. K. 474.

22. D. Ἐδϊέταϊ μοι οἶκος] Odyſſ. Δ. 318.

22. D. καὶ τὸν βίον] Dixi, ſententiam ejuſmodi eſſe, quæ βιοτὸν deſideret. Sed in illa mea notula vitioſe expreſſum eſt, *Mox* βιοτὸν *eſt in omnibus libris*. Ponendum βίον. Quod autem Krebſius ait, hanc lectionem Valckenario ad Euripidis Hippolyt. p. 190. probatam: nulla fit illic mentio loci Plutarchei: tribus verbis dicitur voces βίον et βίοτον ſæpe confundi.

22. D. —ἀμενήνωσεν δέ οἱ αἰχμὴν] Iliad. N. 562.

22. E. —βίοτον δέ μοι ἄλλοι ἔδωσι] Odyſſ. N. 419. eſt —δέ οἱ—.

22. E. Ὣς ἔφαθ'· ἡ δ' ἀλύϖσ'—] Iliad. E. 352.

22. E. Ἦ ἀλύεις—] Odyſſ. Σ. 332. 392. Similia, eodem appoſito loco, de utraque vocabuli ſignificatione monet Scholiaſtes Sophoclis ad Electr. 139: Ἀλύειν ἐν ἄλλοις δυσφορεῖν σημαίνει· ἐνίοτε δὲ τὸ γεγηθέναι, ἀπὸ τῆς ἀλέας ϗ διαχύσεως· Ὅμηρος· Ἦ ἀλύεις ὅτι Ἶρον ἐνίκησας τὸν ἀλήτην; Quæ iiſdem verbis leguntur in Suida voce Ἀλύειν. Scholiaſtes Heſiodi p. 265. Ed. Heinſ. ἀλύω τὸ χαίρω, καὶ ἀλύω τὸ λυποῦμαι, παρ' Ὁμήρῳ τε ϗ Πλουτάρχῳ τῷ ἐκ Χαιρωνείας εὕρηται. Frequentiam vocabuli apud Plutarchum notavit etiam Euſtathius ad utrumque illum Homeri locum, Il. E. p.

555: Τὸ ἀλύω οὐ μόνον ἐπὶ λύπης, ὡς ἐνταῦθα ἡ Ἀφροδίτη ἀπέβη ἀλύουσα, τείρετο δ' αἰνῶς· ἀλλὰ καὶ ἐπὶ χαρᾶς, ὡς ἐν Ὀδυσσείᾳ ἐν τῷ, ἀλύεις ὅτι Ἶρον ἐνίκησας. Καὶ Πλούταρχος δὲ κατακόρως οὕτω χρᾶται τῇ λέξει. Et Odyſſ. Σ. p. 1849. Τὸ δὲ ἀλύεις ἀντὶ τοῦ ἐκλέλυσαι τῇ χαρᾷ· καὶ πολλὴ χρῆσις τούτου καὶ παρὰ Πλουτάρχῳ. Conferatur Apollonii Lex. Hom. p. 92. Edit. Tollii: Heſychius in voce, cum animadverſione interpretum. Docta eſt ad hunc Plutarchi locum annotatio Krebſii. Nos verbi vim, quandoquidem ſemel in hoc argumentum ingreſſi ſumus, in primis ex Plutarchi conſuetudine ſignificabimus. Et primum quidem tenenda eſt ejus origo a primitivo ἀλῶ, *moveo, eo*, quod non oblitus eſt cenſere in originibus hodierni verbi *aller* Menagius Etymolog. Ling. Franc. p. 21: hinc ſunt producta, ἀλάω, ἀλέω, ἀλίω, ἀλόω, ἀλύω, in quibus *errandi agitandique* eſt poteſtas, tum hoc ἀλύω habet *errorem animi* vel *ad tædium* vel *ad gaudium:* cujus originis diligens et erudita eſt notatio Jo. Dan. Lennepii, et Tib. Hemſterhuſii in Etymologico L. Gr. T. I. p. 116. indeque eſt Latinum *alucinari*. Non igitur cum Apollonio l. c. ex α negante et λύειν *ſolvere* componendum, quam originem prodit quoque Etymologus M. p. 73. veram tamen adjungens, παρὰ τὸ ἀλῶ, τὸ πλανῶμαι. Apud Scriptores poſteros maxime invaluit ſignificatio *animi otiantis, errabundi, quid agat neſcientis, tædium concipientis, otium fallere quærentis:* de qua expoſuerunt præter Lexicographos recentioris ævi principes, G. Budæum Comment. L. Gr. p. 50. H. Stephanum Theſ. L. Gr. T. I. p. 310. et ſeq. Jac. Perizonius ad Ælian. Var. Hiſt. IX. 25. J. Ph. Dorvillius ad Chariton. p. 47. A. Fœſius Œcon. Hippocrat. in Vocibus cognatis Ἀλύζει, Ἀλύκη, Ἀλυσμὸς, Ἀλυώδης. Iſ. Caſaubonus ad Athen. p. 339. Verbo ἀλύειν Plutarchus in Opp. Moralibus non niſi ſemel, quod ſciam, utitur, at in Vitis ſæpius, ubique illis modo dictis ſignificationibus, nuſquam poteſtate *gaudendi, exſultandi, iraſcendi, inſaniendi*. De Solertia Animal. p. 965. A: μηδ' ἀλύοντες ἐν θεάτροις, μηδὲ παίζοντες ἐν θήραις, *neque tempus fallentes in theatris, neque ludentes in venationibus*. Romulo p. 19. F: ὁ νεωκόρος τοῦ

Ἡρακλέης ἀλύων, ὡς ἔοικεν, ὑπὸ χολῆς πρῴθετο πρὸς τὸν θεὸν διακυβεύειν. Timoleonte p. 242. E: ταῦτα δ' οἱ μὲν ἄλλως ἀλύοντα, καὶ φύσει ῥάθυμον καὶ φιλακόλαστον ᾠοντο ποιεῖν τὸν Διονύσιον. Pelopida p. 281. D: ὡς μηδὲ εἷς ὑποπλεύοι καθ' ὁδὸν, ἀλλ' ἀλύοντες ἄλλως πλανᾶσθαι καὶ κυνηγεῖν δοκοῖεν. Pyrrho p. 392. D: Ταραντίνων—ἀπέκλεισε μὲν τὰ γυμνάσια καὶ τὰς περιπάτους, ἐν οἷς ἀλύοντες ὑπὲρ τῶν πραγμάτων λόγῳ διεκρατήγεν. Comparatione Cimonis et Luculli, dicitur de illo p. 521. A: ἐτελεύτησε ἐπὶ στρατοπέδου μὲν δὴ καὶ στρατηγῶν, οὐκ ἀπειρηκὼς οὐδ' ἀλύων. Sertorio p. 576. D: ἄλλως ἀλύων, *otians*, *nec quid ageret reperiens*. Tib. Graccho, de Scipione Naſica exulante p. 834. D: ἔξω δὲ ἀλύων καὶ πλανώμενος ἄλλως, οὐ μετὰ πολὺν χρόνον κατέστρεψε περὶ Πέργαμον. Cicerone p. 885. A: αὖθις δ' ἀλύων καὶ μεταβαλλόμενος κατῆει πρὸς θάλασσαν, *iterum incertus animi, mutato conſilio, deſcendit ad mare*. Antonio p. 920. A: μεθ' ἡμέραν μὲν ὕπνους καὶ περιπάτους ἀλύοντος καὶ κραιπαλῶντος, νύκτωρ δὲ κώμους—. Ibid. p. 939. E: Κλεοπάτραν περιέμενε· καὶ βραδυνούσης ἀθημονῶν ἦλυε, ταχὺ μὲν εἰς τὸ πίνειν καὶ μεθύσκεσθαι διδοὺς ἑαυτόν. Ibid. p. 948. B: ἀπέλαυεν ἐρημίας ἀφθόνου σὺν δυσὶ φίλοις ἀλύων καὶ πλανώμενος. Ibid. p. 957. A: ἀλύειν καὶ παίζειν μετ' αὐτῆς. Bruto p. 991. A. dicitur Porcia, exſpectans nuntium de cæde Cæſaris, ſuſpenſo animo, ἐξελύθη καὶ κατεμαραίνετο τῆς ψυχῆς ἀλύσης διὰ τὴν ἀπορίαν. Artaxerxe p. 1019. D: Παρύσατις—Ἀρτοξέρξην ὡρμημένον ἀλύειν χολῆς ὅσης πρόσκαλεῖτο περὶ χιλίων δαρεικῶν κυβεῦσαι. Ariſtophanes habet ſemel, idque ex Euripidis Sthenobœa, Veſp. 111. Dion Chryſ. Or. VII. 114. C: περιεπάτεις ἀλύων. XX. p. 265. B: ἡ δὲ ῥεμβομένη καὶ ἀλύουσα ψυχὴ, καὶ ἄλλοτε ἐπ' ἄλλο (vulgo ἄλλῳ) τρεπομένη, ὅταν τι προφανῇ ποτε ἡδονήν τινα ἢ ῥᾳστώνην ἔχον, ὥσπερ ὕδατος ἐν ἑτεροκλινεῖ χωρίῳ ὅποι ἔτυχε τρεπομένου, οὐδὲ ἂν ὠφεληθῇ οὐχ ὑπὸ τῆς πάσης ἐρημίας τε καὶ ἡσυχίας. Reſtituendum videtur Epicteto Diſſertat. III. 9. p. 396: Ὑμεῖς, ὅταν μηδὲν ἔχητε, ταράσσεσθε, εἰς θέατρον εἰσέρχεσθε, ἢ ἀναλύετε διὰ τί ὁ φιλόσοφος μὴ ἐξεργάσεται τὸν αὑτοῦ λόγον: ita nullo cum ſenſu editum redditumque, ita corrigendum: —εἰσέρχεσθε, ἢ ἀλύετε. Διὰ τί ὁ φιλόσοφος—. *Vos, quando non habetis quod agatis, perturbamini; theatrum ingredimini, aut otii tædium fallere ſtudetis. Quare*

philoſophus non ſuam ipſe orationem excolat? De nominibus ἄλυς, et ἄλη, ejuſdem et originis et poteſtatis, aliis Plutarchi locis dicemus.

22. E. ὡς Εὐριπίδης, Κῆτος θοάζον] Incerti dramatis verba ex hoc loco in Fragmenta retulit Muſgravius Num. CXIV. Videtur in Andromedam convenire.

22. E. θαάσσειν, ὡς Σοφοκλῆς—] Œdipi Tyr. initio, verſu 2. Unum idemque verbum θοάζειν duas eaſque e regione invicem oppoſitas ſignificationes habere, mirum cui accidat. Nām in iis quidem, quæ disjuncte oppoſita ſunt, id eſt, in duabus formis ejuſdem generis, ratio apparet: veluti, ἄνθρωπος et *virum* et *mulierem* notat, quia ſunt formæ ejuſdem generis. At in duabus illis ſignificationibus verbi θοάζειν, *ſedendi* et *irruendi*, altera eſt *quietis*, altera *motus*; quæ ita ſunt oppoſitæ, ut ſub eodem genere intelligi nequeant, niſi ſi hoc genus ſit ἡ διάθεσις, *affectio*, aut ſimile. Jam negari nequit in Etymologia Græcæ linguæ apparere veſtigia diligentiæ inſignis in diſtinctione notionum accommodandiſque harum varietati vocabulis. Sed hæc, quoad apparent, conſectanda; non, ubi deficiunt, fingenda, nec ad abſtruſam Metaphyſicam ſubtilitatem redigenda ſunt. Vidimus ἀλύειν notare et *gaudere* et *dolere*: ſunt enim formæ ejuſdem generis, *animo errare*, *turbari*. Idem videbimus eſſe negotium verbi θοάζειν, ſed ut duo ſint diverſa verba, θοάζειν *ſedere*, et θοάζειν *irruere*, et originem propinquam habeant longe diverſam, ultimam tamen communem. Notum eſt verbum θέω, item duplicis contrariæ ſignificationis, *pono*, et *curro*: hinc novimus nomen θοὸς, *velox*; at θοὸς, *quietus*, non exſtat: a θοὸς, *velox*, eſt θοάζειν, *irruere*: a θοὸς, *quietus*, quod periit, eſt θοάζειν, *ſedere*. Unde igitur iſta repugnantia in verbo θέω? Nimirum res ab origine eſt repetenda. Notum eſt ſimplex ἕω *mitto*; eique ſubjecta σέω, *moveo*, et τέω, *pono*. Multis poſtea ſeculis, inducto θ, hæc litera utrumque verbum occupavit, et ambo quamvis diverſa in unam formam coegit. Igitur θέω, *pono*, longe aliud eſt ac θέω, *curro*: hoc enim proprie eſt σέω, illud τέω. Ac τ quidem frequenter in θ abiiſſe, σ et τ permutata fuiſſe, ut nemini ignotum,

nil attinet pluribus docere: at σ quoque in ϑ abiiſſe, fortaſſe minus notum ſit. Conſtat Lacones et alios quoſdam populos pleriſque in vocabulis pro ϑ adhibuiſſe σ: quam illorum conſuetudinem eruditiſſime declararunt G. Kœnius ad Corinthum de Dialectis p. 136, 137. et L. C. Valckenarius in Epiſt. ad M. Rover. p. 73. et ſeq. in primis Digreſſ. IV. a Theocriteis p. 277. et ſeq. Qua in conſuetudine illos populos, ut minime novitatis ſtudioſos, nil innovaſſe, ſed antiquum morem obtinuiſſe, credibile eſt. Porro literæ ϑ antiqua poſſeſſio apparet in compluribus vocabulis, fortaſſe nondum obſervatis: quorum quædam hoc loco notare non a propoſito alienum ſit.

Θάλασσα, Etymolog. Magn. παρὰ τὸν σάλον, σάλασσα ἡ ϑάλασσα, μεταϑέσει τοῦ σ εἰς ϑ, ὡς ὀρχησμὸς, ὀρχηϑμός: quem locum ex Etymol. Pariſ. MS. pleniorem exhibet G. Kœnius loco citato. Θάλασσα.—ὁ δὲ Ἀριςόνικος δύναται ἀπὸ τοῦ σάλϑ· ἡ γὰρ οἱ Δωριεῖς σάλασσα λέγουσιν. Atqui ab ἅλω eſt ἅλς, ἁλὸς, σαλεύω, σάλος, τάλω, ϑάλλω, *mare*, *ſalum*, *fluctus*, *vigeo*.

Θάλλω, Etymol. Magn. παρὰ τὸ ϑῶ τὸ τρέχω, παράγωγον· apparet origo, ἅλω, ἅλλω, ἅλλομαι, auctum inde σάλλω, unde *ſalire*.

Θειλόπεδον, Etym. Magn. factum ex εἰλόπεδον, præpoſito ϑ, ut plurimis vocabulis σ præponitur.

Θέλγω factum eſſe ex σέλγω, oſtendit ortum inde ἀσελγὴς, quod item originem habet in σάλω, notatam doctis viris, J. Dan. Lennepio et Ev. Scheidio in Lexico Etym. p. 170.

Θέμερον, Heſychius σεμνὸν, ἀφ' οὗ καὶ τὸ σεμνύνεσϑαι ϑεμαρύνεσϑαι: ſimiliter idem in ϑεμέρη· βεβαία, σεμνή· ergo vetus σέϐω, quod in uſu remanſit, a nonnullis mutatum fuit in ϑέϐω, unde eſt ϑέμερος, ut a σέϐω σεμνός.

Θηκὸς non in uſum venit, nec expulit antiquam vocem Σηκὸς, quæ eſt ab antiquo σέω *pono* pro τέω dicta illa literarum mutatione, ut ϑήκη eſt a novo ϑέω *pono*.

Θῆμα, Heſychius, ϑήκη, τάφος, ἄνϑημα (leg. ἀνάϑημα) Σοφοκλῆς Σαλμονεῖ, manifeſtum eſt vetus σῆμα, quod in uſu remanſit, et in omnes illas ſignificationes communiter

congruit; est enim a σέω, θέω, *pono*: unde *nomen et signum impono*, ergo est *signum*, *monumentum*, *locus in quo quid ponitur*, *sepulcrum*.

Θοάζειν, Hesychius multis verbis reddit, Θοάζει τρέχει, μαίνεται, σκιρτᾷ, κτείνει (f. θείνει), σπεύδει, ταράττει, κάθηται, χορεύει, ἀνύει (f. ἀλύει), ἥδεται, τελεῖ, πλάττει, φοβεῖται, πλανᾶται, θεοφορεῖται: quæ diversæ significationes quomodo in idem verbum incidunt, jam intelligitur: ejusque vetus forma, sine novitiis literis ϑ et ζ, servata est in σωάδδειν, apud eumdem Hesychium in Σωάδδει, παραληρεῖ, ut recte emendavit J. Albertius pro Σωαλδεῖ, et acute ad θοάζει retulit G. Kœnius l. c.

Θύω, *ferveo*, quod idem novitia litera alia est ζύω, unde θυμὸς, θύμος, θύελλα, et alia multa, antiquum est σύω, unde σεύω, ἔσσυμαι, ἐσσύμενος.

Θωμοὶ, Etymol. M. οἱ τῶν σπερμάτων σωροί· ἐκ τοῦ τίθημι, θήσω· et ibidem, Θωμὸς, ὁ σωρὸς, ostendit usitatum σωρὸς, *acervus*, esse antiquum a σέω, σόω, pro τέω, τόω, *pono*. Si quis cogitet literarum δ, τ, ϑ, σ, ζ cognationem, huic sane probabiles accidant earum in vocabulorum significationumque origine ac progenie permutationes, σάω, σέω, σίω, σόω, σύω· θάω, θέω, θίω, θόω, θύω· ζάω, ζέω, ζίω, ζόω, ζύω, partim ipsa, partim in prognatis vocabulis exstant, quibus in omnibus est vis *movendi*, *vivendi*, *fervendi*, *vigendi*, *æstuandi*, et similium. At τάω, τέω, τίω, τόω, τύω, quæ novitia litera sunt θάω, θέω, θίω, θόω, θύω, item vel ipsa, vel in prognatis vocabulis exstant: in quibus apparet significatio *ponendi*, *figendi*, *premendi*, *tundendi*, *sedendi*, *tendendi*· veluti *sedendi* in θάσσειν, θαάσσειν, θοάζειν, θέσσεσθαι: *tundendi*, τύω, τύπτω, τυμβὸς, τύλος, τύμβος: *tendendi*, τένω, τείνω, τίω, τίνω, τιταίνω, τινάσσω: *figendi et oculos intendendi*, θάω, θεάομαι, θαυμάζω: interposito ρ, fit θρέω, ἀθρέω, *specto*, vulgo ἀτενίζω, (unde θρησκεύω, θρησκεία, *religiosus cultus*, *cærimonia*, quod aliis a θρήκη, θρῆσσα venisse videtur, de quo ad Plutarchi locum Alexandro p. 665. D. aliquid notavimus: at rectius illinc ducitur, estque indidem ejusdem significationis vocabulum θεωρία:) porro θράω, et θρόω *sedendi* notione, unde θράνος *scamnum*, et

θρόνος *ſolium*. Præfigendæ vocabulis literæ α nota eſt conſuetudo, et notata J. D. Lennepio, in Obſ. de Analogia p. 201: interponendæ ϱ minus notata, tamen haud obſcura in aliis etiam nominibus et verbis: veluti βραδὺς, pro βαδὺς a βάω, βάδην *lente*: βρῆσσαι pro βῆσσαι ap. Heſych. voc. βρόω, βρώσκω, βιβρώσκω, ex βόω, βόσκω, βιβόσκω: γρυπὸς, *aduncus*, a γὺψ, γυπὸς, γύω, γυρὸς, *rotundus orbis*: δρέπω, δρέφω, δρύφω, δρύπτω, a δέφω et cognatis τύπω, τύπτω: κρύπτω a κύπτω: μικρὸς a μικὸς, de quo videatur G. Kœnius ad Corinth. p. 130: a χίω fit χρίω: a χύω fit χρύω, unde χρυσός: et a φάω, φημὶ, φάζω, eſt φράζω. Item, ab ἰδίω, ἰδρὼς, ἰδρόω, a σπάνιος σπάρνος, ab ἀκοὴ ἀκροάομαι, a λήθη λάθρα: quæ notavit doctiſſimus J. Duportus in Prælect. ad Theophraſti Char. XI. p. 396. Sed hæc hactenus. Etenim nedum plura exempla adferre, ſed etiam allatorum rationem uberius explicare, Plutarchei operis magnitudo vetat.

22. F. Νῇ' ὀλίγην αἰνεῖν—] Heſiodi Ἔργ. 643. ad quem locum Grævii ab hac Plutarchi interpretatione diſſentientis rationem non capio. Nam et Virgilius Georg. II. 412. Heſiodeum dictum imitans *laudandi* et *recuſandi* ſignificationes conjungit, *Laudato ingentia rura, Exiguum colito—*: et eodem valet citatus ab eo Euſtathius ad Iliad. K. p. 720. edit. Baſil. 802. 4. edit. Rom. Ad Virgilii dictionem Fulv. Urſinus hæc notavit, "*Sophoclem quoque* "*eodem modo locutum, ex hoc verſu, quem citat Athenæus,* "*colligi poteſt:* Τὰ μὲν δὴ καὶ ἐπαίνει, τοῦ δὲ κερδαίνειν ἔχει," "quem verſum inde ita repetiit Delacerda et Potterus, merito hic quidem reprehenſus Krebſio citanti ſanam lectionem Athenæi Τὰ μὲν δίκαι' ἐπαίνει· τοῦ δὲ κερδαίνειν ἔχει. Exſtat III. p. 122. C. Valckenarius cum ſimilibus aliis eum comparavit dictis Diatrib. in Fragm. Eurip. p. 166: Brunckius poſuit in Fragm. fabulæ *Æthiopum*. Similis eſt euphemiſmus in Ariſtophanis Ran. 511. Κάλλις'; ἐπαινῶ, ubi de eo notavit Kuſterus. Ad hanc rationem exigendus eſt Libanius in Orat. de Vita Sua T. II. p. 20. D. In χαίρειν, κελεύειν, et καλῶς ἔχει, frequens eſt uſus.

p. 23. A. τὴν Ἐπαινὴν Περσεφόνειαν ἔνιοί φασιν ὡς παραιτητὴν εἰρῆσθαι.] Proſerpinæ hoc eſt cognomen apud Ho-

merum Iliad. I. 457. 565. Odyſſ. K. 491. 534. 564. Λ. 47: Heſiodum Theogon. 774. Huc etiam referendum eſt ſcholium Procli ad Heſiodi locum ſuperiorem Ἔργ. 643. Νῆ' ὀλίγην—αἰνεῖν δέ τινες παραιτεῖσθαι παρέλαβον, ὥσπερ ἐπαινὴν Περσεφόνειαν: quod e perdito Plutarchi Commentario fluxit. Dura eſt nec ſatis cogitata Krebſii ſententia: "Cæte-"rum," inquit, "quod Plutarchus ſententiæ ſuæ confir-"mandæ de ſignificatione τῦ ἐπαινεῖν pro *recuſare* addit, "Περσεφόνειαν dici ἐπαινὴν pro παραιτητὴν, id putidum et "ineptum eſt. Quis enim τὸ ἐπαινὴν a τῷ αἶνος *laus*, et non "potius ab αἰνὸς *gravis*, *horribilis* deductum putet?" Neque enim Plutarchus ita pronunciat e ſua ipſe, ſed ex aliorum etiam ſententia, ἔνιοι, τινές. Neque hoc putidum et ineptum eſt. Licet enim plerique Grammatici ab αἰνὸς *gravis* repetiverint, tamen et Heſychius utramque memorat ſignificationem in voce Ἐπαινή· ἐπαινετή· ἢ δεινὴ καὶ φοβερά. Deinde αἶνος et αἰνὸς ſunt conjuncta et origine et ſignificatione; ut acute docuit J. Dan. Lennepius Etymol. Gr. L. p. 75. Tum eadem Proſerpina dicitur ἀγαυὴ Od. Λ. 212. 225. 634. *ſplendida*, *admiranda*, ab ἀγάω, unde et *invidenda*, et *lenis* ac *placida* ἀγανὴ, intelligatur: de quorum illo conſulendus eſt idem Lex. Etymol. p. 22: vel *illætabilis* aut *valde lætabilis*, ab ᾱ intenſivo aut negante, et γαύω *gaudeo*: cujuſmodi eſt apud Etymol. M. p. 6. Denique ſimilis euphemiſmus valet in Εὐμενίδες, *Eumenides*, Furiarum nomine. Certe, in tam varia ac multiplici antiquiſſimorum nominum ſignificatione, e quo genere ſunt Deorum nomina, firmiter quid ſtatuere, ineptum ac vanum ſit. Conferendus de eodem cognomine, eademque admonitione, vir magnus, nec Krebſio in nota ad hunc locum prætermiſſus, Tib. Hemſterhuſius ad Lucianum T. I. p. 469.

23. A. Οἷον εὐθὺς—] *Veluti, exempli cauſſa.* Vide Anim-adv. p. 20. E.

23. A. Ἀρχίλοχος—Κλῦθι ἄναξ—] Nil eſt in antiquis codicibus varietatis. Grotius dedit Κλῦθ' ἄναξ— atque ita in duos tetrametros diſtinxit. Ex hoc Plutarchi loco retulerunt in Archilochi Fragmentis P. Stephanus in Ly-

ric. Fragm. p. 376. Lectius p. 132. Brunckius Analect. p. 44. De hujus poetæ rebus et ſcriptis bene multi egerunt: et, ut priores taceamus, in primis memorandi ſunt P. Baylius Dictionar. Hiſt. Crit. in voce *Archilochus*: J. A. Fabricius Bibl. Gr. Vol. I. p. 572: et poſt etiam illos, viri docti tres in Memoriis Academiæ Inſcript. Pariſienſis; Souchay Vol. VII. p. 353. ſeq. Sevin Vol. X. p. 36. ſeq. Burette in notis ad librum Plutarchi de Muſica Vol. X. p. 239. et ſeq. Et tamen adhuc miramur cum Ruhnkenio noſtro, nondum inventum eſſe, qui ejus fragmentis undique collectis operam navaret: ad Vell. Paterc. I. 5. 2.

23. B. Εἰ κείνῳ κεφαλὴν—] Item ex hac una Plutarchi mentione cognitum, et in Archilochi Fragmenta relatum Brunckio Analect. p. 41. qui ἀμφεπολήθη dedit ex Grotiana hujus libelli editione, quam item expreſſerat Potterus. Noſtri codices et editiones cæteræ conſentiunt in ἀμφεπονήθη. Forte Grotio mutandi cauſſa fuit dubitatio H. Stephani Theſ. L. Gr. T. III. p. 222. hæc ſcribentis: "Exponitur etiam *Abſumo*, afferturque ex Plutarcho ἀμφ-"επονήθη, pro *Conſumſit*, *Depaſtus eſt*. Qui hujus verbi "uſus mihi valde inſolens videtur." Non alius niſi hic Plutarchi locus eſt, quem voluit ignotus ille a Stephano ſignificatus Lexici ſcriptor: quem locum ſi ipſe Stephanus in Plutarchi contextu legiſſet, nil profecto dubitationis concepiſſet: eſt enim *conſumendi depaſcendique* notio hoc loco non niſi ſecundaria et adſcititia ab *ignis* efficacia: princeps et propria eſt *curandi*, *componendi*, ut ἀμφεπονεῖτο apud Homerum Iliad. Ψ. 681. Odyſſ. Υ. 307. Cæterum, poetarum, quorum quidem reliquiæ exſtant, Archilochus antiquiſſimus eſt, qui alios etiam, quam Hexametros, fecerit verſus, Elegiacos, Iambicos, Trochaicos, alios: Iambici quidem communi antiquitatis opinione inventor habetur; e qua fluxit illud Horatii Art. Poet. 79. *Archilochum proprio rabies armavit iambo*. Elegiaca ſunt complura in ejus fragmentis; quo magis error convincitur eorum, qui Mimnermum hujus generis inventorem faciunt, quippe quem ſatis conſtat viginti Olympiadibus poſt

Archilochum et Callinum floruiſſe, ad quos item pentametri inventio defertur, quique ita æquales fuiſſe videntur, ut Callinus forte aliquanto antiquior fuerit. Qua in conjectura inſtituenda Strabo in primis auctor ſequendus XIV. p. 958. eique adhibendus Clemens Alex. Strom. I. p. 333: nec prætereunda exquiſita Ruhnkenii animadverſio ad Callimachum p. 439. Denique hunc Archilochi locum ex ejus carmine ναυαγίῳ depromtum eſſe, quod vult Krebſius, ejuſmodi eſt, ut nec probare nec improbare audeam.

23. B. Μὰ τὸν μετ' ἄϛρων—] Euripidis Phœniſſ. 1013.

23. B. Τυφλὸς γὰϛ—] Eoſdem verſus, omiſſo auctoris nomine, citat Plutarchus in Amatorio p. 757. A. Hos Sophoclem ex Æſchylo duxiſſe putat J. Toupius Emend. Suid. P. III. p. 286. Volum. II. editionis noviſſimæ. Locus Æſchyli eſt apud Athenæum IX. p. 375. F.

23. C. Τῶν νῦν αἷμα—] Homeri Iliad. H. 329.

23. D. Ζεῦ πάτεϛ—] Iliad. Γ. 276. H. 202. Ω. 308.

23. D. Ὦ Ζεῦ, τίς εἶναι φ. σ. σ.] Euripidis videtur eſſe; quamquam in hujus reliquiis me hoc ipſum legere non memini. Simile eſt in Helena 586. forma quidem, Σκέψαι τί σοῦ δεῖ; τίς ἐϛί σε σοφώτεϱος· cæterum nec modo aptum, nec ſenſu diſertum, varieque a viris doctis tentatum: mihi leniſſima, et haud ſcio an vera, videtur correctio, ut delendo σοῦ priore, verba ſic accipiantur, Σκέψαι τί δεῖ· τίς ἐϛί σε σοφώτεϱος, *Conſidera quid deſit mihi ad ſimilitudinem Helenæ, quo minus ego ipſa ſim Helena: quis enim ad hoc judicium te perſpicacior ſit?* Eodem ſenſu, ſed paulo majore mutatione, probabile forte ſit Σκέψαι· τὸ δ' ἀδεὶϛ ἐϛί σε σοφώτεϱος, *Conſidera: ad hoc enim conſiderandum nemo eſt te perſpicacior.*

23. D. Πολλὰϛ δ' ἰφθίμους—] Iliad. A. 3. 5. Hoc in primis Stoici ad Fatum referebant. Plutarchus de Stoic. Repugn. p. 1050. B. de Chryſippo, Διὸϛ δ' ἐτελείετο βουλή, τὸν Ὅμηϱον εἱϱηκέναι, φησὶν, ὀϱθῶϛ ἐπὶ τὴν εἱμαϱμένην ἀναφέϱοντα καὶ τὴν τῶν ὅλων φύσιν καθ' ἣν πάντα διοικεῖται. Videantur Scholia Vetera ad Iliad. A. 5. et ejuſdem rei uberiorem explicationem in Scholiis Venetis a Villoiſono editis: nec non Euſtathius l. c. p. 20. edit. Rom.

23. D. κακομηχανᾶσθαι] Probabilius est κακὰ μηχανᾶσθαι, quod soli habent D. et Mosc. 2. a correctore, et Reiskio placuerat. Receptum nec alio exemplo se tuetur, nec analogia; siquidem nec εὐμηχανᾶσθαι aut simile dicitur, et compositio non nisi præpositionibus fit, ut in διαμηχανᾶσθαι, ἐπιμηχανᾶσθαι, et aliis. Κακομηχανᾶσθαι, a Stephano in Thes. L. Gr. omissum, retulit D. Scottus in Appendicem ex hoc loco, quem perperam notavit libro *de Educatione*. Κακομήχανος, κακομηχανία, non sunt infrequentis usus: κακομηχανέω, omissum Stephano, exstat apud Polybium XIII. 1. poteratque ferri quidem hoc loco, nec tamen conferri, nedum præferri alteri lectioni κακὰ μηχανᾶσθαι. In contextu et notula est per errorem κακομηχανᾶσθαι cum α.

23. E. Εἱμαρμένον γὰρ τῶν κακῶν—] Εἱμαρμένων habent libri omnes exceptis Vulcob. G. et Græco-Lat. 1624. Euripidis ex Œdipo feruntur in Fragmentis Barnes. et Musgrav. nescio qua auctoritate. Exstant bis in Stobæo: primum, Serm. V. p. 63. ubi Menandreis subjecti, tamquam ipsi Menandrei, positi sunt ab J. Clerico in hujus Reliquiis p. 206; quamquam Grotius in Florilegio p. 35. ut *Incerti* posuerat, et nullo item auctoris addito nomine repetiverat Apostolius Proverb. II. 4. Alter Stobæi locus Eclog. Phys. Cap. VII. omissus in Canteri editione p. 8. at e scriptis codicibus suppletus a Grotio in Excerptis Florilegio præmissis p. 35. ubi item est *Incerti:* et Herennio, editione novissima Eclogarum Stobæi p. 107. præfixo Euripidis, nec tamen dramatis, nomine.

23. E. Ἡσίοδος—] Ἔργ. 86.

23. F. Μηδέποτ' οὐλομένην—] Ἔργ. 715. Imitatus est Solon ap. Stob. Serm. IX. p. 103: Δῶρα δ' ἄφυκτα θεῶν γίγνετ' ἀθανάτων. Theognis 157. Μήποτέ τοι πενίην δυσφθόρον ἀνδρὶ χολωθεὶς, Μηδ' ἀχρημοσύνην ἀλομένην προφέρε. Ζεὺς γάρ τοι τὸ τάλαντον ἐπιῤῥέπει ἄλλοτε ἄλλως, Ἄλλοτε μὲν πλουτεῖν, ἄλλοτε δ' ἀδὲν ἔχειν. Idem 1001: —θεῶν δ' εἱμαρμένα δῶρα Οὐκ ἂν ῥηϊδίως θνητὸς ἀνὴρ προφύγοι. Plautus Aulularia I. 2. 10: *Pauper sum: fateor, patior: quod Di dant, fero.* Geminum fere est Homericum Iliad. Γ. 65. Οὗτοι ἀπόβλητ' ἐσὶ θεῶν ἐρικύδεα δῶρα: sæpe a posteris celebratum: in his

a Dione Chryſ. Or. XXX. p. 300. C: citatus Stobæo Serm. CXXIII. p. 617. indeque ſupplendus.

p. 24. A. Οὔπω γὰρ αὐτὸ τὄνομα τῆς Τύχης λέγοντες—] Pauſanias IV. 30: Πρῶτος δὲ, ὧν οἶδα, ἐποιήσατο ἐν τοῖς ἔπεσιν Ὅμηρος Τύχης μνήμην· ἐποιήσατο δὲ ἐν ὕμνῳ τῷ ἐς τὴν Δήμητρα, ἄλλας τε τῶν Ὠκεανῦ θυγατέρας καταριθμούμενος, ὡς ὁμοῦ Κόρῃ τῇ Δήμητρος παίζοιεν, καὶ Τύχην ὡς Ὠκεανῦ καὶ ταύτην παῖδα οὖσαν·—πέρα δὲ ἐδήλωσεν οὐδὲν ἔτι ὡς ἡ θεός ἐστιν αὕτη μεγίστη θεῶν ἐν τοῖς ἀνθρωπίνοις πράγμασι καὶ ἰσχὺν παρέχεται πλείστην. Eſt nomen proprium mulieris Τύχη, in illis verſibus a Pauſania memoratis, quos a nobis apponi non opus erat, Hymni ab eruditiſſimo Chr. Frid. Matthæi in Moſcovia reperti, et a Ruhnkenio noſtro primum editi, verſu 420: Sed et apud Heſiodum eſt Theog. 360. ejuſdem mulieris nomen. At in Hymno Homerico εἰς Ἀθήναν, verſu ultimo —Χαῖρε θεὰ, δὸς δ' ἄμμι τύχην εὐδαιμονίην τε: quod unum ſatis eſt argumenti non eſſe germanum hunc Homeri fœtum. Macrobius Sat. V. 16: *Fortunam Homerus neſcire maluit, et ſoli Deo, quem* μοῖραν *vocat, omnia regenda committit; adeo ut hoc vocabulum* τύχη *in nulla parte Homerici carminis nominetur:* ad quem locum legatur Pontani animadverſio. Eumdem uſum notat Euſtathius ad Iliad. Λ. p. 878. 7. et Odyſſ. Δ. p. 1494. 22. Τύχη communi quidem loquendi conſuetudine vel Deam Fortunam, vel caſum fortuitum ſignificavit, in uſu autem doctiorum eventa extra noſtram poteſtatem poſita deorum numine nobis oblata. Ex Homeri obſervatione monitum duxit Ariſtides T. II. p. 257: βλάψεν γὰρ Ἀθήνη, φησὶν ὁ ποιητής·—τί τοῦτο λέγων; τὴν τύχην διὰ τῆς Ἀθηνᾶς, ὥς γε μοι δοκεῖ, δηλῶν.—. Æſchines Socraticus apud eumdem p. 223. eaſdem res ſignificat τὰς τύχας καὶ τὰ θεῖα πράγματα.

24. A. Δοιοὶ γάρ τε πίθοι—] Iliad. Ω. 527.

24. B. Ὅρκια μὲν—] Iliad. Η. 69.

24. B. —τότε γάρ ῥα—] Odyſſ. Θ. 81.

24. B. λεγομένων] Pendet ab illo, ὧν ἐσι καὶ ταῦτα. Mox legam νομίζωμεν.

24. B. Αὐτὰρ ὁ τῶν ἄλλων—] Iliad. Λ. 540. 542. medio verſu omiſſo. Tertius verſus Ζεὺς γάρ οἱ νεμεσᾷ, ἂν ἀμείνονι

φωτὶ μάχοιλο deeſt in editis Homeri exemplis: exſtat tamen eodem nexu apud Ariſtotelem Rhet. II. 9: indeque repetitus a Pſeudo-Plutarcho de Vita Homeri §. 132. p. 348. ed. Galei. p. 211. ed. Erneſt. Homeri Vol. V. Videatur Clarkius ad Homer. l. c. Iliad. Λ. 540.—ultima verba, ἂν ἀμείνονι φωτὶ μάχοιτο, abſunt in Ald. Baſ. Xyl. A. C. D. G. Harl. Coll. Nov. Moſc. 1. 2: addunt Pol. Jannot. Vulcob. nec repugnat E.

24. C. Ζεὺς γὰρ τὰ μὲν τοιαῦτα—] Euripidi tribuit, ſecundum Gatakeri admonitionem ad M. Antonin. VII. 31, Valckenarius noſter, in Diatrib. ad Eurip. Fragm. p. 72: quorum de hoc loco diſputationem cognoſcere, operæ pretium eſt. Pro μὲν τοιαῦτα D. habet μέγιστα.

24. D. παρὰ τᾶτο ποιῆνται καὶ τὴν εὐδοξίαν ἀρετὴν καὶ δύναμιν ὀνομάζοντες] Duos habet hic locus errores: alter facilis ad corrigendum in poſtrema eſt parte, quæ ita conſtituatur —καὶ τὴν εὐδοξίαν καὶ δύναμιν ἀρετὴν ὀνομάζοντες: alter difficilis, de quo in emendationum notatione jam monui. Si pro ποιοῦνται ſcriptum eſſet ποιοῦσι, poterat accipi hoc ſenſu, *propterea carmina faciunt gloriam et potentiam virtutem appellantes*, id eſt, *propterea in carminibus faciendis gloriam et potentiam nomine virtutis appellant*, ex illa doctiore poteſtate verbi ποιεῖν, *poema facere*, de qua ſupra diximus, et qua, quod ſciam, non dicitur ποιεῖσθαι: erat hæc tolerabilis lectio, nec tamen probabilis; quippe durior nec congruens Plutarcheæ conſuetudini. Noſtra παρὰ τᾶθ' οἱ ποιηταὶ—ὠνόμαζον, ut magis linguæ uſui convenit, ita longius abit a veſtigiis vulgatæ lectionis. Neque vero librorum lectio indicta cauſſa improbari debet. Παρὰ τοῦτο *idcirco*, *propter hanc cauſſam*, παρ' ἀδὲν ποιεῖσθά τι, *aliquid nihili facere*, nota ſunt. Sed aliud adhibendum eſt auxilium, idque ex rariſſimo dictionis genere, quod ſervarunt huic lectioni codices, οὐ παρὰ τοῦτο ποιοῦνται, *non accurate ac ſimpliciter loquuntur*, *promiſcue nec diſtincte rem tractant*: quæ poteſtas duobus locis apud Strabonem videtur valere: VI. p. 390. A: ἐρᾶμεν δὲ κοινῶς ἃ παρειλήφαμεν, ἀδὲν παρὰ τᾶτο ποιάμενοι τὰς τὴν μεσόγαιαν οἰκᾶντας Λευκανάς τε καὶ τὰς προσεχεῖς αὐτοῖς Σαυνίτας: redditur: *Nos, quæ tradita accepimus, in com-*

nunc proferemus, nullo facto hic inter Lucanos mediterraneos et iis vicinos Samnitas discrimine. XIV. p. 990. C: τὴν ἐκ τῆς Ῥοδίας γραμμὴν ἣν μέχρι τῆ Κύδνε καταγάγομεν, τὴν αὐτὴν ἀποφαινόμενοι τῇ μέχρι Ἰσσοῦ, οὐδὲν παρὰ τοῦτο ποιέμενοι, id est, *lineam ex Rhodo, quam ad Cydnum deduximus, eamdem esse statuentes atque illam ad Issum dictam, nec quidquam distinguentes.* Utrumque locum animadvertens Is. Casaubonus sanum judicat. Forte huc revocandum videatur illud Plutarchi Sympos. II. 3. p. 635. E. παρὰ τοῦτο ποιέμενοι—: nisi esset adeo lacerum, ut vix ullam medelam admittere videretur. Certe in hoc præsente loco, nunc quidem oblatam a codicibus scripturam οὐ παρὰ τᾶτο ποιοῦνται— hac significatione tuear, *non distinguunt—nullo discrimine utuntur gloriam et potentiam virtutis nomine appellantes.* In simili compositione vitium fuscepit Xenophontis Symposium VIII. 17: de amati affectu erga amantem —πιςεύῃ, μήτ' ἂν παρά τι ποιήσῃ, μήτ' ἂν καμὼν ἀμορφότερος γένηται, μειωθῆναι ἂν τὴν φιλίαν. Bachius παρά τι ποιήσῃ in tmesi accipit, pro παραποιήσῃ τι: quæ sane in promtu est ratio, nec tamen sententiam præbet, in qua acquiescamus, *si quid peccaverit:* videtur requiri παρακμάσῃ, vel παρηβάσῃ, aut simile.

24. D. Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα—] Nobilissima Hesiodi sententia Ἔργ. 289. In προπάροιθεν ἔθηκαν inesse notionem certaminis, cui præmium propositum sit, recte monet Krebsius: et nos monuimus in Animadv. ad Juliani Or. I. p. 15. C: Biblioth. Crit. Vol. III. Part. II. p. 13.

24. D. Τῆμος σφὶν Δαναοὶ—] Homeri Iliad. Λ. 90: cujus edita exempla habent σφῇ.

24. D. Εἰ δὲ θανεῖν θέμις—] Euripidis nomen addit Plutarchus in Pelopida p. 317. E: ἄριςον μὲν γὰρ νικῶντα σώζεσθαι τὸν ςρατηγὸν, ἢ ἀποθανεῖν εἰς ἀρετὴν καταλύσαντα τὸν βίον, ὡς Εὐριπίδης φησίν. In Fragmentis Incertorum Dramatum est CX.

24. E. ὀρθότητα λόγε, ἢ ἀκρότητα φύσεως, καὶ διάθεσιν ὁμολογεμένην ψυχῆς] Sunt in primis Stoicorum definitiones virtutis. Ὀρθότης λόγε Plutarch. Opp. Mor. 962. C: frequentius ὀρθὸς λόγος, *recta ratio.* Ἀκρότης φύσεως Plutarch.

de Virt. Moral. p. 444. D. Ariſtoteles ad Nicomach. II. 6. p. 29. διὸ κατὰ μὲν τὴν οὐσίαν καὶ τὸν λόγον τὸν τί ἦν εἶναι λέγοντα, μεσότης ἐστὶν ἡ ἀρετή· κατὰ δὲ τὸ ἄριστον καὶ τὸ εὖ, ἀκρότης: ubi hunc Plutarchi locum adhibuit P. Victorius p. 97. Hippodamus Pythagoricus ap. Stob. Serm. CI. p. 553: ἃ γὰρ ἀρετὰ τᾶς ἑκάστω φύσιος καὶ ἀκρότας καὶ τελειότας ἐντί· quæ fere repetuntur in loco Euryphami Pythag. ib. p. 556: ἃ γὰρ ἑκάστω ἀρετὰ ἀκρότας καὶ τελειότας ἐντὶ τᾶς ἑκάστω φύσιος. Diogenes Laert. Proœm. 12: καὶ ὁ σοφὸς—εἴη ἂν κατὰ ἀκρότητα ψυχῆς ἀπηκριβωμένος. Longinus de Sublim. Sect. I. tranſtulit ad orationis altitudinem: ἀκρότης καὶ ἐξοχή τις λόγων ἐστὶ τὰ ὕψη, quod quare ex hoc Plutarchi loco expreſſum eſſe dicamus, ut voluit J. Toupius, cauſſam equidem nullam video. Tertia illa eſt propria Stoicorum definitio apud Diog. Laert. VII. 89: τήν τε ἀρετὴν διάθεσιν εἶναι ὁμολογουμένην, quam ita reddit Cicero Tuſc. IV. 15: *Virtus eſt adfectio animi conſtans convenienſque—*: et Invent. II. 53: *Virtus eſt animi habitus naturæ modo atque rationi conſentaneus*: qui locus ita, aſſumto *atque* ex libro ſcripto Lambini, planus erit: quaſi dicas ἕξις σύμμετρος τῇ φύσει καὶ ὁμολογουμένη, id eſt, σύμφωνος τῷ λόγῳ: ſunt enim e Stoicis ducta placitis, quæ vel apud Diogenem Laert. referuntur VII. 87. ὁ Ζήνων—τὸ τέλος εἶπε τὸ ὁμολογουμένως τῇ φύσει ζῆν, ὅπερ ἐστὶ κατ' ἀρετὴν ζῆν· addatur 88. tum 89. Cleanthis et Chryſippi: τῇ φύσει ἀκολουθεῖν—ἅτε ὅση ψυχῇ πεποιημένῃ πρὸς τὴν ὁμολογίαν πάντος τοῦ βίου. 98, 99. τὸ ἀγαθὸν εἶναι καλὸν—ὅτι συμμέτρως ἔχει πρὸς τὴν ἑαυτοῦ χρείαν. 100. τὸ καλὸν—τὸ τελείως σύμμετρον. Philo Jud. De Migrat. Abrahami p. 407. E: τοῦτο δέ ἐστι τὸ παρὰ τοῖς ἄριστα φιλοσοφήσασιν ἀδόμενον τέλος, τὸ ἀκολούθως τῇ φύσει ζῆν. Itaque ſubinde ὁμολογία, ὁμολογούμενος, ſimpliciter Virtuti tribuitur, ſubaudiendo vel τῇ φύσει vel τῷ λόγῳ ex ipſo illo vocabulo, quippe compoſito ex ὁμὸς et λόγος: ut Stob. Eclog. Ethic. p. 172: quo de uſu alibi erit dicendi locus.

24. E. Ζεὺς δ' ἀρετὴν—] Iliad. Υ. 242.

24. E. —πλούτῳ δ' ἀρετὴ—] Heſiodi Ἔργ. 313. Dion Chryſ. Or. XII. p. 196. C: οὐ γὰρ μόνον πλούτῳ, φασὶν, ἀρετὴν καὶ κῦδος ὀπηδεῖν, ἀλλὰ καὶ λόγος ἀρετῇ ξυνέπεται ἐξ ἀνάγκης.

24. F. Τὴν μὲν γὰρ κακότητα—] Heſiodi Ἔργ. 285.

24. F. Αἶψα γὰρ ἐν κακότητι—] Hom. Odyſſ. T. 360.

24. F. τὴν εὐδαιμονίαν—βίου κατὰ φύσιν εὑρουῦντος] Multi multa: in primis Ariſtoteles in Ethicis, Stobæus Serm. I. CI. Eſt fere Stoicum εὑροῦντος, de quo ſatis ſit legiſſe quos laudavimus ad Plutarchi libellum de Ser. Num. Vind. editionis peculiaris p. 14, hujus p. 548. D: nuper etiam quædam notavimus ad Vitam Davidis Ruhnkenii p. 294.

p. 25. A. ὡς ἅτοι χαίρων] Odyſſ. Δ. 93.

25. A. Ἔχω δὲ πολλὴν οὐσίαν—] Menandri hoc non aliunde, quod ſciam, niſi hac Plutarchi citatione cognitum, retulit in Excerpta Trag. et Com. Grotius p. 755: unde repetivit J. Clericus p. 264.

25. B. Μή μοι γένοιτο—] Euripidis in Medea 603. Habet quoque Stobæus Serm. XCI. p. 507. addito et auctoris et fabulæ nomine.

25. B. Τί τὴν τυραννίδ'—] Euripidis in Phœniſſ. 552.

25. C. τοῖς Στωϊκοῖς—] Notum eſt Stoicum paradoxum, Sapientem nil niſi virtutes et bona, Inſipientem nil niſi vitia et mala habere. Vide de inſipientibus Ciceronem Finib. IV. 24: Stobæum Eclog. Ethic. p. 178, 179: Plutarchum Opp. Mor. p. 1076. B. Nam de Sapiente nulla fere pagina vacat.

25. C. Οὐκ ἂν γένοιτο—] Euripidis in Æolo, ut edidit Stobæus Serm. XLI. p. 240: ſolo Euripidis nomine Plutarchus Opp. Mor. p. 369. B. et 474. A. Theophraſtus Metaphyſ. p. 269.

25. D. Ἄνευ δὲ τοῦ ἀληθοῦς] *Citra veritatem*, quod in Latina interpretatione editionis 1624. fuit, quodque in aliis aliorum aliter redditum eſt, vereor ut vere accurateque redditum ſit. Ἄνευ plerumque quidem *privationem*, hic et aliis locis *adjunctionem* notat: ut item χωρὶς, *præter*. Quod vulgo minus animadverſum, non abs re videtur, hic declarare. Igitur hujus loci ſenſus eſt: *Præterquam vero quod poeſis utitur veritate, maxime utitur varietate et multiplici commutationum viciſſitudine.* Sic Opp. Mor. p. 71. A: ἄνευ δὲ τῆς ὕβρεως—καὶ τὸ τῆς κακίας σκεπτέον φιλόνεικον καὶ αὐθαδες· *præter ignominiam vero—ſpectanda eſt vitii contumacia et*

pervicacia. p. 90. B: ἄνευ δὲ τούτου, *præterea vero*, initio ſententiæ poſitum tranſitionem expedit ad aliam diſputationis partem. p. 384. B: ἄνευ δὲ τούτων, ῥητίνη μέν ἐστιν ἔργον ἡλίου—, *præterea autem, reſina Solis eſt opus*—. p. 427. E. 650. D. 654. E. 689. D. 721. F. 730. B. 791. C. 865. D. 926. A. 1053. C. 1056. E. 1074. B. 1106. A. Vitarum p. 218. B. 799. A. 826. C. 1011. A. De præpoſitionis χωρὶς ſimili uſu dicemus alio loco.

25. D. —οὐδὲ τοῖς θεοῖς—ἀπαθέσι χρῶνται.] Et hæc eſt exquiſitior ſignificatio, *neque Diis utuntur immunibus ab animi perturbatione*, id eſt, *neque Deos ab omni animi perturbatione immunes inducunt, faciunt*. Multæ ſunt variæque hujus verbi notiones et conſtruendi formæ, quarum multas attigerunt, multas etiam prætermiſerunt viri, qui principes eruditione ipſi præcipua diligentia illas expoſuerunt H. Stephanus Theſ. L. Gr. T. IV. p. 587—595. et Tib. Hemſterhuſius ad Callimachi Hymn. in Dian. 69: atque in his hæc eſt. Alterum exemplum præbet Plutarchus de Orac. Defectu p. 420. A: τοὺς Στωϊκούς, ἔφη, γινώσκομεν—θεῶν ὄντων τοσούτων τὸ πλῆθος ἑνὶ χρωμένους ἀϊδίῳ καὶ ἀφθάρτῳ. *Stoicos, inquit, novimus—ex tanta Deorum multitudine unum æternum et interitus expertem cenſere*. Lucianus in Toxari T. II. p. 511: οὐ ταῦτα ἡμεῖς Ὀρέστῃ καὶ Πυλάδῃ ἐνιδόντες ἥρωσιν αὐτοῖς χρώμεθα: *eos pro heroibus habemus ac tractamus*. Cicero Nat. Deor. I. 12: *Quid aer quo Diogenes Apolloniates utitur Deo, quem ſenſum habere poteſt, aut quam formam Dei?* Aliud θεῷ χρῆσθαι vel χρᾶσθαι, *Deum conſulere, oraculum ab eo petere*. Præſentis loci notio cognatam habet aliam ſimilem, *aliquo uti*, pro *alicujus philoſophi auctoritatem ſectamque ſequi*: apud Plutarchum Opp. Mor. 1013. D: οἱ πλεῖστοι τῶν χρωμένων Πλάτωνι, *plurimi eorum qui Platonis doctrinam ſequuntur*: ib. p. 463. D: δεῖ δὲ, ὥς που καὶ Παναίτιος ἔφη, χρῆσθαι τῷ Ἀναξαγόρᾳ: *oportet autem, ut Panætius etiam alicubi dixit, ſequi exemplum Anaxagoræ*. Simile eſt quoque illud p. 635. A: τὸν Ξενοκλέα τοῖς Ἐπικούρου λόγοις χρώμενον, *Xenoclem Epicuri placitis deditum*: ita enim interpretationem correximus.

25. D. ἀναντᾳγώνιστον] Omnino vera lectio cenſenda eſt

ἀναγωνιϛὸν, *expers certaminis*, id eſt, ubi nec actores in certamen ἀγῶνα ac periculum inducuntur, nec legentes in ejuſdem certaminis quaſi veri ac præſentis ſollicitudinem, ἀγωνίαν, auferuntur. Vocabuli auctoritas nondum ſatis apud Lexicographos conſtituta videtur. Bis, præter hunc locum, exſtat in Plutarcho: Ageſilao p. 598. C: τὴν δὲ ἀνθυπείκϐσαν τῷ ἀνελέγκτῳ χάριν, ἀργὴν καὶ ἀναγώνιϛον οὖσαν, ϰὐκ ὀρθῶς ὁμόνοιαν λέγεϑαι: Demetrio p. 910. C: τῶν δὲ Δημητρίϐ νεῶν οὐκ ἦν τὸ καλὸν ἀναγώνιϛον, *pulchritudo navium Demetrii non erat ad ſpeciem et pompam tantummodo, ſed et ad belli uſum et certamen.* Thucydides IV. 92. fin. ἀναγώνιϛοι ἀπ' αὐτῶν οὐκ ἀπίασι, *ſine certamine ab his non diſcedunt:* nulla eſt cauſſa, quare cum Waſſio ac Dukero præferamus ἀνανταγώνιϛοι, quod frequentius legitur, veluti in Ariſtide T. I. 42; ut Canterus recte corrigit pro ἀνταγώνιϛοι. Hen. Stephanus Theſ. L. Gr. T. I. p. 103. H. Xenophontis et Platonis nomina citat, nec locos apponit: prior eſt Cyropæd. I. p. 14. 33: ed. Steph. εἴτις ἀϑλητὴς ϖολλὰ ϖονήσας καὶ ἀξιόνικος γενόμενος ἀναγώνιϛος διατελέσειεν—: *ſi quis athleta multo labore dignum victoria ſe effeciſſet, et tamen a certamine abſtineret:* quem locum ſignificat Suidas in voce Ἀναγώνιϛος· ὁ μὴ ἀγωνισάμενος· Ξενοφῶν: alter eſt Leg. VIII. p. 649. D: κινδυνευέτω ἀναγώνιϛος γίγνεϑαι ϖερὶ ἀρετῆς, *ſubeat periculum ne a certamine de præmio virtutis excludatur.* Habet quoque Pollux III. 141. ſimpliciter ac ſine explicatione. Herophili effatum memorat Sextus Empir. Adverſ. Mathem. XI. 50: Ἡρόφιλος δὲ ἐν τῷ Διαιτητικῷ, καὶ σοφίαν φησὶν ἀνεπίδεικτον, καὶ τέχνην ἄϑηλον, καὶ ἰσχὺν ἀναγώνιϛον, καὶ ϖλοῦτον ἀχρεῖον, καὶ λόγον ἀδύνατον, ὑγείας ἀπόϐσης: ubi recte hoc vocabulum pro vitioſo ἀγώνιϛον ex veteribus libris revocavit J. A. Fabricius: eſt enim ſermo de corporis robore, quod valetudine debilitatum expers manet certaminum. Affinis vox reſtituenda eſt in Fabula Æſopica 174. edit. Nevelet. τέκνα μϐ, ἐὰν ὁμοφρονοῦντες μένητε, ἀκατάγνωϛοι ϰ᾽ ἀχείρωτοι ἔϛεϑε τοῖς ἐχθροῖς, legendum ἀκαταγώνιϛοι, *invicti et inexpugnabiles eritis inimicis:* quod res ipſa et ſententia poſtulat. Stobæus Eclog. Eth. p. 179. 3: ἀήττητος ὢν ϰ᾽ ἀκαταγώνιϛος.

25. E. ἄκροι τε βασιλεῖς καὶ κανόνες ἀρετῆς ἁπάσης καὶ ὁρῶ-της] Adhibeatur his locus ſuperior p. 24. D. noſtraque ad eum animadverſio: item Lucianus Hermotimo 76. T. I. p. 820: —εἴ τινι ἐντετύχηκας Στωϊκῷ τοιούτῳ, καὶ Στωϊκῶν τῷ ἄκρῳ, οἵῳ μήτε λυπεῖσθαι, μήτ' ὑφ' ἡδονῆς κατασπᾶσθαι, μήτ' ὀργί-ζεσθαι, φθόνῳ δὲ κρείττονι, καὶ πλούτῳ καταφρονοῦντι, καὶ συνόλως εὐδαίμονι, ὁποῖον χρὴ τὸν κανόνα εἶναι καὶ γνώμονα τῶ κατὰ τὴν ἀρετὴν βίω. Harmonide 3. ibid. p. 855: σὺ ἔμελλες ἡμῖν φαίνεσθαι—ἀρετῆς ἁπάσης ὁ γνώμων, φασὶ, καὶ ὁ ὀρθὸς κανὼν τῶν τοιούτων. Philo Jud. De Special. Leg. p. 802. D: οἱ τῶν δικαίων ὅροι καὶ κανόνες, αὐτοὶ οἱ νομοθέται—. Anonymus ap. Suid. voc. Μαρκιανός·—ἀνὴρ εἰς ἀρετὴν ἅπασαν ὥσπερ τις κανὼν ἀπηκριβωμένος. Sed hæc e Stoica loquendi conſuetudine fluxerunt. Sapiens enim eſt rex: rex eſt lex viva, norma actionum et omnis virtutis, νόμος ἔμψυχος. Muſonius apud Stob. Serm. XLVI. p. 337. 45: καθόλου δὲ τὸν μὲν βασιλέα τὸν ἀγαθὸν ἀνάγκη πᾶσα καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ εἶναι ἀναμάρτητον καὶ τέλειον· εἴπερ δεῖ αὐτὸν, ὥσπερ ἐδόκει τοῖς παλαιοῖς, νόμον ἔμ-ψυχον εἶναι, εὐνομίαν μὲν καὶ ὁμόνοιαν μηχανώμενον, ἀνομίαν δὲ καὶ στάσιν ἀπείργοντα, ζηλωτὴν δὲ τοῦ Διὸς ὄντα, ᾧ πατέρα τῶν ἀρχομένων ὥσπερ ἐκεῖνον. In his παλαιοῖς eſt Diotegenes Py-thagoricus ibid. p. 329: ὁ δὲ βασιλεὺς ἤτοι νόμος ἔμψυχος ἐστὶ, ἢ νόμιμος ἄρχων. Eſt et aliis artibus per tralationem com-mune vocabulum et frequens rhetoribus: de hominibus ipſis rarius uſurpatum, tamen et hoc in genere dixit Ci-cero ad Tironem, Ep. ad Div. XVI. 17. *Sed heus tu, qui* κανὼν *eſſe meorum ſcriptorum ſoles*—. Theſeum tamen unum ex heroibus μόνον οὐδενὸς ἐνδεᾶ γενόμενον, ἀλλὰ παντελῆ τὴν ἀρετὴν κτησάμενον affirmat Iſocrates laudator ſcilicet in Lau-datione Helenæ p. 361.

25. E. Αἶ γὰρ Ζεῦ τε πάτερ—] Iliad. Π. 97.

25. F. Οἰκτροτάτην δ' ἤκουσα—] Odyſſ. Λ. 420. Θυγατρῶν eſt in T. V. Jun. Moſc. 1. 2. Colleg. Nov. Harl. a correctore.

25. F. Παλλακίδι τρομιγῆναι—] Iliad. I. 452.

25. F. Ζεῦ πάτερ, οὔ τις σεῖο—] Iliad. Γ. 365.

p. 26. A. Μηδὲν ἐπαινεῖν—προφάσεις λέγων.] Pro Μηδὲν Vulc. habet Μηδὲ, D. Μηδ' ἕν, quod utrique præferam. Pro λέγων B. λόγων, quod non ſpernendum.

26. A. πιθανὸς—] *Probabilis:* active, *qui probandi perſuadendique vim habet*; paſſive, *quod facile probatur ac perſuadetur*: ſæpe deteriore accipitur ſenſu *fallentis, decipientis, aſtuti*, ut hic jungitur nomini πανοῦργος. Plutarchus Opp. Mor. p. 51. C: πιθανὸς μεταβάλλεσθαι, *facilis ac probabilis ſui ipſe mutator, verſatilis:* p. 424. C: ταῦτα πιθανῶς μᾶλλον ἢ ἀληθῶς εἴρηται. 435. E. 627. B: πιθανῶς, ἔφην ἐγὼ, οὐ μὴν ἀληθῶς. 689. B. 1057. B: ψευδεῖς ἐνεργάζεται καὶ πιθανὰς φαντασίας. Vitarum p. 451. A: λόγον—οὕτω συντεταγμένον πιθανῶς ἢ πανούργως. 584. A: πανοῦργος ὢν καὶ πιθανός. 524. D: Περικλῆς μὲν οὖν ἀπό τε ἀρετῆς ἀληθινῆς καὶ λόγου δυνάμεως τὴν πόλιν ἄγων, οὐδενὸς ἐδεῖτο σχηματισμοῦ πρὸς τὸν ὄχλον οὐδὲ πιθανότητος. Opp. Mor. 673. F. τῇ δὲ μιμήσει πανουργία τις ἐμφαίνεται καὶ πιθανότης. Dion Chryſ. Or. IV. p. 78. C. ἀπάτη πάνυ ὡραῖα καὶ πιθανή—. 80. C. ἀπάτη πιθανωτάτη.

26. A. μᾶλλον οἰέσθω—μίμησιν εἶναι τὴν ποίησιν ἠθῶν καὶ παθῶν—] In οἰέσθω, neſcio quomodo, ſemper mihi diſplicuit et formæ novitas, cujus non aliud memini me legere exemplum in Plutarcho, qui fere, ut alii, οἴεσθαι χρὴ uſurpat; et ſignificatio abhorrens a certa re certaque cognitione, quam præſens locus poſtulat, cui magis accommodatum erat ἴσω, προλαμβανέτω, aut ſimile. Nec revocari commode poteſt ad elationem animi, quæ eſt in οἴησις, quamque item in verbo οἴεσθαι ineſſe vult Iſ. Caſaubonus ad Athen. p. 760. Quod ad ipſum attinet præceptum, comparetur pars hujus libelli quæ ſupra fuit p. 18. A, B. noſtraque ad eam animadverſio: tum vero gemina huic admonitio Pſeudo-Plutarchi de Vita Homeri §. 135. p. 350. edit. Galei. Ὅμηρος ἀεὶ παράγει τὰς ἀρίστας, οὔτε ἀγενεῖς, οὔτε μὴν ἀφόβους ἢ ἀλύπους παντελῶς, ἐν τῷ μὴ ἄγαν τοῖς πάθεσι κρατεῖσθαι τῶν φαύλων διαφέροντας. Diogeniani Peripatetici apud Euſeb. Præp. Evang. VI. 8. p. 263. B: ποιητῇ μὲν, ἅτε οὐ τὴν ἀλήθειαν ἡμῖν τῆς τῶν ὅλων φύσεως ὑπισχνουμένῳ, ἀλλὰ μεμιγμένα πάθη τε καὶ ἤθη καὶ δόξας παντοίας ἀνθρώπων, ἁρμόττον ἂν εἴη καὶ τὰ ἐναντία λέγειν πολλάκις: ubi vulgatum μεμιγμένῳ certe vitioſum eſt: rectius eſt vel μεμιγμένα, quod exhibui, vel μεμιμημένα, vel μιμουμένῳ.

26. A. συνενθουσιῶντος] De hoc verbo quædam notavimus

in cenſura Longini Toupiani Sect. XXXII. Bibliothec. Crit. Vol. I. Part. III. p. 49: quibus addantur alia exempla: Plutarchi de Rep. Gerenda p. 807. C. Coriolano p. 221. C: Maximi Tyrii Diſſert. VII. 8: Æliani ap. Suid. voce Ῥιπίζεται.

26. B. οἱ τὴν Πλάτωνος ἀπομιμούμενοι κυρτότητα, καὶ τὴν Ἀριστοτέλους τραυλότητα—] In eodem argumento verſatur Plutarchus de Diſcrim. Amici et Adulat. p. 53. C: καὶ Πλάτωνος ἀπομιμεῖσθαί φασι τὰς συνήθεις τὸ ἐπίκυρτον, Ἀριστοτέλους δὲ τὸν τραυλισμόν—. Ariſtotelis balbutiem verbo memorat Diogenes Laert. V. 1. ubi plura adfert Menagius.

26. B. ὥσπερ ὑπὸ δεισιδαιμονίας ἐν ἱερῷ φρίττειν ἅπαντα καὶ προσκυνεῖν—] Juvat apponere, quod et Krebſius fecit, comparationis exemplum e Plutarchi libro de Superſtitione p. 166. E: καὶ πολεμίας φεύγοντες, ἂν ἀγάλματος λάβωνται ἢ ναοῦ, θαῤῥοῦσιν· ὁ δὲ δεισιδαίμων ταῦτα μάλιστα φρίττει καὶ φοβεῖται καὶ δέδοικεν, ἐν οἷς οἱ φοβούμενοι τὰ δεινότατα τὰς ἐλπίδας ἔχουσι. *Perfundi ſacro horrore*, φρίττειν, et *horror hujuſmodi* φρίκη, ſæpe dicitur et ab aliis et a Plutarcho, qui in primis in eo deſcribendo evidentiam imaginis ad movendum legentis animum habet: veluti in luctu de ſupplicio Virginis Veſtalis, in Numa p. 67. B. in ſtudii philoſophiæ initiis, mox p. 36. E. 77. D: in ſenſu ejus, qui myſteriis conſecratur, Opp. Mor. p. 47. A, B, C. 81. D. Fragm. de Anima addito ad librum de Sera Num. Vind. p. 136, 137. Sed diverſus eſt affectus δεισιδαίμονος præſente loco et illo in libro de Superſtitione: hic eſt conjunctus timor cum ſpe, illic cum deſperatione.

26. B. ἐπιφωνεῖν—] *Acclamare* eſt audientium, qui approbationem judiciumque ſuum dicenti facientique, omnino actori, ſignificant: et nunc quidem in primis refertur ad acclamationes in ſcholis, recitationibus, auditoriis, fieri ſolitas: ut in libro de Auditione p. 46. A. —ὅταν φιλοσόφῳ μὲν ἐπιφωνῶσι Δριμέως, γέροντι δὲ Εὐφυῶς—· et in illo de Sui Laude p. 543. E. οἱ δὲ ῥητορικοὶ σοφισταὶ τὸ Θείως καὶ τὸ Δαιμονίως καὶ τὸ Μεγάλως ἐν ταῖς ἐπιδείξεσι προσδεχόμενοι, καὶ τὸ Μετρίως καὶ τὸ Ἀνθρωπίνως προσαπολλύουσι. Reip. Ger. Præcept. p. 803. F. Præter Iſ. Caſaubonum ad Theophraſti

Charact. Κολακείας, alioſque Krebſio laudatos, hunc morem expoſuerunt L. Creſollius in Theatro Rhetor. III. 20. p. 286. et J. Nic. Funccius Diſſert. de Acclamatione et Plauſu Veterum p. 10: Lexicographi Græci et Latini in vocibus *Acclamare*, Ἐπιφωνεῖν, Ἐπισημαίνεσθαι, Ἐπισημασία.

26. C. ἰατρικὸς δὲ ὢν, ἢ μετὰ τὴν ἡμέραν ἐνάτην, ἢ ταῦτα κρίνεσθαι πέφυκεν—] Monet quoque Pſeudo-Plutarchus de Vita Homeri §. 202. p. 391. edit. Galei: Scholiaſtæ Homerici, Vetus et Venetus ad Iliad. A. 53.

26. C. οὐ δημαγωγεῖ πρὸς τὸν ὄχλον] Ald. Baſ. Xyl. πρὸς omittunt: at eſt in Jannot. Schott. Anon. Jun. Pol. ex quibus recepit Steph. quocum conſentiunt codices noſtri omnes. Jam δημαγωγὸς, δημαγωγία, δημαγωγεῖν, ut apud alios, ita apud Plutarchum frequens eſt: nec tamen umquam, apud hunc quidem, quod ſciam, addito πρός. Neque tamen receptam lectionem repudiare auſim: quamquam poterat ſcripſiſſe Plutarchus ὁ δημηγορεῖ πρὸς τὸν ὄχλον, vel οὐ δημαγωγεῖ τὸν ὄχλον, quæ ſunt conſuetæ formæ: vel hæ duæ lectiones poterant in hanc unam confuſæ fuiſſe. Atqui mihi quidem videtur non librariorum negligentia ex duabus illis lectionibus unam conflaſſe, ſed Plutarchus ſuo ipſe judicio ex duabus illis dictionibus unam compoſuiſſe: et eodem uſu dixiſſe, quo dicitur πρός τινα πολιτεύεσθαι, *ad alicujus voluntatem rempublicam adminiſtrare*, Vitarum p. 409. A. 1043. D. et ſimiliter 882. F: πρός τινα εἶναι, γενέσθαι, *ab alicujus partibus eſſe*, vel, *fieri:* ibid. 722. C. Opp. Mor. 965. C. πρός τινα ζῆν, *ad alicujus imperium vivere*, ibid. p. 471. A. et alibi. ὁμιλία, φιλία, πρός τινα, *congreſſus, amicitia, quocum*, ibid. p. 718. B. 772. B: πρός τινα παίζειν, *cum aliquo, ad aliquem, ludere.* Δημαγωγέω raro dicitur laudabili ſignificatione pro *principatu in imperio populari:* veluti Demoſth. p. 851. E. Opp. Mor. p. 621. B. 716. A. 802. D. δῆμον δὲ καὶ πόλιν ἐκ τῶν ὥτων ἄγειν δεῖ μάλιστα, μὴ, καθάπερ ἔνιοι τῶν ἀγυμνάστων περὶ λόγον λαβὰς ἁμάσας ἢ ἀτέχνως ζητοῦντες ἐν τοῖς πολλοῖς, τῆς γαστρὸς ἕλκουσιν εὐωχοῦντες, ἢ τῷ βαλαντίῳ διδόντες, ἢ πυρρίχας τινας ἢ μονομάχων θεάματα παρασκευάζοντες ἀεὶ δημαγωγοῦσι, μᾶλλον δὲ δημοκοποῦσι· δημαγωγία γὰρ ἡ διὰ λόγου πειθομένων ἐστίν· αἱ δὲ τοιαῦται πιθανεύσεις τῶν

ὄχλων ἀδὲν ἀλόγων ζώων ἄγρας καὶ βακολήσεως διαφέρουσιν. Et honesto sensu eodem est δημαγωγία ib. p. 11. E. ac δημαγωγέω metaphorice, Vitarum p. 116. E. 575. B. 598. B: sensu quidem proprio, eoque honesto, lubentius dicunt ἄγειν τὸν δῆμον: veluti Opp. Mor. p. 822. F. Vitarum p. 161. B. 408. D. 413. E. 524. D. 551. C. 887. B. quo in munere laus est maxima ἄγειν τὸν δῆμον, nec ἄγεσθαι ὑπὸ τοῦ δήμου: quam laudem Pericli tribuit Thucydides II. 65: κατεῖχε τὸ πλῆθος ἐλευθέρως, καὶ οὐκ ἦγετο μᾶλλον ὑπ' αὐτοῦ ἢ αὐτὸς ἦγε. Aristides Or. Plat. I. p. 44: καὶ τὴν ἐπωνυμίαν διὰ τοῦτο εἰλήφασι—τὴν τῶν δημαγωγῶν, οὐκ ἐπειδήπερ ὑπὸ τῶν δήμων ἄγονται—ἀλλ' ὅτι τοὺς δήμους ἄγουσιν: Or. Plat. II. 121. locum Thucydidis apponens: cum imitans p. 148. 268. et Or. adversus Proditores p. 414. At plerisque aliis omnibus locis dicitur deteriore notione *captandi popularem auram ac plebis favorem in administranda republica*; et vel habet adjunctum Accusativum, vel non habet. Simpliciter est, Vitarum p. 6. B. 15. B: Μενεσθεὺς—πρῶτος, ὥς φασιν, ἀνθρώπων ἐπιθέμενος τῷ δημαγωγεῖν καὶ πρὸς χάριν διαλέγεσθαι ὄχλῳ p. 34. B. 40. C. 100. E. 108. D. 133. E. 275. D. 422. A. 524. B. 717. D. 725. B. 774. C. 830. F. 839. A. F. 866. C. 922. E. 972. E. 1068. A. Opp. Mor. p. 52. E. 72. D. 276. D. 482. D. 545. C. Addito Accusativo, non item frequenter, attamen subinde legitur: v. c. Vitarum p. 177. A. 189. B. 203. B. 210. E. 233. D. 506. D. 524. C. 917. D. 979. D. 1062. B. Opp. Mor. p. 330. C. In militia, ut hoc loco, semper deteriore accipitur notione, cum de ducibus, tum de militibus: Vitarum p. 177. A: Μινούκιος—δημαγωγῶν τὸ στράτευμα. 272. C. Æmilius Paulus ad milites, γνώσομαι τοὺς κακοὺς καὶ ἀχαρίστους καὶ δημαγωγεῖσθαι μᾶλλον ἐν τοῖς πολέμοις ἢ στρατηγεῖσθαι βουλομένους. p. 256. E. de eodem, τῶν στρατιωτικῶν ἐθῶν τε καὶ πατρίων ἐξεταστὴν καὶ φύλακα παρεῖχεν ἑαυτὸν, οὐ δημαγωγῶν ἐν τῷ στρατηγεῖν, οὐδ', ὥσπερ οἱ πολλοὶ τότε, δευτέρας ἀρχὰς ταῖς πράξεσι μνώμενος, διὰ τοῦ χαρίζεσθαι καὶ πρᾶος εἶναι τοῖς ἀρχομένοις—. 409. C. ταῦτα πάντα ποιῶν ὁ Μάριος καὶ διὰ τούτων τοὺς στρατιώτας δημαγωγῶν. 459. E. de Mario et Sylla, ἠναγκάζοντο δημαγωγεῖν ἐν τῷ στρατηγεῖν, εἶθ' ὧν εἰς τὰς ἡδυπαθείας τοῖς στρατευ-

μένοις ἀνήλισκον, ὠνούμενοι τὰς πόνας αὐτῶν, ἔλαθον ὦνιον ὅλην τὴν πατρίδα ποιήσαντες, ἑαυτούς τε δούλους τῶν κακίστων, ἐπὶ τῷ τῶν βελτιόνων ἄρχειν. p. 495. F. 515. B. 591. C. 592. C. 998. A. 1062. B. De Athenienſium Demagogis, ex interiore Græcorum rerum cognitione, diſſeruit Valckenarius noſter in Diatrib. ad Euripid. Fragm. Cap. XXIII.

26. C. Ἀτρεΐδη, νῦν ἄμμε—] Iliad. A. 59.

26. D. —ὃδ' ἦν Ἀγαμέμνονα—] Iliad. A. 90.

26. D. Ἄψ ἐς κλεὸν] Iliad. A. 220.

26. E. Δακρύσας ἑτάρων—] Iliad. A. 349.

26. F. οὐθὲν αἰσχρὸν ὐδὲ ἐρωτικὸν ἐποίησε—] Reiſkius pro ἐρωτικὸν malebat ῥωπικὸν, *ſordidum, humile, plebeium*, de cujus vocis poteſtate dicemus infra ad p. 495. C: in qua mutatione probanda, ut ab illo diſſentio, ita fateor me aliquando cum illo conſenſiſſe in improbanda vulgata lectione, quæ mihi non ſatis cum adjuncto αἰσχρὸν convenire videbatur: indeque ἑταιρικὸν vel ſimile quid malebam. Idem error et mihi et Reiſkio, et credo aliis ſæpe, ſimilibus in locis, obfuit; ut duæ pluresve voces in eadem re conjunctæ idem ſignificare, aut certe ſignificationes ſuas invicem communicare, videantur. Quod profecto ſecus eſt: veluti hoc loco *Agamemnon nil turpe nec amatorium fecit*, non eo valet, ut *amatorium* pro *turpi* habendum accipiendumque ſit; ſed res ipſa declaratur et factum, ut eſt apud Homerum Iliad. A. 113. 310. Poterat Agamemnon Chryſeiden dimittens aliquid turpe facere, poterat et amatorium, idque vel turpe, vel non turpe: nunc horum omnium nihil fecit.

26. F. Τὸν μὲν ἐγὼ βέλευσα—] Quatuor hi verſus in omnibus Homeri codicibus deſiderati, et hac una Plutarchi mentione cogniti, locum ſuum habuerunt Iliad. I. 456. unde poſt Barneſium nonnulli eos editores retulerunt.

p. 27. A. τὸν Μελέαγρον ἐπεισάγει—] *Idem Phœnix inducit Meleagrum:* ibidem Iliad. I. 525. ſeq.

27. A. ἐφιζάντας τὸν νέον] *attentum reddentes juvenem.* Vide nos ad p. 17. E.

27. B. Αἳ γὰρ ἐμεῦ—] Odyſſ. Z. 244.

27. C. Οὕνεκα τῶν μὲν δῶρα—] Odyſſ. Σ. 281.

27. C. Εὐδαίμων Πολίαγρ@—] Verſus non alibi quod ſciam proditus, ut Anapæſticus a Xylandro poſitus. Comici alicujus eſt traducentis Poliagrum quemdam e meretricio uxoris ſuæ quæſtu opes colligentem. Proverbium quidem Αἰξ οὐρανία eſt apud Zenobium I. 26: Suidam voc. et in Proverbiis Schotti I. 61. qui utroque loco conſulendus: apud Heſychium in Οὐρανίη ἀἰξ T. II. p. 818.

27. D. Μήτι οἱ οἴχωνται—] Odyſſ. N. 216. D. ἐπὶ νηός. Ulyſſis dormientis expoſitionem in Ithaca verbo tangens reprehendit Ariſtoteles de Poetica Cap. XXIV. in fine: adverſus quam reprehenſionem Homerum allegorica interpretatione ab J. Aurato accepta, neſcio quomodo, defendit vir cæteroquin eruditiſſimus Gul. Canterus Nov. Lect. V. 14. *Illud* περὶ τῆς Ἰθάκης ἀμφιδοξῶν, *dubitans an ipſum revera in Ithacam expoſuiſſent Phæaces, numeravit pecunias: earumque ſummam ad numerum convenire perſpiciens, argumentum inde ducit, Phæaces, qui nil pecuniarum abſtuliſſent, etiam in eo fidem ſervaſſe, ut cum non alium in locum quam in Ithacam devexiſſent atque expoſuiſſent:* hoc item tangit Vetus Scholiaſta et Euſtathius ad illum verſum. Ulyſſem ut ſomno deditum notat Philoſtratus Heroicis p. 695: καθεύδων τε γὰρ πολλαχῆ ἀπόλλυται, καὶ ἐκφέρεται τῆς νεὼς τῶν Φαιάκων ὥσπερ ἀποθανὼν ἐν τῇ εὐπλοίᾳ· ubi haud ſcio an corrigendum πολλαχοῦ πολλὰ ἀπολλύει vel ſimile: certe vulgatum vix ſanum videtur.

27. E. ἐχρήσατο τῆς ἀπορίας παρακαλύμματι—] Hujus vocabuli rationem ut haberem, fecit annotatio Krebſii non ſatis approbantis Grotium vertentem, *rebus perplexis velamentum hoc invenit:* ejuſque loco ſubjicientis ſuum, *uſus eſt hac ratione difficultatis removendæ:* in quo, ut *difficultatis* rectum ſit, certe *removendæ* vim παρακαλύμματ@, *veli, velamenti, obtentus, prætextus* tollit. Apud Plutarchum et propria *veli*, et tranſlata *obtentus, ſpeciei*, notione legitur. Sympoſ. III. 6. p. 654. D: παρακάλυμμα τῆς ἡδονῆς τὸ σκότ@, *tenebræ velum voluptatis venereæ.* Numa p. 76. E: παρακάλυμμα τὴν ἐγγύην ἐφελκομένη, *modeſtia quæ in divortio tamquam velum poſt ſe trahit novas cum alio nuptias:* qui locus mendo laborat in præcedentibus verbis,

alibi nobis animadvertendo. Publicola p. 98. F. dicitur Brutus, τῇ δ' ἀβελτηρίᾳ προσποιήματι καὶ παρακαλύμματι πολὺν χρόνον, ὡς ἔοικε, χρησάμενος ἀσφαλείας ἕνεκα πρὸς τὲς τυράννες. Pericle p. 154. A. ὁ Δάμων τῇ λύρᾳ παρακαλύμματι χρώμενος: pro quo Plato Protag. p. 196. B. unde Plutarchi is locus adumbratus eſt, dixit πρόχημα et παραπέτασμα. Mario p. 422. E: καὶ γὰρ τοῦτο προσέθηκε τὸ σοφὸν ὥσπερ παρακάλυμμα τῆς αἰσχύνης. Ageſilao p. 617. D: ἀτόπου καὶ ἀλλοκότε πράγματος παρακαλύμματι τῷ συμφέροντι τῆς πατρίδος χρησάμενος. Galba p. 1061. F: εἰδὼς φυγῆς ὑποκόρισμα καὶ παρακάλυμμα αὐτῷ τὴν ἀρχὴν δεδομένην. Alexandro p. 694. D. notione eſt propria veli. Antiphanes ap. Stob. Serm. XCV. p. 519. Ὁ πλοῦτός ἐςι παρακάλυμμα τῶν κακῶν. Cæterum, alia et docte et opportune ex Philone et Joſepho annotat Krebſius.

27. E. οὐκ ἐάσωμεν φορὰν πρὸς τὰ φαῦλα γίνεσθαι τῶν ἠθῶν, ἀλλὰ τῶν βελτιόνων ζῆλον καὶ προαίρεσιν] Præferam ἐάσομεν cum Harl. Moſc. 2. Vulcob. Reiſkio. Conſtructionis reliquæ ratio aliquid difficultatis objecit Krebſio, qui utraque editione ad eam animadvertit. Et ſane ejuſmodi eſt, ut hic ſemel nobis declaranda eſſe videatur, quandoquidem alibi frequens occurrit, et ejuſdem difficultatis ſpeciem iterum iterumque præbere poteſt. *Non ſinemus inclinationem ad pravos mores fieri, ſed meliorum æmulationem et ſtudium:* in poſteriore parte ſi ſubaudias *ſinemus fieri*, non videatur convenire ſententiæ, majorem quippe efficaciam poſtulanti *imponendi, infigendi*, certe *faciendi*, ut fortaſſe quis ſuſpicetur proximum poſt προαίρεσιν fuiſſe ποιήσομεν, idque per illius ſimilitudinem excidiſſe. Atqui ſanus eſt locus. Eſt enim hæc optimorum utriuſque linguæ Scriptorum conſuetudo, ut verbum cum pluribus deinceps nominibus dictionibuſve communicetur, quorum cum primo tantum proprie jungi poterat. Veluti Cicero Leg. I. 13: *Quocirca vereor committere, ut non bene proviſa et diligenter explorata principia ponantur: nec tamen ut omnibus probentur,— ſed ut iis qui omnia recta et honeſta per ſe expetenda duxerunt—*. Hoc loco in illo *nec tamen* ſubaudiendum eſt *poſtulare poſſum* e ſimilitudine antecedentis

vereor committere. Ibidem II. 17: *Vidimus eos, qui niſi odiſſent patriam, numquam inimici nobis fuiſſent, ardentes cum cupiditate, tum metu, tum conſcientia:* ſeorſim et peculiaribus in ſententiis non poterat dici *ardere metu, ardere conſcientia:* at poterat præeunte *ardentes cupiditate.* Et de Latinis quidem docuerunt principes viri, Grævius, Perizonius, Burmannus, Dukerus, Cortius, quos hujus præcepti nomine laudant doctus in primis Latinitatis judex J. Mich. Heuſingerus ad Nepotem, Alcibiad. III. 5. et Græcæ quoque cum linguæ tum antiquitatis perdoctus vir J. Ph. Dorvillius ad Chariton. p. 396. ſeq. complura et ipſi addentes. In Græcis quidem nos ſatis habemus quædam Plutarchea et cum his conjuncta proferre exempla. Opp. Mor. p. 928. E. τῶν σωμάτων τὰ μὲν ἄνω, τὰ δὲ κάτω φέπειν: corpora ſurſum *feruntur* φέρονται, deorſum φέπεσι *vergunt.* Plato Leg. V. 610. A: σκεψαμένη τί χρὴ χρῆσθαι τοῖς περιγενομένοις ἢ τοῖς ἐλλείπεσι· *conſiderans, quomodo uti oporteat redundantibus aut deficientibus:* atqui nemo poteſt uti deficientibus, id eſt, iis quos non habet: igitur accipiendum, *conſiderans quid fieri oporteat, ſi aut redundent aut deficiant.* XI. p. 676. G: ψεῦδος δὲ μηδεὶς μηδὲν μηδ' ἀπάτην—μήτε λόγῳ μήτε ἔργῳ πράξειεν: hic ad nomen λόγῳ ex verbo πράξειεν ſubaudiendum eſt λέξειε. Iſocrates Epiſt. ad Philippum p. 703: οὐκ εἰς ἐπιστολῆς συμμετρίαν, ἀλλ' εἰς λόγου μῆκος ἐξοκείλας· *non in epiſtolæ mediocritatem, ſed in orationis longitudinem provectus:* ſenſus eſt, *non intra epiſtolæ fines me continens, ſed in orationis longitudinem provectus.* Ariſtides Or. Athenienſium ad Thebanos T. I. p. 482: καὶ νῦν ὑμῖν ὡς τότ' ἐκείνοις βέλεται χρῆσθαι καὶ φυλάξασθαι· καὶ νὴ Δί' ἐκεῖνα καὶ ταῦτα συγχωρεῖν, ἀλλ' ἐκ τῶν νῦν τούτων κἀκεῖνα μισῆσαι: corrigendum —χρῆσθαι· φυλάξασθε δὲ μὴ δι' ἐκεῖνα καὶ ταῦτα σ—. i. e. *ſed quia Phocenſes delevit Philippus, nunc vos eodem modo vult tractare: cavebitis vero ne propter illa hæc etiam concedatis, ſed ut propter illa hæc etiam averſemini:* hic ad verbum μισῆσαι ex antecedenti φυλάξασθε ſubaudiendum *operam date* vel ſimile actionem ſignificans verbum.

27. F. Οὐκ ἐς' ἀπ' ἔργων μὴ καλῶν—] Exſtat ſine auctoris

nomine apud Stobæum Serm. V. p. 63. unde Grotius posuit in Florilegio Tit. V. p. 35. Brunckius hoc Plutarchi indicio Sophocli asseruit Fragm. Incert. XI. p. 37.

27. F. ἀτόποις πράγμασι λόγους ἐπιγελῶντας—πορίζειν.] Reiskium ἐπιγελῶντας in, nescio quid, ἐπιεικεῖς, εὐγενεῖς, εὐλόγους, mutare voluisse, non miror: magis miror Krebsium frequentius quam par erat istas conjecturas memorasse, aut memoratas non diligentius ex usu Plutarchi confutasse, quem certe, ut editor hujus libelli, pertractatum habere debebat. Igitur ἐπιγελᾶν est et *irrideo*, et *arrideo*. Hac significatione hoc loco valet: ut recte vertit Xylander: et potest hoc sensu dupliciter accipi—vel, *adjungere pravis factis orationem rationesque quæ his factis arrideant eaque probent:* vel—*quæ nobis legentibus arrideant ac placeant.* Itaque ἐπιγελῶν λόγος est vel λέγων ἐπιγελῶν, *orator, patronus, arridens his factis*, vel *oratio quæ nobis legentibus placet.* Sic Plutarchus comparatione elegantissima Adversus Epicur. p. 1087. E: αἱ δὲ ἡδοναὶ καθάπερ αὖραι πρὸς ἑτέραις ἕτεραι τὰ σώματος ἄκραις ἐπιγελῶσαι διαχέονται, *voluptates aliæ ad alias corporis extremitates, ut auræ ad promontoria, arridentes diffunduntur.* Ibid. p. 1103. C: μεγάλην ἡδονὴν ποιεῖ—οἷον αὐτὴν ἐπιγελῶσαν τοῖς ἀγαθοῖς· *hoc magnam facit voluptatem tamquam arridentem bonis.* Aristophanes Thesmoph. 985: Ἑρμῆν τε Νόμιον ἄντομαι, Καὶ Πᾶνα, καὶ Νύμφας φίλας, Ἐπιγελάσαι προθύμως, Ταῖς ἡμετέραις χαρέντα χορείαις· quo loco utitur etiam doctissimus F. L. Abreschius Dilucid. Thucyd. p. 340. qui de hoc usu verbi plura docet. Ita etiam est ἐπιμειδιάω, προσγελάω, προσμειδιάω, quod mox sequitur p. 28. A.

27. F. σύσκηνος] Euripides, Sophoclis collega et socius in scena, σύσκηνος dicitur felici tralatione; quum proprie dicantur hoc nomine *contubernales* in militia: veluti a Plutarcho Opp. Mor. p. 148. A. 998. D. Vitar. p. 194. E. 497. A. 620. B. et aliis sæpe.

27. F. Φαίδραν καὶ προσεγκαλοῦσαν τῷ Θησεῖ] Non est in tragœdia, quæ supersest, *Hippolyto coronato*; sed fuit in ea, quæ periit, *Hippolyto* καλυπτομένῳ: de quarum differentia consulendi sunt L. C. Valckenarius in Præfat. ad Euri-

pidis Hippolyt. p. 17. et ſeq. et S. Muſgravius in Fragm. Eurip. T. III. p. 565.

p. 28. A. ἐν ταῖς Τρώασι] In tragœdia, cui nomen eſt Troades, verſu 919. Helena reſpondet Hecubæ: Πρῶτον μὲν ἀρχὰς ἔτεκεν ἥδε τῶν κακῶν, Πάριν τεκοῦσα.

28. A. Κάτων] Cato Minor, cognomine Uticenſis: de quo idem hoc prodit Plutarchus in ejus Vita p. 760. A.

28. B. τὰς αἰτίας πικρῶς ἀπαιτοῦσι] *Acerbe exigunt repetuntque cauſſas.* Poſſit fortaſſe cui mendi ſuſpicio accidere de voce πικρῶς, cogitanti hoc melius convenire in duram et acerbam debiti et pecuniæ exactionem, quam in quæſtionem eruditam et grammaticam, cui magis congruere videtur ψυχρῶς, *frigide*, vel γλίχρως *tenuiter*, *ſubtiliter*, *tenaciter*: quæ tria nomina frequenter inter ſe permutari ſolent a librariis. Igitur ſimul et hic locus vindicandus, et conſuetudo Plutarchi declaranda eſt exemplis. Opp. Mor. p. 41. A: τῆς ἀληθείας τῶν λεγομένων ἀκριβῆ καὶ πικρὸν ἐξεταστήν: p. 45. E. auditor dicta oratoris πικρῶς ἐξετάζειν dicitur. p. 664. D: ἀδολεσχῶ παρακαλῶν ὑμᾶς ἐπὶ τὴν ζήτησιν τῆς αἰτίας, ἵνα μὴ πικρὸς γένωμαι—.

28. B. Μηδέποτ' οἰνοχόην—] Heſiodi Ἔργ. 740. οἰνοχόη eſt *cyathus*, *cochlear*, quo vinum ex cratere hauritur, auctore Polluce VI. 19. X. 75: cujus uſum tetigimus in Annot. ad Selecta Hiſt. Gr. p. 374. ſeq. Forte reliquiæ nonnullæ Plutarchei Commentarii ſint in Scholio Procli ad hunc locum, qui hæc cum Pythagoricis ſymbolis communicat: συμβόλικον παίδευμα· τετέσι, μὴ ἐπίπροσθεν τῶ κοινῶ ἄγειν τὸ ἴδιον· ὁ μὲν γὰρ κρατὴρ ᾠρέκειτο κοινὸς ἐν ταῖς τραπέζαις· ἐκ δὲ τῆς οἰνοχόης ἀρυόμενοι ἔπινον οἱ συνδειπνοῦντες· i. e. *Symbolicum præceptum: id eſt, communi non præferre proprium: nam crater propoſitus erat communis in menſis, indeque haurientes bibebant ex œnochoa:* non enim certe ex œnochoa hauriebant, ſed potius bibebant ex ea: hoc enim vult hujus loci ſententia. Ergo Proclus οἰνοχόην intellexit poculum, e quo bibitur, et in quod vinum ex cratere hauſtum infunditur. Mox, præmiſſo ἄλλως, οἰνοχόην dicit eſſe cyathum. At Moſchopulus Proclum fere ad verbum deſcribens, tamen hoc poſterius retinet οἰνοχόην γὰρ εἶναι τὴν κύαθον. Igitur e

tribus partibus, de *cratere* conſtat; de *cyatho* et *poculo* non conſtat, quippe quorum alterutrum tantummodo memoratur voce οἰνοχόη· ſi poculum ſignificatur, eſt ἴδιον: ſi cyathus, eſt κοινόν: nam credibile eſt, uno cyatho vinum e cratere in ſingula pocula infundi ſolitum fuiſſe. Sed, omiſſa illa ſymbolica interpretatione, hæc facillima videtur ſententia: *cyathum numquam e manibus ponendum eſſe, ſed ſemper hauriendo exercendum, ne umquam a bibendo ceſſaretur:* quippe cyathum e manibus poſitum, non temere in menſa deponi, ſed munditiæ cauſſa crateri ſuperimponi, moris fuiſſe. Quæ interpretatio quamvis accommodari poteſt alteri loco Plutarchi, ubi hunc verſum citat, Sapient. Conviv. p. 156. C; minime repugnem, ſi quis totum hoc præceptum Heſiodeum ad morem quemdam majorum ex vetere ſuperſtitione profectum referat.

28. B. Ὅς δέ κ' ἀνὴρ—] Homeri Iliad. Δ. 306.

28. C. Δηλοῖ γὰρ ἄνδρα—] Euripidis Hippol. 424. Vide ſupra p. 1. C.

28. C. Μικρὸν φρονεῖν χρὴ—] Similis eſt huic locus, quem ex Euripidis Alcmæone habet Stobæus Serm. XXXII. p. 188. indeque Grotius Florilegio p. 115.

Ταπεινὰ γὰρ χρὴ τοὺς κακῶς πεπραγότας
Λέγειν· ἐς ὄγκον δ' οὐκ ἄνω βλέπειν τύχης·

item duo Sophoclis ibidem,

Θνητὴν δὲ φύσιν χρὴ θνητὰ φρονεῖν·—
Καλὸν φρονεῖν τὸν θνητὸν ἀνθρώποις ἴσα.

Ipſum quidem hic a Plutarcho citatum verſum alibi me legere non memini.

28. D. παντὶ λόγῳ πλάγιον ὥσπερ πνεύματι παραδιδοὺς ἑαυτὸν—] Elegans tralatio *a navibus vento latus præbentibus*, Plutarcho pluribus locis adhibita: veluti De Amico et Adul. p. 66. B: βλάπτονται γὰρ οὐκ ἐπαινούμενοι μόνον ἀκαίρως, ἀλλὰ καὶ ψεγόμενοι· καὶ τοῦτο μάλιστα τοῖς κόλαξιν εὐλήπτοις καὶ πλαγίοις παραδίδωσιν. Sympoſ. VII. 5. p. 706. E: οὐδὲ ἐκπλαγησόμεθα παντάπασιν ὑπὸ τούτου, οὐδὲ πλαγίους παραδώσομεν ἑαυτοὺς ὥσπερ ὑπὸ ῥεύματος λείου φέρεσθαι. Propria ſignificatio eſt Themiſtocl. p. 119. C. de Perſarum navibus in pugna Salaminia, quas

τὸ πνεῦμα—παρεδίδου πλαγίας τοῖς Ἕλλησιν ὀξέως προσφερομένοις. Pyrrho p. 392. B. Antonio p. 947. B.

28. D. Βλὰξ ἄνθρωπος—] Heracliti dictum: ſub ejus nomine laudatur a Plutarcho De Auditione p. 41. A: τὸν Ἡράκλειτον ὰκ ἐλέγχουσιν εἰπόντα, Βλὰξ ἄνθρωπος ἐπὶ παντὶ λόγῳ ἐπιθῆσθαι φιλεῖ. Sed utroque loco codices noſtri ἐπιθῆσθαι ignorant: illo, ut annotavimus, habent παιδεύεσθαι, quod ſine dubio falſum eſt: in hoc, ut item annotavimus, varie diſſentiunt: tamen hoc verum videtur. Et Stephanus in Poeſi Philoſophica p. 138. hoc dictum prodens ait ſe in ſua Plutarchi editione hoc loco ἐπιθῆσθαι auctoritate veterum codicum dediſſe. De quo verbo, ut ſatis frequente, hic quidem dicere non attinet. De voce Βλὰξ eruditiſſima Ruhnkenii noſtri diſputatio eſt ad Timæi Lex. Plat. p. 60. Ad ſententiam convenit illud Dionis Chryſ. Or. XXXII. p. 378. B: περὶ τὰς θέας οἱ μέν εἰσιν ἄπληστοι καὶ λίχνοι καὶ περὶ πάντα ὁμοίως ἐπιθυμοῦντες τὰ τυχόντα· οἱ δὲ κοσμίως καὶ μετ εἰρήνης μετέχουσιν.

28. D. πολλὰ διακρούσεται] Krebſius, neſcio quo errore, incidit in ἐπικρύσεται, putans hanc eſſe vulgatam lectionem, quum tamen omnes libri, et ipſe adeo Krebſius in contextu, haberent διακρύσεται; tum in illo ſe torquens, hoc per conjecturam aſſequitur, et *doctioribus ad judicandum proponit annon legendum ſit* διακρύσεται. Sane ita et exſtat et legendum eſt. Verbum Medium hoc ſenſu *repudiandi, diſpellendi*, Plutarcho eſt in uſu. Opp. Mor. p. 168. E: διεκρύσατο τὺς βοηθοῦντας, *auxiliantes repulit*. 70. D: τὺς μὲν λοιδοροῦντας ἀνακόπτων καὶ διακρυόμενος, *vituperatores retundens ac repudians*. 449. F: τὰ τοιαῦτα διακρυόμενοι, *hæc repudiantes*. 534. B: ἀμφοτέρους διεκρύσατο, *utrumque repulit*. 630. D: τὰ τοιαῦτα διακρούονται καὶ παρατρέπουσι, *hæc talia diſpellunt et avertunt*. 711. A: βυλόμενον αὖθις ἀντιλέγειν τὸν σοφιστὴν ἐγὼ διακρυόμενος. 725. D. 961. A. 977. E. 986. D. Vitarum p. 68. C. 241. B. 364. C. 475. D. 526. D. 728. D. 739. B. 774. A. 828. E. Hippocratis Epiſtola XX. p. 21. B: διακρύσῃ τὺς ἀκαίρους γέλωτας, *repudiabis, omittes, intempeſtivum riſum*. Ariſtides T. II. 189: τὸ παρὸν διακρούσασθαι, *præſens periculum repellere*. Jamblichus Vit. Py-

thag. §. 196: διεκρόοντο δὲ ὀργὰς, ἀθυμίας, ταραχάς· *iras, triſtitiam, perturbationes, confutabant, removebant.*

28. F. Οὐ γάρ σοί ποτε—] Iliad. A. 163.

28. F. Πλεῖάί τοι—] Iliad. B. 226.

p. 29. A. —αἴ κέ ποθι Ζεὺς—] Iliad. A. 128.

29. A. Ὅν κεν ἐγὼ δήσας—] Iliad. B. 231. Non abs re ſit conferre Ariſtidem T. II. p. 368.

29. A. Αἰδεσθεὶς βασιλῆος—] Iliad. Δ. 402.

29. A. Ἀτρεΐδη—] Iliad. Δ. 404. Cæterum Plutarchus, qui ubique poetarum dicta ad formandos mores et ad legentium utilitatem convertere ſtuderet, idem Stheneli dictum in laude ponit alio loco, neque in eo ut parum ſibi conſtans reprehendi debet; quippe qui animadverteret quid in qualibet re ſit ſequendum, quid fugiendum, ſuperbiam procacitatemque adverſus ſummum regem imperatoremque ſumtam vituperabat, ad amicum Diomedem vindicandum ſumtam non vituperabat, ſed cum hac adeo exceptione vel excuſabat vel probabat: in libro De Sui Laude p. 540. E.

29. B. Ὡς γνῶ χωομένοιο—] Iliad. Δ. 357.

29. C. Ἀλκὴν μέν μοι πρῶτον—] Iliad. I. 34.

29. D. Δαίνυ δαῖτα—] Iliad. I. 70.

29. D. Σιγῇ δειδιότες σημάνορας.] Iliad. Δ. 431. Laudat Plutarchus Cleomene p. 808. E. Plato Rep. III. p. 433. F. Dion Chryſ. Or. II. p. 29. C: προΐασι γοῦν αὐτοὶ σιγῇ δεδιότες σημάντορας· οἱ δὲ βάρβαροι μετὰ πολλῆ θορύβῳ καὶ ἀταξίας, ταῖς γεράνοις ὁμοίως.

29. E. Πλάτων] Non quidem diſerte his ipſis verbis, nec tamen valde ad ſententiam diverſe in Platonis libris conſignatum reperimus: veluti Leg. X. p. 680. G. Similius etiam in Ageſilao p. 596. E: φόβῳ μηδὲν, αἰσχύνῃ δὲ πάντα ποιεῖν τὰ προστατλόμενα· καὶ τοῖς ψόγοις ἀλγύνεσθαι μᾶλλον, ἢ τοὺς πόνους βαρύνεσθαι· cui congruit VII. Sap. Conv. p. 154. E.

29. E. Κάτων] Cato Major, cognomine *Cenſorius*. Idem ejus dictum refert Plutarchus in Vita hujus Catonis p. 341. C. Apophthegm. p. 198. A. De Vitioſo Pudore p. 528. F. Simile Diogenis Cynici refert Diogenes Laert.

VI. 54: ἰδών ποτε μειράκιον ἐρυθριῶν, Θάῤῥει, ἔφη, τοιοῦτόν ἐστι τῆς ἀρετῆς τὸ χρῶμα: ubi plura Menagius.

29. E. Τόφρα γὰρ ἐς ϛρατὸν—] Iliad. K. 325.

29. E. Ὁ δὲ Διομήδης ἐπαγγέλλεται μὲν οὐδὲν—] Iliad. K. 220.

29. F. Αἰχύλος, Ἰθμοῖ πυκτῇ πληγένλος—] Hoc iterat Plutarchus De Profectu Virt. p. 79. D: unde ſumſit Stobæus Serm. XXIX. p. 206. Conferendus P. Leopardus Emendat. II. 20. et 21. eadem tradens ante Krebſium.

p. 30. A. Τ ῶας δὲ τρόμος—] Iliad. H. 215. Cæterum, quod in Annotatione Emendationum expreſſum eſt ἐπιόντα, corrigendum ἐπιόντα.

30. A. Ἔχθιϛος δ' Ἀχιλῆϊ] Iliad. B. 220.

30. B. —νῦν μὲν δὴ σάφα—] Iliad. H. 226.

30. B. Ἡμεῖς δ' εἰμὲν—] Iliad. H. 231.

30. C. ὁ Ἄδραϛος—] Iliad. Z. 37.

30. C. οἱ Ἀντιμάχυ παῖδες—] Iliad. Λ. 122.

30. C. ὁ Λυκάων—] Iliad. Φ. 35. et 64. ſeq.

30. C. αὐτὸς ὁ Ἕκτωρ—] Iliad. X. 337. ſeq.

30. C. ὥσπερ ἐν ταῖς νομαῖς—οὕτως ἐν ταῖς ἀναγνώσεσι—] Hanc rem attigit, ut hic in carminibus legendis, ita in variis philoſophantium propoſitis Plutarchus De Profectu Virt. p. 78. E, F. In vario cibi appetitu et ſanitate pro animalium varietate Diogenes Laert. IX. 80: εὔλογον οὖν τοῖς διαφόροις τοὺς ὀφθαλμοὺς διάφορα καὶ τὰ φαντάσματα ϖροσπίπλειν· καὶ τῇ μὲν αἰγὶ τὸν θαλλὸν εἶναι ἐδώδιμον, ἀνθρώπῳ δὲ πικρόν· καὶ τὸ κώνειον ὄρτυγι μὲν τρόφιμον, ἀνθρώπῳ δὲ θανάσιμον· καὶ ὁ ἀπόπατος ὑὶ μὲν ἐδώδιμος, ἵππῳ δὲ οὔ· ubi conſulatur Menagius, et ab eo memoratus Sextus Empiricus Pyrrhon. Hypotyp. I. 55—58. Sed appoſite ad hunc locum de varietate propoſiti in lectione librorum egregie hoc argumentum perſequitur Seneca Epiſtola CVIII. *Multum autem ad rem pertinet, quo propoſito ad quam rem accedas. Qui Grammaticus futurus Virgilium ſcrutatur, non hoc animo legit illud egregium, Fugit irreparabile tempus, vigilandum eſt: niſi properamus, relinquimur—ſed ut obſervet, quoties Virgilius de celeritate temporum dicit, hoc uti verbo illum, Fugit—. Ille qui ad philoſophiam ſpectat, hæc eadem quo*

debet abducit.—Non eſt quod mireris ex eadem materia ſuis quemque ſtudiis apta colligere. In eodem prato bos herbam quærit, canis leporem, ciconia lacertum. Cum Ciceronis libros de republica prehendit hinc philologus aliquis, hinc grammaticus, hinc philoſophiæ deditus: alius alio curam ſuam mittit. Philoſophus admiratur contra juſtitiam dici tam multa potuiſſe. Cum ad hanc eamdem lectionem philologus acceſſit, hoc ſubnotat, duos Romanos reges eſſe, quorum alter patrem non habet, alter matrem. —Eoſdem libros cum Grammaticus explicuit, primum Reapſe dici ab Cicerone, id eſt, re ipſa, in commentarium refert, nec minus Sepſe, id eſt, ſe ipſe: deinde tranſit ad ea, quæ conſuetudo ſæculi mutavit—.

30. D. ἀπανθίζεται] Elegantiam verbi Krebſius commode illuſtrat adhibito loco Luciani, Piſcatore 6. T. I. p. 575: αὐτὰ γοῦν ἃ φημι ταῦτα πόθεν ἄλλοθεν ἢ παρ' ὑμῶν παραλαβὼν, καὶ κατὰ τὴν μέλιτταν ἀπανθισάμενος, ἐπιδείκνυμαι τοῖς ἀνθρώποις. Mercede Conductis 39. p. 698: ὅπερ ἦν νοσιμώτατον ἐν σοὶ ἀπανθισάμενος— *poſteaquam maturam tui partem, ut fructum, decerpſiſſet.* Lexiphane 22. T. II. p. 347. ſimili in argumento: ἀρξάμενος δὲ ἀπὸ τῶν ἀρίστων ποιητῶν ᾗ ὑπὸ διδασκάλοις αὐτὸς ἀναγνὺς, μέτιθι ἐπὶ τοὺς ῥήτορας· καὶ τῇ ἐκείνων φωνῇ συντραφεὶς ἐπὶ τὰ Θουκυδίδου καὶ Πλάτωνος ἐν καιρῷ μέτιθι, πολλὰ καὶ τῇ καλῇ κωμῳδίᾳ καὶ τῇ σεμνῇ τραγῳδίᾳ ἐγγυμνασάμενος· παρὰ γὰρ τούτων ἅπαντα τὰ κάλλιστα ἀπανθισάμενος, ἔσῃ τις ἐν λόγοις. Muſcæ Encomio T. III. p. 98: τῶ κάλλους τι ἀπανθίζεται. Dionyſius Hal. De Antiquis Script. Cenſura p. 120: πάρεστι καί σοι, καθάπερ ἐν θεάτρῳ, καλῶν σωμάτων ἰδέας ἐξισορρεῖν, καὶ τῆς ἐκείνων ψυχῆς ἀπανθίζεσθαι τὸ κρεῖττον. Paſſiva ſignificatione eſt apud Jamblichum Vita Pythag. §. 146. —τὸν περὶ θεῶν λόγον, ὃν καὶ Ἱερὸν διὰ τοῦτο ἐπέγραψεν, ὡς ἂν ἐκ τοῦ μυστικωτάτου ἀπηνθισμένον παρὰ Ὀρφεῖ τόπου· sic recte Kuſterus repoſuit pro vetere ἀπευθισμένον.

30. D. τῷ κάλλει ᾗ τῇ κατασκευῇ τῶν ὀνομάτων] Quandoquidem vocabulum κατασκευὴ rhetorico uſu ſubinde apud Plutarchum occurrit, ut notet orationis *ornatum, apparatum, ſtructuram, rerum argumentorumque diſpoſitionem et explicationem*; juvat ſemel hac explicatione defungi apponendis Plutarchi locis; quibus animadverſis facile in-

telligetur comparando, quam quiſque locus ſignificationem poſtulet. Opp. Mor. p. 16. B. ſupra in hoc libello: ψεῦδος ἐκπλήτ῀ει καὶ ἀγαπᾶται μᾶλλον τῆς ἀμύθ῀, καὶ ἁπλάσ῀ πε῀ὶ μέτ῀ον καὶ λέξιν κατασκευῆς, *apparatus et ornatus numerorum et dictionis.* 28. E: μήκη δὲ καὶ κατασκευὰς καὶ παραδειγμάτων ὄχλον ἐῶντα τοῖς ἐπιδεικτικώτερον γράφ῀σι. 41. C: ἔχει δέ τι καὶ ἡ λέξις ἀπατηλὸν, ὅταν ἡδεῖα καὶ πολλὴ καὶ μετ' ὄγκ῀ τινὸς ᾖ κατασκευῆς ἐπιφέρηται τοῖς π῀άγμασιν· vocabulum ὄγκος ſupra p. 16. C. attigimus. 79. B. tragœdiæ κατασκευὴ eſt *argumenti diſpoſitio*, et opponitur ὄγκῳ ac λέξει. 145. B: ὥ῀αν ἔχων ἤδη φιλοσοφεῖν, τοῖς μετ' ἀποδείξεως καὶ κατασκευῆς λεγομένοις ἐπικόσμει τὸ ἦθος, *ea, quæ cum demonſtratione et apparatu diſſeruntur*, diſtinguuntur a monitis ac præceptis puerilis ætatis. 396. F: π῀οιήματα μὲν γὰ῀ γ῀άφεις τοῖς μὲν π῀άγμασι φιλοσόφως ᾖ αὐσ῀ηρῶς, δυνάμει δὲ καὶ χάριτι καὶ κατασκευῇ π῀ερὶ λέξιν ἐοικότα τοῖς Ὁμήρ῀ ᾖ Ἡσιόδ῀. Pſeudo-Plutarchus Vita Homeri §. 72: τὸ μὲν οὖν ἀδ῀ὸν πλάσμα ἐκεῖνό ἐσ῀ι τὸ καὶ τῇ τῶν λέξεων καὶ τῇ τῶν νοημάτων κατασκευῇ μεγάλας ἔχων ἐμφάσεις. Ibid. §. 73: ᾖ τὸ ἀνθ῀ηρὸν εἶδος τῶν λόγων ἐσ῀ὶ πολὺ παρὰ τῷ π῀οιητῇ—μεσ῀ὴ γάρ ἐσ῀ιν ἡ π῀οίησις τῆς τοιαύτης κατασκευῆς. Et, quod modo vidimus, in philoſophia dicitur de argumentis ad demonſtrandum factis ac firmis; ut Porphyrio De Abſtinentia I. 3. qui adverſariorum ratiunculas evertere aggreditur opponendis argumentis, quæ ſint firmiora καὶ πλήθει, καὶ δυνάμει, ᾖ ταῖς ἄλλαις κατασκευαῖς. Hinc eſt κατασκευὴ, *demonſtratio*, κατασκευάζειν, *demonſtrare*; contra ἀνασκευὴ et ἀνασκευάζειν, *refellere*, *confutatio*. Non pigeat adiiſſe doctam diligentiam Jo. Chr. Theoph. Erneſti Lexic. Technol. Rhet. p. 173, 174.

30. D. ὁ Ἀ῀ισ῀οφάνης π῀ερὶ τ῀ Εὐ῀ιπίδ῀] Ariſtophanis eſt ex perdito dramate verſus, a Brunckio hinc in Fragmentis proditus, T. III. p. 287. In orationis dotibus τὸ σ῀ογγύλον, *rotunda compoſitio*, laudatur paſſim a rhetoribus: de qua notavit idem J. Chr. Theoph. Erneſti p. 320. Στόμα σ῀ογγύλον, *facultas et conſuetudo rotundæ orationis*, eadem tralatione, qua σ῀όμα, *os*, *dicendi dotem* notat, frequenti ſane uſu. Hinc eſt Horatianum Art. Poetic. 323: *Graiis ingenium, Graiis dedit ore rotundo Muſa loqui:* Demetrius,

qui dicitur Phalereus, De Elocutione §. 20: Τῆς δὲ ῥητορικῆς περιόδου συνεστραμμένον τὸ εἶδος, καὶ κυκλικὸν, καὶ δεόμενον στρογγύλου στόματος καὶ χειρὸς συμπεριαγομένης τῷ ῥυθμῷ: ubi nuperus editor J. G. Schneiderus doctam adjecit animadverſionem.

30. E. μὴ παιγνίας ἀλλὰ παιδείας ἕνεκα] Si codices quidam haberent pro παιγνίας παιδιᾶς, quod Reiſkius corrigebat, ab eo recipiendo non abhorrerem; præſertim quum aliquam paronomaſiæ commendationem habeat, quam Veteres in his vocabulis ſubinde ſecuti ſunt, in primis Plato, cujus quoſdam locos notavit Ruhnkenius noſter ad Timæi Lex. Plat. p. 2. et 3. et ego in Epiſtola Critica ad Ruhnkenium p. 13: quibus addatur Platonis Leg. I. p. 572. E, F, G. II. 577. B: τὴν περὶ τὰς Μούσας παιδείαν τε καὶ παιδιάν. VII. p. 633. G: τὸ δ' ἦν ἐν πολέμῳ μὲν ἄρα οὐδ' ὅτ' οὖν παιδιὰ πεφυκυῖα, οὔτ' αὖ παιδεία ποτὲ ἡμῖν ἀξιόλογος. VIII. p. 644. C: παιδείαν τε ἅμα καὶ παιδιὰν πολεμικήν. Nunc et libri omnes Plutarchei habent παιγνίας, nec veriſimile eſt librarios vocabulum rarius minus raro ſubſtituiſſe. Quamvis rarum, tamen probum eſſe cum analogia cognatorum παίγνιον, παιγνιώδης, παιγνιήμων oſtendit, tum evincunt exempla quædam apud Suidam in voce Παιγνία· et Herodotum I. 94.

30. E. Τυδείδη, τί παθόντε—] Iliad. Λ. 313.

30. E. Χαῖρε δ' Ἀθηναίη—] Odyſſ. Γ. 52.

30. F. Οὕνεκ' ἐπήτης—] Odyſſ. N. 332. ἐσὶ pro ἐσσὶ dedit verſum ad ſuam ipſe orationem accommodans.

30. F. Θεοφιλὲς καὶ θεῖον ἀρετὴν, εἴγε δὴ τὰ ὅμοια χαίρειν τοῖς ὁμοίοις πέφυκεν.] Eſt quidem hæc ſententia veluti locus communis in Veterum philoſophia, ut in ejus mentionem nulla imitationis ſuſpicio cadere videatur: attamen, ut a Plutarcho ponitur, vix dubitem aliquam ſubeſſe imitationem Platonis Leg. IV. p. 601. A: Τίς οὖν δὴ πρᾶξις φίλη καὶ ἀκόλουθος θεῷ; μία καὶ ἕνα λόγον ἔχουσα ἀρχαῖον, ὅτι τῷ μὲν ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον ὄντι μετρίῳ φίλον ἂν εἴη, τὰ δὲ ἄμετρα οὔτ' ἀλλήλοις οὔτε τοῖς ἐμμέτροις· ὁ δὴ θεὸς ἡμῖν πάντων χρημάτων μέτρον ἂν εἴη μάλιστα καὶ πολὺ μᾶλλον ἤ πού τις, ὡς φασιν, ἄνθρωπος· τὸν οὖν τοιοῦτῳ προσφιλῆ γενησόμενον, εἰς δύναμιν ὅτι μάλιστα καὶ αὐτὸν τοι-

οῦτον ἀναγκαῖον γίγνεσθαι· καὶ, κατὰ τοῦτον δὴ τὸν λόγον, ὁ μὲν σώφρων ἡμῶν θεῷ φίλος, ὅμοιος γάρ· ὁ δὲ μὴ σώφρων, ἀνόμοιός τε καὶ διάφορος καὶ ἄδικος. De proverbio τὸ ὅμοιον τῷ ὁμοίῳ φίλον, ut uno omnium maxime trito et ubique obvio, non eſt quod dicamus. De imitatione ac ſimilitudine hominis cum Deo per virtutis ſtudium acquirenda, ſatis ſit, ut in re minime obſcura, noſtram cognoſcere animadverſionem ad Plutarchi libellum De Sera Num. Vind. p. 27. prioris editionis; hujus p. 550. D, E.

p. 31. A. —μεγάλα δοκοῦντος εἶναι] Stobæus Serm. XX. p. 174. hæc verba, quibuſdam omiſſis, perperam ſub nomine Dionyſii Halicarnaſſei habet: Ὅτι μεγάλα καὶ δοκοῦντος εἶναι καὶ ὄντος τοῦ κρατεῖν ὀργῆς, ἡ πρόνοια καὶ ἡ φυλακὴ τὸ μὴ περιπεσεῖν μείζων.

31. A. Μηκέτι νῦν μ' ἐρέθιζε—] Iliad. Ω. 560. 561. 569. 570.

31. B. Μὴ ὁ μὲν ἀχνυμένῃ—] Iliad. Ω. 584.

31. C. ὁ Ἀγησίλαος] Sumtum e Xenophontis Ageſilao, ſi quid judico, uberiore quam nunc eſt et germano: nam hujuſmodi auctorem ſecutus eſt Plutarchus in Vita Ageſilai p. 602. A, B. et Apophth. p. 209. D. quæ ſane magis Xenophonteam rationem ſuavitatemque ſpirant, quam quæ traduntur in eo qui hodie fertur ſub Xenophontis nomine Ageſilao p. 666. C, D. edit. Leuncl. Reſpexit ad hoc Ageſilai factum Plutarchus infra p. 81. A: Maximus Tyr. Diſſ. XXV. 5. vide Daviſ. Valckenarius noſter, qui primus vidit, certe ſubinde in ſcriptis ſuis pronunciavit, germanum ac proprium Xenophontis librum Ageſilaum periiſſe, nos nunc non niſi ſpurium ac ſuppoſititium habere, ſententiam ſuam non perſuaſit compluribus viris doctis, præſertim editoribus librorum Xenophonteorum in Germania. Nec mihi perſuadebat ante hos triginta annos mecum diſſerens, librum in manibus habens, complures deinceps locos prælegens, ad ſingulos ſubjiciens, *hoc certe non eſt Xenophonteum:* dubitanti et quædam monenti reſpondit, *de his non eſt diſputandum, alio tempore releges Xenophontem et rectius judicabis.* Atqui tunc jam quinquies legeram. Nunc quo magis progreſſu ætatis et

lectionis usu sensus judiciumque acuitur, eo magis accedo ad Valckenarii sententiam.

31. C. Κῦρος οὐδὲ ἰδεῖν τὴν Πάνθειαν ἐτόλμησε·] Item Xenophontis in Cyri Institutione V. p. 115. D, E.

31. D. Εἰ δέ μ' ἀτιμήσουσι—] Odyss. II. 274.

31. D. Κλεάνθης] Credibile est Cleanthem et aliis in libris obiter attigisse versus Homericos, et de industria in Μυθικοῖς, de quo, ut de cæteris illius scriptis, videndus est J. A. Fabricius Biblioth. Gr. Vol. II. p. 396. ubi Athenæi locus aliena pagina 752. notatur, quæ est 572; igitur et illo in libro, et in eo περὶ τῆ ποιητῆ, *de poeta*, vel *de Homero*, ut idem Fabricius recte adversus Menagium explicat: in his igitur libris de industria Homeri interpretationem attigisse videtur Cleanthes. Nam qui ejus liber ab eodem Diogene Laertio VII. 174. memoratur πρὸς Ἀρίσαρχον, fuit adversus Aristarchum Samium mathematicum, ut colligere licet e Plutarcho De Facie Lunæ p. 923. A: non, ut Fabricius accipit, adversus Aristarchum grammaticum, qui post Cleanthem demum Olympiade circiter CLVI. floruit, quum ille jam Olymp. CXXX. Zenoni successisset; siquidem sequimur diligentis in hoc genere viri calculos Edvardi Corsini Fast. Attic. Tom. IV. p. 91. et 107.

31. E. καταιρωνεύεται—] *Cavillatur*, *ludificatur*, *calumniatur*: nam Xylandri *nugatur* est φλυαρεῖ, cujus cæterum Latina interpretatio præferenda Cruserianæ, hoc loco ab illa superatur vertente *cavillatur*, nec Grotianum *jocatur* omnino vocis potestati satisfacit. Elegans nec infrequens est ejus usus apud Plutarchum. Primum, ut εἰρωνεύεσθαι, dicitur simpliciter: veluti hoc loco, et Opp. Mor. p. 46. D: νεθεσίας —μὴ συνεσταλμένον ἀκούειν—ἀλλ' ἄτρεπτον καὶ σεσηρότα καὶ καταιρωνευόμενον, *admonitionem audire, non animo dejectum, sed immotum, cum rictu oris dissimulantem.* 612. F: σεμνῶς καταιρωνευόμενοι λέγουσι μὴ δεῖν ὥσπερ οἰκοδέσποιναν ἐν οἴνῳ φθέγγεσθαι φιλοσοφίαν, *cum simulatione gravitatis ludificantur dicentes, philosophiam ut matremfamilias non debere inter pocula loqui:* mox p. 613. B. his respondent —μηδὲ δικαιοσύνην οἰώμεθα δεῖν εἰς τοὺς πότους δέχεσθαι καταιρω-

νευόμενοι τὸ σεμνὸν αὐτῶν, *censeamus neque justitiam debere inter pocula recipi, cavillando eludentes illorum gravitatem.* Vitarum p. 803. B: ἐπαύσατο φενακίζων καὶ κατειρωνευόμενος, *desitit fallere et ludificari.* 817. D: παίξας καὶ κατειρώνευσάμενος. 1046. F: κατειρωνεύεσθαι δόξαντος, *quum visus esset cavillari.* 1068. C: ἀντέγραφε δὲ κἀκεῖνος αὐτῷ κατειρωνευόμενος, *rescripsit et ille huic cavillans.* Porro jungitur accusativo personæ vel rei, τινὰ vel τί: Opp. Mor. p. 871. E. *Lacedæmonii eludentes Athenienſium legatos,* ἑορτάζοντες οἶκοι καὶ τὰς πρέσβεις τῶν Ἀθηναίων κατειρωνευόμενοι καὶ διατρίβοντες. Vitarum p. 356. A: *Cato ſenex uxorem ducens, ejus facti non veram cauſſam ſubjiciens filio,* ᾧ δ' αὐτὸς ἐχρήσατο λόγῳ κατειρωνευόμενος τὸ μειράκιον. Idem 342. C. 604. D: Ageſilaus κατειρωνευσάμενος αὐτὸς, *eos cavillans:* in eadem re ponitur Genitivus αὐτῶν loco gemino Apophth. p. 211. D: item p. 662. B. 681. C. 754. E. 886. D. Denique, ut alia verba compoſita Præpoſitionis κατὰ, jungitur Genitivo perſonæ vel rei: Opp. Mor. loco modo dicto p. 211. D: Ageſilaus κατειρωνευσάμενος αὐτῶν. 1015. C: κατειρωνεύεται τοῦ Πλάτωνος, *Eudemus diſſimulans ſuam ipſe ignorantiam perverſe interpretatur Platonem.* Vitarum p. 631. E. *piratæ captos Romanos veniam poſcebant, honorifice tractabant, ornabant, tum quaſi valedicentes in mare projiciebant,* πολὺν οὕτω χρόνον κατειρωνευσάμενοι καὶ ἀπολαύσαντες τῶ ἀνθρώπω. Julianus Imp. Or. VI. p. 198. B: ἐκείνω μὲν οὖν ἐγὼ οὐκ οἶδ' ὅπως τότε κατειρωνευσάμην. De ſimplici εἰρωνεύεσθαι dicere, nil attinet. Hujus quidem vis ſatis intelligitur ex nomine εἰρωνείας, quod primus accurate expoſuit magnus Caſaubonus ad Theophraſti Characteres.

31. E. Ζεῦ πάτερ Ἰδηθεν μεδέων] Iliad. Γ. 320. H. 202. Ω. 308. At Cleanthis interpretationem hujus dicti aut non addidit Plutarchus, aut omiſit librarius: id quod Xylander jam monuit in Annotationibus ad minorem hujus libelli editionem, cujus verba non abs re eſt apponere: *Hujus loci explicationem,* inquit, *a librario potius, quam ab ipſo Plutarcho omiſſam judico. Satis tamen conjici poteſt, qualis fuerit, ex poſteriore.* Ἰδηθεν, *ab Ida, ſignificat. Ergo Cleanthes aerem qui ab Ida monte ſe efferret, pro Jove acce-*

pit—. Qualis fuerit univerſe, ex hoc loco ſuſpicari licet: quæ fuerit proprie, difficile eſt dictu: potuit etiam ἴδηθεν, ab ἰδεῖν, accipere pro *proſpiciendo curans*. Sed hoc eſt hariolari. Reiſkius verba hæc et proxima καὶ τὸ deleri volens, quam rationem ſecutus ſit, jam intelligitur: nec debebat ejus judicium a Krebſio, ut carens ratione, reprehendi; quamquam ut verum probari non poterat.

31. E. Ζεῦ ἄνα Δωδωναῖε] *Jupiter Rex, Dodonæe*, Iliad. Π. 233: celebratus verſus multiplici Veterum interpretatione: quorum interpretum qui ad noſtram ætatem venerunt, neminem iſtud Cleanthis commentum memoraſſe, mirum cui accidet. De Homeri loco nobiliſſimus eſt commentarius multiſque veterum Scriptorum teſtimoniis refertus Stephani Byzantini in voce Δωδώνη; ubi una proditur cum hac conveniens interpretatio Apollodori: Ἀπολλόδωρος δὲ ἐν ᾱ περὶ θεῶν τὸν Δωδωναῖον οὕτως ἐτυμολογεῖ· καθάπερ οἱ τὸν Δία Δωδωναῖον μὲν καλοῦντες, ὅτι δίδωσιν ἡμῖν τὰ ἀγαθὰ, Πελασγικὸν δὲ, ὅτι γῆς πέλας ἐστίν. Verbo eamdem rationem tangit Scholiaſtes Venetus: τινὲς δὲ Δωδώνην τὴν γῆν, παρ' ὅσον πάντα δίδωσιν· aliquanto uberius Euſtathius p. 1057. allegorias refert illud ἄνα pro ἄνω, *ſurſum*, accipientes. De epitheto Terræ ἀνησιδώρα, quod ab hoc adfertur, videatur Heſychius in voce: et ibidem doctiſſimus J. Alberti T. I. p. 376.

31. E. γλίχρος] Semel hic explicandus eſt Plutarchi uſus in hac vocis ſignificatione, *exilis, jejunus*. A verbo λείχω, *lambo*, eſt γλίχομαι, *cupio*, hinc λιχνὸς, *guloſus*: et γλίχρος, *tenax*, active et paſſive, *homo tenax, parcus, minutatim omnia perſequens: materia tenax, lenta, glutinoſa*. Hinc in dicendo ac differendo eſt *minuta tenacitas, jejunitas, nimis curioſa eademque paupercula, carens veris rationibus ac firmis argumentis, ſedulitas*. Plutarchus Opp. Mor. p. 47. B: οὕτω δὴ καὶ φιλοσοφίας ἐχόσης τι καὶ γλίχρον ἀμέλει καὶ ἀσύνηθες ἐν τοῖς πρώτοις ὀνόμασι καὶ πράγμασιν, οὐ δεῖ φοβηθέντας τὰς ἀρχὰς ψοφοδεῶς καὶ ἀτόλμως ἐγκαταλιπεῖν: recte vertit Xylander *quippiam jejunum et inſolens*. 43. A: μᾶλλον δ' ἄν τις ἀκροατῆ καταγελάσειεν εἰς μικρὰ καὶ γλίχρα προβλήματα τὸν διαλεγόμενον κινοῦντος. 362. B: γλίχρως ἀλληγορῶσι,

jejuna allegoria utuntur. 381. D: οὐ δεῖ δὲ θαυμάζειν εἰ γλίχρας ὁμοιότητας οὕτως ἠγάπησαν Αἰγύπτιοι, *exiles ſimilitudines, anxie quæſitas.* 614. D: εἶναι δὲ δεῖ καὶ αὐτὰς τὰς ζητήσεις ὑγροτέρας, καὶ γνώριμα τὰ προβλήματα, καὶ τὰς πεύσεις ἐπιεικεῖς καὶ μὴ γλίχρας, *interrogationes moderatæ neque nimis ſubtiles.* Ibid. E: λόγους ἀφετέον οἳ αὐτούς τε κατατείνουσιν ἐν πράγμασι γλίχροις καὶ δυσθεωρήτοις, *omittendi ſunt ſermones qui ipſos diſputantes intendant ac fatigent in argumentis ſubtilibus et cognitu difficilibus.* 665. A: γλίχρος ὁ λόγος. 670. B. 731. A. 991. E. Plato Cratylo p. 269. G. καὶ μάλα γε γλίχρως, Ficinus reddit, *aride et inculte,* rectius vertas, *ſubtiliter, et jejune.* Philo Jud. De Cherubim p. 115. C. ὀνομάτων γλιχρότητι καὶ τερθρείαις ἐθνῶν. Mangeius ex codd. præbet ἐθῶν: verius putem ἐννοιῶν, quod ſophiſticæ rationi congruit. Sic De Congreſſu Quær. Erud. p. 431. C: περὶ μικρὰ μέντοι σοφίσματα τριβόμενοι καὶ γλιχρολογούμενοι. De Somniis I. p. 581. C: τὰς αἰχρολογίας καὶ πιθανὰς εὑρέσεις· in promtu eſt legere γλιχρολογίας cum Cod. Mediceo. De confuſione iſta notabimus ad Plutarchi Cæſar. p. 717. E. ubi αἰχρᾶς ἀγωνισαμένους corrigimus γλίχρως ἀγ.

31. E. εὑρεσιλογῶν] Plutarchus Symp. I. 8. p. 625. D: ἡμῶν εἰς τὸ προκείμενον εὑρεσιλογούντων, *quum de propoſita re rationes comminiſceremur.* Nomen εὑρεσιλογία eſt p. 28. A. 414. A. 682. B. εὑρησιλογία, 656. B. 1033. B. De utraque ſcriptura egit H. Steph. Theſ. L. Gr. Indic. p. 984: P. Weſſelingius ad Diodor. Sic. T. I. p. 45. Eſt etiam forma εὑρεσιολογία apud noſtrum Scriptorem Opp. Mor. p. 1070. F. 1072. F.

31. E. παραβιαζόμενος] Et hujus verbi annotatio pertinet ad proprietatem Plutarcheæ dictionis cognoſcendam. Recte Xylander vertit *detorquens,* id eſt, *vim inferens, cogens.* Sic ſupra p. 19. E. fabulas allegoriis nonnulli παραβιαζόμενοι καὶ διαστρέφοντες. De Animæ Procreat. p. 1013. E: πάντα μηχανῶνται, καὶ παραβιάζονται, καὶ στρέφουσιν, *omnia moliuntur, interpretando torquent, vertunt.* De Stoicis Repugnantiis p. 1059. C: ὥστε τὰς αὐθις ἐκκρούειν τὰ πράγματα καὶ παραβιάζεσθαι βουλομένους μηδὲν περαίνειν, ἀλλ' ἐλέγχεσθαι κακουργοῦντας καὶ σοφιζομένους. Ibid. p. 1073. C: τὴν αἵρεσιν αὐτῶν

ἐλέγχομεν—τὰς κοινὰς ἐκτρέφουσαν ἡμῶν καὶ παραβιαζομένην ἐννοίας. Lycurgo p. 43. C: τῶν πολλῶν ἀφαιρέσει καὶ προσθέσει τὰς γνώμας διαστρεφόντων καὶ παραβιαζομένων, *quum vulgus ſententias Seniorum et Regum addendo demendoque detorqueret ac perverteret.* Sed, extra diſputationem de placitis et interpretatione, dicitur quoque proprie, *hominibus vel rebus vim inferre:* Opp. Mor. p. 43. B. 533. F. 893. F. 990. E. 1100. B. Cleomene p. 811. E.

31. E. Εὐρύοπα Κρονίδην] Iliad. A. 498. O. 152. et alibi. Chryſippus hac interpretatione fortaſſe ſpectavit ſtatuam Jovis διαβεβηκότος, de quo genere conſulatur P. Weſſelingius ad Diodorum Sic. T. I. p. 111. et 319. certe frequens illud εὖ διαβὰς in firmo ſtatu pugnantium, ſeque ad conſerendam manum, aut emittendum excipiendumve telum componentium, Iliad. M. 458. et alibi: quæ loca contulit C. A. Klotzius ad Tyrtæum p. 29. Simili forma, ſignificatione diverſa Hebræos ex origine verbi, διαβεβηκότας τῇ διανοίᾳ, *progredientes cogitatione et mente*, appellat Euſebius Præp. Evang. IX. p. 520. D. Origenes Adv. Celſum III. p. 492. B. Phædonem et Polemonem ἐπὶ τοσοῦτον διαβεβηκέναι ἐν φιλοσοφίᾳ. Grammatici εὐρύοπα varie acceperunt, *late ſonantem* et *late proſpicientem.* Euſtathius p. 141: εὐρύοπα τὸν Δία λέγει ἢ ὡς μεγαλόφθαλμον διὰ τὸ προνοητικὸν, ἢ ὅτι εὐρὺ βλέπομεν διὰ τοῦ ἀέρος ὅς ἐστι Ζεὺς, ἢ ὅτι εὐρεῖαν ἔχει ὄπα, βροντητικὸς γὰρ ὁ αὐτὸς Ζεὺς καὶ ἐριβρεμέτης καὶ ἐρισμάραγος· λέγεται δὲ καὶ διηχὴς ὑπὸ τῶν φυσικῶν. Vocem διηχὴς, *perſonus, undique ſono patens*, Lexicographis ignoratam, habet Plutarchus Sympoſ. VIII. p. 721. E. Cæterum Euſtathius reliquos fere Grammaticos et Scholiaſtes adſentientes habet, quos ad Heſychium T. I. p. 1528. citat J. Alberti. At H. Stephanus Theſ. L. Gr. T. II. p. 1583. unam notionem μεγαλόφωνον probat, *videndi* rejicit, quod *vox* ſit ὄψ, *viſus* ὤψ. Ita quidem Grammatici diſtinxerunt: antea promiſcuus fuit uſus, et antiquiſſimus quidem ὄψ. A primitivo ἔπω, quod habet conjunctas notiones *dicendi* et *ſequendi*, et cognatam utrique *videndi* habuiſſe videtur, ut eadem conjunctio exſtat in φάω, δάω, φέγγω, quod monuimus Bibliothecæ Crit. Vol. III. Part. I. p.

57 : igitur ab ἔπω est præteritum medii ἔοπα, unde nomen ὄπος et ὄψ, *vox* et *visus*, verbum denique ὄπω, ὄπῐω, ὄπῐομαι, *video*, quod in usu manſit.

31. E. πιέζειν] *Urgere quid, consectari, insistere alicui rei, studere*, rarius invenitur hac notione, quæ tamen ex ejusdem verbi cognatis notionibus intelligitur : veluti in Vita Alexandri p. 701. E, F : τὰ μέσα δεῖν μάλιστα τῆς ἀρχῆς πιέζειν, καὶ μὴ μακρὰν ἀποπλανᾶσθαι τὸν Ἀλέξανδρον, *Alexandrum oportere maxime premere, habitare, medias imperii partes, nec procul divagari.* Euripides Suppl. 248 : πιέζειν τὴν τύχην ἡμᾶς λίαν, *ut fortunam nimis urgeamus.* Sic in differendo et indagando vero Plato Leg. XII. p. 695. G : τοῦτο —τανῦν οἷόνπερ σφόδρα πιέσαντες μὴ ἀνῶμεν, πρὶν ἂν ἱκανῶς εἴπωμεν.

31. F. Οὐδέ με θυμὸς ἄνωγεν—] Iliad. Z. 444. Idem inde colligitur decretum in Euſtathii Commentariis p. 654. 33 : καὶ σημείωσαι ὅτι καὶ ἐκ μαθήσεως οἵδε τὰς ἀρετὰς περιγίνεσθαι ὡς διδακτὰς οὔσας τῷ συνεθισμῷ· καὶ μονίμως δὲ δοξάζει αὐτὰς, ὡς προείρηται, καθότι καὶ ἐπιστήμαι πρός τινων ἐλέγοντο διὰ τὸ κατ' αὐτὰς σάσιμον. Scholiaſtes Venet. ibid. διδακταὶ γὰρ αἱ ἀρεταί. Frequens quæſtio inter veteres philoſophos, de qua ſingularis exſtat libellus Plutarchi Opp. Mor. p. 439.

31. F. —πᾶσιν γὰρ ἐπίστατο—] Iliad. P. 671. ubi iterum Euſtathius p. 1122 : Καὶ ὅρα τὸ ἐπίστατο, δι' οὗ ἐκ μαθήσεως, ὡς καὶ ἀλλαχοῦ, τὰς ἀρετὰς ὁ ποιητὴς περιγίνεσθαι καὶ ἐπιστήμας τινὰς εἶναι παραδίδωσιν.

31. F. τὴν σκαιότητα] Hujus igitur habemus hoc loco definitionem, ut ſit ἀμαθία καὶ ἄγνοια τῶ προσφιλῶς ἅμα καὶ κεχαρισμένως ἀνθρώποις ὁμιλεῖν. Univerſe quidem eſt, *ignorantia rerum in uſu communis vitæ et conſuetudine hominum:* habetque multa communia cum aliis vitiis, ἀπειροκαλίᾳ, ἀγροικίᾳ, ἀβελτερίᾳ, ἀναισθησίᾳ, ἀκαιρίᾳ. Atque in hanc definitionem cadunt fere omnia Veterum dicta, in quibus quidem σκαιότης vitium animi notat : quæ quum frequentia ſint, non niſi quædam cum præſenti argumento conjuncta apponemus. Plutarchus Amatorio p. 765. B : διὰ σκαιότητος ἔνιοι φίλων καὶ οἰκείων σβεννύναι πειρωμένων βίᾳ καὶ ἀλόγως τὸ πάθος, οὐδὲν ἀπέλαυσαν αὐτοῦ χρηστὸν, *quidam amici*

et familiares amantium horum amorem per ignorantiam pulchri et honesti vi ac sine ratione exstinguere conantes, nil inde boni percipiunt. An Seni Gerenda Resp. p. 789. B: *qui seni suadet, ut senem uxorem, quacum vitam transegit, dimittat, et vel solus vivat vel pellicem assumat,* σκαιότητος ὑπέρβολὴν ἂν ἀπολέλοιπε. Cui simile est Hieroclis apud Stobæum Serm. LXV. p. 477. κἂν ὑπερβολὴν μὴ ἀπολίπῃ σκαιότητος— dictum *de fratre quavis ratione a fratre conciliando:* præceptum explicatur: νὴ Δία· φήσει τις, ἀλλ' ἐγὼ μέν εἰμι μέτριος καὶ ἐπιεικὴς, ὁ δ' ἀδελφὸς σκαιὸς καὶ δυσομίλητος·—ἀλλὰ σύ γε, φαίην ἄν, ἄμεινον εὑρέθητι καὶ νίκησον αὐτοῦ τὴν ἀγριότητα ταῖς εὐποιΐαις· ἐπεί τοι γε οὐδὲ πολλὴ χάρις τοῖς εὐγνώμοσι προσενεχθῆναι μετρίως· ἀλλ' ἀνδρὸς ἔργον καὶ πολλῆς ἄξιον ἀποδοχῆς τὸν ἀδελτερον καὶ σκαιὸν πραΰναι τοῖς εἰς αὐτὸν πρατομένοις. Plutarchus Crasso p. 556. D: Κράσσος—ὑπ' ὀργῆς καὶ σκαιότητος ἀπεκρίνατο—, *Crassus præ ira et mentis perversitate respondit—.* Sic est σκαιῶς ἀποκρίνεσθαι ὑπ' ὀργῆς, Sympos. IX. p. 739. E. Catone Min. p. 778. B: σκαιὸν τοῦτο ἐφαίνετο, ὅτι τῶν ὑπάτων καὶ τῶν στρατηγῶν παρόντων, ὅτε ἀπέβη πρὸς αὐτὸς, ὅτε ἐπέσχε τὸν πλοῦν. Apophth. p. 178. B. Philippi est dictum, quod in primis vim nominis significet: Τῶν δὲ περὶ Λαθένην τὸν Ὀλύνθιον ἐγκαλούντων καὶ ἀγανακτούντων, ὅτι προδότας αὐτὸς ἔνιοι τῶν περὶ Φίλιππον ἀποκαλοῦσι, Σκαιοὺς, ἔφη, φύσει καὶ ἀγροίκους εἶναι Μακεδόνας, καὶ τὴν σκάφην, σκάφην λέγοντας. Demosthenes De Corona p. 493. B: οὕτω σκαιὸς εἶ καὶ ἀναίσθητος, Αἰσχίνη, ὥστε οὐ δύνασθαι λογίσασθαι, ὅτι—. De Falsa Legatione p. 342. F: τίς γάρ ἐστιν Ἑλλήνων ἢ Βαρβάρων οὕτω σκαιὸς καὶ ἀνήκοος. Adverss. Aristogiton. II. p. 876. E: οὕτω σκαιός ἐστι καὶ βάρβαρος τὸν τρόπον. Aristides T. II. p. 358: ἐγὼ δ' οὐχ οὕτω σοφὸν εἶναι νομίζω περὶ τῶν ἀδήλων φροντίζειν, ἀδὲ σκαιότητα ἔχειν, νοῦν ἔχοντος οἶμαι τίθεμαι· ita fortasse corrigendus —φροντίζειν, ὡς μὴ σκαιόν τι λέγειν νοῦν ἔχοντος εἶναι τίθεμαι: *Ego vero non tam sapientiæ duco de rebus incertis inquirere, quam prudentiæ nil ineptum dicere.* T. I. p. 435. Dion Chrys. Or. IV. p. 62. B: ἐνταῦθα ὁ Ἀλέξανδρος ἐμειδίασε καὶ ἤδη ὡς ἀδέποτε, καὶ ἔδοξεν αὐτῷ ὁ Διογένης οὐ μόνον οὐ σκαιὸς, ἀλλὰ καὶ δεξιώτατος ἁπάντων, καὶ μόνος εἰδὼς χαρίζεσθαι. Aristophanes item δεξιῷ opponit, Vespis 1257: Πολλάκις δὴ δοξα μαυτῷ

δεξιὸς ϖεφυκέναι, Καὶ σκαιὸς ἀδεπώποτε. Ibidem 1178: Ὦ σκαιὲ καὶ παιδευτε. *Siniſteritas* dicitur Plinio Epiſt. VI. 17. IX. 15. Contraria virtus eſt δεξιότης, ἐπιδεξιότης, *dexteritas.*

31. F. ὡς τὴν σκαιότητα καὶ δειλίαν ἀμαθίαν οὖσαν καὶ ἄγνοιαν] Recte monet Krebſius eſſe hos Accuſativos Conſequentiæ: cui admonitioni quum nulla addiderit exempla, nos iis addendis, huic loco ſatisfaciamus. Igitur ſupra p. 16. C. Plutarchus eodem conſtructionis genere uſus eſt: τὰς δὲ Αἰσώπε τοῖς ἔπεσι μύθες ἐνήρμοζε, ὡς ϖοίησιν ἀκ οὖσαν ἢ ψεῦδος μὴ ϖρόσεχε. Infra Opp. Mor. p. 160. A: οἶμαι γὰρ εἰς τοσαῦτα βλέψαντα τὸν Ὅμηρον ἀποδείξει κεχρῆθαι περὶ θεῶν—ὡς μὴ μόνον τοῦ ζῆν, ἀλλὰ καὶ τὸ ἀποθνήσκειν τὴν τροφὴν ἐφόδιον οὖσαν. 411. C: τοῖς μαθηματικοῖς οὐκ ὑφήσονται τῆς ἀκριβείας, ὡς μᾶλλον ἐκείνες διαφυγόντα τὸν χρόνον—, *non concedent diligentia mathematicis, quippe quos magis temporis cognitio effugiat.* 422. D: ἰσορεῖ δόξαν εἶναι ταύτην Πέτρωνος καὶ λόγον, ὡς ἑκατὸν καὶ ὀγδοήκοντα καὶ τρεῖς κόσμες ὄντας, *refert, hanc eſſe opinionem ac dictionem Petronis, mundos eſſe centum octoginta tres.* 796. E: οὕτω δὴ διανοητέον καὶ ϖερὶ πολιτείας, ὡς τὰς μὲν ἀνοήτες ἀδ' ὅταν ϛρατηγῶσιν ἢ γραμματεύωσιν ἢ δημηγορῶσι πολιτευομένες—, *ſic etiam cogitandum eſt de re publica adminiſtranda, ſtultos, neque ſi prætores, aut ſcribæ, aut oratores ſint, rempublicam gerere—.* In tali compoſitione Nominativum aut Genitivum poni, oſtendimus Bibliothecæ Crit. Vol. III. Part. II. p. 29. et 30. 1025. D: τὰ ϖάθη λόγες ϖοιῆσιν, ὡς πᾶσαν ἐπιθυμίαν καὶ λύπην καὶ ὀργὴν κρίσεις οὔσας, *ſtatuunt perturbationes eſſe rationes, quippe omnem cupiditatem, dolorem, iram, eſſe judicia.* 1059. B. Vitarum p. 206. E: *Tiſſaphernes* Ἀλκιβιάδην συλλαβὼν εἶρξεν ἐν Σάρδεσιν, ὡς λύσιν ἐκείνης τῆς διαβολῆς τὴν ἀδικίαν ταύτην ἐσομένην, *comprehendens Alcibiadem cuſtodivit Sardibus, quaſi hæc injuſtitia ipſum purgatura eſſet ac liberatura ſuſpicione, in qua apud Regem erat.* Ibidem deinceps, F. *Alcibiades inde effugiens,* τοὺς ϛρατιώτας ϖαρώρμησεν, ὡς ἀνάγκην οὖσαν αὐτοῖς καὶ ναυμαχεῖν καὶ ϖεζομαχεῖν, *eos adhortatus eſt, quippe neceſſe eſſe terra marique pugnare:* apud Xenophontem, unde hæc ſumta ſunt, initio Hiſtoriæ Græcæ I. 1. 9. eſt, ϖαρεκελεύετο αὐτοῖς ὅτι ἀνάγκη εἴη καὶ ναυμαχεῖν καὶ ϖεζομαχεῖν—. Porro, Vitarum p.

260. C. 1056. A. Plato Leg. V. p. 605. E: πρὸς δ' αὖ τοὺς ξένους διανοητέον, ὡς ἁγιώτατα ξυμβόλαια ὄντα, *Cogitandum eſt, ſanctiſſima eſſe fœdera erga peregrinos:* hic quoque ſubeſt vis Accuſativi Conſequentiæ, quam plene ita explices: *de peregrinis ita cogitandum eſt, ut cogitandum eſt fœderibus ſanctiſſimis interpoſitis.* Eadem eſt ratio apud Dionem Chryſ. Or. LXIX. p. 623. C: τὸν χρώμενον τούτοις δεῖ νομίζειν ὡς φιλοσοφίᾳ προσέχοντα τὸν νοῦν, *oportet exiſtimare, eum qui his utatur ſtudere philoſophiæ.* Or. LXXI. p. 629. B: οὕτως ἔχουσιν, ὡς πάντας ἀθλίους ὄντας τοὺς ἀπαιδεύτους, *ita habent, ſtatuunt, quaſi omnes indocti ſint miſeri:* pro Genitivis ὡς πάντων ἀθλίων ὄντων τῶν ἀπαιδεύτων. Sunt et alii uſus Accuſativorum Conſequentiæ: de quibus nunc agere nil attinet: hic de quo egimus habet locum Genitivi, ſignificationem propoſiti aut cogitationis vel ſubaudiendam, vel diſertam, qualis eſt in illis exemplis verbi διανοεῖσθαι, Bibliothec. Crit. l. c. propoſitis, et ſimilibus, ad quorum formam exempla Accuſativorum hic expoſita revocanda ſunt.

p. 32. A. Ἡ μὲν ἀμφολέροισιν—] Iliad. N. 354: eumdem locum eadem ratione declarat Plutarchus in libro De Iſide et Oſiride initio p. 351. D: Pſeudo-Plutarchus De Vita Homeri §. 114. p. 337. edit. Galei: Syneſius De Inſomniis p. 133. B.

32. A. φρόνησιν—τὰς ἄλλας ἀρετὰς ἕπεσθαι ταύτῃ] Locus in philoſophorum, præſertim Stoicorum, ſcholis decantatus. Quatuor ſunt Virtutes principes, *prudentia, temperantia, fortitudo, juſtitia:* ex his præcipua eſt et latiſſime patet φρόνησις, *prudentia,* quippe hujus tamquam generis formæ ſunt reliquæ virtutes. Plutarchus De Virt. Mor. p. 440. et 441. Adverſ. Stoic. p. 1034. C. uberius hæc tractat: et in Stoicæ doctrinæ deſcriptione Diogenes Laert. VII. 90, 91. ſeq. Stobæus Eclog. Ethic. p. 167. Hinc intelligendum illud Ciceronis Tuſc. II. 12: *Prudentiamne vis eſſe, ſine qua ne intelligi quidem ulla virtus poteſt?* V. 5. *—nulla virtus prudentia vacat.* Ἕπεσθαι ταύτῃ, *eam ſequuntur,* ex ea oriuntur, ut effectus a cauſſa, formæ ex genere: frequens eſt dictio.

32. A. Ψεῦδος δ' οὐκ ἐρέει—] Odyſſ. Γ. 20. 328.

32. A. Ἀντίλοχε πρόσθεν—] Iliad. Ψ. 570.

32. B. Γλαῦκε, τίη δὲ σὺ—] Iliad. P. 170.

32. B. κακομαχούντων] Rarius verbum κακομαχεῖν, tamen probum, ne forte quis frequentius κακομηχανάντων, de quo supra ad p. 23. D. diximus, substituere velit. H. Stephanus Thes. L. Gr. T. IV. Indic. p. 1120. duo ponit exempla: alterum Luciani, in Demonacte 49. T. II. p. 391. alterum jam G. Budæo Comm. Gr. L. p. 830. notatum, Gregorii Naz. Orat. XXXV. p. 573. B.

32. B. τὸν Πάνδαρον—διὰ τὴν ἀφροσύνην—] Iliad. Δ. 104.

32. B. ἐφιζάντα τοῖς οὕτω λεγομένοις] *Insistentem*, id est, *attendentem, talibus dictis*: vel subaudiendo ex antecedentibus τὸν νέον, ut sit, *attentum ad talia dicta reddentes juvenem*: de quo usu diximus ad p. 17. F. Simpliciter ἐφίζημι est *attendo, animadverto*, apud Plutarchum Opp. Mor. p. 111. E. 348. A. 402. A. Sylla 453. F: Aristotelem Eudem. I. 2. Rep. VII. 17. et alios. Abunde exemplorum dederunt viri doctissimi P. Wesselingius ad Diodor. Sic. T. II. p. 457: Tib. Hemsterhusius ad Lucian. T. I. p. 156. et illos in hoc argumento laudans J. Ph. Dorvillius ad Chariton. p. 180. quibus addatur J. Uptonus Indice Epicteti voce Ἐφιζάνω. Plena dictio est ἐφίζημι τὴν διάνοιαν. vel τὸν νοῦν: quam infra attingemus.

32. B. Τῷ δὲ γυνὴ Προίτου—] Iliad. Z. 160.

32. C. Ἦδ' ἤτοι τὸ πρὶν—] Odyss. Γ. 265.

32. C. Αἰδὼς, ὦ Λύκιοι—] Iliad. II. 422.

32. C. —ἀλλ' ἐν φρεσὶ θέσθε ἕκαστος] Iliad. N. 121.

32. D. Τιμόθεος—ἐν τοῖς Πέρσαις—] De Timotheo diximus supra ad p. 22. A. Eumdem locum spectat Plutarchus De Fortuna Rom. p. 323. E: οἷς πολλὴν τόλμαν καὶ ἀνδρείαν αἰδώ τε συνεργὸν ἀρετᾶς δορυμάχου, ὥς φησι Τιμόθεος, τίς ἂν οὐκ ἂν ὁμολογήσειεν; *Persas* ejus memorant et alii et Plutarchus in Philopœmene p. 392. D. et in eadem re Pausanias Arcad. VIII. 50. uterque versum hinc citans, qui videtur in principio Carminis fuisse, Κλεινὸν ἐλευθερίας τεύχων μέγαν Ἑλλάδι κόσμον. Nec tamen satis apparet, cujus generis Carmen fuerit: *Nomus* censeri debet, si vera est lectio Aristotelis De Poetica II. Ὁμοίως δὲ περὶ τὸν διθυράμβους καὶ

τὰς νόμους, ὡς Πέρσας καὶ Κύκλωπας Τιμόθεος καὶ Φιλόξενος, μιμήσαιτο ἄν· nunc dubia adhuc eſt lectio, quibuſdam libris pro νόμους exhibentibus μίμους, et πέργας pro Πέρσας: unde nuper novam hujus loci emendandi viam ingreſſus eſt, niſi veram, certe ingenioſam, eruditiſſimus Tyrwhittus, ὥσπερ Ἄργας Κύκλωπας, καὶ Τιμόθεος, καὶ Φιλόξενος, μ. α—. Sed de hoc alii ſtatuant. Si *Nomus* fuit, minus debet admirationis habere modorum ratio et varietas: quandoquidem Hephæſtion De Metris p. 66. pronunciat, Ἀπολελυμένα, ἃ εἰκῇ γέγραπται καὶ ἄνευ μέτρου ὡρισμένου· οἷόν εἰσιν οἱ Νόμοι οἱ κιθαρῳδικοὶ Τιμοθέου: et quod de eo prodit Plutarchus De Muſica p. 1132. D, E: ὅτι δὲ οἱ κιθαρῳδικοὶ Νόμοι οἱ πάλαι ἐξ ἐπῶν συνίσαντο, Τιμόθεος ἐδήλωσε· τοὺς γοῦν πρώτους Νόμους ἐν ἔπεσι διαμιγνύων διθυραμβικὴν λέξιν ᾔδεν, ὅπως μὴ εὐθὺς φανῇ παρανομῶν εἰς τὴν ἀρχαίαν μουσικήν· ſignificat *admixtos* fuiſſe alios etiam verſus præter heroicos. Qua de re adhibeatur eruditiſſima Salmaſii annotatio ad Capitolini Antonin. Pium Cap. VIII. p. 263. edit. Hackianæ.

32. D. Ἀφ' ὧν καὶ Τιμόθεος ὁρμηθεὶς—] *Unde profectus Timotheus, qua cauſſa motus; qua occaſione,* reddit Xylander proprietatem ſecutus, nam ab ὁρμᾶσθαι ἀπό τινος, *proficiſci ab aliqua re,* eſt ἀφορμή, *occaſio.* Plutarchus ſubinde ponit in ſignificanda ſecta et imitatione ſententiarum, quas ab aliis aſſumimus. Sympoſ. I. p. 623. A: οὐ χεῖρον ἄν τις ἐπιχειρήσειεν ὁρμηθεὶς ἀφ' ὧν Θεόφραστος εἴρηκε περὶ μουσικῆς, *non minus commode quis argumentetur, profectus, rationes repetens, ex iis, quæ Theophraſtus de muſica dixit.* De Animæ Procreat. p. 1028. C: τὰς ὡρμημένους ἐκεῖθεν, *eos, qui diſputationis initium illinc ducunt.* De Stoic. Repugnant. p. 1036. B: τὸν Καρνεάδην οὐθὲν οἰόμενοι λέγειν ἴδιον, ἀλλ' ἐξ ὧν ἐπεχείρησε Χρύσιππος εἰς τοὐναντίον ὁρμώμενον ἐπιθέσθαι τοῖς λόγοις αὐτοῦ, *aiunt, Carneadem nihil dicere proprium, ſed argumenta, quibus in contrariam partem uſus eſſet Chryſippus, arripuiſſe, ab iiſque proficiſcentem rationes Chryſippi oppugnaſſe.* Item, Numa p. 60. B: ὧν τὴν ἀναγραφὴν ὀψέ φασιν Ἱππίαν ἐκδοῦναι τὸν Ἠλεῖον ἀπ' ἀδόξου ὁρμώμενον ἀναγκαίᾳ πρὸς πίστιν, *quarum Olympiadum deſcriptionem dicunt poſtea et ſero edidiſſe Hippiam a nullis certæ fidei argumentis ac monumentis profi-*

ciſcentem, id eſt, *cognitionem hanc non e certis monumentis ſumentem*. Dicitur et de initiis agendi, quæ a certis copiis et cauſſis ducuntur, ὁρμᾶσθαι ἀπό τινος, Opp. Mor. p. 341. E. Vitarum p. 184. B. 517. F. 628. F. 662. B. 672. A. 956. B.

32. D. διασοβεῖσθαι] Id eſt, σοβαρὸν *fieri*, *jactare ſe cum ſtrepitu*. Verbum iſto in primis ſenſu, minus frequens. Etymologus M. Διασεσοβημένος, τεταραγμένος, ἄτακτος, τεθορυβημένος· σοβεῖν γὰρ τὸ τρέχειν· παρὰ τὸ σεύω ῥῆμα, ἢ σῶ, ὃ σημαίνει τὸ ὁρμῶ. Origo hunc habet progreſſum a primo σέω per producta σέβω, σέσοβα, σόβος, σοβέω, in quibus omnibus, ut in religioſo σέβειν, σέβεσθαι, tremendi, agitandique vis ineſt. Διασοβεῖν aliis duobus locis exſtat apud Plutarchum, idque *abigendi* ſignificatione, Opp. Mor. p. 133. A. 728. A. Pauca habet ſine exemplo H. Stephanus Theſ. L. Gr. T. III. p. 894. Exempla duo Plutarchi protulit Dan. Scottus in Appendice ad Steph. Simplex σοβεῖν frequentius eſt, item quædam compoſita, ἀποσοβέω, ἀνασοβέω, περισοβέω: de quibus conferantur Mœris p. 341. et Thomas Mag. p. 101. et ad utrumque doctiſſimi interpretes. Appoſite ad hunc Plutarchi locum, alium ejuſdem, et alios aliorum ſimplicis verbi σοβεῖσθαι attulit G. Budæus Comment. L. Gr. p. 699: ille exſtat in Vita Pompeii p. 634. B: οὐδὲ γὰρ τὸν Ἀχιλλέα ποιεῖν ἀνδρὸς ἔργον, ἀλλὰ μειρακίου παντάπασιν ἐμπλήκτου καὶ σεσοβημένου πρὸς δόξαν, ἀνανεύοντα τοῖς ἄλλοις καὶ διακωλύοντα βάλλειν Ἕκτορα, Μή τις κῦδος ἄροιτο βαλὼν, ὁ δὲ δεύτερος ἔλθοι. Epictetus Diſſ. I. 29: ἄν τις φθέγξηται κύριον, εὐθὺς σεσόβηνται, ταράσσονται, *ſi quis nominaverit dominum, ſtatim concutiuntur timore, turbantur*. II. 1: τὸ σεσοβημένον recte vertitur *conſternatio*. Eſt enim motus ille duplex ac diverſus, vel cum effertur animus, vel cum deprimitur.

32. D. Αἰσχύλος—περὶ τῶ Ἀμφιαράου γράφων, Οὐ γὰρ δοκεῖν—] Æſchyli, Septem ad Thebas verſu 599: quem locum alibi præterea ter ad partes vocavit Plutarchus Opp. Mor. p. 88. B. 186. B. et in Vita Ariſtidis p. 320. In primis celebravit Plato Rep. II. p. 423. D: imitatus eſt Philemon apud Stobæum Serm. IX. p. 101. ſeq. apud Gro-

tium Florileg. p. 61: aliique Veteres, quos memoravit Ruhnkenius noſter aliique viri docti ab eo laudati ad Timæi Lex. Platon. p. 58.

32. E. Ἡ μὲν οὖν μέλιτ̃α—] Idem exemplum aliter informat Plutarchus De Auditione p. 41. F: αἱ μέλιτ̃αι πολλάκις ἴων καὶ ῥόδων καὶ ὑακίνθων διαπετόμεναι λειμῶνας, ἐπὶ τὸν τραχύτατον καὶ δριμύτατον θύμον καταίρουσι, καὶ τούτῳ προσκάθηνται, ξανθὸν μέλι μηδόμεναι. De Animi Tranquillitate p. 467. C: οἱ δὲ φρόνιμοι, καθάπερ ταῖς μελίτ̃αις φέρει μέλι τὸ δριμύτατον καὶ ξηρότατον ὁ θυμὸς, οὕτως ἀπὸ τῶν δυχερεσ́άτων πραγμάτων πολλάκις οἰκεῖόν τι καὶ χρήσιμον αὐτοῖς λαμβάνουσι. Porphyrius De Abſtinentia IV. 20. p. 370: καὶ ταῖς μελίτ̃αις τὸ καλὸν μέλι φασὶ φέρειν τὸ ξηρότατον καὶ δριμύτατον θύμον: hoc a Plutarcho ſumſit. Julianus Or. VIII. p. 241. A: τὴν μέλιτ̃αν ἐκ τῆς δριμυτάτης πόας τῆς περὶ τὸν Ὑμηττὸν φυομένης γλυκεῖαν ἀνιμᾶσθαι δρόσον, καὶ τῷ μέλιτος εἶναι δημιουργόν. Apum in hoc argumento doctrinæ colligendæ frequens eſt comparatio. Sic Iſocrates ad Demonic. in fine: ὥσπερ γὰρ τὴν μέλιτ̃αν ὁρῶμεν ἐφ' ἅπαντα μὲν τὰ βλασ́ήματα καθιζάνουσαν, ἀφ' ἑκάσου δὲ τὰ χρήσιμα λαμβάνουσαν· οὕτω χρὴ καὶ τὰς παιδείας ὀρεγομένους, μηδενὸς μὲν ἀπείρως (f. ἀπείρους) ἔχειν, πανταχόθεν δὲ τὰ χρήσιμα συλλέγειν. Lucretius III. 11: *Floriferis ut apes in ſaltibus omnia limant, Omnia nos itidem depaſcimur aurea dicta.*

32. E. ἂν ὀρθῶς ἐντρέφωνι̃αι τοῖς ποιήμασιν] Hæc eſt, niſi vera, certe legitima lectio, quippe ab omnibus libris confirmata, excepto uno Harleiano, cujus ἐντρέφωνται, *innutriantur*, linguæ quidem conſuetudini magis accommodatum, nec tamen ita, ut ἐκτρέφωνται loco movere debeat, quod commode accipi poteſt, *ad finem uſque inſtituantur, enutriantur*. Eſt ſane hæc differentia, ut ἐκτρέφεσθαι, *enutriri*, fere jungatur cibis, γάλακτι, ἄρτῳ, ſimilibus: illud pabulo ingenii, moribus, libris, artibus, conſuetudini, quibus *innutrimur*. Igitur et Krebſius in altera editione, et ante hanc factam Chr. Ad. Klotzius ad Tyrtæum p. 104. ἐντρέφωνται ſuaſerunt. Sic Plutarchus De Virt. Alex. Or. II. p. 334. F: ἐντρέφεσθαι μουσικῇ. Pyrrho p. 401. B: τοὺς νεωτέρους παῖδας εἰς Σπάρτην, εἰ μή τι κωλύοι, πέμψων, ἐντραφη-

σομένης τοῖς Λακωνικοῖς ἔθεσιν. Alexandro p. 691. E: γράμματά τε μανθάνειν Ἑλληνικὰ καὶ Μακεδονικοῖς ὅπλοις ἐντρέφεσθαι. Agide p. 797. B: ἐντεθραμμένος δὲ πλούτοις καὶ τρυφαῖς γυναικῶν. p. 843. F: ἔθεσί τε καὶ διαίταις ἐντραφέντες—. Dione p. 958. B: τοῖς λόγοις ἐντραφεὶς τοῖς Πλάτωνος. Arato p. 1027. E: ὅπως οἱ παῖδές σου—οἰκείοις παραδείγμασιν ἐντρέφωνται. Plato Leg. VII. p. 631. D: οἷς γὰρ ἂν ἐντραφῶσι νόμοις—. Atticus ap. Euseb. Præp. Evang. XV. p. 797. A: τούτοις οὖν τις ἐντραφεὶς, καὶ τούτοις ἀρεσκόμενος τοῖς λόγοις, τίνα τρόπον ἢ αὐτὸς συνάσεται τοῖς Πλάτωνος, ἢ ἄλλος πρὸς αὐτὰ ἐπιῤῥώσειέ ποτε; Jamblichus Vita Pythag. §. 9. τόν τε παῖδα ποικίλοις παιδεύμασι καὶ ἀξιολογωτάτοις ἐνέτρεφε. Plura etiam si quis cupiat, adeat interpretes N. T. ad I. Timoth. IV. 6.

32. E. Αὐτίκα—] Xylander vertens *prima fronte* reprehenditur a Krebsio volente *verbi caussa* verti. Atqui in αὐτίκα vis primaria est *statim, prima fronte, continuo*, ita quidem ut simul conjuncta sit vis *exempli* et formulæ *verbi caussa*: quam multi temere solam in αὐτίκα intelligunt. Videatur nostra annotatio supra ad p. 20. E.

32. F. Αἴθην—Δῶρ', ἵνα μή οἱ—] Iliad. Ψ. 297. Eamdem rationem, omissa, ut par erat, Aristotelis auctoritate, reddit Plutarchus in Gryllo p. 988. A: τὴν δ' Αἴθην ὁ βασιλεὺς ὑμῶν ἔλαβε παρὰ τοῦ Σικυωνίου μισθὸν ἀσρατείας, ἄρισα βουλευσάμενος ὃς δειλοῦ προετίμησεν ἀνδρὸς ἵππον ἀγαθὴν καὶ φιλόνεικον: et verbo tangunt Scholiastes Venetus et Eustathius p. 1302. 10. Pars loci Plutarchei exstat in Sententiis Antonii et Maximi S. II. p. 35. Οὐκ ἔσι κυνὸς ἀντάξιος οὐδ' ὄνου δειλὸς ἀνὴρ καὶ ἄναλκις ὑπὸ πλούτου καὶ μαλακίας διεῤῥυηκώς. Cæterum in nostræ editionis contextu perperam est Αἴθυν.

p. 33. A. ἡ Θέτις ἐφ' ἡδονὰς παρακαλεῖν] Iliad. Ω. 130.

33. A. Ἀρχίλοχος] Hoc uno loco proditum: retulit Brunckius in Archilochi Reliquiis Num. VII. Analectorum T. I. p. 41. Conferatur supra p. 23. A, B.

33. B. παραδιορθώσεις] Dicuntur non *correctiones* simpliciter, quæ sunt διορθώσεις: sed vi præpositionis παρὰ, *juxta*, quasi *appositæ* ad comparationem, ut mox est παραβάλλων: et illæ dictæ παρῳδίαι. Vox a Stephano in Thes. L. Gr. omissa, hac una Plutarchi auctoritate a Dan. Scotto in

Appendice notatur. Harl. Turneb. Schott. Anon. περιδιορθώσεις, perperam.

33. C. ἰδὼν] Abeſt in Ald. Baſ. Xyl. A. Moſc. 1. 2. Addidit Pol. unde ſumſit Stephanus, nec diſſentiunt reliqui noſtri. Nec recte abeſſe poteſt: nec, quod voluit Krebſius, τοὺς Ἀθηναίους θορυβήσαντας, pro Accuſativo Conſequentiæ accipere licet.

33. C. Τί δ' αἰσχρὸν—] Euripidis ex Æolo, ut notat Scholiaſtes Ariſtophanis ad Ranas 1523. ubi Comicus hunc Tragici verſum παρῳδεῖ: quod item fecit Laïs cum Euripide ipſa colloquens, narrante Machone ap. Athen. XIII. p. 582. D. Idem argumentum attigerunt P. Leopardus Emend. I. 7. et Th. Gatakerus Adverſar. Miſc. X. p. 522. In Fragmentis Euripid. bis exſtat: primum ſub titulo tragœdiæ Æoli, tum in Incertis Num. XV. Cæterum hoc dictum correctionemque Platoni tribuit Serinus ap. Stob. Serm. V. p. 70: Εὐριπίδης εὐδοκίμησεν ἐν θεάτρῳ εἰπών, "Τί "δ' αἰσχρὸν, ἂν μὴ τοῖσι χρωμένοις δοκῇ;" καὶ Πλάτων ἐντυχὼν αὐτῷ, ἔφη, "Αἰσχρὸν τό γ' αἰσχρὸν, κἂν δοκῇ, κἂν μὴ δοκῇ."

33. C. Κλεάνθης—Φίλοις τε δῦναι—] Euripidis in Electra 432. diſceptat Dion Chryſ. Or. VII. p. 1151. A: καὶ δῆτα καὶ τὸ τοῦ Εὐριπίδου σκοπῶν, εἰ ἢ κατ' ἀλήθειαν ἀπόρως αὐτοῖς ἔχει τὰ πρὸς τὰς ξένους, ὡς μήτε ὑποδέξασθαί ποτε δύνασθαι, μήτε ἐπαρκέσαι δεομένῳ τινί· ἡδαμῇ τοιοῦτον εὑρίσκω τὸ τῆς ξενίας: quod item perſequitur diſerte hoc dictum attingens, p. 117. B. et 118. B.

33. D. Ζήνων ἐπανορθούμενος τὸ τοῦ Σοφοκλέους, Ὅσις δὲ πρὸς τύραννον—] Nobiliſſimum dictum ſæpe in eos, qui tali in cauſſa eſſent, accommodatum eſt: veluti a Pompeio in ſe ipſum, apud Plutarchum in ejus Vita p. 661. A. et Apophthegm. p. 204. D: ab Ariſtippo, in quem eamdem correctionem confert Diocles apud Diogenem Laertium II. 82: Εἰπόντος πρὸς αὐτὸν Διονυσίου, "Ὅσις γὰρ ὡς τύραννον "ἐμπορεύεται, Κεῖνος εἰ δοῦλος, κἂν ἐλεύθερος μόλῃ," ὑπολαβὼν, "Οὐκ ἔστι δοῦλος, ἂν ἐλεύθερος μόλῃ·" τοῦτο Διοκλῆς φησιν ἐν τῷ περὶ βίων φιλοσόφων. In Sophoclis editione Brunckiana e Plutarcho relatum eſt in Fragm. Incert. Num. LIV. T. II. p. 41. Stoicorum fuerunt ſimiles in poetarum dictis cor-

rectiones: Zenonis in hoc argumento ſimilis eſt ratio, quam animadvertemus, in Fragmentis Plutarchi X. 1. Cæterum hoc loco pro ἂν rectius eſt in D. ἤν.

33. D. συνεκφαίνων] *Simul ſignificans:* verbum a Stephano in Theſ. L. Gr. omiſſum, notavit Dan. Scottus in Appendice duobus exemplis, altero hoc Plutarchi, altero Appiani.

33. E. Τόδ' ἐϛὶ τὸ ζηλωτὸν—] Dictum videtur eſſe Euripidis e dramate perdito. Τόξον μερίμνης, *ſagitta curæ*, ſi quis ſtudio conſequitur quod vult, voto ſuo potitur, non aberrat et fruſtratur propoſito: tralatio rei conveniens: ut in illo Platonis Leg. XII. p. 694. G: —πᾶσαν ἀρετὴν ἔχειν, ἧς ἄρχει τὸ μὴ πλανᾶσθαι πρὸς πολλὰ ϛοχαζόμενον· ἀλλ' εἰς ἓν βλέποντα, πρὸς τοῦτο ἀεὶ τὰ πάντα οἷον βέλη ἀφιέναι: Cratylo p. 272. B. Sophoclis Antig. 1149. πάντες, ὥϛε τοξόται ϛκοποῦ, τοξεύετ' ἀνδρὸς τῆδε—· dictum Creontis, cui reſpondet Tireſias 1200. Τοιαῦτά σου ὥϛε τοξότης ἀφῆκα θυμῷ καρδίας τοξεύματα: et fere habet proverbii celebritatem τοῦ ϛκοποῦ τυγχάνειν, notatum Eraſmo Adag. p. 322. Sententia, quàlis a Plutarcho correcta prodiit, haud obſcurum habet locum in Philoſophiæ præceptis: ipſe in libro De Auditione ita eam expreſſit p. 37. D: τοὺς ἑπομένους (τῷ λόγῳ) ἄξιόν ἐϛι μόνους ἐλευθέρους νομίζειν· μόνοι γὰρ ἃ δεῖ βούλεσθαι μαθόντες, ὡς βούλονται ζῶϛι. Plato Leg. III. p. 589. F: —οὐ τοῦτο εὐκταῖον, οὐδὲ ἐπεικτέον, ἕπεσθαι πάντα τῇ ἑαυτῆ βουλήϛει· τὴν βούλησιν δὲ μᾶλλον τῇ ἑαυτῆ φρονήϛει. Menedemus apud Diogenem Laert. II. 136: καί ποτέ τινος ἀκούσας, ὡς μέγιϛον ἀγαθὸν εἴη τὸ πάντων ἐπιτυγχάνειν ὧν τις ἐπιθυμεῖ, εἰπεῖν (λέγεται), Πολὺ δὲ μεῖζον τὸ ἐπιθυμεῖν ὧν δεῖ· quod paulo aliter eſt apud Stobæum Serm. V. p. 74. fine: Μενέδημος, νεανίϛκου τινὸς εἰπόντος, Μέγα ἐϛὶ τὸ τυχεῖν ὧν τις ἐπιθυμῇ, εἶπε, Πολλῷ μεῖζόν ἐϛι τὸ μηδὲ ἐπιθυμεῖν ὧν μὴ δεῖ· et in Sententiis Antonii edit. Wechel. Stobæi p. 291. ubi pro μηδὲ perperam editur μηδέν. Ab ejuſdem præcepti fonte fluxerunt alia dicta: veluti illud Thymaridæ Pythagorici proditum a Jamblicho Vita Pythag. §. 145: ἀποπλέοντι γὰρ αὐτῷ καὶ χωριζομένῳ διά τινα περίϛασιν, παρέσχησαν οἱ ἑταῖροι ἀσπαζόμενοί τε καὶ προπεμπτικῶς ἀποτασσόμενοι· καί τις ἤδη ἐπιβάντι τοῦ

πλοίᾳ εἶπεν, "Ὅσα βέλει, παρὰ τῶν θεῶν γένοιτό σοι, ὦ Θυ-
"μαρίδα·" καὶ ὃς, Εὐφήμει, ἔφη, ἀλλὰ βελοίμην μᾶλλον ὅσα μοὶ παρὰ τῶν θεῶν γένηται. Poeta apud Senecam Epiſtola CVIII: *Quod vult habet, qui velle, quod ſatis eſt, poteſt.* Γνώμαι Σοφῶν MS. Μακάριον οὐ τὸ τυγχάνειν ὧν ἐπιθυμεῖ τις, ἀλλὰ τὸ μηδενὸς ἐπιθυμεῖν· Ἀρκεσιλάϊ. Ad ſimilem formam compoſitum eſt illud Iſocratis in Nicocle p. 67: Τοὺς λόγους τοὺς ἐμοὺς, νόμους εἶναι νομίζετε, καὶ πειρᾶσθε τούτοις ἐμμένειν, εἰδότες ὅτι τοῖς μάλιστα ποιοῦσιν ὑμῶν ἃ βέλομαι, τούτοις ἔξεστι ζῆν ὡς αὐτοὶ βέλονται. Epiſtola ad Philippum IV. p. 712.

33. E. Οὐκ ἐπὶ πᾶσί σ' ἐφύτευσ' ἀγαθοῖς—] Euripidis Iphig. Aul. 29. quem locum adhibet etiam conſolando Apollonio Plutarchus p. 103. B. Xylander correctionem metrice expreſſit,

Δεῖ σε χαίρειν, μὴ λυπεῖσθαι, τυγχάνοντα μετρίων,
Οὐ γὰρ ἐπὶ πᾶσιν ἐφύτευσ' ἀγαθοῖς Ἀγαμέμνον' Ἀτρεύς.

Sed prioris verſus orationem, non ut ligatam, ſed ut ſolutam, a Plutarcho poſitam fuiſſe, nec niſi ipſo imprudente in ſimilitudinem ligatæ exiiſſe, dicam. Nam alioquin et in eodem genere anapæſticum feciſſet, ut in prioribus correctionibus: nunc Trochaicus apparet, iſque adeo minus integer in λυπεῖσθαι, cujus prima corripitur: et proximas item correctiones quaſdam partim proſa oratione ponit. Eſt etiam quædam varietas codicum notanda: pro πᾶσί σ', quod Stephanus et Xylander dederunt, conſentientibus Exempl. Turneb. Rodolph. Jannot. A. E. C. eſt πᾶσιν in Ald. Baſ. D. Moſc. 1. 2. Harl. Colleg. Nov. tum pro Ἀγαμέμνον, quod eſt in T. V. Moſc. 1. 2. Harl. et Euripideis exemplaribus, habent Ἀγαμέμνων' Ald. Baſ. Steph. Colleg. Nov. at Xyl. Ἀγαμέμνον'.

33. E. Αἰ αἰ τόδ' ἤδη θεῖον—] Euripidis e deperdita tragœdia Chryſippo: ſine auctoris nomine eſt apud Plutarchum De Virtute Mor. p. 446. et Stobæum Serm. V. p. 63: doctiſſima diſputatione dicti auctoritatem ſententiamque declaravit L. C. Valckenarius Diatrib. in Eurip. Fragm. p. 21. et ſeq.

33. F. Τρόπος ἐσθ' ὁ πείθων—] Menandri ex incerta comœdia locus integrior exſtat apud Stob. Serm. XXXVII.

p. 220. unde retulit Grotius Florileg. p. 147. et J. Clericus p. 218. Plutarchus in Præceptis Reip. Ger. p. 801. C. huic dicto eamdem correctionem adhibet: ἐπανορθωτέον τὸ τῦ Μενάνδρυ, "Τρόπος ἐδ' ὁ πείθων τῦ λέγοντος, οὐ λόγος," καὶ γὰρ ὁ τρόπος ἢ ὁ λόγος· εἰ μὴ νὴ Δία φήσει τις, ὡς τὸν κυβερνήτην ἄγειν τὸ πλοῖον, οὐ τὸ πηδάλιον, ἢ τὸν ἱππέα στρέφειν τὸν ἵππον, ἢ τὸν χαλινὸν, ἤτως πόλιν πείθειν, ἢ λόγῳ ἀλλὰ τρόπῳ χρωμένην, ὥσπερ οἴακι καὶ χαλινῷ, τὴν πολιτικὴν ἀρετήν—. Unde item confirmatur hujus loci correctio, qua pro ἵππος notavimus legendum esse ἱππεύς. Cæterum, λόγος et τρόπος comparantur et p. 41. B. Aristides T. I. p. 284: ἐπεξῆλθε δὲ ὁ νεώτερος [Καῖσαρ] ῥῆμά τινος, λέγων, ὅτι ἀκολυθοίη τῷ τρόπῳ καὶ τὰ τῶν λόγων· est enim proverbium eidem memoratum T. II. p. 99: οὐκ ἀποσατεῖ δὲ ὐδὲ ἡ παροιμία τύτων, ἡ λέγυσα, οἷος ὁ τρόπος τοιῦτον εἶναι καὶ τὸν λόγον.

p. 34. A. Πρὸς θῆλυ νεύει μᾶλλον—] Forte Sophoclis e satyrico dramate, ut suspicatur L. C. Valckenarius ad Euripidis Hippolyt. 780. Eodem loco utitur Plutarchus in Amatorio p. 766. F: ὁ μὲν φιλήδονος ἐρωτηθεὶς εἰ "πρὸς θῆλυ "νεύει μᾶλλον ἢ ἐπὶ τὰ ἄῤῥενα," καὶ ἀποκρινάμενος, ὅπυ προσῇ "τὸ κάλλος, ἀμφιδέξιος," ἔδοξεν οἰκείως ἀποκρίνασθαι τῆς ἐπιθυμίας—. De voce ἀμφιδέξιος præter Valckenarium ad l. c. consulendus est H. Stephanus. Thes. L. Gr. T. IV. p. 398.

34. A. μετοιακιζόμενος] Recepi ut legitimum et sententiæ congruens, quamquam in Lexicis non memoratum: de simplicis οἰακίζειν auctoritate non est dubium, quam agnoscunt Pollux I. 98: Hesychius T. II. p. 721. ubi quædam notavit J. Alberti: H. Stephanus Thes. L. Gr. Indice p. 1525. et hoc metaphorico usu. Aristoteles Ethic. Nicomach. X. 1: παιδεύυσι τοὺς νέυς οἰακίζοντες ἡδονῇ καὶ λύπῃ. Themistius Commentar. in Aristotelem De Anima III. p. 93. 6. 19: καὶ τὰ ἄλογα ζῶα ταύταις ταῖς φαντασίαις οἰακίζεται μόναις. Anonymus Vita Pythag. §. 16: ἕκαστον γὰρ τῶν ἄλλων ὑπὸ μιᾶς φύσεως οἰακίζεται, ἡμεῖς δὲ ὑπὸ τῶν διαφόρων δυνάμεων ἀντισπώμεθα. Sic est μετοχετεύεσθαι Herodiani Hist. I. 3. 4. Et vero μετοικιζόμενος sententiæ caussa poterat ferri, nec tamen tantumdem efficaciæ habuerit: veluti in illo dicto

apud Joannem Damaſcenum in Parallelis Florentinis MSS. Δυσάρεστοι ὄντες οἱ ἀπαίδευτοι, καθάπερ ἐξ οἰκιῶν, τῶν προαιρέσεων καθ' ἡμέραν μετοικίζονται.

34. A. ἐπαρίστερος] Non poterat uti vocabulo, quod diſertius concinniuſque opponeretur antecedenti ἀμφιδέξιος: nam, ut hic utraque manu dextere utitur, ita ille utraque ſiniſtre et inepte. A grammaticis reprehenſum ut minus Atticum, ejuſque loco commendantibus σκαιὸν, de quo ſupra diximus, vindicatum eſt a Sallierio ad Thomam Mag. p. 795. ſeq. cui addatur Nunneſius ad Phrynichi Eclog. p. 110: Berglerus ad Ariſtophanis Aves 1566: J. Alberti ad Heſychium T. I. p. 1314. Alia notabimus ad p. 467. C.

34. A. Φόβος τὰ θεῖα—] Sine auctoris nomine exſtat apud Stobæum Serm. V. p. 63. unde in Florilegium recepit Grotius p. 35. et in Excerpta p. 465, Sophoclis eſſe ſuſpicatur L. C. Valckenarius ad Euripidis Phœniſſ. p. 209. ſeq. In Plutarchi reprehenſione, φόβος deſiderari putem, ut ſit: καὶ μὴν εὐδαιμῶς φόβος, ἀλλὰ Θάρσος τ. θ. τ. σ. β.

34. A. τοῖς ἄφροσι καὶ ἀχαρίστοις καὶ ἀνοήτοις] Quam vim habeat ἀχαρίστοις, non continuo apparet. Krebſius intelligit *rudes, ignaros, literarum elegantiorum expertes*, ut χαριέντες his oppoſita notione dicuntur. Quod non probo, quippe nullo uſu firmatum, qui hoc ſenſu potius requireret ἀμούσους, forte et ἀχαρίτους ferret, quod huic loco aſſerendum cenſuit doctiſſimus J. G. Schneiderus ad Demetrium Phal. §. 130: vocabulum ſane probum animadverſum P. Weſſelingio ad Herodotum p. 98. et 577. tamen dubito, an huic loco ſatis conveniat. Igitur retineamus vulgatum, in quo omnes libri conſentiunt, idque intelligamus *ingratos, qui beneficia Dei nec animadvertunt nec grato animo accipiunt, quippe qui illius beneficam naturam pro malefica habent.* Idque congruit in ſuperſtitioſos, quos Plutarchus De Superſtitione p. 167. D. hoc nomine reprehendit: δοξάζουσι φοβερὸν τὸ εὐμενὲς, καὶ τυραννικὸν τὸ πατρικὸν, καὶ βλαβερὸν τὸ κηδεμονικὸν, καὶ τὸ ἀμήνιτον ἄγριον εἶναι καὶ θηριώδες. Seneca Epiſtola CXXIII. fine: *Superſtitio error*

insanus est: amandos timet: quos colit, violat. Quid enim interest, utrum deos neges, an infames. Cui adhibeatur aliud ejusdem effatum, De Beneficiis III. 1: *Et utrum tu pejorem vocas, apud quem gratia beneficii intercidit, an apud quem etiam memoria? Vitiosi oculi sunt, qui lucem reformidant: cæci, qui non vident. Et parentes suos non amare, impietas est: non agnoscere insania.* Non dissimili sensu est ἀχάριστος apud Platonem Menex. p. 408. F.

34. B. Ἡσίοδος εἰπὼν, Οὐδ' ἂν βοῦς ἀπόλοιτ'—] Ἔργ. 346. ubi Procli ac Tzetzæ annotationes ex perdito Plutarchi Commentario fluxisse et res ipsa, et utrorumque comparatio indicat. Sed hoc Hesiodi consilium ab uno exemplo reliqua similia intelligi jubentis diserte declarat Dion Chrys. Or. LXXVII. p. 651. B: καὶ γὰρ ἐπ' ἄλλοις ἐστὶν ἔθος αὐτῷ περὶ ὅλα τὰ πράγματος φράζειν ἐφ' ἑνὸς ἢ δυοῖν· οἷον ὅταν φῇ μηδ' ἂν βοῦν ἀπολέσθαι τινὶ ἄνευ τῆς τοῦ γείτονος πονηρίας· οὐ δήπου φησὶν, ὅτι βοῦν ἀπολέσαι ἂν, εἰ μὴ γείτων πονηρὸς ἦ· ἢ ἄλλως συγχέοι· πρόβατον δὲ οὐκ ἂν ἀπόλοιτο, ἐὰν δύνηται λαθεῖν, οὐδὲ αἶγα τῶν καλῶν, τῶν πολὺ ἀμελγομένων· ἀλλὰ δηλονότι ὡς πρὸς συνιέντας λέγει τοὺς ἐντυγχάνοντας τοῖς ποιήμασιν: qui locus, certe in voce συγχέοι corruptus, hanc aut similem postulat medicinam, ut legatur ἐχθρός: *nisi vicinus sit malus aut alioquin inimicus.* Huc quoque retulit Spartanorum Messeniorumque vicinitatem Diogenes Cynicus, ut prodit Ælianus Var. Hist. IX. 28: Ἐπῄνει Σπαρτιάτης τὸ ἔπος Ἡσιόδου, τὸ λέγον, "Οὐδ' ἂν βοῦς ἀπόλοιτ', εἰ μὴ γείτων κα-"κὸς εἴη," ἀκούοντος Διογένους, ὁ δὲ εἶπε, Καὶ μὴν Μεσσήνιοι καὶ οἱ βόες αὐτῶν ἀπολώλασι, καὶ ὑμεῖς αὐτῶν ἐστε οἱ γείτονες.

34. B. Τίς δ' ἐστὶ δοῦλος—] Euripidis ex incerto dramate: citat Plutarchus in Consolat. Apollon. p. 106. D. Philo Jud. T. II. p. 448. Clemens Alex. Strom. IV. p. 586. falso Heraclitum laudans auctorem. In Fragmentis editionis Musgrav. est Num. CXVI. Habet et Grotius Excerpt. 427. et A. Schottus in Proverbiis Metricis 870. Sensus dicti satis est perspicuus, ut non videam quomodo in eo declarando tot verborum consumserit Krebsius. Simile dictum est Agidis in Apophthegm. Lacon. p. 216. C. ιη'.

34. C. ὀξυκοΐας] *Celeritatis audiendi et intelligendi.* Eadem vox eſt apud Plutarchum Sympoſ. IV. p. 670. F. de lepore, ὀξυκοΐᾳ δὲ δοκεῖ διαφέρειν. H. Stephanus Theſ. L. Gr. T. II. p. 1351. hanc formam repudiat, et ὀξυήκοος, ὀξυηκοΐα, ſcribendum cenſet, quam vocem alio loco T. I. p. 289. recenſet, certe analogia et uſu commendatam. Attamen Daniel Scottus in Appendice locum adfert Ariſtotelis Hiſt. Anim. IV. 8. ubi bis altera forma ὀξύκοος legitur: —εἰσὶ δέ τινες, οἵ φασι τὴ μάλιστα ὀξυκόους εἶναι τῶν ζώων ἰχθύας.—μάλιστα δ' εἰσὶ τῶν ἰχθύων ὀξύκοοι κεστρεὺς, χρὲμψ, λάβραξ, σάλπη, χρομὶς— ubi vir Græcæ linguæ ſcientiſſimus Frid. Sylburgius hæc notat: "ὀξυκόους *excuſari poteſt, ſi* "*a* κοεῖν *derivetur: alioqui potius ſcribendum* ὀξυηκόους *vel* "*ſaltem* ὀξηκόους:" at doctiſſimus Camus, qui hoc Ariſtotelis opus cum interpretatione et notis Francice ſcriptis edidit Pariſiis anno 1773. forma quarta, duobus voluminibus, exhibuit ὀξυηκόους et ὀξυήκοοι ex ſcriptis codicibus. Equidem ὀξυκόος utrum ab ipſis Scriptoribus, an a librariis ſit, haud facile dicam: quamquam eſt et in Hippodami Pythagorici diſputatione apud Stobæum Serm. CI. p. 555: ὀξυκοΐα δὲ καὴ ὀξυδορκία καὴ ποδῶν ὠκύτας—.

34. C. Μενάνδρου—Μακάριος—] Apud Stobæum bis exſtat ſub nomine Menandri, Serm. XCII. p. 512. et CI. p. 552. unde Grotius Florileg. p. 381. et Clericus p. 120. Habet quoque S. Maximus Sent. p. 759.

34. D. Σὺ δ' ὦ τὸ λαμπρὸν φῶς—] Sophoclis ex Scyriis: citat etiam Plutarchus in libro De Diſcrim. Adul. et Amici p. 72. E. ubi pro ἀποσβεννὺς eſt καταιχύνων: et compilator libelli De Nobilitate Cap. 20. Poſuit Brunckius in Fragmentis Sophoclis T. II. p. 28.

34. D. ὀρτυγοκοπεῖς—] Notum in Græcis ſtudium: de quo videantur, quos laudavit Gatakerus ad M. Antonin. I. 6. p. 5.

34. D. Μὴ πλοῦτον εἴπῃς—] Euripidis ex Æolo citatur a Stobæo Serm. XCI. p. 507. unde Grotius Florileg. p. 376. In Fragmentis Eurip. hujus fabulæ Num. XIV. Eſt et apud Athenæum IV. p. 159. D. et Sextum Empir. Adverſ. Mathem. I. 13. p. 274. unde colligere licet,

hunc locum fuiſſe unum ex iis, qui in philoſophorum ſcholis frequentarentur. Plato Leg. V. p. 611. A: πλουσίους δ' αὖ σφόδρα καὶ ἀγαθοὺς, ἀδύνατον· οὕς γε δὴ πλουσίους οἱ πολλοὶ καταλέγουσι· λέγουσι δὲ τοὺς κεκτημένους ἐν ὀλίγοις τῶν ἀνθρώπων νομίσματος ἄξια κτήματα, ἃ καὶ κακός τις κέκτητ' ἄν· quam ſententiam laudat Clemens Alexandr. Strom. II. p. 368. B. Certe imitatus videtur Cicero Tuſc. V. 16: *Omitto divitias: quas, quum quivis indignus habere poſſit, in bonis non numero.* Seneca Epiſt. LXXXVII: *Quod contemtiſſimo cuique contingere ac turpiſſimo poteſt, bonum non eſt: opes autem et lenoni et laniſtæ contingunt: ergo non ſunt bona.* Conf. ſupra p. 5. D: et in primis P. Victorium Var. Lect. XXII. 6. Cæterum Οὐ χ' ὡ κάκιστος habent Stob. Athen. Rodolph. Vulcob. Mez.

34. E. Τῆς δειλίας γὰρ—] Videtur Euripidis eſſe: ſimilis certe hujus eſt alius apud Plutarchum De Cupiditate Divitiarum p. 526. C: Ἀκόλαστα πάντη γίνεται δούλων τέκνα: quem παροιδεῖ Arceſilaus apud Diog. Laert. IV. 35.

34. E. Δύσπαρι—] Iliad. Γ. 39. N. 769.

34. E. Ἕκτωρ εἶδος ἄριστε] Iliad. P. 142.

34. F. καὶ νὴ Δία τῷ λέγειν ἐφεξῆς ἄριστε] Xylander, Cruſerius, Grotius, in eo fere conveniunt, ut τῷ λέγειν ἐφεξῆς reddant, *atque adeo facundia.* Atqui hoc bis peccare videtur: primum, quod nulla ratio habetur adverbii ἐφεξῆς: deinde, quod facundia et præſtantia dicendi non eſt μικρὸν vel φαῦλον, quale quid hic locus requirit. Ergo, aut ἐφεξῆς λέγειν tamquam quid minutum cenſendum, aut aliud quærendum. Et utrumque ſuam habet veriſimilitudinem. Aliud quæſivit Amyotus vertens, *et encores y pouvons nous bien adjouſter, pour parler continuellement:* nimium ille a Græca dictione aberrans, quippe quæ, ut hæc interpretatio locum haberet, hujuſmodi eſſe deberet, καὶ νὴ Δία ἐν ἄλλοις τοιούτοις, ὥστε μὴ πάντα ἐφεξῆς λέγειν, ἄριστε, *et hercle in aliis talibus multis, ut non omnia ordine recenſeamus, præſtantiſſime.* Igitur, quandoquidem talis ſententia huic loco ſine nimia Græci contextus mutatione adjungi nequit, nil quod relinquatur video, niſi ut ſignificari putemus illud Homericum Iliad. Ψ. 483. Αἶαν, νείκεα ἄριστε, ἀριφραδὲς, ita

ut ἐφεξῆς λέγειν, quod alioquin plerumque in laude ponitur, *ordine, deinceps, continuo dicere*, hoc loco ſit in reprehenſione accipiendum pro συνεχῶς, *perpetuo, nulla interpoſita mora, nullo intervallo*, quo alius audiens ad cogitandum vel reſpondendum uti poſſit: quale eſt illud apud Ciceronem De Finib. II. 1: *Cum enim fertur, quaſi torrens, oratio, quamvis multa cujuſquemodi rapiat, nihil tamen teneas, nihil adprehendas, nuſquam orationem rapidam coerceas. Omnis autem, quæ via quadam et ratione habetur, oratio, præſcribere primum debet, ut quibuſdam in formulis, "ea res agatur," ut, inter quos diſſeritur, conveniat, quid ſit id, de quo diſſeratur.* Aut quale eſt Iſocratis Panathen. p. 431: —καθ' ἓν ἕκαστον εἴ τινες σκοποῖντο τί ἂν ἀποδοκιμάσειαν, εὑρεῖς ἂν οὐδὲν ἀφελεῖν αὐτῶν τολμήσαιεν· ἐφεξῆς δ' ἀναγινωσκομένων, ἅπαντες ἂν ἐπιτιμήσειαν, ὡς πολὺ πλείοσιν εἰρημένοις τοῦ δέοντος: Eupolidis de Alcibiade, quod refert Plutarchus in hujus Vita p. 196. E: Λαλεῖν ἄριστος ἀδυνατώτατος λέγειν, atque hujus ſimilitudine in hunc præſentem locum potius λαλεῖν ἐφεξῆς convenire videatur. Cæterum, quocumque nos vertamus, occurrit difficultas: eſtque eadem in ſimili conſtructione ac ſententia Libanii T. I. p. 9. C: Δεῖ δὲ μὴ Εὐριπίδην παραλιπεῖν· πάντως δὲ οὐκ ἀμφισβητήσιμος ἡ σοφία τοῦ ποιητοῦ· τί οὖν ἐκεῖνός φησι· "Μηδὲν εἶναι πρότιμότερον φίλου σα-" "φῶς, ὁ δὴ πᾶν ἐφεξῆς ἄριστον·"* εἶτ' ἐπειδὴ τὸς ἀνθρώπους ἑώρα πλοῦτον καὶ τυραννίδα θαυμάζοντας, διαῤῥήδην φησὶν, Οὐ πλοῦτος, οὐ τυραννὶς τοῦδε βελτίων. Vitium ne Morellum quidem latuit, qui quum ſanare id non poſſet, fecit quod potuit, et aſteriſco notavit: fortaſſe ſophiſta ſcripſit —σαφῶς, ὡς δὴ πάντων ἐφεξῆς ἄριστον· *tamquam hoc ſit omnium deinceps, omnino, a primo ad ultimum ſi enumerentur, optimum.* Euripidis dictum exſtat in Oreſte 1157. ſeq. Φεῦ· οὐκ ἔστιν οὐδὲν κρεῖσσον, ἢ φίλος σαφής· Οὐ πλοῦτος, οὐ τυραννίς· ἀλόγιστον δέ τι Τὸ πλῆθος ἀντάλλαγμα γενναίου φίλου: ubi ſecundo verſu ſi τοῦδε βελτίων in libro ſuo habuit Libanius, proximo Οὐ πλῆθος legere debuit. Ariſtides T. I. p. 492. dicens, *omnes dolos Philippi eo ſpectare, ut poſſit* ταῦτ' ἐφεξῆς τὰ ῥήματα συνθεῖναι, Βασιλεὺς Ἑλλήνων Φιλίππου, vocabulum reprehenſioni adhibet. At laudi Dion Chryſ. Or. XI. p. 157. C.

de Homero : ἐπιχειρήσας γὰρ τὸν πόλεμον εἰπεῖν τὸν γενόμενον ὑπ' Ἀχαιοῖς πρὸς τὰς Τρῶας, οὐκ εὐθὺς ἤρξατο ἀπὸ τῆς ἀρχῆς, ἀλλ' ὅθεν ἔτυχεν· ὃ ποιοῦσι πάντες οἱ ψευδόμενοι σχεδὸν ἐμπλέκοντες καὶ περιπλέκοντες, καὶ οὐδὲν βιαζόμενοι λέγειν ἐφεξῆς· ἥτιον γὰρ κατάδηλοί εἰσιν· εἰ δὲ μὴ, ὑπ' αὐτοῦ τοῦ πράγματος ἐξελέγχονται. Demoſthenes Orat. pro Corona p. 481. F : τὴν γὰρ αὐτὴν τούτῳ ποιησάμενος τῶν γεγραμμένων τάξιν, περὶ πάντων ἐρῶ καθ' ἕκαστον ἐφεξῆς, καὶ οὐδὲν ἐκὼν παραλείψω. Sic *deinceps*, *ordine*, i. e. *ſine exceptione*, frequens a Scriptoribus uſurpatur ἐφεξῆς : veluti Ariſtide T. II. p. 100. 224. 227 bis, 248. 249. 255. 292 : Porphyrio De Abſtin. III. 2 : Luciano T. I. p. 550. ἑξῆς. Quibus fere eo reducimur, ut hoc Plutarcheo loco λέγειν ἐφεξῆς, *ordine ac deinceps dicere*, ſtare non poſſe, ſed potius quid excidiſſe putemus, quo efficeretur hujuſmodi ſententia, *atque adeo aliis in rebus, ne omnia deinceps recenſeamus, præſtantiſſime*; quale quid, ut diximus, ſecutus eſt Amyotus. Nil medelæ præbent codices. Harl. ἴδια pro νὴ Δία. Moſc. 2. τὸ λέγειν. C. quoque pro δείπνοις habet τὸ λέγειν ἐφεξῆς, tum item ſuo loco.

p. 35. A. Διογενὲς Λαερτιάδη—] Iliad. B. 173. et alibi ſæpe.

35. B. Ἕκτορ υἱὲ Πριάμοιο—] Iliad. H. 47. Λ. 200.

35. B. Ὦ Ἀχιλεῦ] Iliad. T. 216. ubi noſtra exempla habent μέγα φέρτατ' Ἀχαιῶν.

35. B. Δῖε Μενοιτιάδη] Iliad. Λ. 607.

35. B. Οἰνοβαρὲς—] Iliad. A. 225 : ſupra p. 19. C.

35. B. Αἶαν νείκει ἄριστε—] Iliad. Ψ. 483.

35. C. Ἰδομενεῦ.] Iliad. Ψ. 474.

35. C. Αἶαν ἀμαρτοεπὲς—] Iliad. N. 824.

35. C. Ἀκριτόμυθος—] Iliad. B. 246.

35. C. Ὄρσεο κυλλοπόδιον—] Iliad. Φ. 331.

35. D. εὑροῦντας—] Videatur annotatio ad p. 24. F.

35. D. Φιλήμονος—Ἥδιον οὐδὲν—] Eſt etiam apud Stobæum Serm. XIX. p. 168. unde Grotius in Florilegio p. 101 : Clericus in Fragm. Philem. p. 302.

35. D. Ἄδραστος—τοῦ Ἀλκμαίωνος—] Euripidis ſunt verſus ex Alcmæone, quos item Plutarchus adhibet De Ca-

pienda ex Inimic. Utilit. p. 88. F: et attigit L. C. Valckenarius in Diatrib. in Fragm. Eurip. p. 150.

35. E. οἱ τὰ ἱμάτια μαςιγοῦντες—] Videtur hoc referri ad morem Perſarum, de quo diximus in Animadverſionibus ad Plutarchi librum De Sera Num. Vind. p. 565. A. editionis prioris p. 109.

35. F. αὔξειν ἀποδείξεσι καὶ μαρτυρίαις φιλοσόφοις] Hoc inſtitutum tenuiſſe videtur Plutarchus in Ὁμηρικαῖς μελέταις, opere perdito.

p. 36. A. Τέκνον ἐμὸν] Iliad. E. 428. ubi noſtra exempla habent Οὔ τοι, τέκνον ἐμὸν—: de quo videatur Sam. Clarkius.

36. A. Ζεὺς γάρ τοι νεμεσᾷ—] Vide ſupra, quæ notavimus ad p. 24. B. et Sap. Conv. p. 164. C.

36. A. Νήπιοι οὐδ' ἴσασιν] Heſiodi Ἔργ. 40: habet vim proverbii, de quo multi multa.

36. A. Ἡ δὲ κακὴ βελὴ—] Item Heſiodi Ἔργ. 265. quod citatum Plutarcho De Sera Num. Vind. p. 554. A. et animadvertimus priore editione p. 48. et in hac illo loco animadvertemus.

36. B. Τὸ ἀδικεῖν κάκιον εἶναι τοῦ ἀδικεῖσθαι] Frequens ſententia apud Platonem, cum alibi, tum in toto *De Republica* opere, tum denique in Gorgia p. 290. A—298—: illic in primis, ubi Polo interroganti, Σὺ ἄρα βούλοιο ἂν ἀδικεῖσθαι μᾶλλον ἢ ἀδικεῖν; Socrates reſpondet, Βουλοίμην μὲν ἂν ἐγὼ ἑκάτερα· εἰ δὲ ἀναγκαῖον εἴη ἀδικεῖν ἢ ἀδικεῖσθαι, ἑλοίμην ἂν μᾶλλον ἀδικεῖσθαι ἢ ἀδικεῖν. Cicero Tuſc. V. 19: *accipere quam facere præſtat injuriam*: ubi plura de hoc argumento notat J. Daviſius. Eſt etiam egregia Hieracis diſputatio ap. Stob. Serm. X. p. 133.

36. B. Θάρσει· πόνος γὰρ—] Una hac mentione proditum, in Æſchyli Fragmenta relatum a Stanleio p. 648. et 886.

36. B. Ὡς οἱ μεγάλοι πόνοι—] Epicuri quarta in κυρίαις δόξαις, apud Diogenem Laert. X. 140; frequens Ciceroni et aliis Scriptoribus; quorum locos bene multos collegit Th. Gatakerus ad M. Antonin. VII. 33. p. 219.

36. B. τοῦ Θέσπιδος ταυτὶ—] Theſpidem nullas reliquiſſe

ſcriptas fabulas, et quaſdam a Veteribus ſub ejus nomine memoratas ex Heraclidis Pontici officina profectas, in quibus hunc etiam a Plutarcho locum fuiſſe, eruditiſſima diſputatione declarat R. Bentleius in Diſſertationibus Phalarideis p. 130. ſeq. Pro μόνος recte μοῦνος B. et Mez.

36. C. Πόῤῥω γὰρ ἡδονῆς—] Platonis Epiſtola III. p. 708. B: πόῤῥω γὰρ ἡδονῆς καὶ λύπης ἵδρυται τὸ θεῖον.

36. C. Φάσωμεν πιϛὸν κῦδος—] In Bacchylidæ Fragmenta hinc relatum a Fulvio Urſino p. 203. editionis 1568. formæ octavæ: et p. 119. editionis 1567. formæ duodecimæ: a Brunckio repetitum in Analectis T. I. p. 152. D. Φράσωμαι: Mez. Πλῆτος δ' ἀνθρώπων καὶ τοῖς δειλοῖσιν ὁμιλεῖ.

36. C. Ἐγὼ δὲ οὐδὲν—] Sic Grotius et Xylander ediderunt, niſi quod hic, δ' οὐδέν: ille aliter in Florilegio p. 35. diſtribuit: Ἐγὼ δ' οὐδὲν πρεσβύτερον νομίζω Τᾶς σωφροσύνας, ἐπεὶ Τοῖς ἀγαθοῖς ἀεὶ ξύνεϛι. Rectius in Fragmentis Euripideis edit. Muſgr. p. 594. Ἐγὼ δ' οὐδὲν πρεσβύτερον Νομίζω τᾶς σωφροσύνας, Ἐπεὶ τοῖς ἀγαθοῖς ἀεὶ ξύνεϛι. Exſtat et apud Stobæum Serm. V. p. 63. Conferri poteſt ſimilis ſententia ex ejuſdem Temenidis p. 590. edit. Muſgr. Ἀρετὴ δὲ κἂν θάνῃ τις οὐκ ἀπόλλυται, Ζῇ δ' ἐκεῖ' ὄντος σώματος. Andromache 777: —ἀ δ' ἀρετὰ Κἂν θανοῦσι λάμπει— de quo L. C. Valckenarius ad Euripidis Phœniſſ. p. 100: et imitatus videtur Diodorus Sic. I. 2. p. 5.

36. C. Τιμᾶν τὰν—] De hoc non alibi, quod ſciam, prodito Euripidis loco ſatis diximus in Notatione Emendationum. Unum addendum de illo a Muſgravio correcto nobiſque probato ἀντέταδε, *minamini*, *jactatis*. Eſt hoc exquiſitum. Ita Plutarchus Timol. p. 240. E. Dion Chryſ. Or. IX. p. 139. B: ἀνατεινομένη δὲ καὶ σπεδάσαντος οὐχ ὑπέμενον τὴν παῤῥησίαν. Diogenianus apud Euſeb. Præp. Evang. VI. p. 207. D: οὕτως ἀνετείνετο τῷ λόγῳ. P. Weſſelingius ad Diodor. Sic. T. I. p. 646. attigit et hoc verbum et nomen ἀνάτασις, de quo infra dicemus.

36. D. ἀνάπλεως ὢν ἤκουε τῆς μητρὸς ἀεὶ καὶ τίτθης—] Platonica fere ſunt. Ἀνάπλεως in gloſſis habet Timæus et explicuit Ruhnkenius p. 31. *plenus ſordium*, *nondum purgatus*: ſic et Rep. VII. p. 481. D: σκότος ἀνάπλεως ἡοίη τῆς

ὀφθαλμός. Juſtinus Martyr Dialog. cum Tryphone p. 223. D: ἀφροσύνης ἀνάπλεω ἦσαν. Vis narratiuncularum admonitionumque, a matribus et nutricibus acceptarum, in utramque partem magna eſt: nam et ad veras ducuntur notiones de Diis juvenes, πειθόμενοι τοῖς μύθοις, οὓς ἐκ νέων παίδων ἔτι ἐν γάλαξι τρεφόμενοι τροφῶν τε ἤκουον καὶ μητέρων, ut ait philoſophus Leg. X. p. 665. D: et depravamur, *ut pæne cum lacte nutricis errorem ſuxiſſe videamur; cum vero parentibus redditi, demum magiſtris traditi ſumus, tum ita variis imbuimur erroribus, ut vanitati veritas, et opinioni confirmatæ natura ipſa cedat. Accedunt etiam poetæ: qui, cum magnam ſpeciem doctrinæ ſapientiæque præ ſe tulerint, audiuntur, leguntur, ediſcuntur, et inhæreſcunt penitus in mentibus*, quæ eſt graviſſima eademque veriſſima Ciceronis querela Tuſc. III. 1. 2. Plutarchus Adv. Epicur. p. 1105. A: *fabulas de inferis*, ait, οὐ πάνυ πολλοὶ δεδίασι μητέρων ὄντα καὶ τιτθῶν δόγματα. Philo Jud. De Charitate p. 716. E. *ſapientiæ ſtudioſos*, ait, μυθικῶν πλασμάτων κατεξαναξάντας, ἅπερ ἐκ πρώτης ἡλικίας ἀπαλαῖς ἔτι ψυχαῖς καὶ τίτθαι καὶ παιδαγωγοὶ καὶ μυρίοι ἄλλοι τῶν συνήθων ἐνεχάραξαν—. De Judice p. 720. C: αἴτιον δὲ τῶν τοιούτων ἁμαρτημάτων ἐστὶν ἐν τοῖς μάλιστα ἡ πρὸς τὸ ψεῦδος οἰκείωσις, ὅπερ ἐκ πρώτης γενέσεως καὶ σπαργάνων αὐτῶν τίτθαι καὶ μητέρες καὶ ὁ ἄλλος τῶν κατ' οἰκίαν ἀνδραπόδων καὶ ἐλευθέρων ὅμιλος ἔργοις καὶ λόγοις ἀεὶ σύντροφον κατασκευάζουσιν, ἁρμοζόμενοι καὶ ἐνοῦντες αὐτὸ τῇ ψυχῇ ὡς μέρος φύσεως ἀναγκαῖον—.

36. E. ἄζηλον δὲ καὶ τὴν ἀρετὴν καὶ τὸ μηδὲν ἄνευ χρημάτων καὶ δόξης ἀγόντων] Primum, καὶ ante τὴν ἀρετὴν delendum auctoritate codicis D. et ſuadente ſententia. Tum exquiſitus verborum uſus non eſt prætermittendus. Alter eſt in ἀγόντων pro ἡγεμένων, *ducentium, exiſtimantium*, de quo notarunt G. Budæus Comment. L. Gr. p. 373: H. Stephanus Theſ. L. Gr. T. I. p. 61, 62: F. L. Abreſchius Animadv. ad Æſchyl. L. III. p. 203. Eſt et alius apud Plutarchum locus in Bruto p. 996. B: ἐν τιμῇ τὸν Γάϊον ἦγεν. Plato Epinom. p. 702. F: εἰς ἔντιμον χώραν καθαφανεῖς ἄγων αὐτός. Euripides Bacchis 1035: Θήβας δ' ἀνάνδρους ὧδ' ἄγεις; Ariſtides T. I. p. 33. 48. 89. 90. 91. 110. 147. 188. 494.

557. T. II. 364. Alter eſt uſus in τὸ μηδὲν, ubi additus articulus inſignem habet vim, veluti hoc et aliis Plutarchi locis, Opp. Mor. p. 158. D. 553. B. 554. D. 959. B. 963. B. 1072. C. 1106. D. Vitarum p. 176. E, F. 367. D. 476. D. 849. B. 950. F.

36. E. ἔκπληξις ἴσχει καὶ ταραχὴ κ᾽ θάμβος] Hic locus eſt ex eorum genere, de quo monuimus ſupra, ad p. 26. B.

36. E. οἷον ἐκ σκότους πολλῶ μέλλοντες τὸν ἥλιον ὁρᾶν, ἐθιθῶσι, καθάπερ ἐν νόθῳ φωτὶ—] Tota hæc imago venit ab exemplo Platonico in Republica expoſito, eoque duplici: altero III. p. 438. D—G; quod eſt de præparatione animi per muſicam ad λόγον, *rationem*, id eſt, per *poeſin* ad *philoſophiam*: nam pulchra et turpia citiſſime animadvertat is, qui in muſica recte inſtitutus eſt, ὀξύτατ᾽ ἂν αἰσθάνοιτο ὁ ἐκεῖ τραφεὶς ὡς ἔοικε, καὶ ὀρθῶς δὴ δυσχεραίνων τὰ μὲν καλὰ ἐπαινοῖ, κ᾽ χαίρων καταδεχόμενος εἰς τὴν ψυχὴν, τρέφοιτ᾽ ἂν ἀπ᾽ αὐτῶν, καὶ γίγνοιτο καλός τε κἀγαθός· τὰ δ᾽ αἰσχρὰ ψέγοι τ᾽ ἂν ὀρθῶς, καὶ μισοῖ ἔτι νέος ὢν πρὶν κ᾽ λόγον δυνατὸς εἶναι λαβεῖν· ἐλθόντος δὲ τοῦ λόγου, ἀσπάζοιτ᾽ ἂν αὐτὸν, γνωρίζων δι᾽ οἰκειότητα μάλιστα ὁ οὕτω τραφείς. Ἐμοὶ γοῦν δοκεῖ, ἔφη, τῶν τοιούτων ἕνεκα ἐν μουσικῇ εἶναι ἡ τροφή. Sed per muſicam non res ipſas, ſed earum ſimulacra tamquam in aqua et ſpeculis intuemur: quod exemplo literarum oſtenditur: Οὐκοῦν καὶ εἰκόνας γραμμάτων, εἴ που ἢ ἐν ὕδασιν ἢ ἐν κατόπτροις ἐμφαίνοιντο, οὐ πρότερον γνωσόμεθα, πρὶν ἂν αὐτὰ γνῶμεν. Alterum imitationis exemplum eſt in illa divinitus informata comparatione conditionis humanæ cum ſpelunca, in qua animus non niſi umbras rerum videns, res ipſas ſe videre putat: cui imagini haud ſcio an vel antiquitas vel recentior ætas quid ſimile habeat, cum ſublimitate, tum veritate, tum evidentia: Rep. VII. p. 480, 481. Hujus igitur ſpeluncæ incolam ſi quis πρὸς αὐτὸ τὸ φῶς ἀναγκάζοι αὐτὸν βλέπειν, neceſſe ſit ἀλγεῖν τ᾽ ἂν τὰ ὄμματα καὶ φεύγειν ἀποστρεφόμενον πρὸς ἐκεῖνα ἃ δύναται καθορᾶν, κ᾽ νομίζειν ταῦτα τῷ ὄντι σαφέστερα τῶν δεικνυμένων.—Εἰ δ᾽ ἐντεῦθεν ἕλκοι τις αὐτὸν βίᾳ διὰ τραχείας τῆς ἀναβάσεως κ᾽ ἀνάντους, κ᾽ μὴ ἀνίοι πρὶν ἐξελκύσειεν εἰς τὸ τοῦ ἡλίου φῶς, ἆρα οὐχὶ ὀδυνᾶσθαί τε κ᾽ ἀγανακτεῖν ἑλκόμενον· καὶ ἐπειδὴ πρὸς τὸ φῶς ἔλθοι, αὐγῆς ἂν ἔχοντα τὰ ὄμματα μεστὰ, ὁρᾶν οὐδὲν ἂν δύνασθαι τῶν νῦν

λεγομένων ἀληθῶν.— Συνηθείας δὲ, οἶμαι, δέοιτ' ἂν, εἰ μέλλοι τὰ ἄνω ὄψεσθαι· ᾗ πρῶτον μὲν τὰς σκιὰς ἂν ῥᾷστα καθορᾴη, μετὰ τοῦτο ἐν τοῖς ὕδασι τά τε τῶν ἀνθρώπων καὶ τὰ τῶν ἄλλων εἴδωλα, ὕστερον δὲ αὐτά.— Τελευταῖον δὲ, οἶμαι, τὸν ἥλιον, οὐκ ἐν ὕδασιν, οὐδ' ἐν ἀλλοτρίᾳ ἕδρᾳ φαντάσματα αὐτοῦ, ἀλλ' αὐτὸν καθ' αὑτὸν ἐν τῇ αὑτοῦ χώρᾳ δύναιτ' ἂν κατιδεῖν καὶ θεάσασθαι οἷός ἐστιν. Ex eadem comparatione ductum eſt præceptum in ſimili argumento, Leg. X. p. 669. E: Μὴ τοίνυν ἐξ ἐναντίας οἷον εἰς ἥλιον ἀποβλέποντες, νύκτα ἐν μεσημβρίᾳ ἐπαγόμενοι, ποιησώμεθα τὴν ἀπόκρισιν, ὡς νοῦν ποτε θνητοῖς ὄμμασι ὀψόμενοί τε καὶ γνωσόμενοι ἱκανῶς· πρὸς δὲ εἰκόνα τοῦ ἐρωτωμένου βλέποντας ἀσφαλέστερον ὁρᾶν: quocum jungatur proximum, p. 670. A. Phædone p. 394. D: Ἔδοξε τοίνυν μοι μετὰ ταῦτα, ἐπειδὴ ἀπείρηκα τὰ ὄντα σκοπῶν, δεῖν εὐλαβηθῆναι, μὴ πάθοιμι, ὅπερ οἱ τὸν ἥλιον ἐκλείποντα θεωροῦντες καὶ σκοπούμενοι πάσχουσι· διαφθείρονται γάρ που ἔνιοι τὰ ὄμματα, ἐὰν μὴ ἐν ὕδατι ἢ ἔν τινι τοιούτῳ σκοπῶνται τὴν εἰκόνα αὐτοῦ. Jamblichus Vita Pythagoræ §. 67: Καθάπερ ἀμέλει καὶ τοῖς οὐχ οἵοις τε ἀτενὲς ἐνορᾶν τῷ ἡλίῳ διὰ τὴν τῶν ἀκτίνων ὑπερφέγγειαν, ἐν βαθείᾳ συγάσει ὕδατος, ἢ κῃ διὰ τετηκυίας πίσσης, ἢ κατόπτρου τινὸς μελαναυγοῦς, δεικνύειν ἐπινοοῦμεν τὰς ἐκλείψεις—· quo loco ἐν, quod vulgo legitur ante τῷ ἡλίῳ, omiſi auctoritate codicis Memmiani, cujus, ut item alterius literæ R ſignificati codicis, lectiones adſcriptæ ſunt exemplo editionis Arcerianæ, quod ex auctione Gronoviana ad me pervenit, cujuſque ope non ſolum *Cohortatio*, ſed et *Vita Pythagoræ* poſt Kuſteri operam multis locis caſtigari poteſt. Eſt vero apud Xenophontem Ἀπομν. IV. 3. 14. ipſius Socratis hujuſmodi ſententia, *Deum non ipſum per ſe, ſed ex ejus operibus cognoſci*: ἐννοεῖ δ', ὅτι καὶ ὁ πᾶσι φανερὸς δοκῶν εἶναι ἥλιος οὐκ ἐπιτρέπει τοῖς ἀνθρώποις ἑαυτὸν ἀκριβῶς ὁρᾶν, ἀλλ' ἐάν τις αὐτὸν ἀναιδῶς ἐγχειρῇ θεᾶσθαι, τὴν ὄψιν ἀφαιρεῖται. Platonem ut ſolet imitatus eſt Themiſtius Orat. IV. p. 51. B: οἱ σφόδρα ἐπιθυμοῦντες τοῖς ὄμμασιν ἀτενίσαι εἰς (cod. Ambroſ. πρὸς) τὸν θεὸν, πρῶτον μὲν ἐν τοῖς ὕδασι μελετῶσι, κῃ διαπειρῶνται τῶν ὀφθαλμῶν, πρὸς τὸ φάσμα αὐτοῦ ἀντερείδεσθαι, ὡς ἂν μὴ ἀθρόας τῆς ἀληθινῆς μαρμαρυγῆς ἐμπλησθέντες, σκότου μᾶλλον ἢ αὐγῆς ἀπολαύσειαν. Baſilius M. in ejuſdem argumenti libello, nec ignarus hujus Plutarchei, De

Legend. Gr. p. 493. A: τοῖς ἔξω δὴ τούτοις προτελεσθέντες, τηνικαῦτα τῶν ἱερῶν καὶ ἀπορρήτων ἐπακουσόμεθα παιδευμάτων· καὶ ἐν ὕδατι τὸν ἥλιον ὁρᾶν ἐθισθέντες, οὕτως αὐτῷ προσβαλοῦμεν τῷ φωτὶ τὰς ὄψεις. Xenophontem Cicero Tuſc. I. 30: *Nec vero de hoc quiſquam dubitare poſſet, niſi idem nobis accideret diligenter de animo cogitantibus, quod his ſæpe uſu venit, qui cum acriter oculis deficientem ſolem intuerentur,* (*ut* delendum videtur) *adſpectum omnino amitterent: ſic mentis acies ſe ipſa intuens, nonnumquam hebeſcit; ob eamque cauſſam contemplandi diligentiam amittimus*: ubi J. Daviſius quoque exempli hujus conſuetudinem attigit. Cæterum lux Solis in alio corpore repercuſſa dicitur νόθον φῶς, ut Lunæ, apud Catullum Carm. XXXV. 15: *Tu potens Trivia et notho es Dicta lumine Luna*: Lucretium V. 575: *Lunaque ſive notho ſertur loca lumine luſtrans, Sive ſuam proprio jactat de corpore lucem*—, quem locum J. Toupius adhibuit emendando Epigrammati Dioſcoridis ad hanc formam, Λειπόμενος Σπάρτᾳ φῶς ἀνέλαμψε νόθον, Ep. Crit. p. 93. acutius quam verius; ſiquidem e ſcriptorum conſenſu codicum Brunckius edidit —κῦδος ἔλαμψε νόθον, Analect. T. I. p. 496. Ab eodem exemplo ductum eſt illud Philonis Judæi De Fortitud. p. 738. A: φρόνησις—μὴ προσδεομένη νόθε φωτὸς, ἀεὶ οὖσα αὐτή. De Somniis p. 568. E: τί δὲ σελήνη; πότερον γνήσιον ἢ νόθον ἐπιφέρεται φέγγος, ἡλιακαῖς ἐπιλαμπόμενον ἀκτῖσιν—. De Nominum Mutatione p. 1045. A: ὁ γὰρ νοῦς τὸ ἄκλειστον καὶ ἀκοίμητον προσβαλὼν ὄμμα τοῖς δόγμασιν ἢ τοῖς θεωρήμασιν, εἶδεν αὐτὰ οὐ νόθῳ φωτὶ, γνησίῳ δὲ, ὅπερ ἀφ' ἑαυτοῦ ἐξέλαμψεν. Cæterum de illa dictione conſulendus eſt etiam D. Lambinus ad Lucretium loco memorato.

36. F. Τὸν φύντα θρηνεῖν—] Ex Euripidis Creſphonte celeberrimi verſus, multis Veterum citati, multis recentiorum notati, quorum ſatis eſt laudaſſe duos Th. Gatakerum Adverſ. Poſthum. X. p. 530. et J. Daviſium ad Ciceronis Tuſc. I. 48.

36. F. Ἐπεὶ τί δεῖ βροτοῖσιν] Euripidis ex incerta tragœdia: multis item Veterum memoratum, quos videre eſt T. III. p. 594. edit. Muſgravianæ: in primis Chryſippus

frequens fuit ſententiæ laudator, teſte Plutarcho De Stoic. Repugn. p. 1043. E. 1044. B. F. et Gellio V. 16.

36. F. Ἰὼ τυραννὶ—] Item, ut videtur, Euripidis, hoc uno loco proditum, a Barneſio in Fragmenta Incertarum Fabularum receptum, a Muſgravio omiſſum. Barbaris dilectam eſſe tyrannidem, nota res: de qua Ariſtoteles Rep. III. 10.

p. 37. A. —ἡ βροτῶν τ' εὐπραξία—] Inter Euripidea Incertarum Fabularum receptum a Barneſio, a Muſgravio omiſſum. Simile eſt ejuſdem in Antiope apud Valckenarium Diatrib. Cap. VIII. p. 80. Τί δῆτ' ἐν ὄλβῳ μὴ σαφεῖ βεβηκότες, Οὐ ζῶμεν ὡς ἥδιστα μὴ λυπούμενοι;

37. A. Ὁ θάνατος οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς] Sunt Epicurea effata. Hoc quidem eſt Κυρίων δοξῶν β'. apud Diogenem Laert. X. 139: Ὁ θάνατος οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς· τὸ γὰρ διαλυθὲν ἀναισθητεῖ· τὸ δὲ ἀναισθητοῦν, οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς· quo loco adeundi ſunt eruditiſſimi interpretes P. Gaſſendus Opp. T. V. p. 130. et Æg. Menagius. Hinc illud Lucretii V. 842. *Nil igitur mors eſt, ad nos neque pertinet hilum*—. Quod etiam tenuerunt, qui animum corpori ſupereſſe ſtatuerent: veluti ſcriptor dialogi Axiochi §. 4. et 14. Prodicum placiti auctorem faciens: Ἤκουσα δέ ποτε καὶ τοῦ Προδίκου λέγοντος, ὅτι ὁ θάνατος οὔτε πρὸς τοὺς ζῶντάς ἐστιν, οὔτε πρὸς τοὺς μετηλλαχότας: cui loco adhibenda eſt J. Clerici annotatio. Et Cicero hanc rationem ſecutus eſt Tuſc. I. 6, 7, 8.

37. A. Ὁ τῆς φύσεως πλοῦτος ὥρισται] Epicuri κυρίων δοξῶν ιε'. apud Diogenem Laert. X. 144. Ὁ τῆς φύσεως πλοῦτος καὶ ὥρισται, καὶ εὐπόριστός ἐστιν· ὁ δὲ τῶν κενῶν δοξῶν εἰς ἄπειρον ἐκπίπτει· ubi item conſulendi ſunt duumviri præſtantiſſimi Æg. Menagius, et P. Gaſſendus in Commentario ad Diogenis Laertii librum X. Opp. T. V. p. 143. Pertinet huc Ciceronis interpretatio De Finib. I. 13: *ipſa natura divitias, quibus contenta ſit, et parabiles et terminatas habet: inanium autem cupiditatum nec modus ullus nec finis inveniri poteſt.* Indeque ducta eſt Horatii veriſſima admonitio Sat. I. 2. 73: *At quanto meliora monet pugnantiaque iſtis Dives opis natura ſuæ!*—Philo Jud. De Vita Contempl. p. 892. B: ὁ τῆς φύσεως πλοῦτος ὥρισται, καὶ παρευημερεῖ τὸν ἐν ταῖς κεναῖς

δόξαις. De Præm. et Pœn. p. 925. D. De Somniis III. p. 1113. D. De Fortitud. p. 735. B. Plutarchus De Cupiditate Divitiarum p. 524. E: Ὅθεν εὖ πρὸς τούτους λέλεκται ὑπὸ τοῦ Σόλωνος, "Πλούτου δ' ὁδὸν τέρμα πεφασμένον ἀνθρώ-"ποισιν" ἐπεὶ τοῖς γε νοῦν ἔχουσιν ὁ τῆς φύσεως πλοῦτος ὥρισται. De infinita divitiarum cupiditate dicto Solonis addendus est locus Aristophanis Pluto 188. seq.

37. A. τὸ εὐδαίμον καὶ μακάριον—ὁρίζουσα.] Hoc quamquam non alibi, quod sciam, sub Epicuri nomine exstat, est tamen plane Epicureum et argumento, et ratione, et oratione; ut recte item judicasse videatur P. Gassendus, hoc effatum quasi antecedens esse ad illud κυρίων δοξῶν ε' et ζ' aliaque effata *de fugiendis regnis, honoribus, reipublicæ administratione*, Commentario ad librum Diogenis Laertii X. p. 135: atque opportune adfert monitum plane geminum Johannis Chrysostomi, ut paucis mutatis ex hoc Epicureo præcepto redditum videatur, Homilia I. in Ep. ad Rom. Opp. T. IV. p. 15. B: Εὐθυμίαν γὰρ καὶ χαρὰν οὐκ ἀρχῆς μέγεθος, οὐ χρημάτων πλῆθος, οὐ δυναστείας ὄγκος, οὐκ ἰσχὺς σώματος, οὐ πολυτέλεια τραπέζης, οὐχ ἱματίων κόσμος, οὐκ ἄλλο τι τῶν ἀνθρωπίνων ποιεῖν εἴωθεν, ἀλλ' ἡ κατόρθωμα μόνον πνευματικὸν, καὶ συνειδὸς ἀγαθόν. Cui simile est ejusdem Homil. De Fato et Provid. I. T. I. p. 716. E: οὐδὲν ἀγαθὸν ἐν τῷ παρόντι βίῳ, ἀλλ' ἡ ἀρετὴ μόνον, οὐ πλοῦτος, οὐ χρήματα, οὐχ ὑγιεία, οὐ δυναστεία—. Ex eodem fonte hausisse videtur Themistius Orat. XXXIII. p. 365. B—D: Οὐ γὰρ ἐν ἀργύρῳ τὸ εὔδαιμον καὶ μακάριον, οὐδὲ ἐν ποτοῖς καὶ σιτίοις—. Οὐκ ἄρα ἐν κτήσει ἀμέτρῳ, ἀλλὰ ψυχῇ ἐμμέτρῳ, τὸ ὄλβιον εἶναι, καὶ ἐν τῷ πεπαιδεῦσθαι παιδείαν, ἧς τοῦτο ἔργον τὰ τῆς ψυχῆς (l. cum Harduino τύχης) ἀγαθὰ τοῦ κεκτημένου ποιῆσαι. Ipse Epicurus, ut alia multa, non in physicis solum, sed et in moralibus, sic hoc a Democrito duxit, cujus in sententiis a Stobæo servatis exstat Serm. I. p. 4. egregia disputatiuncula, longior illa quam quæ hic apponatur, at dignissima quæ cum præsente hoc loco conferatur.

37. B. προδιαβληθεὶς] Xylander, vertens *sinistra suspicione occupatus*, verbi hujus vim expressit, quamquam legens προσδιαβληθείς. Verbi διαβάλλειν varii sunt usus, in iisque

maxime exquisitus, διαβάλλεσθαί τινι vel πρός τι, *alicui inimicum reddi*, et διαβάλλειν τινά τινι, *aliquem cui inimicum reddere*; quem, ut rariorem, brevissime attigit H. Stephanus Thes. L. Gr. T. I. p. 675. G. uno allato Platonis loco ex Phædone p. 380. A: οἱ ὀρθῶς φιλοσοφοῦντες ἀποθνήσκειν μελετῶσι, καὶ—διαβέβληνται μὲν πανταχῇ τῷ σώματι, αὐτὴν δὲ καθ' αὑτὴν ἐπιθυμοῦσι τὴν ψυχὴν ἔχειν, i. e. *omni modo corpus aspernantur et oderunt*. Plutarchus aliquoties hunc usum sequitur: Coriolano p. 219. D: ὁ δῆμος οὔτε τῷ καταλόγῳ προσήει τῶν ὑπάτων, πρός τε τὴν ἀποικίαν διεβέβλητο, *populus neque ad Consulum delectum accedebat, et coloniæ deducendæ infensus erat*. Sympos. VIII. 7. p. 727. D: διὰ τὸν μῦθον τὸν περὶ τὴν παιδοφονίαν ἀφοσιοῦνται τὰς χελιδόνας, ἄποθεν ἡμᾶς πρὸς ἐκεῖνα τὰ πάθη διαβάλλοντες, *aversantur hirundines, eminus nos ab his factis absterrentes*. Reip. Ger. Præcept. p. 809. F: πρὸς τὴν κακίαν διαβαλοῦμεν αὐτούς, *eos absterrebimus a vitio*. Fortasse eamdem significationem spectat Pollux V. 114: Τὰ δὲ ἐναντία, μισῶ τὸν δεῖνα, ἀποβάλλομαι, ἐκτρέπομαι, προσκρούω αὐτῷ, προσκρούει μοι, διαβέβλημαι πρὸς αὐτὸν, διαβέβλησαί μοι—. Certe ut Atticam hanc notavit consuetudinem Thomas Mag. p. 209. apponens locum Demosthenis, Philostrati, et hunc Thucydidis VIII. 83: καὶ πρότερον τῷ Τισσαφέρνει ἀπιστοῦντες, πολλῷ δὴ μᾶλλον ἔτι διεβέβλητο: ubi videndus C. A. Dukerus, citans eadem de re Is. Casaubonum ad Strabonem p. 792. Attigit et P. Wesselingius ad Herodotum VI. 64. Nec tamen supervacaneum sit, alia nobis observata adjicere. Demosthenes Epist. III. p. 200. A: τοῦ δήμου πρὸς τοὺς ὑπὲρ αὐτοῦ λέγοντας ὑπ' ἀνθρώπων ἐγκαθέτων διαβληθέντος, *populo per emissarios in odium adversus illius defensores concitato*. Aristoteles Rhetoric. III. 2: ὡς γὰρ πρὸς ἐπιβουλεύοντα διαβάλλονται, *nam tamquam adversus insidiantem odium concipiunt*: ubi exquisitum usum non sine animadversione prætermisit P. Victorius Commentarii p. 462. Polybius Fragment. Libri XXX. 17. 3. edit. Schweigh. T. IV. p. 486: διαβεβλημένοι γὰρ πρὸς αὐτὸν—, *nam quum odium illius concepissent*. Epictetus Differt. II. 26: πᾶσα δὲ ψυχὴ λογικὴ φύσει διαβέβληται πρὸς μάχην, *omnis rationis particeps animus abhorret a pugna*.

Enchiridio 33. 13 : ἰδιωτικὸν γὰρ ϗ διαβεβλημένα πρὸς τὰ ἐκτὸς, vertit interpres, *hoc quippe plebeium eſt, et hominis ad externa abjecti:* M. Caſaub. reddit, *odio habentis*, notans hunc uſum : præſtantiſſimus Heynius dedit διαπεπληγμένα, reddens *hominis ad externa ſtupentis*, ſenſu non incommodo, ſed qui Græcum verbum ἐκπεπληγμένα poſtularet. Equidem putem hoc loco διαβάλλεσθαι idem eſſe quod Stoicum διαπίπτειν, *errare, turbari, peccare, labi:* atque ita fere eſt apud Diogenem Laert. VII. 165. de Herillo : τέλος εἶπε τὴν ἐπιςήμην, ὅπερ ἐςὶ ζῆν ἀεὶ πάντα ἀναφέροντα πρὸς τὸ μετ' ἐπιςήμης ζῆν, καὶ μὴ τῇ ἀγνοίᾳ διαβεβλημένον : quod repetendum ex alio uſu verbi διαβάλλειν, quo ſignificat ἀπατᾶν, *decipere*, quem notat ex Ariſtophane Suidas in voce : et ex aliis item Euſtathius ad Odyſſ. A. p. 1406.

37. A, B. προπαιδευθεὶς, εὐμενὴς καὶ φίλος ϗ οἰκεῖος ὑπὸ ποιητικῆς ἐπὶ φιλοσοφίαν προπέμπηται] Pro προπέμπηται habent παραπέμπηται Pol. Jannot. Vulcob. Utrumque huic loco accommodatum eſt: vulgatum tamen certius habendum, quippe multo plurium certiorumque auctoritate codicum firmatum. Utrumque notat *comitari, deducere, deduci*, ſed παραπέμπειν eſt *comitari, per totam viam uſque ad finem:* προπέμπειν eſt *abeuntem comitari ad certam itineris partem ibique eum dimittere:* hujus ſunt exempla in Plutarcho, Opp. Mor. p. 241. F. 666. F. 785. B. 809. C. 817. B. Vitarum p. 117. B. 169. E. 199. C. 379. E. 735. A. 791. E. 792. A. 794. B. 841. D. 870. B. 871. E. 906. C. 934. D. 981. E: illius Opp. Mor. p. 211. C. 326. E. 394. D. 720. C. 721. C. 746. D. 984. B. Vitarum p. 67. B. 74. C. 151. F. 154. D. 195. A. 210. D. 310. F. 367. A. 475. D. 515. B. 555. B. 561. B. 604. D. 625. C. 649. F. 704. C. 868. C. 877. A. 896. C. 1069. D. Quamquam προπέμπειν nonnumquam eſt *uſque ad viæ finem comitari*, ſiquidem ea brevis ſit, ut *in deducendo in forum*, vel *inde domum:* et promiſcue ponuntur vel Scriptorum uſu vel deſcriptorum errore: v. c. apud Dionem Chryſoſt. Orat. LXXVIII. p. 659. D : ἐπὶ νίκῃ παραπεμπόμενον ὑπὸ πλειόνων ἢ ὁπόσοι προπέμπουσι τὰς νυμφίους, recte habet, *majore comitatu ſtipatum, quam numerus eſt eorum, qui ſponſos domum dedu-*

cunt. De re ipsa monet Plutarchus proximo libro, hac pagina 37. E: εὐμενῆ καὶ οἰκεῖον ἥκειν ἐπὶ φιλοσοφίαν. Strabo I. p. 28. B. Eratosthenem reprehendens: Ποιητὴν γὰρ ἔφη πάντα σοχάζεσθαι ψυχαγωγίας, οὐ διδασκαλίας· τἀναντίον δ' οἱ παλαιοὶ φιλοσοφίαν τινὰ λέγεσι πρώτην τὴν ποιητικὴν εἰσάγουσαν εἰς τὸν βίον ἡμᾶς ἐκ νέων, καὶ διδάσκουσαν ἤθη καὶ πάθη καὶ πράξεις, μεθ' ἡδονῆς. Οἱ δὲ ἡμέτεροι καὶ μόνον ποιητὴν ἔφασαν εἶναι τὸν σοφόν. διὰ τοῦτο καὶ τοὺς παῖδας αἱ τῶν Ἑλλήνων πόλεις πρώτιστα διὰ τῆς ποιητικῆς παιδεύουσιν, οὐ ψυχαγωγίας χάριν δήπουθεν ψιλῆς, ἀλλὰ σωφρονισμοῦ· ὅπερ καὶ οἱ μουσικοὶ ψάλλειν καὶ αὐλίζειν (leg. αὐλεῖν) καὶ λυρίζειν διδάσκοντες μεταποιοῦνται τῆς ἀρετῆς ταύτης—. Præter ea, quæ diximus ad p. 36. E, adhibeatur Plato in Protagora p. 199. F. et seq.

DANIELIS WYTTENBACHII

ANIMADVERSIONES

IN PLUTARCHI LIBRUM

DE RECTA AUDIENDI RATIONE.

P. 37. C. ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΑΚΟΥΕΙΝ.] Quod in Lampriæ Catalogo additur ΤΩΝ ΦΙΛΟΣΟΦΩΝ, probandum eſt hactenus, quatenus diſerte ſignificat libri argumentum, quod non eſt de *audiendo* univerſe, ſed *de audiendis philoſophorum ſcholis, iis nimirum, quæ ad moralem doctrinam* παραινετικὴν *pertinent.* An illud τῶν φιλοσόφων ab ipſo ſit Plutarcho, dubitari poteſt; ſiquidem hic in ipſo libro ejus argumentum ſimpliciter verbo ἀκούειν, vel ἀκροᾶσθαι appellat: veluti in ipſo principio, σχολὴν περὶ τοῦ ἀκούειν, tum p. 38. D. E. 39. B. E. 43. E. 44. C. 45. D. 46. B. C. 48. D: et vocabulis ἀκροᾶσθαι, ἀκροατὴς, ἀκρόασις, p. 38. C. D. F. 39. D. 40. A. C. D. 41. B. C. D. E. 42. E. 43. A. B. D. F. 44. A. C. E. 45. B. C. E. F. 48. C. D. Et ſimplex ἀκούειν dicitur de diſcipulis, qui magiſtris, præſertim in philoſophia, operam dant, item compoſitum διακούειν, ſed utrumque non niſi addito Genitivo magiſtri vel docentis. Eadem eſt ratio apud Latinos vocabulorum *audiendi* et *auditoris*; niſi forte illud ſimpliciter poſitum ſit in loco Buteonis apud Senecam Rhet. Controv. V. 32. p. 209: *ubi ſtuduiſti? ubi audiſti?* quo loco non ſollicitandum erat

ſtuduiſti, quippe quod apud illius ætatis ſcriptores ſimpliciter dicitur ſine Dativo rei pro *literis vel philoſophiæ ſtudere*. Potuit igitur Plutarchus, qui per totum hunc librum ἀκούειν frequenter dixiſſet ſubaudiendo illo τῶν φιλοσόφων, item titulum inſcribere ſimpliciter περὶ τοῦ ἀκούειν: et potuit Lamprias, ſeu quiſquis fuit illius Catalogi confector, τῶν φιλοσόφων addere, quo diſertius hunc librum diſtingueret ab antecedente, qui eſt περὶ τοῦ πῶς δεῖ τὸν νέον τῶν ποιημάτων ἀκούειν: et idem ille, quum ſemel ſe ad corrigendum titulum dediſſet, debebat eum, ad antecedentis libri exemplum, pleniorem etiam ita efferre, περὶ τοῦ πῶς δεῖ τὸν νέον τῶν φιλοσόφων ἀκούειν. Nam et ſcriptus eſt liber ad νέον recens e pueritia egreſſum, et hi, quorum ad uſus hæc monita præceptaque referuntur, dicuntur νέοι, p. 37. C. 38. A. C. D. E. 39. B. 42. B. C. 46. D.

Cæterum, quod ſupra ad librum *De Legendis Poetis* diximus, quiſquis illi libro hunc de *Audiendis Philoſophis* deinceps ſubjunxit, hic rationem argumenti et morem antiquitatis ſecutus eſt. Lectio poetarum eſt pars inſtitutionis puerilis: ætas puerilis degebatur ſub pædagogo: ultimo tempore illius ætatis puer dicebatur ἔφηβος: qua finita, fiebat vir, certe virilem veſtitum habitumque aſſumebat, e pædagogi imperio exibat, liberiuſque, quamquam ſub parentum imperio, degebat, ſuoque arbitratu aliquod ſtudium ſectabatur. Plane, ut apud Terentium Andr. I. 1. 24. Simo pater de filio ſuo Pamphilo narrat:

Nam is poſtquam exceſſit ex ephebis, Soſia, ac
Libera vivendi fuit poteſtas, (nam antea
Qui ſcire poſſes, aut ingenium noſcere,
Dum eum ætas, metus, magiſter cohibebant?)—
Quod plerique omnes faciunt aduleſcentuli,
Ut animum ad aliquod ſtudium adjungant, aut equos
Alere, aut canes ad venandum, aut ad philoſophos:
Horum ille nihil egregie præter cætera—.
Studebat, et tamen omnia hæc mediocriter.

Et Iſocrates, eruditiſſimo Lindenbrogio non prætermiſſus, vetus Athenienſium fuiſſe inſtitutum prodit, quo pauperiores ad agriculturam et mercaturam, ditiores ad rem

equeſtrem, gymnaſticam, venaticam, vel ad philoſophiam, ſe applicarent: Areopagitica T. II. p. 124. edit. Augerianæ: Τοὺς δὲ βίον ἱκανὸν κεκτημένους, περί τε ἱππικὴν, καὶ τὰ γυμνάσια, καὶ τὰ κυνηγέσια, καὶ τὴν φιλοσοφίαν, ἠνάγκασαν διατρίβειν· ὁρῶντες ἐκ τούτων τοὺς μὲν διαφέροντας γιγνομένους, τὲς δὲ τῶν πλείσων κακῶν ἀποχομένους.

Pertinet eodem Horatii notatio morum in diverſis ætatibus Art. Poet. 161:

Imberbis juvenis, tandem cuſtode remoto,
Gaudet equis canibuſque et aprici gramine campi:
Cereus in vitium flecti, monitoribus aſper,
Utilium tardus proviſor, prodigus æris,
Sublimis cupiduſque et amata relinquere pernix.

Horum ætatem, ut feracem cupiditatum, diligentiſſima diſciplina coercendam eſſe, Lycurgi exemplo oſtendit Xenophon in Rep. Lacedæmoniorum Cap. III. p. 678. E: et Areopagi quondam vigente et inſtauranda auctoritate confirmat Iſocrates in Areopagitica p. 253. et 255. Jamblichus Vit. Pythag. 202. et ſeq. ex Ariſtoxeno, ut videtur. Hæ philoſophorum ſcholæ vero virtutis fructu carebant: vel docentium culpa, qui magis Sophiſtarum more eloquentiæ laudem conſectarentur, et orationes ad oſtentationem, ἐπιδείξεις, adferrent, quam proprio philoſophiæ munere ad animi morumque emendationem fungerentur, ad idque orationem diſputationemque, λόγον vel διάλεξιν, referrent: vel audientium vitio, qui magis ſapientiæ opinionem, quam cognitionis virtutiſque progreſſum quærerent. Igitur, ut *dicendi*, ita et *audiendi recta eſt ratio*, vulgo illa neglecta; quam huic libro argumentum fecit Plutarchus. De ſophiſtis illa ætate, nam de veteribus Socratis æqualibus hic non loquimur, philoſophantibus, et de philoſophis ſophiſticen factitantibus, legendi ſunt in primis Philoſtratus et Eunapius, tum Themiſtius Oratione XXI. XXIII. XXV. XXIX: ac Syneſius in Dione. Maxime autem ad hunc Plutarchi librum accommodate de vero auditionis philoſophæ fructu, certiſque ejus fructus ſignis, operæ pretium et legere et relegere egregias

admonitiones, Epicteti Differt. III. 23: Muſonii apud Gellium V. 1: Attali apud Senecam Epiſt. CVIII.

37. C. σχολὴν] Notavimus ad p. 15. A. Vocabulum ſubinde ita uſurpatur a Græcis et Latinis, ut ſignificet diſſertationem vel diſputationem continua oratione in ſchola a philoſopho habitam ſive dicendo, ſive legendo, ſive poſtea conſcriptam: quod exemplis declaravit J. Daviſius ad Ciceronis Tuſc. I. 4. et ante eum P. Victorius Caſtigat. in Ciceron. p. 287. edit. Gryph. Apud Plutarchum item bis ita accipiendum Opp. Mor. p. 790. D. et 796. C.

37. C. ὦ Νίκανδρε] In ſodalibus filiorum Plutarchi memoratur Nicander, Euthydami filius, in libro De Solert. Animal. p. 965. C: et Nicander Delphis ἱερεὺς, De EI, p. 386. B: et Delphis προφήτης, De Defectu Orac. p. 438: quæ forte omnia ad eumdem hunc pertinent Nicandrum.

37. C. ἀπέσχαλκα] *Mitto* reddunt interpretes: recte ſane, ad vim ſententiæ; ad conſuetudinem Græcæ Latinæque linguæ, poterat vel Præſens vel Præteritum poni. Hoc quidem eſt in ſimili argumento ſcholæ *De Capienda ex Inimicis Utilitate* conſcribenda et amico inſcribenda: ἄπεχε οὖν εἰς τοῦτο πρῴην εἰπεῖν μοι παρέχη, συναγαγὼν ὁμῶ τι τοῖς αὐτοῖς ὀνόμασιν ἀπέσχαλκά σοι. In tali uſu, *Rationem Temporum poſtulare Præteritum in Latinis quidem*, tradit gravis auctor J. A. Erneſtus Init. Rhetoric. §. 285. *in Epiſtolis cum ſermo eſt de rebus tranſituris, antequam eæ reddantur:* quæ lex quamquam univerſe in majorem partem valet, multas tamen habet exceptiones apud ipſum adeo Ciceronem: veluti, Præſens ponitur Ep. Diverſ. I. 7. 27. IX. 16. 2. Futurum VI. 14. 3. IX. 15. XII. 18. Perfectum cum Præſente XI. 8. Cœlii VIII. 9. 5: 10. 8: 16. 2. Planci X. 15. 21. 6—8. Et ipſa rerum natura fert, ut in Epiſtolis, prouti in Orationibus, tria Tempora locum habeant, in principio Futurum, *ſcribam:* in medio Præſens, *ſcribo:* in fine Præteritum, *ſcripſi.* Sed viam naturæ migrat conſuetudo in primis hac in parte, ut frequenter Præteritum in principio ponat: atque ita eſt in illis Plutarchi locis, et aliis his Opp. Mor. p. 102. A. 243. A. 645. C. 1086. C. Vita-

rum p. 279. A. Sed et Præſens eadem poteſtate ponitur, Opp. Mor. p. 138. C. 478. B. 686. E. 743. B. 854. E. Et Futurum, Opp. Mor. p. 568. B. 660. C. 1012. B. Vit. 889. C. Præſens cum Futuro Vit. p. 664. E. 847. A. Et vero in Epiſtolis Græcorum eamdem varietatem animadvertere licet.

37. C. τὸ ἀνδρεῖον ἀπειληφὼς ἱμάτιον] Latini interpretes Xylander et Cruſerius vertunt *ſumta virili toga*, nimis ad Romanum morem; ſiquidem hic Nicander fuit Græcus. Veſtis interior *tunica*, χιτών: exterior Romanis *toga*, pueris *puerilis*, viris *virilis*: Græcis exterior ἱμάτιον, *pallium*, viris τρίβων, aliaque; pueris χλαμὺς, quæ etiam fuit et magiſtratuum et militum. Pueris quidem grandioribus, id eſt, *ephebis*, ita erat propria, ut ἱματίῳ, *virili veſti*, opponeretur. Plutarchus in Amatorio p. 752. F. 754. F. 755. A: Pollux X. 164. vel ſoli ſatis de hac re habent auctoritatis: addatur tamen et Hemſterhuſii animadverſio ad Pollucem l. c. et J. Kuhnii ad eumdem VII. 46. et H. Valeſii ad Mauſſaci Notas in Harpocrat. p. 127. Et Romanorum togam virilem Plutarchus in Bruto p. 990. C. τὸ ἀνδρεῖον ἱμάτιον vocat. Eadem his dicta *toga libera*, dataque pueris feſto Bacchi Liberalium, cujus rei cauſſas quærens Ovidius Faſt. III. 778. hanc etiam ponit: *Sive, quod es Liber, veſtis quoque libera per te Sumitur et vitæ liberioris iter:* ubi et hunc Plutarchi locum adhibuit Car. Neapolis. In ἀπειληφὼς attendenda eſt vis præpoſitionis ἀπὸ, quæ verbo λαμβάνω plerumque addit ſignificationem *recipiendi*, ſæpe etiam alias ſignificationes, in his *accipiendi ſuo tempore tamquam juſtum ac debitum*, quæ exſtat apud Plutarchum Opp. Mor. p. 130. E. 551. A. 659. B. 701. F. 797. D. ubi nulla vis iterandi cernitur. Idem valet aliis in verbis ἀπέχειν, *accepiſſe*, ἀποδιδόναι, *tribuere*, et ſimilibus: et in Latinis, veluti, Horatio Art. Poet. 146. —*reditum Diomedis*, non de reditu in patriam cogitandum, ſed domicilio capto in peregrina terra, ut item ſæpe νόστος dicitur: apud eumdem ibidem 329. *redit uncia* eſt de nova uncia addita, non de vetere ablata. Ciceronis illud Ep. Diverſ. V. 12, *Cujus ſtudium in legendo non erectum Themiſtoclis*

fuga redituque retinetur? eamdem rationem habet, ut reditu ſignificetur non reditus in patriam, ſed de adeptione lautæ ſedis ſtationiſque extra patriam. Similem vim præpoſitionis in verbo *reſciſcere* notat Gellius II. 19.— Hoc Plutarchi loco unus codex C habet ἀνειληφὼς, frequentiſſima apud Scriptores conſuetudine inductus, qua ἀναλαμβάνειν *veſtem* dicitur *eam induere:* ita l. c. Plutarchi Bruto p. 990. C: οἱ δ' ἄλλοι πρὸς Κάσσιον ἀθροισθέντες τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸ καλούμενον ἀνδρεῖον ἱμάτιον ἀναλαμβάνοντα κατῆγον εἰς ἀγοράν: ubi non eſt, quare vulgatum mutemus. Opp. Mor. p. 119. B. 184. E. 186. C. 304. D. 382. C. 543. C. 608. F. 620. C. 693. C. 770. B. 813. D. Vitarum p. 139. E. 332. B. 418. B. 638. E. 711. F. 914. D. 961. E. 990. C. 1012. D.

37. C. τὰς ἐπιθυμίας, ὥσπερ ἐκ δεσμῶν λυθείσας] Toupius Longinum hoc imitatum exiſtimat De Sublim. in fine p. 102. —ἀφεθεῖσαν τὸ σύνολον, ὡς ἐξ εἱρκτῆς ἄφετοι, κατὰ τῶν πλησίον αἰ πλεονεξίαι κἂν ἐπικλύσειαν τοῖς κακοῖς τὴν οἰκουμένην. Fuit ſane Longinus ſtudioſus Plutarchi, et hujus ſunt ſimiles loci ex eadem comparatione ducti: v. c. De Sanitate Tuenda p. 131. D: ἂν δὲ ὥσπερ ἐκ δεσμῶν λελυμένῃ χαλεπὸν ᾖ χρῆσθαι καὶ φιλονεικεῖν πρὸς γαστέρα—. Arato p. 1038. B: ὥσπερ ἐξ εἱρκτῆς λελυμένῃ τῇ δυνάμει τῶν Ἀχαιῶν ἐφ' ὅ, τι βούλοιτο χρώμενος.

37. D. Ἡρόδοτος] I. 8. ubi P. Weſſelingius alios hoc dicto uſos Scriptores annotat: in his et Plutarchum et hoc loco, et in Præceptis Conjug. p. 139. C. Fortaſſe ſententiæ origo eſt in illo Theanus Pythagoricæ præcepto, prodito apud Diogenem Laert. VIII. 43: τῇ δὲ πρὸς τὸν ἴδιον ἄνδρα μελλούσῃ πορεύεσθαι παρήνει, ἅμα τοῖς ἐνδύμασι καὶ τὴν αἰσχύνην ἀποτίθεσθαι, ἀνισαμένην δὲ πάλιν ἅμα αὐτοῖσιν ἀναλαμβάνειν. Ita juvenes plerique cum prætexta deponunt pudorem: atque huc ſpectat Propertius III. 13. 3: *Ut mihi prætextæ pudor exvelatus amictu, Et data libertas noſcere Amoris iter:* in quo illud *exvelatus*, quod eſt ex Joſ. Scaligeri emendatione, retentum ab J. Broukhuſio, præferam vulgato *eſt velatus*, et aliorum correctionibus quamvis acutis a P. Burmanno Sec. memoratis, Guyeti *eſt cla-*

tus, et Heinſii eſt *ablatus:* ſiquidem factum videtur e Græco ἐκκαλύπτεσθαι.

37. D. ἔπεσθαι θεῷ καὶ παίθεσθαι λόγῳ] Satis hoc placitum nobis interpretati eſſe videmur in Animadverſionibus ad libellum De Sera Num. Vind. p. 28. editionis prioris, hujus p. 550. D.

37. D. τὴν εἰς ἄνδρας ἐκ παίδων ἀγωγὴν,] Hæc dictio neſcio quid novitatis ac ſuſpicionis mihi ſemper objecit; ut nonnumquam προαγωγὴν, vel ἀλλαγὴν, vel ſimile quid ſubſtituere tentarem. Sed quum omnes eam libri ſervent, nil mutandum duco: et licet non ejuſdem formæ exempla nobis adſint, tamen non deeſt ratio et ſimilitudo, quibus eam tueamur. Ac primum conſtat ἀγωγὴν eſſe *educationem*, hujuſque partem haberi eam, *qua puer ad virilem ætatem ducitur*. Cumque dictio hæc ſit conjunctio ex duabus ſingularibus dictionibus, altera ἡ εἰς ἄνδρας ἀγωγὴ, altera ἡ ἐκ παίδων ἀγωγή: ſingularum non diſſimilia exſtant exempla. Nam ἡ εἴς τι ἀγωγὴ eſt apud Thucydidem V. 85. ἡ ἐς τοὺς ὀλίγους ἀγωγὴ, *inductio in paucos*, quum Melii legatos Athenienſium non in concionem, ſed ad magiſtratus, dicturos introduxiſſent. Propius etiam accedit illud Ariſtotelis Top. VII. 2: ἡ γένεσις ἀγωγὴ εἰς οὐσίαν, *generatio eſt productio ad eſſe*. Et ἡ ἐκ παίδων ἀγωγὴ, *educatio puerilis inde ab initio puerilis ætatis*, eſt apud Polybium I. 81. VI. 2. edit. Schweighauſ. T. II. p. 456: Euſebium Præp. Evang. II. p. 74. C: τὴν συνήθη καὶ σύντροφον ἐκ παίδων ἀγωγὴν τιμώμενοι. Utrumque alio verbo in unam dictionem conjunxit Plutarchus Ageſilao p. 615. E: ἄνθρωποι παριόντες εἰς ἄνδρας ἐκ παίδων: eoſdemque altero tantum nomine dixit, Theſeo p. 2. E. τοὺς μεταβαίνοντας ἐκ παίδων.

37. E. Μόνοι γὰρ ἃ δεῖ βούλεσθαι μαθόντες—] De hoc præcepto monui ad p. 33. E.

37. E. Ἐπεὶ δὲ ὥσπερ—περιίδησι κόσμον.] Deeſt ſua ſententiæ apodoſis et abſolutio. *Quoniam vero, prouti—ſic opportebat—:* nam *uti* et *ſic* ſibi reſpondent: *quoniam* nil habet, quod ei reſpondeat. Et tamen ita verterunt Cruſerius et Amyotus: Xylander aliquanto melius, qui δὲ illud a quo hæc difficultas oritur, omiſit vertendo. Nunc ipſa

quidem ſibi ſententia conſtat: nec tamen apparet, quomodo cum antecedente et ſequente loco nexa ſit, et ad utram harum ipſa potiſſimum referri debeat. Ad ſequentem referri nequit; quis enim hic fuerit nexus? *prouti in civitate cum legibus, ita in vitæ inſtitutione cum philoſophia debemus mature familiaritatem contrahere. Neque puto injucundum tibi fore audire de ſenſu audiendi*—. Ergo hæc poſterior ſententia continet initium novæ partis in hac diſputatione: et prior cum antecedente nectenda eſt hujuſmodi fere intelligendi ratione —*Tu, qui ſæpe audiviſti, Deum ſequi idem eſſe ac rationi obedire, (eoque audiendo jam aliquod philoſophiæ præceptum cognoviſti,) exiſtimare debes, ingreſſum e pueritia in virilem ætatem non eſſe imperantis abjectionem, ſed permutationem. Nam prouti in civitate legibus, ita in vitæ ratione inſtituenda præceptis philoſophiæ debemus a teneris adſueſcere*—. Particula Ἐπεὶ in principio ſententiæ poſita varias habet poteſtates nondum ſatis explicitas, in primis apud Plutarchum: quod et Vigerius in libro De Idiotiſmis p. 392. ad eumque Hoogeveenius, animadvertit, et hic paulo uberius explicuit in opere de Particulis p. 395. ſeq. et utiliſſimam ſane Græcæ Linguæ ſtudioſis operam navavit, tamen in argumento tam late patente neceſſe fuit, ut hominem quamvis doctum ac diligentem multa etiam animadvertenda effugerent. Nos de aliis in hujus particulæ uſu rationibus Plutarcheis, alibi ſubinde dicemus, nunc quod ad hunc locum attinet, vertimus eam *Nam*; poteramus etiam *Quamquām*, *Atqui*, *Cæterum*, ac ſimilibus vocabulis, per quæ in principio poſita progreſſus ſententiæ ad ſequentia expeditur et cum antecedentibus nectitur. Et in his uſurpandi rationibus aliam vim habet Ἐπεὶ δὲ, ſed alienam a præſente loco, de qua alibi dicemus: aliam ſimplex Ἐπεὶ, ut hic legendum eſſe exiſtimamus. Igitur ſic eſt Opp. Mor. p. 88. A: Ἐπεὶ καὶ τοῦτο τῆς κακίας ἴδιόν ἐστι, τὸ τοὺς ἐχθροὺς αἰσχύνεσθαι μᾶλλον ἢ τοὺς φίλους—, *Nam et hoc vitii proprium eſt, inimicos magis verecundari quam amicos.* p. 147. A: ἐπεὶ σοῦ τε καὶ τὰ ἄλλα θαυμάζει, καὶ τῆς πυραμίδος τὴν μέτρησιν—, *Nam in te* (Thalete) *cum alia miratur, tum dimenſionem pyramidis.* 421.

D: ἐπεὶ καὶ Σολύμους πυνθάνομαι—τιμᾶν τὸν Κρόνον, *Nam et Solymos audio colere Saturnum.* 599. A: ἐπεὶ πάρεισί γε πολλοὶ—, *Nam multi quidem adsunt.* 684. D. 709. D. 723. C. 996. E. Vitarum p. 24. D: Ἐπεὶ καὶ πόλεως τύχην ὥσπερ ἀνθρώπου κύριον ἔχειν οἴονται χρόνον, *Nam putant Ægyptii ut ad hominis ita ad urbis fortunam valere tempus nascendi.* Cruserius vertit *Siquidem*, non male: cætera perperam: porro, ne locos ipsis verbis apponamus, videantur, p. 40. A. 389. E. 401. B. 539. A. 850. A. 1048. C. Aristidi restituendum T. II. p. 317: ἐπεὶ φέρε δὴ πρὸς αὐτοῦ τοῦ φιλίου Διὸς, ἐπεὶ καὶ Πλάτων τό γ' ἀληθὲς ἁπανταχοῦ τιμᾷ—: prius ἐπεὶ perperam in εἰπεῖν mutatum, fini antecedentis enunciationis adhæsit—.

37. F. τὰ ἐπιβάλλοντα—] Xylander, *quæ suarum sunt partium*, melius, quam Cruserius, *onera publica:* ita enim dicuntur uno nomine et *officia* et *fructus*, non tantum *onera*, sed et *utilitates*. Plutarchus De Stoic. Repugn. p. 1034. D. ex Cleanthe, ἐπιτελεῖν τὰ ἐπιβάλλοντα, *efficere officia*, id est, ea quæ efficienda sunt: p. 1037. B. e Chrysippo, οὐ δεῖ τῇ τοῦ λόγου δυνάμει πρὸς τὰ μὴ ἐπιβάλλοντα χρῆσθαι, *non oportere rationis facultate ad ea uti, quæ non facienda sunt:* ex eodem p. 1047. A. et Adv. Stoic. p. 1064. E. Verbum Impersonale ἐπιβάλλει idem Chrysippus p. 1036. A. ἐπιβάλλει τοῦτο ποιεῖν, *convenit illud facere*: et p. 1064. E: cui ipse Plutarchus illa reprehendens subjicit, ἐπιβάλλει τὰ ἐπιβάλλοντα ποιεῖν. Porphyrius De Abstinentia IV. 18. p. 362: οὐ δήπου τοσοῦτον ἄν τις μανείη, ὡς μὴ πᾶσιν ἐπιβάλλειν ἡγεῖσθαι σπουδαίοις εἶναι προθυμεῖσθαι, *nemo ita insaniat, ut putet, non omnibus officium esse operam dare, ut probi sint.* Est præcipue Stoicis frequens: inde apud M. Antoninum V. 15. VII. 7. ubi plura attulit Th. Gatakerus: et apud Epictetum, ut in Indice notavit J. Uptonus. Antipater apud Stobæum Serm. LXV. p. 417: πᾶν τὸ τῇ φύσει ἐπιβάλλον σπεύδοντες ἐπιτελεῖν, *operam dantes efficiundo omni naturæ officio.* Dion Chrys. Or. XLVI. p. 519. C: οὐδέπω μὲν καὶ νῦν τὸ ἐπιβάλλον αὐτῷ μέρος τῶν χρεῶν διαλέλυμαι, *nondum etiam ratam meam debitorum partem solvi.* Or. LXIV. p. 599. D: θησαυροὶ μὲν ἐς ἀνθρώπους (forte εἰσὶν ἀνθρώποις) οὗτοι παρὰ

θείοις (l. θεοῖς)· ταμιεύει δὲ αὐτοὺς πρὸς τὸ ἐπιβάλλον ἡ τύχη καὶ ῥήτορι, καὶ στρατηγῷ, καὶ πένητι, καὶ πλουσίῳ, καὶ πρεσβύτῃ, *thesauri quidem hi sunt hominibus apud Deos: depromit autem inde fortuna pro rata parte et oratori, et imperatori, et pauperi, et diviti, et seni.* Aristides T. I. p. 565: τὸ ἐπιβάλλον ἐφ' ὑμᾶς μέρος, *pars vobis obtingens, debita.* T. II. p. 103. 294. 419. Diogenianus De Fato, apud Eusebium Præp. Evang. VI. 8. p. 263. D: τὸ χρεὼν εἱμαρμένην καὶ καθῆκον κατὰ τὴν εἱμαρμένην, *fatum appellatum esse ratam ac debitam partem ex naturæ necessitate.* Plura etiam congessit docta diligentia Gatakeri ad M. Antonin. p. 209: Uptoni in Indice Epicteti: interpretum N. T. ad Luc. XV. 12. inprimis Wetstenii et Raphelii: et ad Diodorum Sic. Wesselingii T. I. p. 4.

37. F. ἐν φιλοσοφίᾳ παρατρεφόμενον] *Obiter nutritum*, non ex instituto, sed quantum ejus in puerili institutione per oblatam occasionem subinde delibari potest. Plutarchus in Conjug. Præceptis, ad Pollianum et Eurydicen conjuges recens pueritiam egressos p. 138. C: ὧν οὖν ἀκηκόατε πολλάκις ἐν φιλοσοφίᾳ παρατρεφόμενοι, κεφάλαια συντάξας—κοινὸν ἀμφοτέροις πέμπω δῶρον. Aliud est παρατρέφεταί τί τινι, Catone Min. p. 761. D: ἤσκει δὲ καὶ τὸν ὀργανικὸν εἰς πλήθη λόγον, ἀξιῶν ὥσπερ ἐν πόλει μεγάλῃ τῇ πολιτικῇ φιλοσοφίᾳ καὶ μάχιμον εἶναί τι παρατρεφόμενον, *exercebat vero etiam tamquam instrumentum popularem dicendi facultatem, existimans in civili philosophia, tamquam magna civitate, debere adnutriri partem aliquam pugnacem.* Convenit hoc in eam significationem, quam supra attigimus ad p. 13. C.

37. F. περὶ τῆς ἀκουστικῆς αἰσθήσεως, ἣν ὁ Θεόφραστος παθητικωτάτην εἶναί φησι πασῶν—] Non exstat, quod sciam, in iis, quæ supersunt, Theophrasti libris, nec in eo, qui perperam ex Heinsiana editione omissus est, περὶ αἰσθήσεως. In Aristotelis Problem. VII. 5. XIX. 27. 29. sunt quædam similia, quæ forte Theophrasto caussam præbuerint hujus quæstionis accuratius tractandæ, sive in libris προβλημάτων, sive in pleniore περὶ αἰσθήσεως, sive in alio perdito. Illud nunc operæ pretium est ostendere, verisimile esse magnam partem proximi loci, Οὔτε γὰρ ὁρατὸν οὐδὲν—προσπεσόντων, et

forte ulterius etiam, Theophraſto tribui debere. Atque in hanc nos ſententiam ducit cum totius ratio loci, tum obſervatio particulæ γάρ: cujus varii ſunt et multiplices uſus, et in his unus minime vulgo animadverſus is, ut principio orationis aliunde memoratæ adjungatur. Ejuſque uſus ignoratio ſubinde cauſſa exſtitit, ut oratio aliena non agnoſceretur, verbaque citati pro verbis citantis acciperentur. Res exemplis eſt declaranda. Inſpiciatur p. 43. A, B. Itidem citatur a Plutarcho dictum Theophraſti, Opp. Mor. De Oraculorum Defectu p. 420. C: ὀρθῶς μοι δοκεῖ Θεόφραστος ἀποφήνασθαι· τί γὰρ κωλύει φωνὴν δέξασθαι σεμνὴν καὶ φιλοσοφωτάτην· καὶ γὰρ ἀθετεμένη πολλὰ τῶν ἐνδεχομένων, ἀποδειχθῆναι δὲ μὴ δυναμένων, ἀναιρεῖ, ἢ τιθεμένη πολλὰ συνεφέλκεται τῶν ἀδυνάτων καὶ ἀνυπάρκτων: hujus loci ea parte, quæ eſt ab ἀθετεμένη ad finem, contineri ipſam Theophraſti ſententiam, cum aliunde intelligitur, tum inde quod eo poſito locus perſpicuus, negato obſcurus eſt. Eſt vero hac uſurpatione γὰρ inſtar ὅτι, habetque vim explicandi. Sic Apophth. Lac. p. 227. E: περὶ Γοργοῦς ἱστορεῖται τῆς Λεωνίδα γυναικὸς τοιοῦτον· εἰπούσης γάρ τινος, ὡς ἔοικεν, ξένης, πρὸς αὐτὴν, ὡς μόναι τῶν ἀνδρῶν ἄρχετε ὑμεῖς αἱ Λάκαιναι, ἀπεκρίνατο, Μόναι γὰρ ἡμεῖς ἄνδρας τίκτομεν: quis non videt εἰπούσης γὰρ valere idem, quod εἰπούσης ὅτι—. Sympoſ. III. p. 652. A: διείλεκται δὲ καὶ Ἐπίκουρος ἐν τῷ Συμποσίῳ πολλοὺς λόγους, ὧν τὸ κεφάλαιόν ἐστιν, ὡς ἐγῷμαι, τοιόνδε· φησὶ γὰρ οὐκ εἶναι θερμὸν αὐτοτελῶς τὸν οἶνον—. Ariſtide p. 334. F: Κρατερὸς δ' ὁ Μακεδὼν τοιαῦτά τινα περὶ τῆς τελευτῆς τοῦ ἀνδρὸς εἴρηκε· μετὰ γὰρ τὴν τοῦ Θεμιστοκλέους φυγὴν φησὶν ὥσπερ ἐξυβρίσαντα τὸν δῆμον ἀναφῦσαι πλῆθος συκοφαντῶν—. Atque adeo item locutus eſt Homerus Iliad. Θ. 147: Diomedem inducens, Ἀλλὰ τόδ' αἰνὸν ἄχος καρδίην καὶ θυμὸν ἱκάνει· Ἕκτωρ γάρ ποτε φήσει ἐνὶ Τρώεσσ' ἀγορεύων, Τυδείδης ὑπ' ἐμεῖο φοβεύμενος ἴκετο νῆας· eſt enim illud Ἕκτωρ γάρ ποτε φήσει pro ὅτι Ἕκτωρ ποτὲ φήσει, *quod Hector aliquando dicet*. Ariſtophanes Pluto 262: Οὐκοῦν πάλαι δήπου λέγω, σὺ δ' αὐτὸς οὐκ ἀκούεις· Ὁ δεσπότης γάρ φησιν, ὑμᾶς ἡδέως ἅπαντας Ψυχροῦ βίου καὶ δυσκόλου ζῆσειν ἀπαλλαγέντας. Plato Epinomide p. 700. F: ἆρα μέμνησθε; ἢ πάντως που τοῦτόγε; ὃ γὰρ ἄμεινον καὶ παλαιότερον καὶ θειοτέρου, πιθανὸν ὅτι τοῦ

χάρονος ἢ νεωτέρᾳ καὶ ἀτιμοτέρᾳ παντὶ τε ἄρχον ἀρχομένου πρεσβύτερον—· hic item ὃ γὰρ ἄμεινον positum est pro ὅτι τὸ ἄμεινον: *an meminisse? certe hoc quidem: probabile esse, rem meliorem, antiquiorem, Deo similiorem, deteriore, juniore, contemtiore, et ubique ducentem ducta antiquiorem esse.* Epicurus apud Diogenem Laert. X. 72: καὶ μὴν καὶ τόδε γε δεῖ προσκατανοῆσαι σφοδρῶς· τὸν γὰρ δὴ χρόνον οὐ ζητητέον κ.τ.λ. *Atqui et hoc præterea oportet observare: tempus non quærendum esse.* Nec Pseudo-Plutarchus is libelli De Nobilitate compilator hanc rationem ignoravit §. 19. Anecdot. Gr. Wolf. IV. p. 259: δέον ταύτην τὴν μαρτυρίαν ὡς ἀληθεστάτην προφέρεσθαι· ἅπαντες γὰρ ἡμεῖς οἱ θνητοὶ ὑπὸ θεῶν τυγχάνομεν γενόμενοι, *quippe oportebat hoc testimonium ut certissimum proferre, quod nos omnes mortales a Diis prognati sumus.* Et Latini scriptores hoc secuti sunt genus. Terentius Heaut. Prolog. 16. *Sed hic actor tantum poterit a facundia, Quantum ille potuit cogitare commode, Qui orationem hanc scripsit, quam dicturus sum. Nam quod rumores distulerunt malevoli, Multas contaminasse Græcas, dum facit Paucas Latinas: factum hic esse id non negat:*— hoc loco particula *Nam* orditur orationem Terentii, quam hic actori recitandam mandaverat. Simile est apud Senecam Quæst. Nat. II. 15: *Quidam ex nostris existimant, aerem, cum in ignem et aquam mutabilis sit, non trahere aliunde causas flammarum novas: ipse enim se movendo accendit*—, causa redditur conversione constructionis ex obliqua in rectam, posito *enim* pro *idcirca quia* vel *propterea quod:* quam figuram attigimus in Animadversionibus ad librum De Sera Num. Vind. p. 126, hujus editionis p. 567. F.

p. 38. A. Ἐξὶ δὲ λογικωτέρα μᾶλλον ἢ παθητικωτέρα.] Redundantia duplex: prima in duplici Comparativo: altera in addito μᾶλλον. Singulares redundantiæ non sunt infrequentes: veluti illa duplicis Comparativi, apud Plutarchum Opp. Mor. p. 83. F: σκληρότεροι ἢ μαλακώτεροι, καὶ βραδύτεροι ἢ προπετέστεροι. 747. B: προθυμότερον ἢ μεσικώτερον. 749. A: προθυμότερον ἢ κάλλιον. 1115. B: φιλονεικότερον ἢ φιλοσοφώτερον. Vitarum p. 347. F. 384. D. 566. C. 763. A: Platonem Leg. IV. p. 596. B. Et simplici Comparativo

μᾶλλον nonnumquam additur, a Plutarcho Opp. Mor. p. 241. F. 958. C: Platone Leg. IV. p. 601. G. et aliis. Rariora ſunt, nec tamen deſunt, duplicis exempla redundantiæ: veluti apud Syneſium De Providentia p. 124. A: ἐπιεικέστερα δρῶν μᾶλλον ἢ δικαιότερα: Dionyſium Halic. De Iſocrate p. 151: ἀναγνώσεώς τε μᾶλλον οἰκειότερός ἐστιν ἢ ῥήσεως, *lectioni accommodatior quam dictioni*. Cæterum, ut redundantia in Comparativis locum habet, ita et ellipſis: de qua egimus, Bibliothec. Crit. Vol. II. P. I. p. 63. ſeq.

38. A. τῇ δ' ἀρετῇ μία λαβὴ τὰ ὦτα τῶν νέων ἐστίν.] Ductum videtur ex nobili Zenonis dicto, quod ex Apollonio Tyrio refert Diogenes Laertius VII. 24: φησὶ δ' Ἀπολλώνιος ὁ Τύριος, ἔλκοντος αὐτὸν Κράτητος τοῦ ἱματίου ἀπὸ Στίλπωνος, εἰπεῖν, Ὦ Κράτης, λαβὴ φιλοσόφων ἐστὶν ἐπιδέξιος ἡ διὰ τῶν ὤτων: fortaſſe cum Xenocrate communicatum propter ſimile hujus dictum, apud Plutarchum Opp. Mor. p. 452. D. et Diogenem Laert. IV. 8. quo *liberales et mathematicas artes* λαβὰς φιλοσοφίας vocavit. Ex eodem fonte fluxit ſententia Cleanthis memorata Plutarcho in Alcibiade p. 194. C: ὁ μὲν οὖν Κλεάνθης ἔλεγε, τὸν ἐρώμενον ὑφ' ἑαυτοῦ μὲν (ab ipſo Cleanthe) ἐκ τῶν ὤτων κρατεῖσθαι, τοῖς δ' ἀντεραστοῖς πολλὰς λαβὰς παρέχειν ἀδίκτους ἑαυτῷ (Cleanthi), τὴν γαστέρα λέγων καὶ τὰ αἰδοῖα καὶ τὸν λαιμόν. Viſui præſtare auditum momento ad ſcientiæ copiam parandam docet Iſocrates Panathen. p. 455: δυνηθείην ἂν ἐπιδεῖξαι πάντας ἀνθρώπους πλείους ἐπιστήμας ἔχοντας διὰ τῆς ἀκοῆς ἢ τῆς ὄψεως, καὶ μείζους πράξεις καὶ καλλίους εἰδότας ἃς παρ' ἑτέρων ἀκηκόασιν, ἢ ἐκείνας αἷς αὐτοὶ παραγενόμενοι τυγχάνουσιν.

38. A. Ξενοκράτης τοῖς παισὶ μᾶλλον ἢ τοῖς ἀθληταῖς ἐκέλευε περιάπτειν ἀμφώτιδας.] Adhibuit Plutarchus Symp. VII. 5. p. 706. C: οὐ γὰρ ἀμφώτιδάς γε περιθήσει τὰς Ξενοκράτες ἡμῖν, οὐδὲ ἀναστήσει μεταξὺ δειπνοῦντας, ἐὰν αἰθώμεθα λύραν ἁρμοζομένην ἢ κινούμενον αὐλόν. Uſus eſt fine auctoris nomine Clemens Alexandrinus Pædag. II. p. 168. D: ὁ θεῖος παιδαγωγὸς καὶ τὰ αὐτὰ τοῖς παλαίουσι τῶν παιδίων, ὡς μὴ τὰ ὦτα θραύοιτο αὐτῶν, τὰς σώφρονας περιτίθησι λόγους, καθάπερ ἀντάτιδας. Tegumenta aurium, ἀμφώτιδες, quibus utebantur athletæ, memorantur Polluci II. 83. X. 175. illic etiam citato Platonis

Philoſophi nomine, cujus locus nec ab interpretibus annotatus, nec mihi nunc ſuccurrit: Euſtathio ad Odyſſ. Ψ. p. 1324. Etymologo Magn. p. 93: explicuit P. Faber, Agoniſtici I. 11. fin. Pertinet eo Philoſtrati Icon. II. 21. p. 844: —δυοῖν ἀθληταῖν ὁ μὲν ξυνδέων τὸ οὖς, ὁ δ' ἀπολύων (f. ἀποδύων) λεοντῆς τὸν ὠμόν. Scholion additum in noſtris codicibus Voſſ. et C. Ἀμφώτιδές εἰσιν, ἃς ἐπιβάλλεσι τοῖς ὠσὶν διὰ τὸν ἐκ μαςίγων ψόφον οἱ ἀθληταί· videtur hominis eſſe nati exſtincto dudum apud Græcos Gymnaſticæ ſtudio: πληγαὶ quippe ſunt pugnorum et cæſtuum, non ψόφε μαςίγων.

38. B. προμνώμενος] *concilians:* non *ſuadens* aut *hortans*, quam ſignificationem vulgata Lexica ex Plutarcho adferunt, ut ſcribit H. Stephanus Theſ. L. Gr. T. II. p. 963: *conciliandi* notio tam propriam quam tralatam hanc ſignificationem, et alterum Plutarchi locum, complectitur, qui eſt in Lucullo p. 495. D: εὐθὺς εἶχε τὸν Κέθηγον ἐπαινέτην, καὶ προμνώμενον αὐτῷ Κιλικίαν: quem notavit et recte verbo *conciliandi* reddidit G. Budæus Comment. L. Gr. p. 872. Attulit aliud exemplum Dan. Scottus, Sophoclis Œd. Col. 1128.

38. B. Βίας ὁ παλαιὸς Ἀμάσιδι—] Idem factum de iiſdem tradit Plutarchus in Sapientum Convivio p. 146. E: at Proclus ex ejuſdem perdito in Heſiodum Commentario Ἔργ. 716. p. 153. edit. Heinſ. pro Biante ponit Pittacum: ut ipſe De Garrul. p. 506. C. Simile tribuitur Anacharſidi apud Diogenem Laert. I. 105: ἐρωτηθεὶς, τί ἐςὶν ἐν ἀνθρώποις ἀγαθόν τε καὶ φαῦλον; ἔφη, Γλῶσσα· ubi videatur Menagius. Spectat idem dictum Euſtathius ad Odyſ. Γ. 332. p. 1470.

38. C. —τὰ μικρὰ παιδία καταφιλοῦντες αὐτοί τε τῶν ὥτων ἅπτονται—] Genus oſculi Antiquis ſubinde memoratum, indeque celebratum recentioribus illorum interpretibus, ſeorſim tractatum Lilio Gyraldo, Dialogiſmorum IX. et poſt eum aliis, quos enumerat J. Broukhuſius ad Tibullum II. 5. 92. Antiquos ſtrictim nominat eruditiſſimus Joſ. Mercerus ad Ariſtæneti Ep. I. 24: quædam eorum loca breviter notat Anonymus ad Theocriti Idyll. V. 133. in

editione Reiſkii, qui illam notam ſcitulo epimetro de ſuo ipſe uſu auxit.

38. C. ἀβλαϛὴς διαμένει πρὸς ἀρετὴν,] Non erat, quare Reiſkium hæc dictio offenderet. Primum, ἀβλαϛὴς proba eſt vox, ut Lexica docent, et auctoritas Plutarchi eam adhibentis Opp. Mor. p. 665. A. et 912. A. Deinde Præpoſitionis πρὸς frequens eſt uſus, ut Latinæ *ad*, in ſignificando effectu: veluti dicitur *fructuoſus ad virtutem*, ſic infructuoſus et ſterilis dici poteſt. Et ſimilia ſunt apud Plutarchum: Opp. Mor. p. 922. D: πρὸς διαμονὴν ἄλογον, ϗ πρὸς θέαν ἀδύνατον, *nec permanere, nec conſpici poteſt.* 987. B: τὴν τῶν θηρίων ψυχὴν εὐφυεϛέραν εἶναι πρὸς γένεϛιν ἀρετῆϛ. 1088. B: ἀφυΐα πρὸς τὸ ἡδέως ζῆν. 1090. C: μοχθηρὰ τὰ πράγματα πρὸς βίον ἄλυπον. Vitarum p. 190. B: ἀκμάζειν πρὸς δύναμιν. 334. E: πολιτεύϛαϑαι πρὸς ἀρετήν. 577. C: ἤνϑει μάλιϛα πρὸς δόξαν. 741. F: τὴν δὲ Φωκίωνος ἀρετὴν—αἱ τύχαι τῆϛ Ἑλλάδος ἀμαυρὰν καὶ ἀλαμπῆ πρὸς δόξαν ἐποίηϛαν. Conferatur nota ad p. 100. D.

38. C. δῆλόν ἐϛι] Videatur animadverſio noſtra ad p. 14. E.

38. C. Τὰϛ γὰρ ἐφ' ἡδονὴν ὁρμὰϛ—φανείη.] Hæc e pluribus Platonis ſententiis ducta ſunt: Leg. I. p. 569. G: πᾶϛά ἐϛιν ἡ ϛκέψις περί τε τὰϛ ἡδονὰϛ καὶ τὰϛ λύπαϛ ἐν τε πόλεϛι καὶ ἐν ἰδίοις ἤϑεϛι· δύο γὰρ αὗταί γ' ἦϛαν μεϑεῖνται φύϛει ῥεῖν· ὧν ὁ μὲν ἀρυτιόμενος ὅϑεν τε δεῖ καὶ ὁπότε ϗ ὁπόϛον, εὐδαιμονεῖ καὶ πόλιϛ ὁμοίως καὶ ἰδιώτηϛ, καὶ ζῶον ἅπαν· ὁ δ' ἀνεπιϛημόνωϛ ἅμα ϗ ἐκτὸϛ τῶν καιρῶν, τἀναντία ἂν ἐκείνῳ ζῴη. VI. p. 619. D: παντὸϛ γὰρ δὴ φυτοῦ ἡ πρώτη βλάϛη καλῶϛ ὁρμηϑεῖϛα πρὸς ἀρετὴν τῆϛ αὐτοῦ φύϛεωϛ κυριωτάτη τέλοϛ ἐπιϑεῖναι τὸ πρόϛφορον τῶν τε ἄλλων φυτῶν ϗ τῶν ζώων ἡμέρων ϗ ἀγρίων, ϗ ἀνϑρώπων. Ἄνϑρωποϛ δὲ, ὥϛ φαμεν, ἥμερον· ὅμωϛ μὴν παιδείαϛ μὲν ὀρϑῆϛ τυχὼν ϗ φύϛεωϛ εὐτυχοῦϛ ϑειότατον ἡμερώτατόν τε ζῶον γίγνεϛαι φιλεῖ· μὴ ἱκανῶϛ δὲ ἢ μὴ καλῶϛ τραφὲν, ἀγριώτατον ὁπόϛα φύει γῆ· ὧν ἕνεκα οὐ δεύτερον οὐδὲ πάρεργον δεῖ τὴν παίδων τροφὴν τὸν νομοθέτην ἐᾶν γίγνεϛαι. VII. p. 635. H: de Præfecto publicæ inſtitutioni: βλέπων δὲ ἡμῖν ὀξὺ καὶ διαφερόντωϛ ἐπιμελούμενοϛ τῆϛ παίδων τροφῆϛ κατευϑυνέτω τὰϛ φύϛειϛ αὐτῶν, ἀεὶ τρέπων πρὸς τἀγαϑὸν κατὰ νόμουϛ. IX. p. 660. G: νόμουϛ ἀνϑρώποιϛ ἀναγκαῖον τίϑεϛαι, ϗ

ζῆν κατὰ νόμους, ἢ μηδὲν διαφέρειν τῶν πάντη ἀγριωτάτων θηρίων. His cum locis comparentur alii ex his ducti aliorum loci. Polybii I. 81: —οὐ μόνον τὰ σώματα τῶν ἀνθρώπων καί τινα τῶν ἐν αὐτοῖς γενναμένων ἑλκῶν καὶ φυμάτων ἀποθηριοῦσθαι συμβαίνει καὶ τελέως ἀβοήθητα γίγνεσθαι, πολὺ δὲ μάλιστα τὰς ψυχάς— ὥστε μηδὲν ἀσεβέστερον ἀνθρώπου μηδὲ ὠμότερον ἀποτελεῖσθαι τῶν ζώων—· τέλος δὲ ἀποθηριωθέντες, ἐξέστησαν τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως· τῆς δὲ διαθέσεως ἀρχηγὸν μὲν καὶ μεγίστην μερίδα νομιστέον ἔθη μοχθηρὰ καὶ τροφὴν ἐκ παίδων κακήν: Excerpt. Legat. 122. Plutarchi Opp. Mor. p. 500. D: ἂν δὲ σαυτὸν ἔνδοθεν ἀνοίξῃς, ποικίλον τι καὶ πολυπαθὲς κακῶν ταμιεῖον εὑρήσεις καὶ θησαύρισμα, ὥς φησι Δημόκριτος, οὐκ ἔξωθεν ἐπιῤῥεόντων ἀλλ' ὥσπερ ἐγγείους καὶ αὐτόχθονας πηγὰς ἐχόντων, ἃς ἀνίησιν ἡ κακία, πολύχυτος καὶ δαψιλὴς οὖσα τοῖς πάθεσιν: quem locum Longino Sublim. XXXV. in reſtituenda voce αὐτόχθονος adhibuit Ruhnkenius noſter p. 149. Porphyrii De Abſtinentia I. 33: Δύο πηγαὶ ἀνεῖνται πρὸς δεσμὸν τῆς ψυχῆς ἐνταῦθα, ἐξ ὧν, ὥσπερ θανασίμων πομάτων, ἐμπιμπλαμένη, ἐν λήθῃ τῶν οἰκείων γίγνεται θεαμάτων, ἡδονή τε καὶ λύπη· ubi et doctiſſimus Rhoerius Platonicam imitationem notavit. Sententiam re ipſa graviſſimam, etiam verborum quibuſdam propriorum rariorumque inſignibus ad majorem σεμνότητα ornavit et quaſi venerabiliorem reddidit Plutarchus. Ὑποψία πρὸς πόνον exquiſitius dicitur pro ἀφορμὴ πρὸς λύπην, quæ opponitur τῇ πρὸς ἡδονὴν ὁρμῇ. Atqui πόνον a philoſophis *omnem ingratum animi corporiſve ſenſum dici*, notum eſt: ὑποψίαν idem eſſe, quod ἀφορμὴν vel φόβον, *averſationem, timorem*, multo infrequentius reperitur. Eſt tamen hæc peculiaris Plutarchi conſuetudo. Veluti Adverſ. Epicurum p. 1092. A: αὐτὸς γοῦν Ἐπίκουρος εἰπών, ὡς εἰ μηδὲν ἡμᾶς αἱ ὑπὲρ τῶν μετεώρων ὑποψίαι ἠνώχλουν—οὐκ ἄν ποτε προσεδεόμεθα φυσιολογίας: ipſe Epicurus, cujus verba ſunt apud Diogenem Laert. X. 11. item vocat ὑποψίας quas antea §. 10. vocaverat φόβους τῆς διανοίας· item p. 1106. C: ὑποψίαν κακῶν dixit pro φόβον κακῶν. Adverſ. Colotem p. 1123. C. jungitur cum φόβοις. Sic pro *inimicitia* ponitur in Eumene p. 584. D: ἦν γὰρ αὐτοῖς (Eumeni et Hecatæo) πατρική τις ἐκ πολιτικῶν διαφορῶν ὑποψία πρὸς ἀλλήλους. Sic in deſcriptione Stoicæ

doctrinæ, desumta illa in primis ex Zenonis libris a Stobæo Eclog. Eth. p. 180. fin. loco quem pleniorem integrioremque legimus in codice Augustano, et item edidit Heerenius sua in editione T. II. p. 214: μήτε γὰρ φιλόπονόν τινα τῶν φαύλων εἶναι· τὴν γὰρ φιλοπονίαν διάθεσιν ἐξεργαστικὴν εἶναι τῶν ἐπιβαλλόντων ἀνυπόπλως διὰ πόνου· ἀδένα δὲ τῶν φαύλων ἀνυπόπλως ἔχειν πρὸς τὸν πόνον. Xenophon Ἀπομνημ. II. 1. 25: ἐὰν δέ ποτε γένηταί τις ὑποψία σπάνεως ἀφ' ὧν ἔχεις ταῦτα, οὐ φόβος μή σε ἀγάγω ἐπὶ τὸ πονοῦντα καὶ ταλαιπωροῦντα τῷ σώματι καὶ τῇ ψυχῇ ταῦτα πορίζεσθαι: his in verbis manifesto ὑποψία eamdem fere habet vim, quam sequens φόβος, *timor*, aut certe idem est, quod δέος, *metus:* sensu ita reddendo: *quodsi aliquando te incedat metus penuriæ earum copiarum unde ista tibi suppetant, non est quod timeas, ne te eo deducam, ut ista tibi tu ipse corporis animique laboribus et ærumnis compares.* Dionis Chrys. Or. VII. p. 117. C. sententia eumdem postulat sensum: ξένοις ἐλθοῦσι δοῦναι προσφιλῆ ξένια χωρὶς ὑποψίας παρ' ἑκόντων διδόμενα ἀλύπως· id est, *dona data a volentibus nec inde penuriam metuentibus.* Θυραῖος, *externus, alienus,* frequens Euripidi, Phœniss. 855. Electra 832. Alcest. 831. et alibi: videatur etiam L. C. Valckenarius ad Hippol. 395. Ἐπείσακτος, *advectitius, adventitius,* opponitur *innato.* Plutarchus Sympos. p. 746. D: τοῦ Πλάτωνος ἐν ἑκάστῳ δύο πράξεων ἀπολείποντος ἀρχὰς, τὴν μὲν ἔμφυτον ἐπιθυμίαν ἡδονῶν, τὴν δὲ ἐπείσακτον δόξαν ἐφιεμένην τοῦ ἀρίστου. De Animæ Procreatione p. 1026. D: αὐτὸς ὀνομάζει (Πλάτων) τὸ μὲν ἐπιθυμίαν ἔμφυτον ἡδονῶν, τὸ δὲ ἐπείσακτον δόξαν ἐφιεμένην τοῦ ἀρίστου. At Plato habet ἐπίκτητος, Phædro p. 341. B: ἡμῶν ἐν ἑκάστῳ δύο τινὲ ἐστὸν ἰδέα ἄρχοντε καὶ ἄγοντε, οἷν (ita legendum pro οἷον) ἑπόμεθα ᾗ ἂν ἄγητον· ἡ μὲν ἔμφυτος οὖσα ἐπιθυμία ἡδονῶν· ἄλλη δὲ ἐπίκτητος δόξα, ἐφιεμένη τοῦ ἀρίστου. Retinent ἐπείσακτος in hujus loci imitatione Plutarchus, Gryllo p. 989. B. F. 991. D. ubi ἐπιθυμίαι distinguuntur in φυσικὰς, ἀναγκαίας, ἐπεισάκτους: Jamblichus De Mysteriis Æg. V. 10. p. 126: οὐδὲ τοῖς μὲν ἄλλοις ζώοις ἐξ ἑαυτῶν ἔμφυτον παρέχε τὴν εὐπορίαν τῶν καθ' ἡμέραν ἐπιτηδείων· τοῖς δαίμοσι δὲ ἐπείσακτον. Ipse Plato, Cratylo p. 272. B: Ἔρως δὲ, ὅτι εἰσρεῖ ἔξωθεν, καὶ οὐκ οἰκεῖά ἐστιν ἡ ῥοὴ αὕτη τῷ ἔχοντι, ἀλλ' ἐπείσακτος διὰ τῶν ὀμμάτων,

διὰ ταῦτα ἀπὸ τοῦ ἐσρεῖν, ἔσρος τόγε παλαιὸν ἐκαλεῖτο. Et Plutarchus ſæpe: Opp. Mor. p. 68. E. 643. F. 676. E. 975. F. 1092. E. Vitarum p. 219. A. 360. D. 809. B. 828. A. Sic de naturali eloquentia nullo adventitio fuco illita, Philoſtratus Vit. Sophiſt. II. p. 564. de Herode Attico: εὐγλωττία οὐκ ἐπείσακτος, ἀλλ' ἐκ τῶν πραγμάτων. Nec diſſimiliter Julianus Orat. I. p. 2. D: τῶν πραγμάτων ἁπλῆν διήγησιν, οὐδενὸς ἐπεισάκτε κόσμε δεομένην. Themiſtius Orat. XXIV. p. 303. C: φιλοσοφία γάρ τοι (Cod. Ambroſ. τὸ) κατὰ φύσιν κάλλος ἄφραστον ἔχουσα πᾶν ὅ, τι περ ἂν ἐπείσακτον (adde ᾖ) ἀτιμάζει τε καὶ οὐ προσίεται. Euripides Ion. 601. —εἶναί φασι αὐτόχθονας Κλεινὰς Ἀθήνας, οὐκ ἐπείσακτον γένος. Demoſthenis illud Orat. De Corona p. 487. A. σίτῳ πάντων ἀνθρώπων πλείῳ χρώμεθα ἐπεισάκτῳ. Adverſ. Leptinem p. 545. E. ſubinde ab aliis vel commemoratum vel imitando expreſſum. Porro, ne quis forte Plutarcheum χωρεῖν ad Platonicum exemplum in ῥεῖν refingat: ſic enim Græcis, ut Latinis *ire* pro *fluere*, in more eſt. Euripidis eſt, Medea 410: Ἄνω ποταμῶν ἱερῶν Χωροῦσι παγαί—. Hecuba 568: Κρῆνοὶ δ' ἐχώρουν, *fontes ibant*, id eſt, *fluebant*. Ovidii Met. I. 111: *Flumina jam lactis, jam flumina nectaris ibant.* Platonis Phædon. p. 402. C. de lachrymis, ἐχώρει τὰ δάκρυα. Propertii IV. 11. 60. —*et lacrymas vidimus ire Deo.* Sed de hoc ſatis. Et ἀφαιρεῖν eſt Plutarcheæ conſuetudinis, quum notat animi morbum ac vitium *demere, tollere, minuere, ſanare*, item affectum motumque animi *ſedare*: exempla apponere longum, numeris ea notaſſe ſatis ſit. Sic igitur eſt Opp. Mor. p. 40. F. 41. E. 66. E. 67. E. 69. A. 75. D. 83. E. 91. B. 123. C. Vitarum p. 184. D. 381. B. 539. A. 591. E. 785. C. 788. C. 896. F. 920. C. 940. D. 1000. A. 1013. A. Καταρτύειν τὴν φύσιν, *componere naturam*, ut recte vertunt Xylander et Cruſerius: eadem notione dicitur, ut ſupra p. 31. D. προκαταρτύοντες vocantur, qui equos ante certamen domant et condocefaciunt. Vocabulum a Pythagorica ſchola celebritatem nactum eſſe videtur, quod ibi uſurparetur de ratione formandi componendique per diſciplinam ingenii. Teſtis eſt Jamblichus De Vita Pythagoræ §. 68: Αὕτη μὲν οὖν ἥδη (leg. ᾗδε) διὰ

μεσικῆς ἐπετηδεύετο αὐτῷ κατάρτυσις τῶν ψυχῶν. §. 95: Ἐπεσκόπει γὰρ πῶς ἔχουσι φύσεως πρὸς ἡμέρωσιν, ἐκάλει δὲ τοῦτο κατάρτυσιν· πολέμιον δὲ ἡγεῖτο τὴν ἀγριότητα πρὸς τοιαύτην διαγωγήν· ἀκολυθεῖν γὰρ ἀγριότητι, ἀναίδειαν, ἀναισχυντίαν, ἀκολασίαν, ἀκυρίαν (f. ἀκράτειαν vel ἀκαιρίαν), δυσμάθειαν, ἀναρχίαν, ἀτιμίαν, καὶ τὰ ἀκόλυθα· πραότητι δὲ καὶ ἡμερότητι τὰ ἐναντία. Dicebatur et ἐξάρτυσις: ibid. §. 64: τοῖς μὲν γνωρίμοις τὰς λεγομένας ἐξαρτύσεις τε καὶ ἐπαφὰς συνέτατλε. Et §. 114: σύμπαν τὸ Πυθαγορικὸν διδασκαλεῖον τὴν λεγομένην ἐξάρτυσιν καὶ συναρμογὰν καὶ ἐπαφὰν ἐποιεῖτο μέλεσί τισιν ἐπιτηδείοις—. Eam describit Callicratidas Pythagoricus apud Stobæum Serm. LXXXIII. p. 485: ὡς δὲ ἁπλῶς εἰπεῖν, πᾶς ὁ οἶκος καθάπερ ψαλτήριον τριῶν τούτων χρήζει τυχεῖν, ἐξαρτύσιος, συναρμογᾶς, ἁφᾶς τινος καὶ χρήσιος μωσικᾶς. Ἐξάρτυσις μὲν οὖν ἐντι ἁ σύνθεσις τῶν αὐτῶ μερῶν ἁπάντων, ἐξ ὧν συμπλαροῦται τό τε ὅλον καὶ τὸ πᾶν σύστημα τᾶς συγγενικᾶς κοινωνίας· eadem iisdem et pluribus etiam verbis et uberius explicantur ab Euryphamo Pythagorico, apud eumdem Stobæum Serm. CI. p. 556: λύρα τε γὰρ πᾶσα χρήζει τριῶν τούτων τυχεῖν, ἐξαρτύσιος, συναρμογᾶς, ἐπαφᾶς τινος μωσικᾶς. Ἐξάρτυσις μὲν οὖν ἐντι ἁ τῶν οἰκήων μέρεων τῶ σώματος παρασκευὰ πάντων· λέγω δὲ τᾶν χορδᾶν, καὶ τῶν ὀργάνων τῶν ποτ' εὐφωνίαν καὶ πληγὴν ἐπισυνεργούντων· συναρμογὰ δὲ, ἁ ποτ' ἀλλήλως σύγκρασις τῶν φθόγγων· ἐπαφὰ δὲ μωσικὰ, ἁ κατὰ συναρμογὰν κίνασις ἤδη τούτων. Secuti sunt eamdem dictionem Plato Leg. VII. 635. G. loco, unde item Plutarchus profecit: ὁ δὲ παῖς πάντων θηρίων ἐστὶ δυσμεταχειριστότατον· ὅσῳ γὰρ μάλιστα ἔχει πηγὴν τοῦ φρονεῖν μήπω κατηρτυμένην, ἐπίβουλον καὶ δριμὺ καὶ ὑβριστότατον θηρίων γίγνεται· διὸ δὴ πολλοῖς αὐτὸ οἷον χαλινοῖς τισι δεῖ δεσμεύειν· πρῶτον μὲν τροφῶν καὶ μητέρων ὅταν ἀπαλλάτηται, παιδαγωγοῖς, παιδίας καὶ νηπιότητος χάριν· ἔτι δ' αὖ τοῖς διδάσκυσι καὶ ὁτιοῦν καὶ μαθήμασιν ὡς ἐλεύθερον—. Juncus apud Stobæum Serm. CXVI. p. 598: τὸ μὲν νέον ἅπαν σκιρτᾷν τε, καὶ πεφυκέναι τ' ἀκρατὲς ἑαυτοῦ καὶ ταράττεσθαι· τὸ δὲ πρεσβύτερον καὶ κατηρτυμένον δίκαιόν τε εἶναι καὶ εἰλικρινὲς, οὐ παρέχον τοῖς λυπῶσιν ἀφορμὰς, ὅμοιον εἶναι θεῷ: ita hunc locum emendavimus ante hos triginta annos in Animadversionibus ad librum Plutarchi De Sera Num. Vind. p. 40, hujus præsentis editionis p. 552. C. Nume-

nius Pythagoricus apud Eusebium Præp. Evang. XIV. p. 731. B: οὗτος μὲν δὴ ἔνθεν καταρτυθεὶς, πλὴν τῆς προσρήσεως, ἐνέμεινε Πύρρωνι, ὡς τῇ πάντων ἀναιρέσει· bene reddidit Vigerius: *Atque hac instructus conformatusque disciplina Arcesilaus, si appellationem excipias, in Pyrrhone, ut in omnium eversione, acquievit.* Ab eadem origine verbi alia est forma Καταρτίζειν, *componendi, regendi,* et *gubernandi* notione, apud Plutarchum, Marcello p. 303. B. Catone Min. p. 791. E. Nam in Romulo p. 27. B. pro κατήρτισεν legendum κατήρτησεν, *suspendit,* comparatione gemini loci in Marcello p. 302. A. Aristides Or. in Cæsarem M. Antonin. T. I. p. 66: πᾶν δὲ ὅσον Εὐφράτε καὶ Τίγρητος ἐπέκεινα πρὸς ἀνατολὰς οἰκεῖ, διακινηθὲν, καὶ δὴ κατήρτισαί τε καὶ πεπαίδευται τὰς χρείττους εἰδέναι. Epictetus Diss. III. 20. p. 434: τὴν ὀσφύν μου καὶ τοὺς ὤμους καταρτίζων, *gymnastes lumbos et humeros meos componens:* quo de usu plura docte congessit J. J. Wetstenius ad Matth. IV. 21. et verbo monuit Mangeyus ad Philonem Jud. De Leg. Special. p. 781. A. ἠρτημένος ὑποθήκαις ἀρίσαις· ubi et corrigendum ἐξηρτυμένοις. Hinc κατάρτισις, *institutio, educatio* in Plutarchi Alexandro p. 667. F: et ἐξαρτισμὸν τρόπων, *conformationem morum,* Eleazarus, qui fertur, apud Eusebium Præp. Evang. VIII. p. 372. C: alia etiam ex Ecclesiasticis protulit Suicerus Thesaur. Eccles. voce Καταρτίζω. Attigit καταρτύειν quoque Musgravius ad Euripidis Fragm. Incert. CLXVII; utramque formam J. Albertius ad Hesych. voc. Καταρτύσαι et Καταρτυκώς. H. Stephanus Thes. L. Gr. T. I. p. 574. seq. Cæterum in nostro loco major pars librorum tenet verum καταρτύῃ: at καταρτοίη Ald. Bas. Colleg. Nov. καταρταίη Venet. καταρτήσῃ Harl.

38. D. πρὸς αὐτὸν ἀεὶ καὶ πρὸς ἕτερον διαλέγεσθαι] αὐτὸν Rodolph. Jannot. Xyl. disertius quidem, nec tamen ut paucorum contra multorum auctoritatem librorum sequendum videretur. Conferatur nota ad p. 16. E.

38. E. λόγε μὲν οἴονται μάθησιν εἶναι—ὠφελεῖσθαι.] Epictetus Diss. II. 24. p. 334: —ὅσοι μὲν ἐμπείρως ἀκούσσιν, ὠφελοῦνται, ὅσοι δὲ ἀπείρως, βλάπτονται·—Ἔστιν ἄρα τις ἐμπειρία καθάπερ τοῦ λέγειν, οὕτω καὶ τοῦ ἀκούειν.

38. E. τοῖς μὲν σφαιρίζεσιν—] Sermonis officium, viciſſim dicendo et audiendo peragendum, ſubinde Veteres compararunt cum pilæ luſu, qui item mutuis emittendi, excipiendi partibus continetur. Atque ſic Plutarchus mox p. 45. E. Imitationis exemplum exſtat in Platone, Euthydemo p. 217. B: καὶ ὁ Διονυσόδωρος ὥσπερ σφαῖραν ἐκδεξάμενος τὸν λόγον πάλιν ἐσοχάζετο τοῦ μειρακίου. Hoc et ſecutus eſt Julianus Epiſt. LIV. p. 440. C: αὖθις εἰς τὴν παρὰ σοῦ πρόσκλησιν, (f. πρόκλησιν) οἱονεὶ σφαίρας δίκην, τὸ ἴσον ἀντιπέμπομεν: et Libanius Epiſt. DCCCLI. Ἐγὼ μὲν ὡς εἰδότι δέξασθαι σφαῖραν οὕτως ἐπέσειλα· καὶ ἦν ἅπαν τοῦτο παιδιὰ προκαλεμένη σὲ πρὸς ὅμοια γράμματα: ubi J. Chr. Wolfius ſcite locum Platonis adfert, inſcite huc trahit aliud Plutarchi dictum σφαίρας ἐπιδῆναι πρὸς ἀλλήλους, quod eſt Opp. Mor. p. 80. B. habetque ἐπιδούμενοι, *alligantes*, referturque ad *ſphæras*, quibus pugiles ad luſum manus ſibi obligabant. Ad noſtrum exemplum pertinet quoque Clementis Alexandrini dictum Pædag. I. fin. p. 137. A: ὑποδῆκαι πνευματικαὶ ἡμῖν αὐτοῖς ἀναγεγράφαται, πρός τε ἡμᾶς αὐτοὺς καὶ πρὸς τοὺς πέλας εὔθετοι· καὶ δὴ καὶ αὖται αὖθις πρὸς ἡμᾶς ἀνταναστρέφουσι, καθάπερ πρὸς τὸν βάλλοντα ἡ σφαῖρα διὰ τὴν ἀντιτυπίαν παλινδρομοῦσα: ubi ſimilitudinem eamdem Baſilio uſurpatam perhibet Sylburgius. Epicteti Diſſ. II. 5. in eadem eſt comparatione admonitio.

38. E. τὰς ὑπηνεμίους λοχείας—ὑπολειμμάτων] Quod recepi ὑπολειμμάτων, non modo habet D. ſed et Harleianus codex, cujus ad hunc alioſque libros varias lectiones poſtea demum accepi. Neque tamen illo nomine, quamvis recte, recepto, locus planus et expeditus eſt. Ariſtotelis verba Hiſt. Anim. VI. 2. hæc ſunt: οἱ δὲ λέγοντες ὅτι ὑπολείμματά ἐστι τὰ ὑπηνέμια τῶν ἔμπροσθεν ἐξ ὀχείας γινομένων, οὐκ ἀληθῆ λέγουσιν· quæ Plutarchum hic ſequi voluiſſe, nec affirmare, nec negare auſim: illud dubitari nequit, quin tale quid ſecutus ſit, ejuſque ductu fortaſſe reſingendum: Ταῖς (ita pro τοῖς Coll. Nov. Venet. C. D.) μὲν οὖν ὄρνισι τὰς ὑπηνεμίους ὀχείας ὠδίνων ἀτελῶν τινων καὶ ἀψύχων ὑπολειμμάτων ἀρχὰς λέγουσιν εἶναι· hoc ſenſu: *Atque avibus quidem coitus ad ventum cauſſas exiſtere dicunt partuum quorumdam inanium et*

reliquiarum animale carentium. Ita ὑπηνέμιος ὀχεία *conceptus e vento* intelligitur, unde oritur ovum ὑπηνέμιον, *vanum, ventoſum, urinum, irritum.* Varro De Re Ruſt. II. 1. 19: —*quædam e vento concipiunt certo tempore equæ: ut hic gallinæ quoque ſolent, quarum ova* ὑπηνέμια *appellant.* Videndi ſunt, quos ad hunc locum laudat J. Pontedera et J. M. Geſnerus, in primis L. Delacerda ad Virgil. Georg. III. 273. non II. 273. ut a Geſnero citatum, et Schneidero repetitum eſt. Poterat cui in mentem venire ὑπόλημμα, *conceptum ſemen*, et omnino *conceptionem fœtus* intelligere, ut interpretibus Latinis et H. Stephano Theſ. L. Gr. T. II. p. 582: vel corrigere ὑπόλεμμα, a verbo λέπω, unde ἐκλέπειν, *excludere pullos ex ovis:* ſed neutrum habet idoneam auctoritatem, nec ſententiam loci juvat. At receptum ὑπόλειμμα etiam confirmatur ſimili dicto Ariſtotelis VI. 4: τὸ δὲ ὑπολειπόμενον τῶν ὠῶν ἀεὶ οὔρινόν ἐστι. Cæterum Ὑπηνέμιος Græcis commune, Ἀνεμιαῖος Atticis proprium, per tranſlationem etiam dicitur de mente ejuſque actione: quod a Platonis fonte in Theæteto p. 118. C. 122. B. multis quaſi rivulis ad ſe deduxerunt poſteri ſcriptores: quos enumerare longum ſit. Videantur interea ex recentioribus hi, quos laudavimus ad Quæſt. Platonic. I. p. 1000. C. Bibliothecæ Criticæ Vol. III. Part. I. p. 27. Kuſterus ad Suid. voc. Ἀνέμῳ et Ὑπηνέμια: Interpretes ad Thom. Mag. p. 68. et Pierſonus ad Mœridem Atticiſtam p. 73. Denique non eſt reticendum verba, quæ Suidas in Ὑπηνέμια apponit ſine nomine auctoris: Γίνεται γὰρ αὐτῷ ἐντεῦθεν τὰ ὑπηνέμια ἢ τερατώδη ἀντὶ τῆς ἀληθοῦς ἐπιστήμης, οἷον εἴδωλα ἄτλα καὶ σκιαὶ· πράττεσι γοῦν πρὸ τῆς τῶν ἀληθῶν ἐπιστήμης τὰ ψευδῆ· hæc igitur verba eſſe partem loci ex Juliani Orat. VII. p. 206. C. qui adhuc non niſi mutilus fertur ita: Τοῖς δεδεμένοις δὲ ἔτι, καθάπερ οἶμαι * * * εἴδωλ * * * ἀντὶ τοῦ θεοῦ λέγεται παραναπαύσαθαι * * * τέτηκε δόξα· γίνεται γὰρ ἐντεῦθεν αὐτῷ τὰ ὑπ * * * ταυτὶ, τῆς ἀληθοῦς ἐπιστήμης οἷον εἴδωλα ἄτλα καὶ σκιαὶ * * * πρὸ τῆς τῶν ἀλήθων ἐπιστήμης, τὰ ψευδῆ. Quem locum ante hos triginta et duos annos in Epiſtola ad Ruhnkenium p. 17. quum locos Juliani complures in Suida detexiſſem, tamen hunc ignorabam, atque hanc ſupplendi

rationem tentabam: Τοῖς δεδεμένοις δὲ ἔτι, καθάπερ οἶμαι Ἰξίων εἰδώλῳ τινὶ ἀντὶ τῆς θεοῦ λέγεται παραναπαύσασθαι, οὐδέν ἐστιν, ἀλλ' ἢ προσετηκέναι δόξῃ· γίνεται γὰρ ἐντεῦθεν αὐτοῖς τὰ ὑπ' αὐτῆς ἐμφαινόμενα ταυτὶ τῆς ἀληθοῦς ἐπιστήμης οἷον εἴδωλα ἄττα καὶ σκιαί· καὶ ἀσπάζονται πρὸ τῆς τῶν ἀληθῶν ἐπιστήμης τὰ ψευδῆ. Et Ruhnkenius et Valckenarius hanc in primis ferebant felicem conjecturam. Nunc video quanta hujus felicitatis pars perierit. In emendandis locis corruptis præcipue in lacunis explendis primum et facilius est rem et sententiam perspicere, alterum ac difficilius ipsa verba consequi. Neque tunc ipse emendationi meæ posterioris partis tantum tribuebam, quantum prioris: quippe quæ Ixionis satis certa retinet vestigia, ad ejusque mentionem verba ruptura sque probabiliter contexta. Nec totum hoc inventum fuerit ipsum ὑπηνέμιον et Junonis simulacrum. Verbum πράττουσι mutandum vel in προτάττουσι, vel in τάττουσι, cum Kustero.

38. F. Ἀκλειὴς—σκεδάδη.] Venet. Rodolph. Vulcob. κεδάδη. D. νεφέαισι. Videtur esse Empedoclis.

p. 39. A. προσλιπαροῦσιν] Xylander, *ut pergat dicere flagitant:* Cruserius, *adhærentque ei*, similiter Amyotus, *et s'arrestent*. Utraque significatio ex linguæ consuetudine locum habet: λιπαρὸς proprie *pinguis, nitidus*, a λίπος, *oleum, pinguedo*, a tenacitate et continuitate transfertur ad assiduitatem et perseverantiam in studio ac proposito, ubi nulla sit laboris intermissio: unde Theæteti adolescentis studium cum flumine olei comparavit Socrates apud Platonem p. 115. D. Hinc verbum λιπαρεῖν notat *continuitatem rogandi et flagitandi*, quæ in aliis compositis cernitur, et in ἐκλιπαρεῖν, de quo dicemus ad p. 198. F. Plutarchus in hoc libro p. 47. B: πειρώμενον ἑκάστου, καὶ προσλιπαροῦντα, καὶ γλιχόμενον τοῦ πρόσω, *experientem singula, perseverantem, progredi cupientem.* Defect. Orac. p. 438. A: ὑπερβαλλομένων δὲ φιλοτιμίᾳ τῶν ἱερέων καὶ προσλιπαρούντων, *quum sacerdotes, tamquam honos eorum ageretur, magno studio niterentur, in eoque perseverarent.* Æmilio Paulo p. 267. E: τοῖς χρήμασιν, ὥσπερ κηρίοις μέλιτται, προσλιπαροῦντες, *assidue operam dantes pecuniæ.* Lucullo p. 514. A: πολλὰ προσελιπάρει

Λούκελλος, ἀξιῶν αὐτοὺς μακροθυμίαν ἐμβαλέσθαι ταῖς ψυχαῖς, hoc loco utraque notio valet et *perſeverandi* et *flagitandi*: ſic in Eumene, fine, p. 596. A: προσλιπαρῶν καὶ δεόμενος: item Pompeio p. 625. B: προσλιπαρούντων καὶ καταβοώντων· et Catone Min. p. 766. D. Conferatur et H. Stephanus Theſ. L. Gr. T. II. p. 705. Epictetus Diſſ. III. 24: μίαν χώραν κατέχει καὶ ταύτῃ προσλιπάρει: ita cum Wolfio legendum pro ταύτην. Dion Chryſ. Or. I. p. 6. B: τῷ ἡμέρῳ καὶ ἀβλαβεῖ προσλιπαροῦντας, *eos qui aſſidue adſunt viro manſueto et innocenti*. Lucianus Abdic. 16. T. II. p. 173: προσελιπάρησα, ſubaudiendum αὐτῷ, *aſſidue apud eum fui*.

39. A. ἐπισπασάμενος] *ad ſe trahens:* idem fere eſt, quod alibi ἰδίᾳ λαβών, *ſeducens ut ſecreto quid collocuturus*. Plutarchus Æmilio Paulo p. 269. D: τοὺς νεωτέρους ἔσω τῆς σκηνῆς ἐπισπασάμενος, *quum juniores ſecum ſeorſim in tentorium ad colloquendum ſeduxiſſet*. Pompeio p. 623. E: Πομπήϊον—ἐπισπασάμενον (τὸν Ὄπιον) καὶ συμπεριπατήσαντα, καὶ πυθόμενον ὧν ἔχρηζε καὶ μαθόντα, προσάξαι τοῖς ὑπηρέταις εὐθὺς ἀνελεῖν ἀπαγαγόντας, *Pompeium, poſteaquam ſeduxiſſet Oppium tamquam ſecreto cum eo collocuturus, et cum eo ambulaſſet, et eum interrogaſſet quanam re opus haberet, idque audiviſſet, tum lictoribus imperaſſe, ut eum abducerent et interficerent*. Bruto p. 991. D. quum conjurati ad Cæſarem interficiendum parati eſſent, Τρεβώνιος περὶ τὰς θύρας Ἀντώνιον ἐπισπασάμενος καὶ προσομιλῶν ἔξω κατέχεν. Ibidem p. 1008. E: Βρῦτος—ἐπισπασάμενος τὸν ὑπασπιστὴν Δάρδανον, ἰδίᾳ τινὰς αὐτῷ προσέφερε λόγους. Numenius ap. Euſeb. Præp. Evang. XIV. p. 737. D: ἐπισπασάμενος τῶν προσομιλούντων αὐτῷ τινα εἰς τὴν οἰκείαν (leg. οἰκίαν), ἰσχυρίζετο πρὸς αὐτὸν ὑπερφυῶς, ὡς ἐδόκει, τὴν ἐποχὴν, *cum aliquando e familiaribus ſuis unum ſeorſim ſecum domum ſeduxiſſet* (Lacydes), *hanc ei aſſenſus retentionem mirifice, ut ſibi videbatur, affirmabat*.

39. A. εὐξόμους τῷ χαλινῷ] Unum hunc locum hujus ſignificationis habet H. Stephanus Theſ. L. Gr. T. III. p. 1044. Pollucis tamen exemplaria habebant hoc vocabulum II. 100. Εὔξομος ἵππος, καὶ αὐλός—. Comparatio educationis puerorum cum domitura equorum, Veteribus non infrequens, nobis ſupra animadverſionem habuit p. 12. B.

39. B. Ἐπαμινώνδαν ὁ Σπίνθαρος ἐπαινῶν] Idem Spinthari dictum refert Plutarchus De Genio Socratis p. 592. F: Σπίνθαρος ὁ Ταραντῖνος οὐκ ὀλίγον αὐτῷ (τῷ Ἐπαμινώνδᾳ) συνδιατρίψας ἐνταῦθα χρόνον ἀεὶ δήπω λέγει, μηδενί πω (f. πω) τῶν καθ' ἑαυτὸν ἀνθρώπων ἐντετυχέναι, μήτε πλείονα γινώσκοντι, μήτε ἐλάττονα φθεγγομένῳ. Neque hoc Spinthari dictum eam debet habere vim, ut eum faciamus scriptorem alicujus libri, in quo illud posuerit: ut fecisse videntur J. Jonsius De Script. Hist. Philos. II. 14. 6. et J. A. Fabricius Bibl. Gr. T. I. p. 520. quamquam memorandus certe fuit. Sed nimirum habuit filium Aristoxenum, clarum illum in musica, philosophia, omnique doctrina, hominem: quem hoc patris sui dictum memoriæ prodidisse credibile est, sive in alio quodam libro, sive in Vita Epaminondæ; si forte, ut aliorum multorum Vitas scripsit magnorum virorum, ita Epaminondæ Vitam scripserit: quamquam diserte eam in Veterum libris memoratam non invenimus. Ita Plutarchus dictum quoddam laudat Aristarchi, patris Theodectis, non aliunde, ut credibile est, nisi ex libro quodam Theodectis: Opp. Mor. p. 478. C. Item ab Aristotele citatur Ἡρόδωρος Generat. Anim. III. 6: addito ὁ τοῦ Βρύσωνος σοφιστοῦ πατήρ· Hist. Animal. IX. 11. et VI. 5. ubi perperam est Ἡρόδοτος: quæ Herodori dicta non ipse, sed filius Bryson in aliquo scripto memoriæ prodidisse videtur; qui et alibi ab Aristotele ut scriptor memoratur et Rhet. III. 2. De studio Epaminondæ et consuetudine audiendi, operæ pretium est et convenit argumento hujus Plutarcheæ disputationis, apponere verba Corn. Nepotis in illius Vita II. 2: —*inprimisque commissa celans: quod interdum non minus prodest, quam diserte dicere. Studiosus audiendi: ex hoc enim facillime disci arbitrabatur. Itaque quum in circulum venisset, in quo aut de republica disputaretur, aut de philosophia sermo haberetur; numquam inde prius discessit, quam ad finem sermo esset adductus.*

39. B. ῥᾳδίως—] Hoc ea potestate, qua Latinis *facile*, frequens est Plutarcho, Opp. Mor. p. 62. F: οὐδεὶς γάρ ἐστι ῥᾳδίως πλούσιος οὐδὲ βασιλεύς, οἷος εἰπεῖν— *Nemo enim facile est dives, aut rex, qui hoc dicat.* 66. A: οὐ ῥᾳδίως ἂν εὕροις ἐπι-

ςαμένης τοῦτο ποιεῖν, *non facile invenias ſcientes hoc facere.* 505. A. Vitarum p. 59. C: τοῦτο δὲ οὐ ῥᾳδίως ἑτέρῳ τινὶ τῶν ἐπιφανῶν, πλὴν Εὐριπίδῃ συμπεσεῖν, *hoc non facile alii cuiquam clarorum hominum quam Euripidi contigiſſe.* 186. B: μαρτυρούντων δὲ πάντων ὅτι ῥᾳδίως ἕτερος οὐκ εἴη ςρατιώτης τοιοῦτος· item 316. E. 622. D. 743. D. 849. D.

39. B. δύο μὲν ὦτα, μίαν δὲ γλῶτταν.] Eamdem rem comparationi adhibet Plutarchus De Garrulitate p. 502. C: κωφότης γὰρ αὐθαίρετός ἐςιν (ἡ ἀδολεσχία) ἀνθρώπων, οἶμαι, μεμφομένων τὴν φύσιν ὅτι μίαν γλώτταν, δύο δ' ὦτα ἔχουσιν. Auctor proditur Zeno Stoicus a Diogene Laertio VII. 23: πρὸς φλυαρῶν μειράκιον, Διὰ τοῦτο, εἶπε, δύο ὦτα ἔχομεν, ςόμα δὲ ἕν, ἵνα πλείω μὲν ἀκούωμεν, ἧττονα δὲ λέγωμεν. Ad quem locum Stobæi et Nili mentiones adfert Menagius. Illa eſt Serm. XXXVI. p. 217.

39. B. νέῳ κόσμος ἀσφαλής ἐςιν ἡ σιωπή,] Proverbiale neſcio ubi lectum notavi Νέῳ γάρ ἐςι κόσμος ἀσφαλὴς σιγή. Et ſane ut veriſſimum, ita in præceptis celebratum. Attigimus ſupra p. 10. E. Expreſſum forte ex ſimilibus: Sophoclis Ajace 295: Γύναι, γυναιξὶ κόσμον ἡ σιγὴ φέρει. Euripidis Antiop. X. p. 548: Κόσμος δὲ σιγῆς ςέφανος ἀνδρὸς οὐ κακοῦ. Oreſt. 1541. Ἦ σῖγ' ἔχωμεν; Ἀσφαλέςερον, φίλαι· ut diſtinguit L. C. Valckenarius ad Hippolyt. 782. Epictetus ap. Stob. Serm. XXXV. p. 216: Μηδενὸς οὕτως ἐν πάντι προνόει ὡς τοῦ ἀσφαλοῦς· ἀσφαλέςερον γὰρ τοῦ λέγειν τὸ σιγᾶν. Locus Plutarchi in farraginem Monachorum, Maximi et Antonii, relatus eſt, edit. Stobæi Wechel. p. 387.

39. B. ἐξυλακτῇ πρὸς ἕκαςον] Unum hoc habet exemplum H. Stephanus Theſ. L. Gr. T. III. p. 1737. cui addatur alterum Plutarchi in Arato p. 1050. C: ὁ δὲ Φίλιππος ἐκείνῳ μὲν οὐδὲν ἀντεῖπε, καίπερ ἐπίδοξος ὑπ' ὀργῆς καὶ πολλάκις ἐξυλακτήσας, λέγοντος αὐτοῦ.

39. C. ὡς Αἰσχίνης φησὶ] Utrum Oratorem dicat an Socraticum, haud facile eſt ad dijudicandum, ſiquidem in neutrius ſcriptis diſerte ſententia hæc proditur. Eſt quidem apud illum in Oratione De Falſa Legatione p. 396. D: περὶ δὲ τῆς ἄλλης κατηγορίας δέομαι ὑμῶν, ὦ ἄνδρες, ἐάν τι παραλείπω ἢ μὴ μνηθῶ, ἐπερωτᾶν με ἢ δηλοῦν ὅ, τι ἂν ποθῆτέ μου

ἀκοῦσαι, μηθὲν προκατεγνωκότες ὡς ἀδικῶ, ἀλλ' ἴσῃ τῇ εὐνοίᾳ ἀκούοντες. Quem locum imitatus eſt Cicero Orat. pro Cluentio, 2: *Quamobrem a vobis, judices, antequam de ipſa cauſſa dicere incipio, hæc poſtulo—cum ego de unaquaque re dicam et diluam, ne ipſi, quæ contraria ſunt, taciti cogitationi veſtræ ſubjiciatis, ſed ad extremum exſpectetis et me meum dicendi ordinem ſervare patiamini: cum peroraro, tum, ſi quid erit præteritum, requiratis.* Hinc enim potius adumbrata dicam Ciceroni, quam, quod voluit Urſinus, ex Andocidis Orat. De Myſteriis edit. Steph. p. 2. 21: τάδε δὲ ὑμῶν δέομαι, μετ' εὐνοίας μὲ τὴν ἀκρόασιν τῆς ἀπολογίας ποιήσασθαι· καὶ μήτ' ἐμοὶ ἀντιδίκως καταγνῶναι, μήτε ὑπονοεῖν τὰ λεγόμενα, μήτε ῥήματα θηρεύειν.

39. C. οὔτε ἀκούοντες, οὔτε ἀκούομενοι, λέγοντες δὲ πρὸς λέγοντας, ἀχθομένοις] Non aſſentior J. Toupio, Longinum hæc imitari De Subl. III. fin. πρὸς οὐδὲν ἐπονθότας ἀκροατὰς ἀχθομένοις. Verbum ἀχθομενεῖν non hanc habet infrequentiam, nec locus eam ſimilitudinem, quæ ab imitatione repetenda ſit. In Plutarcho duplex brevi ſpatio antitheſis, et ipſa veritatis imago, miram habet vim. Ex ſimili quadam re ductum eſt illud de vino Sympoſ. VII. p. 715. A: ὁ οἶνος —λαλιᾶς ἀκαίρου καὶ φρονήματος ἡγεμονικοῦ καταπίμπλησιν, ὡς οὐκ ἀκούειν ἀλλ' ἀκούεσθαι μᾶλλον ἡμῖν, καὶ ἄγειν οὐχ ἕπεσθαι προσῆκον. Amatorio p. 763. D: φιλοσόφων οὔτε ἀκούειν ὑπομένουσι, οὔτε συνιέναι δύνανται.

39. D. ἔνιοι λέγουσιν ὅτι δεῖ τῶν νέων μᾶλλον ἐκπνευματοῦν τὸ οἴημα καὶ τὸν τύφον—] Platoni hæc perperam tribuit Antonius Sent. p. 160. quum ipſa hæc ſint Plutarchi verba. Illius ſocius, Maximus ſimile quid prodit ſub Socratis nomine p. 570. et Stobæus Serm. XXII. p. 189. τὰς μὲν κενὰς ἀσκὰς τὸ πνεῦμα διίστησι, τοὺς δὲ ἀνοήτους ἀνθρώπους τὸ οἴημα. Timon in Sillis ap. Theodoretum De Curand. Gr. Affect. II. p. 489: Ποίων ἔκ τ' ἐρίδων καὶ λεχομάχων πεπλάνησθε Ἄνθρωποι, κενεῆς οἰήσιος ἔμπλεοι ἀσκοί; quod poſuit H. Stephanus Poeſ. Philoſ. p. 61. Οἴημα, et οἴησις, eſt *falſa ſcientiæ opinio*, et apud Plutarchum Opp. Mor. p. 43. B. 44. A. 48. A. 65. E. 81. C. E. 999. E. qui locus ex eadem *arrogantiæ* atque *utrium* comparatione ductus eſt. Heraclitus apud Maxi-

mum p. 570. Ἡράκλειτος ὁ φυσικὸς τὴν οἴησιν ἔλεγεν ἐγκοπὴν προκοπῆς. Geſnerus perperam reddit *perſuaſionem*: rectius vertitur apud Diog. Laert. IV. 50. qui tribuit Bioni. Euripides Glauco Fragm. I. p. 565. T. III. Ed. Muſgr. Βαρὺ τὸ φόρημ' οἴησις ἀνθρώπῳ κακοῦ, *Grave onus eſt arrogantia mali hominis*. Aliud Heracliti apud Diogenem Laert. IX. 7: τήν τε οἴησιν ἱερὰν νόσον ἔλεγε. Notavit, verbo, uſum Iſ. Caſaubonus ad Athenæum p. 760. longe uberius et ad hunc locum appoſite Th. Gatakerus ad M. Antonin. XI. 39. et XII. 27. Ἐκπνευματοῦν hic ſingulari exemplo eſt *ventum demere, vento quid privare*: et, ſi quando occurrit, fere notat *in ventum quid convertere*, ut ἐξαεροῦν, ἐξυδατοῦν, ἐκπυροῦν. Sic Theophraſtus apud Plutarchum Opp. Mor. p. 292. C: Ariſtoteles Problem. II. 1. 54. X. 37. XI. 26. De Spiritu, 4. Alexander Aphrod. Problem. II. 55. Cum ſententia noſtri loci convenit Dion Chryſ. Or. IV. p. 71. C: κατιδὼν οὖν αὐτὸν (Ἀλέξανδρον) ὁ Διογένης τεθορυβημένον καὶ σφόδρα τῇ ψυχῇ μετέωρον, προσέπαιζε καὶ περιῄλθεν, εἴπως δύναιτο, κενωθεὶς ὑπὸ τοῦ τύφου καὶ τῆς δόξης, μικρόν τι ἀνανεῦσαι: i. e. *vacuefactus faſtu et gloriola*, ita enim κενωθεὶς legam cum Iſ. Caſaubono pro vulgato κινηθείς.

39. F. ἄγονται καὶ θαυμάζουσιν] Illud conſuetudo Plutarchea confirmat: ita Latine *ducuntur* eſt *delectantur, perſuadetur illis oratio*. Sic Opp. Mor. p. 41. B: ὑπὸ τοῦ τρόπου μᾶλλον ἢ τοῦ λόγου τῶν συμβουλευόντων ἄγεσθαι. 45. B: ἕκαστος (τῶν ῥητόρων) ἐπαινεῖται κατὰ τὸ ἴδιον τῆς δυνάμεως, ᾧ κινεῖν ἢ ἄγειν πέφυκεν. 56. A: μᾶλλον ὑπὸ τῶν συνεπιθρηνούντων ἄγονται. 77. B: ἄγονται ὑπὸ τῆς φιλοσοφίας πολλοί. 407. C. 426. C. 674. B. 759. C. 799. C. 1093. D. Vitarum p. 222. A. 789. A. 922. B. 923. D. Ariſtides T. II. p. 269. 305. 306. 408. 411. 412. 414.

p. 40. A. πρὸς ὀδενὶ τῶν εἰρημένων ὄσαν] Comparetur Philo Jud. De Propæd. p. 433. D. Quis Rer. Div. Hæreſ. p. 483. A. Et quæ notavimus p. 45. C.

40. A. ἂν δὲ μηδὲν ᾖ διαστρέψαι, παραβάλλουσαν νεωτέρους τινὰς, ὡς ἄμεινον εἰρηκότας εἰς τὸ αὐτό—] Recepta etiam altera meliori lectione ἑτέρους, vertendum: *ſin quod pervertatur, nihil ſit, objiciens alios quoſdam, qui de eodem argumento melius*

differuiſſent. Διαστρέφειν, *perverterè interpretando* ſupra p. 19. E. Appoſite Demoſthenes Orat. Philipp. IV. p. 105. D: τῶν λυμαίνεσθαι καὶ διαστρέφειν ταῦτα βουλομένων, ἐξ ἴσου κάθησθε ἀκροώμενοι, *ſedetis æquo animo audientes iſtos, qui hæc pervertere ac refellere volunt.* In vero juſtoque diſtorquendo ac pervertendo frequens eſt dictio.

40. A. τῇ φιληκοΐᾳ πρὸς τὴν φιλοδοξίαν σπεισάμενον—] Eſt forma Plutarcheæ proprietatis conciſa brevitate et plurium dictionum in unam quaſi conſtrictione: ſententia ita eſt concipienda, *per ſtudium audiendi pacem facere cum ſtudio gloriæ*; *ſtudio audiendi pacem facere cum ſtudio gloriæ*, id eſt, *duo diverſa ſtudia, auditionis et gloriæ, in concordiam redigere, reconciliare.* Dicitur σπένδεσθαί τινι, *pacem facere cum aliquo.* Vitarum p. 561. F. 562. F. 637. E. 931. B: item σπένδεσθαι πρός τινα, Opp. Mor. p. 494. D: Vitarum p. 8. E. 541. A. 931. C. has in unam contraxit Plutarchus. Atque haud ſcio an quid ad hanc dictionem valuerit Euripidis ſtudium, cujus haud diſſimile eſt in Oreſte 1682: —σπένδομαι δὲ συμφοραῖς, Μενέλαε, καὶ σοῖς, Λοξία, θεσπίσμασιν· ſenſu minime expedito, qui et Scholiaſtem exercuerit, fortaſſe ita explicando, *In gratiam redeo, et cum inimicitiis noſtris, O Menelae: et cum tuis, O Apollo, oraculis.* In conſtruendis pluribus plurium nominum caſibus cernitur pars Plutarcheæ conſuetudinis. Sic ſupra p. 26. B: καταδεδουλωμένος τῇ δόξῃ τὴν κρίσιν ὑπὸ τῶν ἡρωϊκῶν ὀνομάτων, *judicio ſubjecto opinioni per heroica nomina:* infra 54. C: ὑφίεται τῇ ὁμοιότητι τῆς ἰσότητος, *ſimilitudine æqualitatem concedit*, i. e. *ſimilitudinem retinet, præſtantiam amico concedit.* 991. B: ὁ ἄνθρωπος ἐπὶ πάντα ταῖς ἡδοναῖς ὑπὸ λαιμαργίας ἐξαγόμενος. Timoleonte p. 251. C: τῆς δίκης αὐτοῖς ἀπολογουμένης τῇ Τιμολέοντος εὐτυχίᾳ ἐπιτιθεμένης, *quum pœna illis ea imponeretur, quæ ſimul fortunam Timoleontis defenderet.* Alia dabimus ad p. 41. C. 42. D. 132. E.

40. B. ὥσπερ ἐφ' ἑστίασιν ἱερᾶν—] Sic mox ἐπὶ λόγων ἀφιγμένος ἑστίασιν p. 42. F. *Sermonum dapes et epulæ*, Platoni eſt frequens dictio: Lyſide p. 109. D: αὐτῷ μόνῳ ἑστιᾶσθον, ἡμῖν δὲ οὐ μεταδίδοτον τῶν λόγων; Phædro p. 337. A: τῶν λόγων ὑμᾶς Λυσίας εἱστία; ibid. 345. C. Republ. I. 420. C: εὐωχοῦ

τοῦ λόγου. Ibid. 421. A. IX. p. 502. C. Timæo p. 523. D. Ibid. 526. B: ἔοικα ἀνταπολήψεσθαι τὴν τῶν λόγων ἑστίασιν. Nec minus frequens ſtudioſis philoſophi. Plutarchus Opp. Mor. p. 713. C. 1146. D. Lucianus Lexiph. T. II. p. 318. Julianus Ep. XL. p. 419. D. XLI. p. 421. B. Syneſius Ep. C. p. 239. B. Iſidorus Peluſiota Ep. II. 218. In hac uſurpatione eſt genus, quo *dicens* ἑστιάτωρ, *audientes* δαιτυμόνες dicuntur: ſic Plato in principio Timæi: Εἷς, δύο, τρεῖς· ὁ δὲ δὴ τέταρτος ἡμῖν, ὦ φίλε Τίμαιε, ποῦ, τῶν χθὲς μὲν δαιτυμόνων, ταυτὸν δ' ἑστιατόρων; Reſtituendum alterum vocabulum eidem Republ. IV. p. 445. E: ὥσπερ ἐν πανηγύρει ἀλλ' οὐκ ἐν πόλει ἑστιάτορας καὶ εὐδαίμονας: legendum —ἑστιάτορας καὶ δαιτυμόνας. Apollonius Tyaneus Ep. LXV. p. 405: ἀλλ' ὑμεῖς ἑστιάτορες μὲν καὶ δαιτυμόνες οὐ μεμπτοί. Ariſtides T. I. p. 54: καλοῦντές τε ἐφ' ἑστίαν καὶ προϊσάμενοι δαιτυμόνα αὐτὸν καὶ ἑστιάτορα. Ælianus de Nat. Animal. IX. 1: de leonibus, καλοῦσι τὸν πατέρα ὡς δαιτυμόνα ἑστιάτορες ἐπὶ θοινὴν οἱ νέοι τὸν γεγηρακότα, τὸν πατέρα οἱ παῖδες. Anonymus ap. Suid. in voc. Σύσσιτος. Themiſtius Or. XXVI. p. 313. B: διαπραξάμενος ἐκ τοῦ λόγου, ἵνα ἐμοὶ μὲν ἐξείη λέγειν, ὑμῖν δὲ ἀκούειν· δίκαιον οὖν καὶ ὑμᾶς συμπροθυμεῖσθαι καὶ συλλαμβάνειν καὶ μὴ ῥᾳθυμοτέρους εἶναι περὶ τὴν ἑορτὴν τοὺς δαιτυμόνας τοῦ ἑστιάτορος· et appoſite ad noſtrum locum Or. XXXIII. p. 367. A: ἄπειμι ὑμᾶς καταλιπὼν τοσούτους ἀθρόους, οὐδὲν φροντίσας ὅτι ἥκετε ὑπ' ἐμοῦ παρακεκλημένοι· ἥκετε γὰρ δήπου ὧν ἐγὼ βούλομαι ἀκουσόμενοι, οὐχ ἃ ὑμεῖς ἐπιζητεῖτε· οὐδὲ γὰρ τοὺς ἑστιάτορας ἀναγκάζουσιν οἱ δεξιώτεροι τῶν δαιτυμόνων ἄλλ' ἄττα περιφέρειν (l. παραφέρειν) ἐπὶ τὴν θοινὴν, ἢ ὅσα ἂν εὑτρεπίσωνται. Libanius Orat. V. p. 200. D. et Orat. edit. Bongiovanni XII. p. 177. Illum priorem uſum de ἑστιάσει λόγων attigerunt P. Victorius Var. Lect. II. 14. et J. Daviſius ad Ciceronis Divinat. I. 29.

40. B. καὶ θυσίας ἀπαρχὴν παρειλημμένον] Xylander, *ad ſacriſicii primitias invitatum*: recte: atque item Cruſerius, *invitatum*: ne forte quis putet, eos aut legiſſe aut legi voluiſſe παρακεκλημένον, quod proprie eſt *invitatum*: cum παρειλημμένον ſit *adhibitum, aſſumtum*. Neque hoc loco illa proprietas nimium ſevere exigenda eſt. Utrumque in re convivali uſitatum Plutarcho: παρακαλεῖν, *invitare*,

Opp. Mor. p. 123. F. 156. D. 666. E. 679. C. 707. C. 708. B, C. Vit. p. 235. C: παραλαμβάνω, *excipio quem cœna, recipio invitatum,* Opp. Mor. p. 218. B. 666. E. 667. A, B. 678. D. 679. B, C. 697. E. 727. B. 816. B. Vitarum p. 52. C. 589. E. 992. F. 1002. C. Ἀπαρχὴ, *in ſacrificio libatio, primitiarum Diis conſecratio,* a propria illa ſignificatione transfertur ad hanc ſermonis diſputationiſque communionem, quam dicentes ſcribenteſque impertiunt audientibus legentibuſve, omnino iis, ad quos dicunt ſcribuntve. Plutarchus Opp. Mor. p. 151. E. 172. C. 384. E. 630. D. Dion Chryſ. Or. LXX. p. 625. A: ὁ Ἡλεῖος Ἱππίας—οἷον ἀπαρχὰς τῆς σοφίας τοῖς Ἕλλησιν ἐπιδεικνύων. Ariſtides T. II. p. 101: θεοῖς χαριστήρια ἀνήγαγον πρώτας ἀπαρχὰς αὐτοῖς ποιησάμενοι τὰς ἀπὸ τῶν λόγων. Julianus Epiſt. XLII. p. 421. B: πρῶτόν σοι τῶν λόγων—ἀπαρξώμεθα. Orat. I. p. 3. B: —κατὰ δύναμίν σοι τῶν οἰκείων πόνων ἀπάρξασθαι: ad Conſtantium Auguſtum dicit de ſcriptoribus laudationum in ipſum: ſpectans fortaſſe magiſtrum ſuum Libanium in ſimili argumento Orationis Baſilicæ ad Conſtantium et Conſtantem, hac uſum comparatione T. I. p. 101. A: τῶν αἰσχίστων ἡγούμην τοὺς μὲν γεωργοῦντας ἀποφέρειν τῶν καρπῶν τοῖς βασιλεῦσι τὰς ἀπαρχάς· τοὺς δὲ περὶ τὴν φιλοσοφίαν διατρίβοντας τὴν ἐπ' αὐτοὺς ἥκουσαν ἐγκαταλιπεῖν συντέλειαν· qua in dictione apparet color Iſocrateus ex Helenæ Laudatione p. 320: τοὺς μὲν τοῖς χρήμασι προέχοντας, ἀναθήμασι καὶ θυσίαις καὶ ταῖς ἄλλαις προσόδοις ἱλάσκεσθαι καὶ τιμᾶν αὐτὴν χρή· τοὺς δὲ φιλοσόφους πειρᾶσθαί τι λέγειν περὶ αὐτῆς ἄξιον τῶν ὑπαρχόντων ἐκείνῃ· τοῖς γὰρ πεπαιδευμένοις πρέπει τοιαύτας ποιεῖσθαι τὰς ἀπαρχάς.

40. B. ἐπαινοῦντα μὲν οἷς ἐπιτυγχάνει τὴν δύναμιν] *laudans facultatem dicentis iis in partibus, in quibus conſecuta eſt propoſitum, ſatisfecit argumento.* Non abs re ſit addere ἐν cum Reiſkio, ut ſit μὲν ἐν οἷς. Verbum ἐπιτυγχάνειν et in vitæ conſuetudine et in philoſophorum ſcholis uſitatum, proprie quidem eſt *aſſequi, ſcopum ferire,* tum tranſlate generatim *propoſito ſatisfacere,* conſtruiturque vel cum Caſibus Genitivo vel Dativo, vel ſimpliciter ponitur ut hoc loco, quæ eſt rarior uſurpatio. Plutarchus De Orac. De

fectu p. 438. A: οἱ πολλὰ βάλλοντες, ἐπιτυγχάνεσι πολλάκις, *qui crebro jaciunt, ſæpenumero ſcopum attingunt.* Sympoſ. V. p. 673. D: πρὸς τὸ λογικῶς καὶ τεχνικῶς πρατλόμενον οἰκείως διακείμεθα, καὶ θαυμάζομεν ἂν ἐπιτυγχάνηται, *rebus ſcite artificioſeque factis conciliamur et admiratione afficimur ſi propoſito ſatisfaciant.* Ibid. F: τῇ δὲ μιμήσει πανεργία τις ἐμφαίνεται καὶ πιθανότης, ἄνπερ ἐπιτυγχάνηται. Bruto p. 991. B: εὐξάμενοι τοῖς περὶ Βροῦτον ἐπιτυγχάνειν καὶ κατορθοῦν, *precatus Bruto ejuſque conjuratis ut propoſitum aſſequerentur rectèque perficerent.* Jamblichus Vit. Pythag. §. 40: ἀπεφαίνετο δὲ καὶ ταῖς πρὸς ἀλλήλους ὁμιλίαις οὕτως ἂν χρωμένες ἐπιτυγχάνειν, ὡς μέλλεσι τοῖς μὲν φίλοις μηδέποτε ἐχθροὶ κατασῆναι, τοῖς δὲ ἐχθροῖς ὡς τάχισα φίλοι γίνεσθαι· ubi quod ſubeſt difficultatis, tollatur legendo μέλλοντες: *pronunciabat, eos in mutuis congreſſibus ac negotiis bonum ſucceſſum habituros, ſi iis ita uterentur, ut amicis numquam inimici futuri, et cum inimicis quam citiſſime in gratiam redituri.* Stobæus Eclog. Ethic. 169. quem locum emendavimus in Diſſertatione de Panætio p. 75. Hinc ἐπίτευγμα: contrarium, ἀποτυγχάνειν et ἀπότευγμα.

40. B. Τοῖς μὲν οὖν κατορθουμένοις ἐπιλογιστέον, ὡς—κατορθοῦνται.] Latine *recte facta* in ſermonis conſuetudine non tantam excellentiæ ſignificationem habent, quantam in philoſophorum ſcholis, et quantam κατορθοῦν utrobique Græce. Igitur Xylander bene reddidit *quæ dicta ſunt præclare.* Habet autem locum maxime quidem in bellicis factis, ſed tamen ut in aliis rebus, ſic in ſcribendo, dicendo, differendo. Sic Plutarchus de Thucydide ac Philiſto, quorum deſcriptiones rerum Syracuſanos inter et Athenienſes geſtarum imitari et corrigere adeo conans Timæus, διὰ μέσων ὠθεῖται τῇ ἱστορίᾳ τῶν μάλιστα κατωρθωμένων ἐκείνοις ἀγώνων, καὶ ναυμαχιῶν, καὶ δημηγοριῶν: Nicia p. 523. C. *narrando ruit per media certamina, prælia navalia, conciones, quibus illi narrandis præcipue excelluerant.* Atque, ut hoc loco, opponitur τῷ ἁμαρτάνειν, *aberrare ab egregio propoſiti effectu:* ſupra p. 25. D. infra 73. C: δεῖ μὴ μόνον ἁμαρτάνοντας, ἀλλὰ καὶ κατορθοῦντας ἐπιτηρεῖν τοὺς φίλους. 92. E. Ageſilao p. 598. A: τοὺς μὲν ἐχθροὺς ἠχύνετο μὴ τιμᾷν κατ-

ορθοῦντας, τοὺς δὲ φίλους οὐκ ἐδύνατο ψέγειν ἁμαρτάνοντας. Bruto 991. B. jungitur cum ἐπιτυγχάνειν: Arato p. 1035. C. opponitur τῷ ἀποτυγχάνειν. Hæc hactenus. Ἐπιλογίζεσθαί τί τινι, idem eſt, quod λογίζεσθαί τι ἐπί τινι, *cenſere quid de aliqua re cognita vel audita*: ſic Opp. Mor. p. 92. E: δεῖ δὲ μηδὲ τὸ χαίρειν ἐφ' οἷς ἁμαρτάνουσιν ἀργὸν εἶναι, μήτε τὸ λυπούμενον ἐφ' οἷς κατορθοῦσιν, ἀλλ' ἐπιλογίζεσθαι δι' ἀμφοτέρων, ὅπως τὰ μὲν φυλατόμενοι βελτίους ὦμεν αὐτῶν, τὰ δὲ μιμούμενοι μὴ χείρονες: hic poſitum eſt pro ἐπιλογίζεσθαι ἀμφοτέροις. Item p. 115. A. 1089. D. Antipater Tarſenſis, ibid. p. 1051. E. Eadem ratione eſt ἐπιλογισμὸς, p. 30. E. 76. B. 435. A. 679. C. 1045. A. 1119. B. et ἐπιλόγισις, 1091. B.

40. B. καὶ μιμητέον ταῦτα θαυμάζοντάς γε δὴ καὶ ζηλοῦντας.] Habenda erat ratio particulæ γε δή, *atque adeo, utique, profecto, omnino quidem*: de qua docte ut ſolet Hoogeveenius Doctr. Partic. p. 224. et ſeq. Nos ſatisfaciemus animadverſioni annotandis Plutarchi locis. Opp. Mor. p. 135. B: ἃ γε δὴ μάλιστα κακῶν ταῖς νόσοις προσέστι, *quæ utique mala maxime adſunt morbis*. 136. F. ὠφέλιμον εἰδέναι τὰ τοιαῦτα, καὶ ῥᾴδιον ἀεί γε δὴ πειρωμένοις καὶ συνόντας, *utile eſt talia ſcire, atque facile adeo eſt, utpote ſemper experientibus ac præſentibus*. 374. B: δόξειε δ' ἂν ἴσως καὶ Ἡσίοδος—οὐχ ἑτέρας λαμβάνειν ἀρχὰς, ἀλλὰ ταύτας γε δὴ τῶν ὀνομάτων. 626. D: τοὺς περὶ Ἁρμόδιον Αἰαντίδας ἀπέφαινον Ἀφιδναίους γε δὴ τὸν δῆμον γεγονότας, *Harmodium pronunciabant fuiſſe ex genere Æantidarum, quippe qui populo Aphidnæus utique fuiſſet*. Item 960. A. 1115. E. Vitarum p. 523. F. 971. D. 976. C. Similis eſt uſus in πόθεν γε δή, de quo infra dicemus.

40. B. τοῖς δὲ ἁμαρτανομένοις ἐφιστάναι χρὴ τὴν διάνοιαν—] Ita plene dicitur *attendere mentem*, quod ſupra p. 32. B. ſimpliciter erat ἐφιστάναι. Quæ hoc loco depromenda annotaveram, video a viris doctis illic laudatis fere occupata eſſe. Sunt tamen quæ adjiciamus exempla, ubi Dativus rei non diſerte additur, ſed ſubauditur. Jamblichi Vit. Pythag. §. 125: ποιῆσαι τὸν ἄνθρωπον ἐπιστῆσαι τὴν διάνοιαν, *Pythagoram effeciſſe, ut ille homo animum adverteret*, ſcilicet *rei, quam agebat*. Democritus qui dicitur, Epiſtola ad

Hippocratem, ed. Charter. T. I. p. 26. A: ἐφιςάντα τὴν διάνοιαν καὶ σκεπτόμενον ἐκπάγλως.

40. C. Ξενοφῶν] In Œconom. p. 820. D. ed. Leunclav. I. 15. ed. Welf. et Bach. Idem dictum tractavit et argumentum fecit Plutarchus ſingulari libro, inſcripto Πῶς ἄν τις ὑπ' ἐχθρῶν ὠφελοῖτο, p. 86. ubi videantur notata.

40. C. Ῥᾷςον γάρ ἐςι τῶν ὄντων τὸ μέμψαθαι τὸν πλήσιον—] Jungendum eſt ſequens præceptum, E: τὸ μὲν γὰρ ἀντειπεῖν οὐ χαλεπὸν ἀλλὰ καὶ πάνυ ῥᾴδιον εἰρημένῳ λόγῳ· τὸ δ' ἕτερον ἀνταναςῆσαι βελτίονα, παντάπασιν ἐργῶδες: tum adhibeantur dicta Oratorum, quæ fere hanc in ſententia locorum communium auctoritatem obtinent. Iſocratis, in Helenæ Laudatione p. 309: Ἵνα δὲ μὴ δοκῶ τὸ ῥᾷςον ποιεῖν, ἐπιτιμᾷν τοῖς ἄλλοις, μηδὲν ἐπιδεικνὺς τῶν ἐμαυτοῦ, πειράσομαι περὶ αὐτῆς ταύτης εἰπεῖν, παραλιπὼν ἅπαντα τὰ τοῖς ἄλλοις εἰρημένα. Buſiridis Laud. p. 328. Ἵνα δὲ μὴ δοκῶ τὸ προχειρότατον ποιεῖν, ἐπιλαμβάνεσθαι τῶν εἰρημένων, μηδὲν ἐπιδεικνὺς τῶν ἐμαυτοῦ, πειράσομαί σοι διὰ βραχέων δηλῶσαι τὰ περὶ τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν. Demoſthenis Olynth. I. p. 3. D: Τὸ μὲν οὖν ἐπιτιμᾷν, ἴσως φήσαι τις ἄν, ῥᾴδιον καὶ παντὸς εἶναι· τὸ δ' ὑπὲρ τῶν παρόντων ὅ, τι δεῖ πράττειν ἀποφαίνεσθαι, τοῦτ' εἶναι συμβούλου. Adverſ. Ariſtogitonem p. 847. B: οὐ γὰρ ἐπιτιμᾷν τοῖς συμβουλευομένοις χαλεπὸν, ἀλλὰ συμβουλεῦσαί τι καὶ πεῖσαι τῶν δεόντων. Adverſ. Pantænetum p. 995. D: γνῶναι δ' ἰδόντα ἕτερον καὶ ἐπιπλῆξαι ῥᾴδιον. Exordio XXII. p. 224. B: ἵν' οὖν μὴ, τὸ ῥᾷςον ἁπάντων, ἐπιτιμήσω μόνον· ὃν τρόπον ἄν μοι δοκῆτε ταῦτα ποιῆσαι, διδάξω. Convenit quoque Euripideum, notatum ſupra p. 20. D: Τὸ ῥᾷςον εἶπας, αἰτιάσαθαι θεούς.

40. D. ἀχρήςως τε καὶ κενῶς γινόμενον] Reddunt quidem interpretes Xylander et Cruſerius participium, *quod inutiliter et vane fit*, ille; *quod ſine fructu fit et inaniter*, hic: et Latine quidem offenſionis nihil, Græce multum, habet. Itaque Amyotus eamdem rationem ſecutus eſt, quam nos, quaſi pro τε legiſſet δέ. Sic ex antecedentibus ſubaudiendum erit ἐςί. Et fortaſſe forma hæc, γιγνόμενόν ἐςιν pro γίγνεται, quoſdam offendat: nec tamen auctoritas ei deeſt. Sic Plutarchus Præcept. Conjug. p. 143. E: τοῦτο δ' οὐχ ἁπλῶς γινόμενόν ἐςιν, *hoc non ſimpliciter fit*. De Vitioſo Pu-

dore p. 534. A: τὸ δὲ τοὺς ἀναιδῶς καὶ ἀδυσωπήτως ἐνοχλοῦντας ἀποτρίβεσθαι τῷ ἀδυσωπήτῳ—ὀρθῶς καὶ δικαίως γινόμενόν ἐστιν ὑπὸ τῶν νοῦν ἐχόντων—, *impudenter moleſtos impudenter repellere—recte fit ab hominibus prudentibus.* Cum aliorum Participiis Verborum conjungi εἰμὶ minus novum accidit: v. c. Apophthegm. p. 189. D: διαπυνθανομένων μή τι μεμφόμενος αὐτοῖς εἴη, *quum eum interrogarent, an quid eos reprehenderet.* De Fraterno Amore p. 484. B: καλὴν κρηπῖδα—ὁμονοίας καὶ εἰρήνης καταβαλλόμενός ἐστι, *pulchrum fundamentum concordiæ et pacis jacit.*

40. D. Ἦ που ἆρ' ἐγὼ τοιοῦτος] Laudat Plutarchus hoc Platonis dictum aliis tribus in locis, Opp. Mor. p. 88. D. 129. D. 463. D. Epictetus Diſſ. II. 21. accommodat diſputationi ſuæ, omiſſo Platonis nomine: Ἐν οὖν τοιούτοις ἀνθρώποις ἀναστρεφόμενον, οὕτω τεταραγμένοις, οὕτως οὐκ εἰδόσιν, οὔθ' ὅ, τι λέγουσιν, οὔθ' ὅ, τι ἔχουσι κακὸν, ἢ οὐκ ἔχουσιν, ἢ παρά τι ἔχουσιν, ἢ πῶς παύσονται αὐτῶν, καὶ αὐτὸν οἴμαι ἐφιστάνειν ἄξιον συνεχῶς, Μή που κἀγὼ εἷς εἰμι ἐκείνων; Paulum immutavit narrationem Incertus Scriptor apud Stobæum Serm. XXIV. p. 191: Πλάτων συνεβούλευεν, ὅτε καταγελάσωμέν τινων, ἐπιστρέφειν ἐφ' ἑαυτὸς καὶ σκοπεῖν, μὴ καὶ αὐτοὶ τοῖς αὐτοῖς ἐσμεν ἔνοχοι· πολλὰ γὰρ τὸ φίλαυτον ἐπικρύπτει καὶ περιβάλλει παρὰ τῷ μᾶλλον (leg. ἄλλων) καταγελῶντι. Secutus eſt Socraticæ ſtudioſus ſalubritatis Horatius Satir. I. 4. 136:

—Hoc quidam non belle! Numquid ego illi
Imprudens faciam ſimile?

Ubi non oblitus eſt Lambinus fontem illum Platonicum ex Plutarchi mentione oſtendere: eumque ſecutus Gatakerus ad M. Antonin. X. 30. Cæterum, hoc Platonis dictum non exſtat in ipſius ſcriptis; ſed, ut alia quædam Veteribus laudata Platonis dicta, a perditis ejus interpretibus vel vitæ ſcriptoribus, memoriæ proditum fuit.

40. D. Ὡς γὰρ ἐν τοῖς ὄμμασι—] A Platone venit ſimilitudo, prodita in Alcibiade II. 37. C: Ἐννενόηκας οὖν ὅτι τοῦ ἐμβλέποντος εἰς τὸν ὀφθαλμὸν τὸ πρόσωπον ἐμφαίνεται ἐν τῇ τοῦ καταντικρὺ ὄψει, ὥσπερ ἐν κατόπτρῳ· ὃ δὴ καὶ κορυφὴν καλοῦμεν εἴδωλον ὂν τοῦ ἐμβλέποντος· ubi κόρην habet Stobæus Serm. XX. p. 183. atque ita legendum monet B. Martinus Var.

Lect. IV. 13. Cæterum eadem ſimilitudine et Plato et Plutarchus utuntur ad declarandum illud γνῶθι σαυτὸν, ſed diverſa uterque via: ille a ſui cognitione ad aliarum cognitionem rerum proficiſcendum præcipit: hic contra, ita certe ut nos ipſos cum aliis comparemus, indeque nos ipſi cognoſcere diſcamus.

40. D. ἐνεικονίζεσθαι] Singulare verbum, cujus hanc unam prodidit auctoritatem H. Steph. T. I. p. 1123. ſed plenum efficaciæ et opportunitatis ad rem præſentem ſignificandum, ut vel ſine auctoritate conſuetudinis, ſola mentis ad argumentum intentione Plutarcho inter ſcribendum naſci potuerit. Quamquam et analogiæ ratione ſe tuetur. Eſt vero paſſive poſitum, ut recte notat Stephanus l. c.: at interpretes omnes active acceperunt. Senſus eſt: —*ita in orationum judicio faciendum eſt, ut noſtrarum imagines orationum in orationibus aliorum cernantur.*

40. E. ἐπιχειρῶμεν εἰς ταὐτὸ—] Dialecticis frequens dictio et Rhetoribus, *argumentari, diſſerere, de aliqua re:* de qua ſatis habemus, Plutarchi apponere locos. Opp. Mor. p. 690. F: εἰς δὲ αἰτίαν ἐπιχειρήσομεν, *nos autem cauſſam indagemus*, i. e. *nos cauſſam diſſerendo quæramus.* 724. D: Ἀλλὰ ταῦτά γε—εἰς τὸ πιθανὸν ἐπιχειρηται, *ſed hæc quidem ad probabilitatem diſputata ſunt.* 855. E: εἰς τὸ παράδοξον ἐπιχειρεῖν ὑπὲρ τῶν ἀπίστων, *experiri contra opinionem pro incredibilibus*, i. e. *conari, contra communem omnium opinionem, rebus incredibilibus fidem conciliare.* 988. F: οὕτω νεανικῶς πρὸς τὴν ὑπόθεσιν ἐπιχειρηκας. 1036. B: ἐπεχείρησε Χρύσιππος εἰς τοὐναντίον. 1037. B: πρὸς τὰ ἐναντία ἐπιχειρεῖν. Ibid. C: εἰς ἑκάτερον ἐπιχειροῦσιν, *in utramque partem diſputant.* Galenus De Optima Doctrina, initio T. II. p. 16. Τὴν εἰς ἑκάτερα ἐπιχείρησιν ἀρίστην εἶναι διδασκαλίαν ὁ Φαβωρῖνός φησιν. Notiſſima in ſcholis vox ἐπιχείρημα. Dicitur et ἐγχειρεῖν, ſed rarius tamen: de quo infra exponemus.

40. E. τὰ δ' ὅλως εἰσφέρειν ἐξ ὑπαρχῆς πειρώμενοι πρὸς τὴν ὑπόθεσιν] Quid hoc ſit, exemplo Platonis addito declarat, qui de eodem argumento, quod Lyſias tractaverat, prorſus novam orationem ſubjecit. Alioquin verba ſic poterant accipi, *alia ſupplere, alia corrigere, alia aliter dicere, alia*

omnino denuo inducere et argumento accommodare. Nunc omnia debent ad ſubjectum referri, eique ſententiæ convenienter reddi: primum, ut τὰ μὲν, τὰ δὲ intelligatur, *vel-vel*, aut, *partim-partim:* deinde, ultimum hoc accipiatur, *conantes omnino argumentum denuo tractare.* Sed offendit πρὸς, ſine quo ſenſus facilior erat εἰσφέρειν τὴν ὑπόθεσιν, *inducere argumentum:* ſi manet, interpretandum ut mox F. et illud p. 988. F. πρὸς τὴν ὑπόθεσιν ἐπιχειρεῖν, quod modo citavimus. Εἰσφέρειν dicitur fere ut εἰσάγειν de toto quodam opere, quod ad aliorum cognitionem producitur, veluti νόμον, δόγμα, ψήφισμα, γνώμην, et ſimilia: quam ad ſignificationem etiam præſens locus revocandus eſt. Et ut in complurium inter ſe diſputantium et verum quærentium, ſingulorum partes ſunt συμβολαὶ, ita hæ dicuntur συμβάλλεσθαι, ſed et εἰσφέρεσθαι, tamquam tributum et ἔρανος. Sic Plutarchus Sympoſ. VIII. p. 723. E: ἐγὼ δὲ εἰσφέρω πρῶτος ὅτι δεῖ τὴν τῶν νικηφόρων δόξαν—διαμένειν: et appoſite ad rem, De Sui Laude p. 543. B: οὐ γὰρ εἰσφέρει τὸν ἔπαινον ὁ τοῦτο ποιῶν, ἀλλὰ μετατίθησιν, *non enim inducit laudem, ſed transfert eam, qui hoc facit:* id eſt, *non novam ipſe primus inducit, ſed inductam jam ab aliis mutat ac tranſponit.* Novitatis notio valet in argumento phyſico, De Orac. Def. p. 427. E: τίθησι τὸ μὴ πᾶσαν ὕλην πρῶτον εἰσφέρειν τὸ λεπτομερέστατον καὶ ἁπλούστατον—, *ſtatuit, non omnem materiam primo introducere (adferre, habere) tenuiſſimas ac ſimpliciſſimas partes*—. De ſermonum et audiendi novitate eſt Euripidis Bacch. 649: τοὺς λόγους γὰρ εἰσφέρεις καινοὺς ἀεί. Ion. 1340. ὁ μῦθος εἰσενήνεκταί νέος. Ariſtophanis Nub. 547: —ἀεὶ καινὰς ἰδέας εἰσφέρω: quæ cum aliis aliorum locis attulit J. J. Wetſtenius ad illud Act. Ap. XVII. 20. ξενίζοντα γάρ τινα εἰσφέρεις εἰς τὰς ἀκοὰς ἡμῶν. Et ne illud notiſſimum in Socratis accuſatione omittamus apud Xenophontem Ἀπομν. initio —καινὰ δαιμόνια εἰσφέρων: et plane ſimile Euripidis Bacch. 256: τὸν δαίμον' ἀνθρώποισιν εἰσφέρων νέον. Reliqua pars ſententiæ repetenda eſt a poteſtate formulæ ἐξ ὑπαρχῆς, quæ non eadem eſt, quod vulgo fertur, quæ ἐξ ἀρχῆς: hæc enim valet *ab initio*, illa *denuo:* ut enim ἀρχὴ notat *initium*, ita ὑπαρχὴ, *novum initium*, priore initio vel repu-

diato, vel inſtaurato. Quam in rem ſatis nunc nobis eſt locos Plutarcheos paginis ſuis notaſſe. Igitur ſic eſt Opp. Mor. p. 655. D. 677. C. 951. C. Vitarum p. 145. F. 300. B. 342. F. 374. B. 578. B. 783. F. 865. D. 1035. A.

40. E. Ὃ καὶ Πλάτων ἐποίησε πρὸς τὸν Λυσίου λόγον.] In dialogo Phædro p. 340. et ſeq. Quem Lyſiam non illum nobilem inter decem Oratores Atticos, ſed alium quemdam ſophiſtam eſſe, pronunciat J. Taylorus in Vita Lyſiæ p. 59. adjectis etiam minis adverſus diſſenſuros, *Eam orationem*, inquit, *ſi quis arbitretur proficiſci poſſe ex eadem manu qua profectæ ſunt Orationes quas hodie publici juris facimus, eum non κρίσει aut acumine, ſed omnibus potius ſenſibus orbum eſſe judico.* Equidem, quo ſum ſtupore, nil moveor hoc μορμολυκείῳ, maloque meum ac totius antiquitatis, orationem illam Lyſiæ τῷ πάνυ tribuentis, judicium tueri, quam, eo repudiato, Taylori vindictam effugere. Cæterum, quod idem doctiſſimus vir hanc quæſtionem communicat cum alia de Epigrammate in Lyſiam ſervato in Vitis X Oratorum, inter opera Plutarchi Moralia p. 836. C: nos quidem illud Epigramma veriſimillime videmur ad Lyſidem Pythagoreum retuliſſe.

40. E. Λακεδαιμόνιος ἀκούσας ὅτι Φίλιππος Ὄλυνθον κατέσκαψεν—] De Olyntho urbe a Philippo, Alexandri patre, everſa, plenæ ſunt Orationes Demoſthenis, plena illorum temporum monumenta. Dictum Lacedæmonii aliquoties memoravit Plutarchus. In Apophthegm. Lac. p. 215. B. auctor proditur Ageſipolis: Ἀγησίπολις ὁ Κλεομβρότου, εἰπόντος τινὸς ὅτι Φίλιππος ἐν ὀλίγαις ἡμέραις Ὄλυνθον κατέσκαψε, Μὰ τοὺς θεούς, εἶπεν, ἄλλην τοιαύτην ἐν πολλαπλασίονι χρόνῳ οὐκ οἰκοδομήσει. De Ira Cohib. p. 458. B: ἐπὶ τοῦ Φιλίππου τις εἶπε κατασκάψαντος Ὄλυνθον, Ἀλλ' οὐκ ἂν οἰκίσαι γε πόλιν ἐκεῖνος δύναιτο τηλικαύτην· ubi Moſes Solanus ed. Bryan. T. IV. p. 567. corrigit ἀνοικίσαι, mutatione minus neceſſaria. Idem dixerat de difficultate urbis reſtituendæ Pindarus Pyth. IV. 484: Ῥᾴδιον μὲν γὰρ πόλιν σεῖσαι καὶ ἀφαυροτέροις· ἀλλ' ἐπὶ χώρας αὖθις ἔσσαι, δυσπαλὲς Δὴ γίνεται ἐξαπίνας. Quod vero Solanus urbem reſtitutam et Ciceronis ætate floruiſſe

contendit ex *Verrina III.* nullo appoſito loco : eſt is Verrina I. 21. ubi *Olynthus* fertur ex conjectura Lambini, ac vera lectio a Grutero defenditur *Olympus*, Lyciæ urbs, de qua videatur Cellarius Geogr. Ant. III. 3. T. II. p. 69. Olynthum numquam inſtauratam fuiſſe, ſuadet et ſcriptorum ſilentium, et Strabonis locus eo valere videtur II. p. 182. A: περὶ πολλῶν γάρ ἐσι πόλεων τοῦτ' εἰπεῖν, ὅπερ εἶπε Δημοσθένης ἐπὶ τῶν περὶ Ὄλυνθον, ἃς οὕτως ἠφανίσθαι φησὶν, ὥς' ὲ μηδὲ πώποτε ᾠκίσθησαν γνῶναι ἄν τινα ἐπελθόντα· ubi formulæ modus requirit veram ſcripturam ὥσε μηδ' εἰ πώποτε—. Demoſthenis dictum exſtat Or. Philipp. III. p. 47. B: Ὄλυνθον μὲν δὴ καὶ Μεθώνην καὶ Ἀπολλωνίαν, καὶ δύο καὶ τριάκοντα πόλεις ἐπὶ Θράκης ἐῶ· ἃς ἁπάσας οὕτως ὠμῶς ἀνήρηκεν, ὥσε μηδένα μηδ' εἰ πώποτ' ᾠκίσθησαν εἶναι ῥᾴδιον προσελθόντα εἰπεῖν: quibus in verbis εἶναι nolim delere. Philo Jud. de Exſecrat. p. 934. C: ἀπιςήσουσιν δὲ οἱ θεασάμενοι τὰς αὐτοῖς θεμελίοις ἀναιρεθείσας πόλεις, εἴ ποτε ᾠκίσθησαν. De Vita Moſis p. 650. C: τὰς μὲν οὖν πόλεις ἢ κατασκάπτοντες ἢ ἐμπιπράντες ἠφάνισαν, ὡς μηδ' εἰ τὴν ἀρχὴν ᾠκίσθησαν, εἰπεῖν ἔχειν· et verbis paululum immutatis III. 677. A.

40. F. Τῷ τοίνυν καταφρονεῖν τὸ θαυμάζειν ἀντικείμενον] Forma Thucydidea III. 38: ἀμύνεσθαι δὲ τῷ παθεῖν ὀτιεγγυτάτω κείμενον, ἀντίπαλον ὂν μάλιςα τὴν τιμωρίαν ἀναλαμβάνει: quam dudum notavi ad Plutarchi locum De Sera Num. Vind. p. 548. D: τὸ ἀμύνασθαι τῷ παθεῖν, ὡς Θουκυδίδης φησὶν, ὅτι ἐγγυτάτω κείμενον, εὐθὺς ἀντιφράτει τὴν ὁδὸν τοῖς ἐπιπλεῖσον εὐροούσῃ τῇ κακίᾳ χρωμένοις.

40. F. ὅσῳ οἱ μὲν καταφρονητικοὶ—ἁπλοῦσθαι φιλεῖ] Primum, in ὅσῳ οἱ μὲν variant libri: D. οἱ μὲν γὰρ, Venet. ὅσοι, Coll. Nov. ὅσοι μὲν, Vulc. ὡς οἱ μὲν γὰρ, Harl. ὡς οἱ μέν: reliqui cum vulgato conſentiunt, quod retinendum ; ſiquidem in ὅσῳ ſubaudiendum eſt μᾶλλον, quem uſum notarunt Dukerus ad Thucyd. VI. 89. et Abreſchius Dilucid. Thuc. p. 648. et ſecutus eſt Plutarchus Apophthegm. p. 240. D: ὅσῳ ἀντέλεγε, πλείονα προσιθέντος, *quanto plura contra dicebat, tanto plura adjiciebat.* Deinde, quum opponuntur καταφρονητικοὶ et θαυμασικοὶ, animadvertendus fons Ariſtotelicus in Ethicis ad Nicom. IV. 3. ubi ὁ μεγαλόψυχος no-

tatur ut καταφρονητικὸς—οὐδὲ θαυμαστικός. Porro οἱ ἄκακοι, *non mali, malitiæ expertes, ſimplices, nec ipſi mali nec de aliis male ſuſpicantes:* videndus Ruhnkenius, et qui ab eo citantur, ad Timæi Lex. Plat. p. 16. Tum, οὐκ ἐλέγχουσι τὸν Ἡράκλειτον, *non refellunt Heraclitum*, id eſt, *confirmant Heracliti dictum*, quod frequenter dicit Plutarchus μαρτυρεῖν τινι, *alicujus dictum ſuo exemplo comprobare*, de quo alibi exponemus: ita ſane malim, et Reiſkius jam ita reddidit: nam fuit, quum delendo οὐκ, ἐλέγχουσιν pro *confirmant* acciperem, quæ propria quidem, ſed rarior, eſt verbi notio: ut vel apud H. Stephanum eſt videre Theſ. L. Gr. T. I. p. 1174. De Heracliti hoc dicto monuimus ad p. 28. D. Neſcio quid Cruſerianæ verſioni acciderit, ubi *Heraclitus* in *Herculem* et proſa in carmen abiit: atque item ſupra, omiſſo etiam Heracliti nomine.

p. 41. A. τῶν ἀγωνιζομένων εὐμενῆ—σικρὸν ἐξεταστήν] Ἀγὼν, ἀγωνίζεσθαι, proprie de civili oratione in foro aut concione valet, invaluit poſtea etiam de genere ſcholaſtico ac declamatorio, ut mox p. 44. C. infra 417. F. 985. C. et præter Lexicographos, docent L. Creſollius Theatro Soph. III. 17. p. 256. ſeq. Ez. Spanhemius ad Juliani Orat. I. p. 10. ſeq. cujus locum ex illa oratione p. 3. B: τῶν λόγων ἀκροατὴν εὐμενῆ γενέσθαι, οὐχὶ δὲ ἀκριβῆ καὶ ἀπαραίτητον κριτὴν καταστῆναι, cum hoc Plutarchi loco ut ab eo profectum contuli in Biblioth. Crit. Vol. I. Part. I. p. 41. Similes dictiones notavimus ſupra p. 28. A. Cæterum θεατὴς, *ſpectator*, ſimul notat *auditorem*; cum, quia tamquam in theatro, utriuſque ſenſus conjunctum cernitur officium: tum, quia *videre*, ut verbum ſenſus latiſſime patentis, de reliquis etiam ſenſibus, et ipſa mentis cognitione uſurpatur. Ita θεατὴς de auditore ponitur a Plutarcho in Pericle p. 152. F. 153. B. Nam πρόφορὰ eſt *pronunciatio*, ut bene reddit Amyotus, non univerſe *actio*, ut verterunt Xylander et Cruſerius. Plutarchus in Demoſthene p. 849. B. πρόφορὰν, *pronunciationem*, facit partem ὑποκρίσεως, *actionis*: videantur et Stephanus Theſ. L. Gr. T. IV. p. 116. et alia in J. C. Th. Erneſti Lexico Technolog. p. 209.

41. B. ὡς πολλὰ ψευδῆ—ἐνδεχόμενοι] Ὡς cum Indicativo

positum pro *Nam*, vel pro Ἐπεὶ *Quandoquidem*, de quo supra monuimus ad p. 38. D: paucis annotatum Budæo indeque Devario, et in dubium a doctissimo Hoogeveenio vocatum, Doctrina Partic. p. 1198. vindicetur Plutarchi locis: Consolat. ad Apollon. p. 118. C. Reip. Ger. Præcept. p. 822. A. De Solert. Animal. 964. B. Demetrio p. 907. D. et Pseudo-Plutarchi De Educ. p. 14. A. Ἐνδεχόμενοι quomodo in nostram editionem venerit, equidem nunc nescio, quippe quod unus habet codex D. nec a me annotatum video ut reponendum pro cæterorum omnium lectione ἐκδεχόμενοι: quamquam utrumque se auctoritate usus tueri potest: hoc quidem generali notione *excipiendi* ac *suscipiendi*; illud vero etiam, ut εἰσδέχεσθαι, significatione *in se recipiendi*: veluti Plutarchi De Primo Frigido p. 951. B: ὁ δὲ ἄνικμος (ἀὴρ) καὶ ξηρὸς ὢν ἄχρι ταύτης τὴν κατάψυξιν ἐνδέχεται τῆς μεταβολῆς. Seni Gerenda Resp. p. 794. D: πυθόμενος τὴν σύγκλητον ἐνδέχεσθαι λόγους περὶ σπονδῶν καὶ εἰρήνης, *quum comperisset Appius Claudius, Senatum accipere sermones de induciis ac pace*. Theseo p. 10. F: ἀνέπεισε κατὰ δήμους καὶ γένη, τῶν μὲν ἰδιωτῶν καὶ πενήτων ἐνδεχομένων ταχὺ τὴν παράκλησιν αὐτοῦ, i. e. *persuasit iis rem populatim et generatim, quum plebeii quidem et pauperes celeriter ejus adhortationem acciperent*. Agide p. 801. A: εὐκόλως ἂν αὐτῶν καὶ καθ' ἡσυχίαν ὕστερον ἐνδεξομένων τὸν ἀναδασμὸν, *tamquam ipsi facile ac tranquille postea distributionem accepturi essent*. Quibus omnibus in locis *accipiendi* cum *probandi assentiendique* notione conjuncta est: ut item apud Herodotum ac Thucydidem, notante F. L. Abreschio Dilucid. Thucyd. p. 362.

41. B. Λακεδαιμονίων ἄρχοντες—ἄγεσθαι] Eamdem rem bis alibi narrat Plutarchus: Apophth. Lacon. p. 233. F: ἐνέγκαντός τινος ἀρίστην γνώμην μοχθηρᾷ, ταύτην μὲν ἀπεδέξαντο, περιελόμενοι δὲ τότε, περιέθηκαν ἑτέρῳ καλῶς βεβιωκότι. Reip. Ger. Præcept. p. 801. B: Ἐν Λακεδαίμονι τινὸς Δημοσθένους, ἀνδρὸς ἀκολάστου, γνώμην εἰπόντος ἁρμόζουσαν, ἀπέρριψεν ὁ δῆμος· οἱ δὲ Ἔφοροι κληρώσαντες ἕνα τῶν γερόντων, ἐκέλευσαν εἰπεῖν τὸν αὐτὸν λόγον ἐκεῖνον, ὥσπερ εἰς καθαρὸν ἀγγεῖον ἐκ ῥυπαροῦ μεταχερίσαντες, ὅπως εὐπρόσδεκτος γένηται τοῖς πολλοῖς. Huic ho-

mini nomen *Demoſtheni* fuiſſe, eſt quod dubitem. Hiſtoriæ hujus fons eſt apud Æſchinem in Oratione Advers. Timarchum p. 195. B. C. ubi rei fuſe copioſeque narratæ additur haud obſcura ſignificatio in Demoſthenem, quum iſte Spartanus dicitur, βεβιωκὼς μὲν αἰσχρῶς, λέγειν δ' εἰς ὑπερβολὴν δυνατός· fuiſſe τῶν ἀποδεδειλιακότων καὶ πονηρῶν ἀνδρῶν; at alterum bonum civem λέγειν μὲν οὐκ εὐφυᾶ, τὰ δὲ κατὰ πόλεμον λαμπρόν: denique ſubjicitur nominatim reprehenſio in Demoſthenem: ταχὺ γὰρ ἂν Τίμαρχον ἢ τὸν κίναιδον Δημοσθένην εἴασε πολιτεύεσθαι, *facile ſcilicet ille ſenator Spartanus, qui ad ſententiam ſuadendam bonum civem malo præpoſuit, Timarchum, aut cinædum Demoſthenem, rempublicam tractare paſſus eſſet.* Inde quum ſatis manifeſto appareret, Æſchinem mutato nomine fabulam de Demoſthene narraſſe; factum eſt, ut aliquis annotator hujus nomen ad illum Plutarchi locum apponeret. Certe ſi malo iſti Spartano civi nomen *Demoſthenes* fuiſſet, ejus rei mentionem vix omittere poterat Æſchines, qua, ut omine infauſto, invidiam audientium in adverſarium incenderet. Cæterum hanc Æſchinis narrationem Latine retulit Gellius XVIII. 3. Significavit Philo Judæus Quod Deterior Potiori Inſidiari Soleat p. 179. E: ἔν τινι τῶν εὐνομωτάτων πόλεων ἔθος εἶναί φασι τοιοῦτον· ἐπειδάν τις ἢ βουλῇ ἢ δήμῳ τῶν μὴ βεβιωκότων ὀρθῶς ἐπιχειρῇ γνώμην εἰσηγεῖσθαι, κωλύεται μὲν αὐτὸς δι' ἑαυτῆ τοῦτο πράττειν, ἀναγκάζεται δὲ πρὸς τῶν ἀρχόντων ἀνενεγκεῖν τὴν γνώμην ἑτέρῳ τῶν καλῶν καὶ ἀγαθῶν ἀνδρῶν· εἶτ' ἐκεῖνος ἀναβὰς ἃ ἤκουε διηγεῖται·—οὕτως οὐδὲ ὠφεληθῆναί τινες πρὸς ἀδίκων ἀξιοῦσιν, ἀλλὰ τῆς γεννησομένης ὠφελείας μεῖζον τὸ ἐκ τῆς παραχοληθήσης βλαβερὸν αἰσχύνης νομίζουσι. Eodemque ſpectare videtur Plinius Panegyr. XLVI. *In his enim quæ a malis bene fiunt, hic tenendus modus, ut appareat auctorem diſplicuiſſe, non factum.* De comparatione λόγου et τρόπου, notavimus ad p. 33. F: de ἄγεσθαι, ad p. 26. C. et 39. F.

41. B. αὐτοὺς ἐφ' ἑαυτῶν] *Sermones ipſos per ſe ipſos*, id eſt, *ipſos per ſe ſolos*. Plutarchus ita De Capienda Util. ex Inim. p. 87. F: Tib. Graccho p. 828. A: οὐ μὴν ἐφ' ἑαυτοῦ γε συνέθηκε τὸν νόμον, τοῖς δὲ πρωτεύουσι ἀρετῇ καὶ δόξῃ τῶν πολιτῶν συμβούλοις χρησάμενος, *non tamen ipſe ſolus hanc legem*

compoſuit, ſed adhibens in conſilium principes virtute et exiſtimatione cives. Antonio p. 947. A: ἐφ' αὑτοῦ ἐκάθητο σιωπῇ, *ipſe ſolus tacituſque conſedit.* Eumene p. 583. C: ὥϛε ϰ᾽ ϛρατηγὸς ἀποϛαλῆναι κατὰ τὴν Ἰνδικὴν ἐφ' ἑαυτοῦ μετὰ δυνάμεως, *ut etiam cum exercitu dux ſolus, ſine collega, in India ad expeditionem mitteretur.* Homerus Iliad. H. 195. —εὔχεσθε Διὶ Κρονίωνι ἄνακτι, Σιγῇ ἐφ' ὑμείων, ἵνα μὴ Τρῶές γε πύθωνται. Plato Leg. XII. p. 686. C: αὐτὸν ἐφ' ἑαυτοῦ τι κατὰ μόνας δρᾷν. Item addito μόνος Plutarchus, Catone Min. p. 762. A: πυρέτλων γὰρ, μόνος ἐφ' ἑαυτῷ διημέρευε, μηδένα ϖροσιέμενος—.

41. B. ϖολέμῳ—ϖολλὰ τὰ κενά ἐϛι.] *Multa in bello ſunt inania*, id eſt, *In bello pauca ſunt, quæ rem ipſam conficiant, pleraque fiunt opinione et oſtentatione.* Proverbium notatum Diogeniano VII. 80: Suidæ voc. Πολλὰ κενά—. ex Polybio, cujus verba in editione Schweigh. poſita ſunt XXIX. 6. T. IV. p. 436: copioſe illuſtravit Eraſmus Adag. p. 787. Et Thucydides uſus eſt III. 30. et Ariſtoteles Ethic. ad Nicomach. III. 8; δοκεῖ γὰρ εἶναι ϖολλὰ κενὰ τοῦ ϖολέμου· ubi jam P. Victorius proverbium auctoritate Thucydidis et Plutarchi notavit, Comment. p. 166. et Diodorus Siculus XVIII. 86. ubi conſulendus eſt P. Weſſelingius, et qui ab eo citantur. Immutavit Theophraſtus apud Diogenem Laert. V. 41: τὸ δὲ κενὸν τοῦ βίου πλεῖον τῆ συμφέροντος.

41. B. ϖλάσματα] Forte rectius legatur πλάσμα, ut habent C. D. Venet. *Geſtus* vertitur Amyoto et Xylandro, *actio* Cruſerio: atqui eſt *formatio vocis ad ſuavitatem ac modulationem:* ut ϖλάττειν τὴν φωνὴν eſt *vocem effingere, formare, figurare: Os tenerum pueri balbumque poeta figurat*, quod Horatius dixit Ep. II. 1. quamquam latiore notione. Vocis conformatio fiebat maxime quidem *exercitatione*, ſed etiam *potionibus:* atque de his recte accepit magnus Caſaubonus Perſium Sat. I. 17: *Sede leges celſa, liquido cum plaſmate guttur Mobile collueris.* At ſimpliciter de formatione et flexione uſurpavit Quinctilianus Inſt. Or. I. 8: *Sit autem in primis lectio virilis, et cum ſuavitate quadam gravis: et non quidem proſæ ſimilis, quia carmen eſt, et ſe*

poetæ canere teſtantur: non tamen in canticum diſſoluta, nec plaſmate, ut nunc a pleriſque fit, effeminata. Quæ conformatio ſi nimium ad ſuavitatem componitur, fit effeminata. Sed illum ad locum non inutile ſit legere elegantiſſimum Spaldingium. Plutarchus ſubinde, ut hoc loco, illa notione utitur. Sympoſ. VII. p. 711. C: de pueris, qui dramaticos Platonis dialogos recitant —ὥϛε ἀπὸ ϛόματος λέγειν· ϖρόσεϛι δὲ ὑπόκρισις ϖρέπουϛα τῷ ἤθει τῶν ὑποκειμένων ϖροσώϖων, ϗ φωνῆς ϖλάσμα, ϗ σχῆμα, καὶ διάθεσις, ἑπόμενα τοῖς λεγομένοις. Pericles p. 154. C. habuit ϖλάσμα φωνῆς ἀθόρυβον. Dicitur etiam ſimpliciter ϖλάσμα: Demoſthenes imitatus eſt Periclis ϖλάσμα καϗ τὸν σχηματισμὸν, p. 850. B. At vero 851. A: οἱ δὲ χαριέντες ταπεινὸν ἡγοῦντο καϗ ἀγεννὲς αὐτοῦ τὸ ϖλάσμα καϗ μαλακόν. Cicerone p. 862. C—E: ἡ δὲ φωνὴ ϖολλὴ μὲν ϗ ἀγαθὴ, σκληρὰ δὲ ϗ ἄϖλαϛος— at in Græciam profecto ἥτε φωνὴ λαμβάνουϛα ϖλάϛιν ἡδεῖα μὲν ϖρὸς ἀκοὴν ἐτέθραϖτο καϗ ϖολλή—. Bruto p. 1000. A: —Φαώνιος—εἰσῆλθε μετὰ ϖλάσματος φωνῆς ἔϖη ϖεραίνων, οἷς τὸν Νέϛορα χρώμενον Ὅμηρος ἐϖεϖοίηκεν, "Ἀλλὰ πίθεϑ'· ἀμφὼ δὲ νεώτερω ἐϛὸν ἐμεῖο," ϗ τὰ ἑξῆς. Recte noſtrum locum cepit L. Creſollius Theatro Soph. III. 18. p. 263; a quo quamquam diſſentiens tamen cum doctrinæ fructu adhibebitur J. Ch. Th. Erneſtus Lexico Technolog. p. 268. Nos de aliis vocabuli ſignificationibus aliis infra locis agemus.

41. C. ϖεριαυτολογία] Omnino accipiendum communi uſu *narratio dicentis de ſe ipſo, jactatio ſui*, cum Xylandro; vel *commendatio ſui*, cum Cruſerio; ne forte quis eam revocet ad Poli ſophiſtæ διπλασιολογίαν memoratam Platoni in Phædro p. 353. D. Sic ſupra De Poetis Aud. p. 29. B: τὴν δὲ μεγαλαυχίαν καϗ ϖεριαυτολογίαν ὡς φαῦλον εὐλαβεῖϑαι. Mox p. 44. A: οἰήματος ὑϖόλειϖε ϗ ϖεριαυτολογίας ἐνδιαθέτου μεϛός. Eſt hoc idem, quod ἑαυτὸν ἐϖαινεῖν, de quo ἀνεϖιφθόνως, *ſine invidia*, faciendo ſingularis eſt Plutarchi liber, p. 539. cujus in principio ita res ſignificatur, Τὸ ϖερὶ ἑαυτῦ λέγειν ὥς τι ὄντος ἢ δυναμένου: tum ibidem E: ϖαρακινδυνεύσειεν ἂν ὁ ϖολιτικὸς ἀνὴρ ἅψαϑαι τῆς καλουμένης ϖεριαυτολογίας. Et 540. B. 546. B. Cicerone p. 887. A: ἡ δὲ Κικέρωνος ἐν τοῖς λόγοις ἀμετρία τῆς ϖεριαυτολογίας ἀκρασίαν τινὰ κατηγόρει ϖρὸς δόξαν.

41. C. κραυγαὶ καὶ θόρυβοι—παραφερόμενον] Imago ex Platonico profecta exemplo, Rep. VI. p. 472. D: ἢ καὶ σὺ ἠγῇ, ὥσπερ οἱ πολλοὶ, διαφθειρομένους τινὰς εἶναι ὑπὸ σοφιστῶν νέους —ἀλλ' οὐκ αὐτοὺς τοὺς ταῦτα λέγοντας, μεγίστους μὲν εἶναι σοφιστὰς, παιδεύειν δὲ τελεώτατα καὶ ἀπεργάζεσθαι οἵους βούλονται εἶναι, καὶ νέους, καὶ πρεσβυτέρους, καὶ ἄνδρας, καὶ γυναῖκας; Πότε δή; ἦ δ' ὅς. Ὅταν, εἶπον, ξυγκαθεζόμενοι ἀθρόοι πολλοὶ εἰς ἐκκλησίας, ἢ εἰς δικαστήρια, ἢ θέατρα, ἢ στρατόπεδα, ἤ τινα ἄλλον πλήθους ξύλλογον, ξὺν πολλῷ θορύβῳ τὰ μὲν ψέγωσι τῶν λεγομένων ἢ πραττομένων, τὰ δὲ ἐπαινῶσιν, ὑπερβαλλόντως ἑκάτερα καὶ ἐκβοῶντες καὶ κροτοῦντες· πρὸς δ' αὐτοῖς αἵ τε πέτραι καὶ ὁ τόπος, ἐν ᾧ ἂν ὦσιν, ἐπηχοῦντες διπλάσιον θόρυβον παρέχωσι τοῦ ψόφου τε καὶ ἐπαίνου· ἐν δὴ τῷ τοιούτῳ τὸν νέον, τὸ λεγόμενον, τίνα οἴει καρδίαν ἴσχειν; ἢ ποίαν ἂν αὐτῷ παιδείαν ἰδιωτικὴν ἀνθέξειν, ἣν οὐ κατακλυσθεῖσαν ὑπὸ τοῦ τοιούτου ψόγου ἢ ἐπαίνου οἰχήσεσθαι φερομένην καὶ ῥοῦν, ᾗ ἂν οὗτος φέρῃ; καὶ φήσειν τε τὰ αὐτὰ τούτοις καλὰ ἢ αἰσχρὰ εἶναι, καὶ ἐπιτηδεῦσαι ἅπερ ἂν οὗτοι, καὶ ἔσεσθαι τοιοῦτον; Cicero Tusc. I. 16: *frequens enim conſeſſus theatri, in quo ſunt mulierculæ et pueri, movetur audiens tam grande carmen.*

41. C. λέξις—πολλὴ καὶ μετ' ὄγκου καὶ κατασκευῆς ἐπιφέρηται τοῖς πράγμασιν.] Orationis ὄγκος, quale ſit, dictum ad p. 16. C: κατασκευὴ, ad 30. D. Exquiſitum eſt genus vocabuli πολλὴ λέξις, *copia orationis*. Nam ut copia abundantiaque quantitatis in numero dicitur *multitudo*, in extenſione *magnitudo*, in pondere *gravitas:* ita *magnitudo* et *gravitas* transferuntur cum ad alias res, tum ad orationem, ſatis frequenter: *multitudo*, rariſſime. Quo minus committendum eſt quin ejus quædam exempla apponamus. Neque vero ejuſdem, ſed ſimilis ſaltem, generis hæc habentur. Tale eſt quod modo ex Plutarchi Cicerone protulimus, p. 862. C—E. φωνὴ πολλὴ, *vox ampla*. Bruto p. 990. D: πολὺς ἦν βοῶν, *multum clamabat*. Euripidis Oreſt. 1206. ἦν πολὺς παρῇ, *ſi clamoſus, vehemens advenerit*. Demoſthenis Adverſ. Bœotum II. p. 647. C: πολὺς γὰρ, πολὺς καὶ τολμηρός ἐστιν ἄνθρωπος, καὶ οὕτω κακοῦργος, ὥστε περὶ ὧν ἂν μὴ ἔχῃ μάρτυρας παραχέσθαι, ταῦτα φήσει ὑμᾶς εἰδέναι—· i. e. *multus, omni ad dicendum audacia copiaque inſtructus*. De Corona p. 341. C: πολὺς τοῖς συμβεβηκόσιν ἔγκειται, *frequens eventum*

reprehendit. Ibid. p. 332. C: τότε ἐγὼ μὲν τῷ Πύθωνι θρασυνομένῳ ϗ πολλῷ ῥέοντι καθ' ὑμῶν οὐκ εἶξα οὐδ' ὑπεχώρησα, ἀλλ' ἀναξὰς ἀντεῖπον: nobile dictum et multorum vel mentione vel imitatione celebratum, de quo præter alios Tayloro citatos monuit P. Weſſelingius ad Diodor. Sic. T. II. p. 147: ducta metaphora ex naturali ſimilitudine *dicendi* et *fluendi*, quæ cum in verbo ῥεῖν, tum in dictione *flumine orationis*, cernitur. Illud Demoſthenis de Pythone non omiſit Plutarchus in illius Vita p. 849. F: qui cæterum in πολὺς et πολὺν ῥεῖν ſubinde de fluviis et ſimilibus dicit: v. c. Sylla p. 465. C. Lucullo p. 507. D: ὁδεύσας ἐπὶ τὸν Εὐφράτην, καὶ κατιόντα πολὺν καὶ θολερὸν ὑπὸ χειμῶνος εὑρών—. Ageſilao p. 613. E: ἐῤῥύη δὲ πλεῖος ἑαυτοῦ καὶ μέγιστος τότε ὁ Εὐρώτας. Opp. Mor. p. 702. A: πολὺς ἐπεισρέων ὁ ἀήρ. 444. C: ἡ ὁρμὴ—ἐκφέρεται ῥυεῖσα πολλὴ καὶ ἄτακτος. 695. D: θερμότης—ῥεῖ πολλή. Nicia p. 528. C: ἡ Ἀλκιβιάδου φύσις ἐπ' ἀμφότερα πολλὴ ῥυεῖσα. Romulo p. 19. C: τὸν ποταμὸν κατιόντα πολλῷ ῥεύματι. Fabio Max. p. 179. D: ἐνέκειτο τῷ δήμῳ πολὺς, *ſæpe flagitabat populum*. Sic eſt ὁ πολὺς λόγος, *frequens rumor, communis fama*. Marcello p. 302. C. Themiſtocle 128. A. Sertorio 579. D. Cicerone 869. C. Arato 1044. A. His adhibeantur notata de nomine πολὺς ab eruditiſſimis viris St. Berglero ad Ariſtophanis Equit. 757. et S. Muſgravio ad Euripidis Iphig. Aul. 957.

Porro λέξις ἐπιφέρεται τοῖς πράγμασι, *oratio verſatur in argumento, rebus infertur*, haud facile alibi obvia dictio, hoc loco nata eſt ex ſimilitudine fluvii, qui cum impetu ac vi *fertur*, qui φέρεται, φορὰν habet. Aliud eſt illud Chryſippi, infra p. 1048. A: εἴ τις βάλεται—τὸ μὲν ἀγαθὸν αὐτῶν λέγειν, τὸ δὲ κακὸν ἐπί γ' αὐτὰ φερόμενος τὰ πράγματα, καὶ μὴ ἄλλως ἀποπλανώμενος, *tendens ad res ipſas, hæc nomina referens ad res ipſas*. Similius eſt principium libri De Herodoti Malignitate p. 854. E. Τοῦ Ἡροδότου πολλοὺς—καὶ ἡ λέξις ὡς ἀφελὴς ϗ δίχα πόνου καὶ ῥᾳδίως ἐπιτρέχουσα τοῖς πράγμασιν, ἐξηπάτηκε: de cujus verbi elegantia illic notabimus. His locis πράγματα ſunt *materia, argumentum orationis*, diſtinguuntur a verbis ac dictione: ut mox p. 42. A. D. 47. B. 142. A. item diſtinguuntur a λέξει: 396. F.

41. C. τῶν ὑπὸ αὐλὸν ᾀδόντων] D. ὑπ' αὐλοῖς. Venet. Colleg. Nov. Harl. ὑπὸ τῶν αὐλῶν. Voſſ. ὑπὸ αὐλῶν. Tres caſus hoc uſu fere uſurpantur. Plutarchus Marcello p. 310. E: πέμπει δὲ αὐτὸν (τὸν θρίαμβον) ὑπ' αὐλητῶν μάλα πολλῶν, *agit triumphum accinentibus multis tibicinibus.* Arato p. 1051. E: τὸν νεκρὸν—ὑπὸ παιάνων καὶ χορῶν εἰς τὴν πόλιν ἀνῆγον. De Iſide et Oſiride p. 364. E: ἀνακαλεῖνται δ' αὐτὸν ὑπὸ σαλπίγγων. Xenophon Hiſt. Græc. II. 2. 14: τὰ τείχη κατέσκαπτον ὑπ' αὐλητρίδων. Charon Lampſacenus ap. Athen. XII. p. 520. E: Καρδιηνοὶ πάντες τὰς ἵππους ἐδίδαξαν ἐν τοῖς συμποσίοις ὀρχεῖσθαι ὑπὸ τῶν αὐλῶν. Dativus eſt in Plutarchi Sylla p. 460. D: εἰσήλαυνε φρικώδης ὑπό τε σάλπιγξι καὶ κέρασι πολλοῖς, *invectus eſt in urbem Athenarum horribilis ſub cantu tubarum multorumque cornuum.* De Gloria Athen. p. 348. D: προσίτωσαν ὑπ' αὐλοῖς καὶ λύραις. De Solertia Animal. p. 973. C: ἔτυχε δέ τις ἐκείνῃ τῶν πλησίων ἐκκομιζόμενος ὑπὸ σάλπιγξι πολλαῖς. Accuſativus De Muſica p. 1141. A: τὴν κροῦσιν τὴν ὑπὸ τὴν ᾠδήν. Plato Leg. II. p. 582. G: αὐλήσει γε χρῆσθαι καὶ κιθαρίσει, πλὴν ὅσον ὑπὲρ (lege ὑπ') ὄρχησίν τε καὶ ᾠδήν. Videantur C. A. Dukerus ad Thucyd. V. 70. F. L. Abreſchius Annot. in N. T. p. 576. Hoc loco malim cum D. ὑπ' αὐλοῖς, vel ὑπ' αὐλόν.

41. C. ἀντιλάμπει τῷ ἀκροατῇ πρὸς τὸ δηλούμενον.] Dictio Plutarcheæ formæ cum elliptica conſtructione, tum tralatione: ad verbum reddas, *refulget auditori ad ſignificatum*; ad ſententiam et Latinitatem, *ex eodem loco ſplendens oratio præſtringit aciem audientis, ut rem ſignificatam ac ſententias videre nequeat.* De conſtructione monuimus ad p. 40. A. Tralatione dictum eſt ἀντιλάμπειν pro ſimplici ἀντιπράττειν, quod eadem ſententia et conſtructione exſtat De Pythiæ Orac. p. 407. A: ᾐτιῶντο τὴν περικειμένην τοῖς χρησμοῖς ποίησιν, ὡς οὐ μόνον ἀντιπράττουσαν τῇ νοήσει πρὸς τὸ ἀληθὲς, ἀσάφειάν τε καὶ σκιὰν τῷ φραζομένῳ μιγνύουσαν, ἀλλ' ἤδη καὶ τὰς μεταφορὰς, καὶ τὰ αἰνίγματα, καὶ τὰς ἀμφιβολίας—, *reprehendebant circumdatam oraculis poeſin, ut adverſantem cogitationi ad intelligentiam veritatis.* Sympoſ. VI. p. 697. B: πρὸς τοῦτο συνεργοῦσιν οἱ ἄλες, πρὸς δὲ τὴν λεγομένην περιπλοκὴν καὶ σύνδεσιν ἀντιπράττουσι. Proprius Plutarcheus verbi uſus

eſt fere de Sole et Luna: veluti De Iſide et Oſir. p. 373. E: τὴν ἔκλειψιν, ἣν ὁ ἥλιος ἴσταται διαφυγόσης τὴν σκιὰν τῆς γῆς, εὐθὺς ἀντιλάμπων, *e regione Lunam illuſtrans*. De Facie Lunæ p. 920. D: λεῖος αὐταῖς ἀντιλάμπει ἡ περίπλεως αὐτῆς ὁ κύκλος. Æmilio Paulo p. 264. D: ὅπως μὴ κατὰ πρόσωπον μαχομένοις αὐτοῖς ἔωθεν ὁ ἥλιος ἀντιλάμποι. Arato p. 1036. C: ἡ δὲ νὺξ ἀνέφελος ἦν καταφανὴς, ὥστε καὶ φόβον τὰ ὅπλα κατέχειν ἀντιλάμποντα πρὸς τὴν σελήνην, μὴ τὰς φύλακας οὐ λάθωσιν· ubi ſorte legendum παρέχειν.

41. C. Ὁ μὲν γὰρ Μελάνθιος—ἐπιπροσθουμένην] Melanthius, quando ſimpliciter nominatur, intelligendus eſt is, qui in cognominibus viris plurimum habuit famæ. Atque is fuit poeta tragicus, æqualis Ariſtophanis, ab eodemque et aliis veteris comœdiæ poetis ſale et convicio petitus: de quo proditur apud Athenæum VIII. p. 343. C: Suidam in voce, et Scholia Ariſtoph. Pace 803. Quod eſt apud Athenæum, *Melanthii et Tragœdias et Elegias exſtare*; equidem Elegiarum ſcriptorem Melanthium antiquiorem putem Tragico et æqualem Cimoni, in quem carmina fecit et epica et elegiaca, ut Plutarchus prodit in hujus Vita p. 480. C. et 481. A, B. Diogenes duo fuerunt, ſub quorum nominibus tragœdiæ ferrentur, *Œnomaus*, qui in hanc Melanthii ætatem incidit: et *Cynicus*, ſub cujus nomine demum ab ejus diſcipulo Philiſco tragœdiæ compoſitæ ſunt, quas Melanthius profecto cognoſcere non potuit. Nec de Œnomai tragœdiis, ut verborum obſcuritate laborantibus, quidquam proditum: at proditum eſt de Dionyſii Majoris Syracuſarum tyranni tragœdiis apud Helladium in Chreſtomathia ap. Photium Cod. CCLXXIX. p. 1588. edit. Schotti, et p. 14. edit. Meurſii; ut facere non poſſim quin probem *Amyotum* reddentem ac ſi legiſſet Διονυσίᾳ: nam, quod idem Xylandro tribui in Notatione Emendationum, decepit me verſio Xylandri addita editioni Græco-Latinæ Pariſienſi formæ maximæ anni 1624, cujus ſive opifex, ſive operarius, in occulto latens, multas tacitus et Græcæ orationi, et Latinæ interpretationi Xylandreæ, mutationes intulit. De Melanthio quid ſupra diximus ad p. 20. C: videndus et J. A. Fabricius Bibl.

Gr. T. I. p. 683 : idemque de Diogenis et Dionyſii tragœdiis ibidem p. 674, 675. Ἐπιπροσθεμένην elegans et in hac comparatione, *viſus ſplendore præſtricti, ac Terræ Lunæque alterno interjectu per eclipſim obſcuratæ*, proprium eſt vocabulum : quod Reiſkium minime debebat offendere, ut adeo neſcio quid reponere tentaret. Jam Budæus Comment. L. Gr. p. 323. et 324. ac H. Stephanus Theſ. L. Gr. T. III. p. 559. docuerant : nec Plutarcho eſt infrequens : De Virtute Mor. p. 450. C : Χρύσιππος εἰπὼν ὅτι τυφλόν ἐστιν ἡ ὀργὴ, καὶ πολλάκις μὲν οὐκ ἐᾷ ὁρᾶν τὰ ἐκφανῆ, πολλάκις δὲ καὶ τοῖς καταλαμβανομένοις ἐπιπροσθεῖ· *rebus jam perceptis officit, velum obtendit.* De Animi Tranquill. p. 471. B : τοιαῦτα πολλὰ καὶ πλούτῳ καὶ δόξῃ καὶ βασιλείᾳ προσέστιν ἄδηλα τοῖς πολλοῖς· ἐπιπροσθεῖ γὰρ ὁ τύφος· recte Xylander, *officit enim luminibus faſtus.* De Facie Lunæ p. 925. C : ἐν τοῖς τῆς γῆς ὅροις εἶναι σελήνην ὑπὸ τῶν ἄκρων αὐτῆς ἐπιπροσθεμένην· ibidem p. 933. A : de eclipſi Lunæ, ἄρχεται γὰρ ἐκεῖθεν ἡ ἐπιπρόθησις, ὅθεν πρῶτον ἐπιβάλλει τὸ ἐπιπροσθοῦν. Platonic. Quæſt. p. 1006. E : οἱ τῶν ὡρολογίων γνώμονες οὐ συμμεθιστάμενοι ταῖς σκιαῖς, ἀλλὰ ἑστῶτες ὄργανα καὶ χρόνου μέτρα γεγόνασι, μιμούμενοι τῆς γῆς τὸ ἐπιπροσθὲν τῷ ἡλίῳ περὶ αὐτὴν ὑποφερομένῳ. Hierocles ap. Stob. Serm. LXV. p. 415 : τὰ γὰρ σκύθρωπα τοῦ βίου— οὐκ ἔστι πρόχειρα τοῖς ἀναγκαίοις ἐπιπροσθούμενα περισπασμοῖς, *triſtiores vitæ partes nos latent neceſſariis obvelatæ negotiis.* Longinus de Subl. XXXII. 2 : τῷ πλήθει τῶν τροπικῶν ὁ κατὰ τῶν προδοτῶν ἐπιπροσθεῖ τοῦ ῥήτορος θυμός· male acceptum ab omnibus, quos quidem viderim, interpretibus, ita reddendum, *Oratoris ira adverſus proditores obtegit nimiam tranſlationum multitudinem, quominus eam animadvertant legentes.* Maxïmus Tyrius Diſſ. XV. 6. p. 171 : ψυχὴ—μήτε ὑπὸ σαρκῶν ἐπιπροσθουμένη. Theodoretus De Cur. Gr. Affect. II. p. 489. B : οὐ μόνον ἄρα ἡμεῖς τὸ τῆς οἰήσεως ἐπιπροσθεῖν ὑμῖν εἰρήκαμεν πάθος. Simplex ἐπίπροσθεν infra notabimus. Cæterum jam ſatis apparet, in hoc loco ἐπιπροσθουμένην antecedenti ἀντιλάμπειν et concinne et venuſte reſpondere. Denique animadvertenda eſt vis formulæ ὡς ἔοικε, quæ in commemorandis factis, aut unice, aut commodiſſime reddenda eſt *ut fertur* : de qua ut jam monuimus olim ad

librum de Sera Num. Vind. p. 11. ita nunc defungemur notandis exemplis Plutarcheis. Sic igitur Opp. Mor. proxime, D. p. 52. B. 71. E. 147. E. 162. C. 168. F. 323. D. 652. E. 655. E. 760. A. Vitarum p. 152. C. 183. C. 273 D. 408. E. 451. A. 492. E. 506. A. 735. F. 883. B. 906. F. 1022. C.

41. D. —Αἱ δὲ τῶν πολλῶν διαλέξεις—ἐκβακχεύουσι καὶ παραφέρουσι—] Διάλεξις, *dissertatio*, *disputatio*, est et Philosophorum et Sophistarum: opponitur *lectioni*. p. 130. C: ἡ δὲ διάλεξις ἀγῶνα καὶ σφοδρότητα προσίδησι· et est vehementior quam illa: p. 778. B. *philosophus cum principibus in rep. viris deget*, οὐκ ἐνοχλῶν οὐδὲ ἐπισταθμεύων τὰ ὦτα διαλέξεσιν ἀκαίροις καὶ σοφιστικαῖς, βουλομένοις δὲ χαίρων καὶ διαλεγόμενος καὶ σχολάζων καὶ συνὼν προθύμως: de schola ipse quam habuerat hesterno die, p. 826. A: τὴν γενομένην μοι πρὸς ὑμᾶς διάλεξιν ἐχθές. Jamblichus Vita Pythag. §. 104: Pythagoricorum scripta generatim ita recenset, ut ea nominet, διαλέξεις, καὶ τὰς πρὸς ἄλλους ὁμιλίας, καὶ τοὺς ὑπομνηματισμούς τε καὶ ὑποσημειώσεις καὶ αὐτὰ ἤδη τὰ συγγράμματα καὶ ἐκδόσεις πάσας. Gellius XIX. 1. Epicteti *dissertationes* vocat citatque διαλέξεις. Debet autem docens non Sophistam agere nec ἐπιδείκνυσθαι, ut eleganter differit Philo Jud. De Poster. Caini p. 252. sequ. Εὐήθεις γὰρ ὅσοι τῶν διδασκάλων μὴ πρὸς τὴν τῶν γνωρίμων δύναμιν, ἀλλὰ πρὸς τὴν ἑαυτῶν ὑπερβάλλουσαν ἕξιν ἐπιχειροῦσι ποιεῖσθαι τὰς ὑφηγήσεις, οὐκ εἰδότες ὡς διδασκαλίας ἐπίδειξις μακρῷ διενήνοχεν· ὁ μὲν γὰρ ἐπιδεικνύμενος τῇ τῆς παρούσης ἕξεως φορᾷ καταχρώμενος ἀνεμποδίστως τὰ ἐν μακρῷ χρόνῳ πονηθέντα οἴκοι, καθάπερ γραφέων ἔργα ἢ πλαστῶν, εἰς τὰμφανὲς προφέρει τὸν παρὰ τῶν πολλῶν θηρώμενος ἔπαινον· ὁ δ' αὖ διδάσκειν ἐπιχειρῶν, οἷά τις ἰατρὸς ἀγαθὸς, οὐ πρὸς τὸ τῆς τέχνης μέγεθος, ἀλλὰ πρὸς τὴν τοῦ θεραπευομένου δύναμιν ἀφορῶν, οὐχ ὅσα ἐκ τῆς ἐπιστήμης πεπόρικε, ἀμύθητα γὰρ ταῦτά γε, ἀλλ' ὅσων τῷ κάμνοντι δεῖ, σχολάζόμενος τῷ μετρίῳ, προσφέρων ἐπιδίδωσι· ita enim legendum. Παραπετάσμασι *nominibus utuntur tamquam velis, quibus obtegantur obruanturque sententiæ, non quibus declarentur*: simili tralatione dicitur De Animi Tranquill. p. 471. A: μὴ μόνον ὅρα τὰ λαμπρὰ καὶ περιβόητα τῶν ζηλουμένων ὑπὸ σοῦ καὶ θαυμαζομένων, ἀλλ' ἀνακαλύψας καὶ διασκέλας, ὥσπερ ἀνθηρὸν παραπέ-

τασμα, τὴν δόξαν αὐτῶν καὶ τὴν ἐπιφάνειαν, ἐντὸς γενῆ, ᾗ κατόψει πολλὰ δυχερῆ καὶ πολλὰς ἀηδίας ἐνούσας αὐτοῖς. Jamblichus in Epiſt. ad Dyſcolium ap. Stob. Serm. XLIV. p. 315. liberalitatem laudans in magiſtratu, εὐγενῶς τε τὰς χάριτας ὀρέγωσι—γυμνὰς δὲ καὶ ἀπαρακαλύπτους καὶ χωρὶς τῶν ἔξωθεν παραπετασμάτων. Alexis ibid. Serm. XCI. p. 507: Ψυχὴν ἔχειν δεῖ πλησίαν· τὰ δὲ χρήματα Ταῦτ' ἐστὶν ὄψις, παραπέτασμα τοῦ βίου. Menander ibid. Serm. XCV. p. 518: Ἐν ἀγρῷ γὰρ οἰκῶν, οὐ σφόδρ' ἐξηλέγχετο, Τῆς μερίδος ὢν τῆς οὐδαμοῦ τεταγμένης· Εἶχεν δὲ παραπέτασμα τὴν ἐρημίαν. Nobile eſt Platonis dictum in Protagora p. 196. B. affirmantis ſub Protagoræ perſona, antiquos ſapientes *ſophiſtas* fuiſſe, ſed alios alias artes tractaſſe, earumque ſpecie et obtentu diſſimulaſſe Sophiſticam, ut ejus nominis invidiam effugerent —φοβηθέντες τὸ ἐπαχθὲς αὐτῆς πρόσχημα ποιεῖσθαι καὶ προκαλύπτεσθαι τοὺς μὲν ποιήσιν—τοὺς δὲ αὖ τελετὰς καὶ χρησμοὺς—ταῖς τέχναις ταύταις παραπετάσμασι ἐχρήσαντο: quo reſpexit Themiſtius Orat. XXIII. p. 290. A: παραπετάσματα μέν φησι ποιεῖσθαι τὼ ἄνδρε ἐκείνω τὰς τέχνας, τῇ δὲ ἀληθείᾳ σοφιστὰς ἱκανῶς εἶναι. Plutarchus Pericle p. 154. A: οὐ μὴν ἔλαθεν ὁ Δάμων τῇ λύρᾳ παρακαλύμματι χρώμενος: de quarum vocum promiſcuo uſu monuimus ad p. 27. E. Proprio ſenſu eſt παραπέτασμα Romulo p. 36. F. Pompeio 631. B. Artaxerxe p. 1013. E. Utrumque ſenſum paucis attigit Ez. Spanhemius ad Ariſtophanis Ran. 969. Mox quæ de modulatione memorantur, pertinent ad πλάσμα, de quo diximus modo ad hujus paginæ B. Περίασις, quaſi *circumcantillatio*, ſingulare et unius hujus, quod ſciam, exempli nomen, factum ad formam et imitationem nominis περίφρασις: nec mutem in παρισώσεσιν cum D. aut in περιάξεσιν cum T. V. Anon. nec in πλάσεσιν cum Salmaſio, aut in περικλάσεσιν cum Reiſkio. Ἐμμέλεια conjunctam habet notionem. Sic Opp. Mor. p. 443. A. inſtrumenta muſica φωνὴν καὶ ἐμμέλειαν ἀφίησιν: quod idem dicitur ἐμμελὴς φωνὴ ibid. p. 444. E. De Animæ Procreat. p. 1029. D. de concentu harmonico, quo mundus movetur, τὸν μὲν οὐρανὸν ἄγει καὶ τὰ οὐράνια ταῖς περὶ αὐτὴν ἐμμελείαις καὶ κινήσεσιν ἡ ψυχή. Et in Muſicis frequentiſſimum eſt nomen ἐμμελής. Ἐκβακχεύειν, *quem*

Bacchico furore incitare, De Orac. Defectu p. 437. E: νῦν μὲν ἧττον οἱ αὐτοὶ, νῦν δὲ μᾶλλον ἐκβακχεύονται καὶ παροινοῦσι: Adv. Epicur. p. 1091. B: εἰς βρόμους καὶ ὀλολυγμοὺς ἐκβακχεύοντες ὑφ' ἡδονῆς. Philoſtratus Vit. Sophiſt. II. p. 588: ἐκβακχεύοντα σοφιστικὰς ὑποθέσεις. Porphyrius De Abſtinentia I. 34: —ἐκβακχευομένη ἡ ψυχὴ ὑπὸ τῆς ἀλογίας ἀναπηδᾷν τε ποιεῖ καὶ ἐκβοᾷν καὶ κεκραγέναι, τῆς ἔξω ταραχῆς ἀπὸ τῆς ἔνδον ἐκκαιομένης, ἣν ἀνῆψεν ἡ αἴσθησις. Plato Phædro p. 339. G: πρός σε ἀποβλέπων, ὅτι ἐμοὶ ἐδόκεις γάννυσθαι ὑπὸ τοῦ λόγου μεταξὺ ἀναγινώσκων—συνεβάκχευσα μετὰ σοῦ τῆς θείας κεφαλῆς. Longinus De Subl. III. 7: ἐνθουσιᾶν ἑαυτοῖς δοκοῦντες, οὐ βακχεύσιν, ἀλλὰ παίζουσιν: hic eſt *animi motus oratione audienda conceptus*, ἐνθουσιασμός. De aliis notionibus βακχείας ſuo loco dicemus, et ſupra ad p. 26. A. notavimus verbum συνενθουσιᾶν. Παραφέρουσι pro περιφέρουσι dedimus, proprium in hoc argumento, *a mentis ſtatu dejiciunt eos, et in ſuam ipſi ſententiam auferunt*. Sic p. 15. D: καταδέοντες τὴν κρίσιν, ὅπως μὴ παραφέρηται τῷ τέρποντι πρὸς τὸ βλάπτον. Notio auferendi valet de fluviis, qui impetu ſuo alias res ſecum trahunt abreptas ſuo ex loco aut itinere: Vitarum p. 250. B. 672. E. 1032. B. Hinc παράφορος, *inſanus*, παραφορὰ, *inſania*. Plura de hoc uſu verbi attulerunt Wetſtenius et Kypkius ad Hebr. XIII. 9: Weſſelingius ad Diodorum Sic. T. II. p. 284.

41. D. Διονυσίου—ἐλπίζων] Ὡς ἔοικε, *ut fertur*, notavimus modo ad C. Παρὰ τὴν θέαν, *inter ſpectaculum, interea dum Dionyſius eum canentem in theatro audiret*; verba enim *videndi* ad res aliorum ſenſuum et cogitationis transferuntur: quod item hac pagina, A, monuimus: παρὰ cum Accuſativo ſignificat *præſentiam temporis et loci*, ut παρ' οἶνον, *inter bibendum*: παρὰ τὰ δεινὰ, *inter pericula*: de quibus alibi dicemus: παρὰ τὰς στρατείας, *in militia*, Reip. Ger. Præc. p. 799. D. Lycurgo 53. E: παρὰ τὸν ἀγῶνα, *in certamine*. Vitarum 249. D. 1040. F. παρὰ πάντα τὸν βίον, *per totam vitam*, 276. C. 791. B. ac ſimiliter, 320. B. 357. A. 372. E. 540. A. D. 543. D. 557. C. et alibi ſæpe. Igitur hoc loco παρὰ τὴν θέαν referendum non ad εὐδοκιμοῦντι κιθαρῳδῷ, ſed ad ἐπαγωνιλάμενος: ut recte vertit Xylander,

minus recte Cruſerius et Amyotus. Noſtram rationem confirmant aliæ narrationes ejuſdem facti. Apud Plutarchum De Alexandri Fortuna Orat. II. p. 333. F: Διονύσιος γοῦν ὁ τύραννος, ὥς φασιν, κιθαρῳδοῦ τινος εὐδοκιμοῦντος ἀκούων, ἐπηγγείλατο αὐτῷ τάλαντον· τῇ δὲ ὑστεραίᾳ τὸν ἀνθρώπου τὴν ὑπόχεσιν ἀπαιτοῦντος, Χθὲς, εἶπεν, εὐφραινόμενος ὑπὸ σοῦ παρ' ὃν ᾔδες χρόνον, εὔφρανα κἀγώ σε ταῖς ἐλπίσιν· ὥστε τὸν μισθὸν ὧν ἔτερπες ἀπελάμβανες εὐθὺς ἀντιτερπόμενος: Ariſtotelem Ethic. ad Nicomach. X. 1: τῷ κιθαρῳδῷ ὁ ἐπαγγελλόμενος, κῆ ὅσῳ ἄμεινον ᾄσειε, τοσούτῳ πλείω· εἰς ἔω δὲ ἀπαιτοῦντι τὰς ὑποχέσεις, ἀνθ' ἡδονῆς ἡδονὴν ἀποδεδωκέναι ἔφη.

41. E. ἔρανον αἱ τοιαῦται πληροῦσιν ἀκροάσεις] Venuſta tralatio. *Eranus* apud Græcos proprie eſt collectitia pecunia collata ab amicis pauperi amico ſublevando: quam qui conferebant, hi dicebantur ἔρανον εἰσφέρειν, πληροῦν ἔρανον: cum ejuſmodi corrogato munere eleganter hic quaſi emendicata audientium laus dicenti collata comparatur: et ἐρανίζεσθαι ſubinde de collectione doctrinæ, ſcientiæ, virtutum, uſurpatur. Sic de ſumma et argumento diſputationum a compluribus diſputantibus habitarum, Plutarchus Sympoſ. VI. p. 694. B: ταῦτα μὲν οὖν ἔρανον κοινὸν ἐκ πάντων συνεπλήρουν λόγων. Quid ſit ἔρανος et πληροῦν ἔρανον, in primis docuerunt Iſ. Caſaubonus ad Theophraſti Characteres Cap. XV. et ad Athenæum VIII. 10. p. 612: Cl. Salmaſius cum alibi, tum longa diſputatione in Obſervationibus ad Jus Attic. et Rom. Cap. I. II. III: aliique laudati J. Tayloro ad Demoſthenis Midianam Vol. IX. p. 608. edit. Reiſk.

41. E. τὸ πολὺ καὶ κενὸν ἀφαιροῦντα τῆς λέξεως] Xylander, *copia et vanitate dictionis remota*: Cruſerius, *ubertatem et fucum abluere orationis*, pejus etiam: τὸ πολὺ hic non eſt *copia orationis*, quæ ſupra πολλὴ ἡ λέξις dicitur, hujus paginæ C: ſed refertur ad illud ibidem B. dictum, πολέμου καὶ ἀκροάσεως πολλὰ τὰ κενά ἐστι. Videtur illos decepiſſe additum καὶ, ut putarent τὸ πολὺ et τὸ κενὸν diſtingui. Atqui τὸ πολὺ καὶ κενὸν idem valet, ac τὸ πολὺ κενὸν, *multa vanitas, frequens inanitas*: et hujuſmodi in locis καὶ non diſtinguendi, ſed intendendi vim habet: cujus uſus ignoratio

ſæpiſſime et interpretibus ad accurate vertendum, et legentibus ad recte intelligendum, obfuit. Sic Plutarchus Opp. Mor. p. 57. B: πολλὰ καὶ ἀγαθὰ, *multa bona*. 115. A. πολλοὶ καὶ σοφοὶ, *multi ſapientes*. 793. F. τὰ πολλὰ μικρὰ dicuntur τὰ πολλὰ καὶ μικρά. Artax. 1017. E. In his omnibus locis πολὺς præponitur alteri adjectivo: quæ collocatio lectoribus parum exercitatis plus etiam adfert difficultatis: veluti memini me olim recentem in Platonis lectione valde offendiſſe illud in Sympoſio p. 324. E. οὐ γὰρ ἂν ἐκτομαὶ ἂν δὲ δεσμοὶ ἀλλήλων ἐγίγνοντο, καὶ ἄλλα πολλὰ καὶ βίαια, εἰ Ἔρως ἐν αὐτοῖς ἦν: ubi ſi ſcriptum fuiſſet, καὶ ἄλλα βίαια καὶ πολλὰ, intellexiſſem *et alia violenta eaque multa*, nil me offendiſſet: nunc, *alia multa et violenta*, inſolitum cum corruptelæ ſuſpicione ad ſenſum meum accidebat; ut καὶ delere vellem, præſertim videns omiſſum Ficino vertenti, *neque enim caſtrari invicem et vinciri, aliaque violenta permulta diis olim contigiſſent, ſi Amor illis tunc adfuiſſet*. Et quando illo tempore Sympoſium et Phædrum dialogos conjunctim edere conſtitueram, ſeduloque ad eos annotabam quod ad eam rem opportunum in aliorum lectione librorum occurreret; tot brevi tempore annotavi Platonis locos, ut alios deinde tamquam ſupervacaneos ſine notatione tranſmitterem. Sed tamen utile ſit ad tironum progreſſus juvandos, collecta illa teſtimonia ſuis ſaltem paginis literiſque ſignificaſſe. Igitur mox in eodem deprehendi Sympoſio p. 330. F. πολλὰ καὶ καλὰ ἔργα: et ſimilia deinceps, Hipparcho 2. F. H. Menon. 21. G. 22. A. 24. D. E. Alcib. II. 38. F. Euthyphr. 53. A. B. Lachete 246. A. Phædro 341. F. 343. G. 345. A. 353. D. Menexeno 404. H. Rep. III. 444. F. X. 519. C. Juliani Or. I. p. 8. D. Syneſii Ep. LVIII. p. 202. C. Cæterum in præſente loco Harleianus codex, omiſſo καὶ, habet τὸ πολὺ κενόν.

41. F. ἐπινοῆσαι τὰ ἀνθηρὰ καὶ εὐώδη τῶν φύλλων.] Conſtat, ſerta vel ex floribus, vel ex foliis, vel ex utriſque, componi ſolita fuiſſe. Atqui hic non niſi φύλλων fit mentio: neque vero ſub hoc tamquam generis nomine *flores* quoque comprehendi poſſunt. Igitur eo inducor, ut putem auctoris

ſcripturam fuiſſe, ἐπινοῆσαι τὰ εὐώδη τῶν ἀνθέων τε καὶ φύλλων. Conferatur de hoc argumento Plutarchus Sympoſ. III. 1.

41. F. θύμον—Ξανθὸν μέλι μηδόμεναι] Comparationem declaravimus ad p. 32. E. Verſus eſt Simonidis, quod conſtat ex Plutarcho, De Sentiend. Profect. Virt. p. 79. C: ἄνθεσιν ὁμιλεῖν ὁ Σιμωνίδης φησὶ τὴν μέλιτταν, ξανθὸν μέλι μηδομέναν· unde Fulvius Urſinus repoſuit in Fragmentis Lyricorum p. 180. Eſt iterum ſine Simonidis nomine De Amore Prolis p. 494. A.

41. F. καθαρὸν ἀκροατὴν—42. A. κηφήνων βοτάνην σοφιζιώντων ἡγούμενον ἐᾶν.] Καθαρὸς, *purus, integer, ſincerus, non corruptus illis dictionum illecebris, erga dicentem non occupatus vel benevolentia et admiratione, vel odio et contemtu:* talc eſt mox p. 45. C. προσώπου κατάσασις καθαρά· ſupra 38. A. ὦτα καθαρὰ καὶ ἄθρυπτα κολακείᾳ: ut, *nullis corruptus donis*, Vitarum 364. F. 494. B. 776. A. 777. C. 852. B. 865. A. Oratio *florida et mollis* appoſite cum floribus cito perituris coronæ confertur Reip. Ger. Præcept. p. 802. E: ὁ μέντοι λόγος ἔζω τοῦ πολιτικοῦ μήτε νεαρὸς καὶ θεατρικὸς, ὥσπερ πανηγυρίζοντος καὶ ζεφανηπλοκοῦντος ἐξ ἀπαλῶν καὶ ἀνθηρῶν ὀνομάτων. In eadem comparatione diſputatio de coronis locum habet Sympoſ. III. 2. p. 648. B: Οὐκ ἄξιον, ἔφη, ποικίλον οὕτω καὶ ἀνθηρὸν λόγον, ὥσπερ ζέφανον, ἀντιλέγοντα διαλακτίζειν. V. 8. p. 683. D. E. de Empedocle, τοῦ ἀνδρὸς οὐ καλλιγραφίας ἕνεκα τοῖς εὐπροσωποτάτοις τῶν ἐπιθέτων, ὥσπερ ἀνθηροῖς χρώμασι, τὰ πράγματα γανοῦν εἰωθότος. De Sentiendo Prof. Virt. p. 79. D: τοὺς μὲν γὰρ Πλάτωνι καὶ Ξενοφῶντι χρωμένους διὰ τὴν λέξιν, ἕτερον δὲ μηδὲν ἀλλ' ἢ τὸ καθαρόν τε καὶ Ἀτθικὸν, ὥσπερ δρόσον καὶ χνοῦν ἀποδρεπομένους, τί ἂν ἄλλο φαίης ἢ φαρμάκων τὸ εὐῶδες καὶ ἀνθηρὸν ἀγαπᾷν, τὸ δὲ ἀνώδυνον καὶ καθαρτικὸν μὴ προσίεσθαι μηδὲ γινώσκειν. Eſt item exquiſitæ venuſtatis verbum σοφιζιᾶν: Plutarchus De Sui Laude p. 545. C: οὐ γάρ ἐζι δημαγωγοῦντος οὐδὲ σοφιζιῶντος ὁ τοιοῦτος ἔπαινος, οὐδὲ κρότον οὐδὲ ποππυσμὸν αἰτοῦντος. Sympoſ. I. 1. p. 613. C: τοὺς ἐρίζοντας καὶ σοφιζιῶντας. Athenæus X. p. 437. D: Τῇ δὲ ἑορτῇ τῶν Χόων ἔθος ἐζὶν Ἀθήνῃσι πέμπεσθαι δῶρά τε καὶ τοὺς μισθὸς τοῖς σοφιζαῖς· οἵπερ καὶ αὐτοὶ συνεκάλουν ἐπὶ ξενίᾳ τοὺς γνωρίμους, ὥς φησιν Εὐβουλίδης ὁ Διαλεκτικὸς ἐν δράματι Κωμαζαῖς οὕτως,

Σοφισιᾷς, κάκιστε, καὶ Χοῶν δέῃ
Τῶν μιδοδώρων οὐκ ἀδείπνων ἐν τρυφῇ.

In noſtro loco κηφήνων βοτάνην σοφισιώντων, quod vertere poſſis *fucorum prata ſophiſturientium*; neque, quod Reiſkius ſuſpicabatur, ex aliquo Tragico aut Comico dictionem hanc ſumſiſſe putem Plutarchum; quippe, niſi reperto ejuſmodi diſerto loco, aliunde ſumtam affirmare, a ratione alienum ſit: de ſuo ipſe Plutarchus dictionem hanc conformavit, ut ſolet ſubinde, argumento imitante, orationem immutare ad Comici, Tragici, Lyrici, aliorumque generum ſimilitudinem. *Apes* et *fuci* multis comparationibus locum præbuerunt, auctore Heſiodo Ἔργ. 300. unde Plato exemplum ſuſcepit Rep. VIII. 495. A. et Leg. X. p. 670. H. quod multi ſunt imitati variis modis, ex quibus modis hic etiam fuit, ut in hac conjunctione Philoſophi cum apibus, Sophiſtæ cum fucis compararentur: quo pertinent loci Philonis T. I. p. 461: Maximi Tyrii XXI. p. 249: Themiſtii Orat. XXIII. p. 285. D. Univerſe hujus fontis cognitionem celebravit Ruhnkenius ad Timæi Lex. Plat. voc. Κηφήνεσσι κοδούροισι. p. 157. Huic βοτάνῃ κηφήνων σοφισιώντων opponuntur ἀκήρατοι λειμῶνες μελιτῶν: de quibus et alii, et Plutarchus Adv. Epicur. p. 1094. A. exemplo Euripidis Hippol. 73: quod egregie illuſtravit Valckenarius. Ex quo genere eſt illud Syneſii Dione p. 53. C: ἡ Καλλιόπη παραλαβοῦσα ἥκοντας αὐχμῶ πλέως, ἀνέπαυσέ τε εἰς ἀνθηροὺς ἀγαγοῦσα λειμῶνας, καὶ πανδαισίαν παρέθηκεν Ἀτλικῶν καταγλωττισμάτων ἢ καρυκείας ποιητικῆς.

p. 42. A. ὡς οὐκ εἰς θέατρον—] Seneca Epiſt. CVIII. p. 422: *Quidam veniunt ut audiant, non ut diſcant: ſicut in theatrum voluptatis cauſſa ad delectandas aures oratione, vel voce, vel fabulis ducimur. Magnam hanc auditorum partem videbis, cui philoſophi ſchola diverſorium otii fit. Non id agunt, ut aliqua illic vitia deponant, ut aliquam legem vitæ accipiant, ad quam mores ſuos exigant, ſed ut oblectamento aurium perfruantur.*

42. A. τῷ λόγῳ τὸν βίον ἐπανορθωσόμενος] Comparationem λόγου et βίου notavimus p. 71. E.

42. B. Οὐδὲ γὰρ βαλανείου, φησὶν ὁ Ἀρίστων] Ex Ariſtonis

libris Ὁμοίων, *Similium*, videtur esse, quos aliquoties citat Stobæus sententiis inde appositis, nec tamen hac sententia, quod sciam, de *Balnei* et *Orationis* comparatione. Chius an Ceus hic fuerit, difficile est statuere: de utroque notavimus supra p. 14. E.

42. B. μινυρίζοντα καὶ γεγανωμένον] Adumbratus est hic locus ex Platone Rep. III. p. 442. C: Οὐκοῦν, ὅταν μέν τις μουσικῇ παρέχῃ καταυλεῖν καὶ καταχεῖν τῆς ψυχῆς διὰ τῶν ὤτων, ὥσπερ διὰ χώνης, ἃς δὴ νῦν ἡμεῖς ἐλέγομεν τὰς γλυκείας τε καὶ μαλακὰς καὶ θρηνώδεις ἁρμονίας, καὶ μινυρίζων τε καὶ γεγανωμένος ὑπὸ τῆς ᾠδῆς διατελῇ τὸν βίον ὅλον, εἴτος τὸ μὲν πρῶτον, εἶτι θυμοειδὲς εἶχεν, ὥσπερ σίδηρον ἐμάλαξε—· haud ignobile dictum, quippe animadversum Demetrio De Elocut. §. 184: μινυρίζων τε καὶ γεγανωμένος ὑπὸ τῆς ᾠδῆς διατελεῖ τὸν βίον: Suidæ voce Μινυρίζω: qui vere notat originem a μινύω, *minuo*, unde *muliebrem acuta voce ploratum* significat ap. Homerum Odyss. Δ. 719; et universe *queri* Iliad. E. 889. Plerumque apud alios est, *minuta voce cantillare*: Plutarchum Discrim. Adul. et Am. p. 56. E: οἱ δὲ πολλοὶ τῶν βασιλέων, οὐκ Ἀπόλλωνες μὲν, ἂν μινυρίσωσι, Διόνυσοι δὲ, ἂν μεθυσθῶσι, Ἡρακλεῖς δὲ, ἂν παλαίσωσι, προσαγορευόμενοι, καὶ χαίροντες, εἰς ἅπασαν αἰσχύνην ὑπὸ τῆς κολακείας ἐξάγονται. Numa p. 62. D: ποιηταῖς δὲ καὶ λυρικοῖς μινυρίζουσιν, εἴπερ ἄρα, χρῆσθαι παίζοντας. Dion Chrys. Or. XXVII. p. 287. B: ἐοίκασι τοῖς μινυρίζουσι καὶ ᾄδουσιν ἐν τοῖς συμποσίοις: Maximum Tyr. Diss. VII. 3. p. 65: ἀοιδοῦ μὲν πρὸς κιθάραν μινυρίζοντος καιρὸς εἶς, ὅταν πλήθωσιν αἱ τράπεζαι—. Ibid. 7. p. 71: ἤδη τις καὶ ὑπὸ αὐλημάτων ἀνὴρ ἄμουσος διετέθη μουσικῶς, καὶ τὰ ὦτα ἔναυλος ὢν διαμέμνηται τοῦ μέλους, καὶ μινυρίζει πρὸς αὑτόν. Γάνος est *splendor* et *lætitia*, quæ vis item inest in verbo γανόω, *splendeo*, aut *bilaris sum*: atque hoc loco utraque vis cernitur, ut sit *qui lætitia perfusus quasi niteat, hilaritatem vultu habituque prodat*. Plutarchus Sympos. III. p. 654. E: ἀπὸ δείπνου μὲν ἥκοντα γεγανωμένον. Amator. p. 751. A: ἔρως ὁ γνήσιος ὁ παιδικός ἐστιν, οὐ πόθῳ σίλβων, ὡς ἔφη τὸν παρθένιον Ἀνακρέων, οὐδὲ μύρων ἀνάπλεως καὶ γεγανωμένος. Compar. Demetrii et Antonii p. 956. E: οὐκ εἶχεν αὐτοῦ τὸ δόρυ κιτῖον, οὐδὲ μύρων ὀδώδει τὸ κράνος, οὐδὲ γεγανωμένος καὶ ἀνθηρὸς ἐπὶ τὰς μάχας ἐκ τῆς

γυναικωνίτιδος προήει. Conſol. ad Uxorem p. 609. E: τὰς δὲ πολλὰς ὁρῶμεν μητέρας, ὅταν ὑπ' ἄλλων τὰ παιδία καθαρθῇ καὶ γανωθῇ, καθάπερ παίγνια λαμβανούσας εἰς χεῖρας. Diſcr. Ad. et Am. p. 74. D: οἱ λιθοξόοι τὰ πληγέντα, καὶ περικοπέντα τῶν ἀγαλμάτων ἐπιλεαίνοντες καὶ γανοῦντες, *lævigant atque poliunt.* De Stilo et oratione Sympoſ. V. 683. E: τοῖς εὐπροσωποτάτοις τῶν ἐπιθέτων ὥσπερ ἀνθηροῖς χρώμασι τὰ πράγματα γανοῦν: quem locum modo appoſuimus. Gracchis p. 825. A: ὁ δὲ Γαΐου (λόγος) πιθανὸς καὶ γεγανωμένος. Nec minus in uſu ſunt γάνωμα Opp. Mor. p. 48. C. 50. A. E. 396. A. 786. E. 792. A. 996. A: γάνωσις 50. A. 287. B: quæ Caſaubonus ad Athen. I. 6. p. 21. explicat. Ariſtides T. I. p. 259: ἐγανώθη, *lætatus ſit.* p. 261: τὸ ὑπὲρ πάσης τῆς πόλεως ἐσηκὸς γάνος, *aeris ſplendor ſupra totam urbem patens:* cui adjungatur Valckenarius ad Scholia Euripid. Phœn. p. 621. et Muſgravius ad Euripidis Iphig. Taur. 959.

42. C. οὐδὲ ζητεῖν μυρίζεσθαι δεόμενον ἐμβροχῆς καὶ καταπλάσματος] C. Venet. ἐκβροχῆς, Harl. ἐκ βροχῆς. Vulgatum unice verum eſt. Antyllus ap. Stob. Serm. CI. p. 550: Τῶν ἔξωθεν προσπιπλόντων βοηθημάτων τὰ μέν ἐστι λεπτομερῆ, τὰ δὲ παχυμερῆ· λεπτομερῆ μὲν, ἀήρ τε καὶ ὅσα ἀέρος εἶδη, παχυμερῆ δὲ, τὰ συνεστῶτα· τῶν δὲ παχυμερῶν τὰ μὲν (γὰρ delendum) γεώδη, τὰ δὲ ὑδατώδη· γεώδη μὲν, καταπλάσματα καὶ μαλάγματα· ὑδατώδη δὲ, λετρὰ, καὶ καταντλήσεις, καὶ ἐμβροχαί. Geſnerus, ut item in hoc Plutarchi loco Xylander et Cruſerius, reddit *irrigationes:* Stephanus Theſ. L. Gr. Indic. p. 856. intelligit *impoſitionem lintei madefacti*, ac diſtinguit a καταιονήσει, de qua infra 74. D. ubi ambo verba ponuntur: οὔτε γὰρ ἐκεῖνοι (οἱ ἰατροὶ) τέμνοντες ἐν τῷ πονεῖν καὶ ἀλγεῖν καταλείπουσι τὸ πεπονθὸς, ἀλλ' ἐνέβρεξαν προσηνῶς καὶ καῖ κόνησαν. Ad ſententiam fere gemina eſt comparatio Dionis Chryſ. Or. XLVIII. p. 534. B: ἀλλὰ τοῦτό γε ὅμοιον ἦν, ὥσπερ ἂν εἴ τις νοσοῦντα ἄνθρωπον ἢ φρενίτιδι ἐχόμενον, δέον, οἶμαι, καταπλάσαι κατακλίναντα, ὁ δὲ ἀλείφοι μύρῳ, καὶ προσφέροι στέφανον.

42. C. ὥσπερ καπνῷ σμῆνος] Comparationis ratio non ſatis apparet. Mellariorum mos notus eſt, apes fumo abigendi, quo facilius iis mel ſubducant: quo de more multos Veterum locos congeſſit Delacerda ad Virgilii Georgic. IV.

230. Quod ſi fumo aut non niſi fuci abigerentur, aut alvearia ſordibus purgarentur, conſtaret ſua ſimilitudini ratio. Nunc ſubductum apibus mel, cum animæ ſordibus et caligine comparatum, neſcio quomodo friget. Fumus quidem recte δριμὺς dicitur: ut Virgilio Æn. XII. 593: *Incluſas ut cum latebroſo in pumice paſtor Veſtigavit apes, fumoque implevit amaro.*

42. C. ἀναπνεύσαντι] *Reſpiranti* nimirum ab animi erroribus ac perturbationibus, quibus eum liberant τὰ δόγματα, philoſophiæ præcepta ac decreta. Nequis forte intelligat ἀναπνεύσαντι τῶν δογμάτων, *reſpiranti a percipiendis præceptis.* Ita ἀναπνεῖν ſimpliciter eſt *recreari*, De Superſtit. p. 165. E. Mario p. 428. F.

42. D. τὸ ἀγγεῖον ἐκ τῆς Ἀτλικῆς κωλιάδος] Κωλιὰς, promontorium Phaleri, non infrequens in Veterum monumentis: Herodoto VIII. 97. Ariſtophane Nub. 52. Lyſiſtr. 2. ibique Scholiaſtes. Demoſthene Adv. Neæram p. 522. A. Strabone IX. p. 611. A. Pauſania I. 1. p. 5. Harpocratione voc. Stephano Byz. voce, aliiſque ibi citatis L. Holſtenio Caſtig. p. 182. At de *vaſibus poculiſque figulinis* ex terra Coliade factis haud ſcio an nemo prodiderit præter Eratoſthenem in Epiſtola ad Hagetorem Lacedemonium, partim ſervata Athenæo XI. p. 483. A. B. ac brevius etiam Macrobio Sat. V. 21: Κρατῆρα γὰρ ἵσασαν τοῖς θεοῖς οὐκ ἀργυροῦν οὐδὲ λιθοκόλλητον, ἀλλὰ τῆς Κωλιάδος γῆς: et Suidam voce Κωλιάδος κεραμῆς. Conferatur J. Meurſius in Piræo, fine p. 51.

42. D. εἰ μὴ προβάτων Ἀτλικῶν εἴη τὸ ἔριον] Atticam lanam poſuit, non quod omnium laudatiſſima eſſet, ſed propter cognationem orationis Atticæ; ut modo propter eamdem rationem Coliadem Atticam poſuit, non ut in figulino vaſum genere pretioſiſſimam. Lanam Atticam tamen præcipua laude cenſet Varro De Re Ruſt. II. 2. 18. ubi P. Victorius et hunc Plutarchi locum laudat, et alterum Laberii, qui eſt apud Nonium Marcellum voce *Lanicium*, edit. Mercer. p. 212. Syneſius Epiſt. LII. φολὰς Ἀτλικουργεῖς ut ſibi emat rogat amicum: operiſne an materiæ cauſſa earum cupidus ſit, non declarat: fortaſſe utriuſque.

42. D. ἐν τρίβωνι Λυσιακοῦ λόγου λεπτῷ καὶ ψιλῷ καθήμενος ἄπρακτος καὶ ἀκίνητος] Locus dupliciter impeditus: primum elliptica illa conſtructione, quam attigimus ſupra p. 40. A. 41. C. quæ hic ita explananda eſt, ut eam accipiamus ac ſi eſſet, ἀλλ' ἐν Λυσιακῷ λόγῳ, ὥσπερ τρίβωνι λεπτῷ καὶ ψ, κ. ἄπρ. κ. ἀκ. *ſed prouti hic tempore hiberno indutus pallio tenui et exili ſedet piger et otioſus ac præ frigore torpens, ſic ille contentus orationis Atticæ genere Lyſiaco tenui illo et exili doctrinam non conſequitur, quam ad actionem transferat, nec ad agendum accedit:* deinde in καθήμενος, quum nexus ſententiæ καθῆσθαι vel καθημένῳ poſtulare videatur. Ac primum quidem conſtat Lyſiæ dictionem exemplum ac normam fuiſſe habitam Atticæ dictionis, cum ab aliis, tum ab iis qui Atticum genus tenuitate, ſubtilitate, ſimplicitate, puritate, venuſtate cenſerent: quod, ne alios nominem, vel e Ciceronis Oratore et De Optimo Dicendi Genere et Quinctiliano Inſt. Or. XII. 10. cognoſci poteſt. Hinc, ut *texendi veſtiendique* verba ad orationem tranſferri ſolent, Lyſiæ dictio cum tenui veſtimento comparari potuit: ut apud Quinctilianum Inſtit. Or. IX. 4. p. 833: *Nam neque illud in Lyſia dicendi textum tenue atque rarum lætioribus numeris corrumpendum erat.* Huc pertinet etiam illud in Platonis Phædro, cujus magna pars continetur reprehenſione Lyſiæ, quam hoc in libro Plutarchus ſæpe ob oculos habet: illud igitur Socratis dictum huc pertinet, p. 353. E. ubi ait, *oratorum facultatem exploremus ὑπ' αὐγὰς*, id eſt, *tamquam pannum ad Solis lucem expanſum*, apparituram διεγηκὸς αὐτῶν τὸ ἥτριον, *texturam raram, tenuem, filis non coarctatis, ſed diductis:* quibus de loquendi rationibus conſulatur Ruhnkenius noſter ad Timæi Lex. Plat. p. 135. et 264. Sic eſt *filum orationis* idque vel *craſſum*, id eſt, minus ſubtile et elegans, ut Cicero de ſua Pro Dejotaro Oratione ait Ep. Div. IX. 12. vel *tenue*, id eſt, diligenter tractatum, de quo P. Burmannus ad Ovid. Amor. I. 14. 7. et Eraſmus Adag. p. 1292. Julianus Or. II. p. 78. D: orationem comparat ἐσθῆτι ποικίλῃ, *veſti pictæ:* quam comparationem frigidam ac puerilem appellat eruditiſſimus Petavius, aliud forte agens nec id

animadvertens, quod fugere ejus doctrinam non poterat, comparationem illam et in rei natura positam, et Veterum consuetudine frequentatam esse: veluti Platonis Alcibiade I. p. 29. D. Aristotelis Rhet. ad Alexandr. initio. Themistoclis ad Artaxerxem dicto, apud Plutarchum Apophth. p. 185. F. Vita p. 126. C. Epicharmo ap. Diog. Laert. III. 17. Cicerone De Oratore I. 31. Philone Jud. De Somniis p. 582. D. Altera difficultas erat in verbo καθήμενοι, quod, siquidem constructio totius loci apta nexaque quæritur, debet regi vel ab ὅμοιός ἐστι— ut sit βουλομένῳ —καθημένῳ: vel a βουλομένῳ, ut sit ποιεῖν—καθῆσθαι: nunc ut est, refertur ad ἐστὶ, ut sit ἐστὶ καθήμενος, *est sedens* pro *sedet*: quod, ut alibi valere ostendimus supra, ita hoc loco durius quam quod sequi debeamus: præsertim quum expediendæ constructionis alia eaque minus dura ratio superfit: quæ hujusmodi est, ut enallagen accipiamus, cum ex antecedenti ὅμοιός ἐστι βουλομένῳ scribi debuisset ὅμοιός ἐστι καθημένῳ, ponatur καθήμενος subaudiendo ὅμοιός ἐστι ex antecedentibus, et convertenda phrasi in ὅμοιός ἐστι ὥσπερ καθήμενος: quod non abhorrere a Græcæ linguæ ratione similia ostendunt exempla: veluti Dionis Chrys. Or. XLIX. p. 540. A: ὅστις δὲ οἰκνεῖ τὴν ἑαυτοῦ πόλιν ἐκοῦσαν ἢ ἐπικαλουμένην διοικεῖν, οὐ φάσκων ἰατρὸς εἶναι, ὅμοιός ἐστιν ὥσπερ εἴ τις τὸ μὲν ἑαυτοῦ σῶμα θεραπεύων μὴ θέλοι, ἀξιῶν ἰατρὸς εἶναι, ἄλλους δὲ ἀνθρώπους ἰατρεύοι—· atque ad eamdem rationem est Or. LXV. p. 602. C: quamvis cæterum corrupto contextu. Simili modo explicuit Æschyli Agam. 1320. ὅμοιος—ὥσπερ, et Euripidis Orest. 696. ὅμοιος—ὥστε. F. L. Abreschius Animadv. Æschyl. p. 385. et similia annotavit H. Hoogeveenius ad Viger. p. 124. Καθῆσθαι, ut alias habet tralationes, sic universe de *otiosis et nil agentibus*, tum peculiariter de *audientibus* dicitur. Tale est Demosthenis Olynth. II. p. 8. C: ἀλλ', οἶμαι, καθήμεθα οὐδὲν ποιοῦντες. Philipp. III. p. 52. C: εἰ δὲ ὃ βούλεται ζητῶν ἕκαστος καθεδεῖται, καὶ ὅπως μηδὲν αὐτὸς ποιήσῃ σκοπῶν. Philemonis apud J. Clericum p. 374: Χαλεπὸν ἀκροατὴς ἀσύνετῳ καθήμενῳ. Verbum periphrasi servit in significanda desidia: quod notarunt C. A. Klotzius ad Tyrtæum p. 104: J. Uptonus Indice Epicteti: et nos no-

tatis Plutarchi locis confirmamus his, Opp. Mor. p. 14. E. 48. C. 99. D. 168. A. 470. D. 600. B. 608. E. 610. C. 759. A. 766. A. 824. B. 868. C. 1069. C. 1096. D. Vit. 676. F.

42. D. πολλὴν μὲν ἐρημίαν νοῦ καὶ φρενῶν] Noſter interpres *vaſtitatem bonæ mentis*, Xylander *vanitatem animorum*, Cruſerius *ſolitudinem mentis et cordis boni*; malim *infrequentiam bonæ mentis*; nam ut ſit *frequens* diſcipulis ſchola, ita *infrequens* eſſe poteſt bonæ mentis: eſt autem ἐρημία Græcis fere *abſentia*, dicitur de *abſentia hominum*, non item de abſentia virtutum aut vitiorum, niſi per tralationem, ut hoc loco per comparationem cum ſchola vel frequente vel infrequente. Dictionem πολλὴ ἐρημία attigit Muſgravius ad Euripidis Suppl. 1099.

42. D. τερθρείαν] *præſtigiarum ſtudium*; recte enim a τέρας repetit Etymologus M. p. 752: Τερθρεία· γοητεία, περιπάθεια· παρὰ τὸ τέρας, τέρατος, τερατεύω, τερατεία. Quo loco, ut apud Timæum Lex. Plat. qui duobus item his vocabulis gloſſam explicat, περιπάθεια mutandum in τερατεία, ut monuit Ruhnkenius noſter, plura de hac voce docens. Qui eam explicant, λεπτολογίαν, ut idem Etymologus et Suidas, tueri ſe poſſunt eadem origine nominis τέρας, quod eſt a τέρω, *tero*, unde τέρην, τέρεινα, *tener*, *tenera*, *tenuis*. Addit Etymologus M. —σημαίνει δὲ καὶ ἀπάτην καὶ περιεργίαν οὕτως εἰς τὸ ῥητορικόν· (i. e. *ita eſt in Lexico Rhetorico*). ὁ δὲ Ὧρος ὁ Μιλήσιος λέγει ὅτι, εἶναι περὶ ἃ ἄχρηστά τινες σπουδάζουσι ἀντὶ τοῦ κενοσπουδεῖν. Quod Vulc. habet, ἐν σελ. (id eſt, ἐν σελίδι, *in codice*) φλυαρίαν ἀντὶ τοῦ τερθρείαν· explicatio eſt profecta ex iiſdem Etymologo et Suida. Dicitur in primis de Dialecticis, Rhetoribus, ac Sophiſtis. Sextus Empiricus Adverſ. Mathem. II. 22. refert de Spartano legato, qui apud Tiſſaphernem longam variamque Athenienſium legatorum orationem confutavit: τῶν Ἀθηναίων μακρὰς καὶ ποικίλας ῥήσεις διεξιόντων, δύο τῇ βακτηρίᾳ γραμμὰς κατὰ τὸ ἐδάφος χαράξας, τὴν μὲν εὐθεῖαν καὶ μικρὰν, τὴν δὲ ἐπιμήκη καὶ σκολιάν· τούτων εἶπεν, ὦ βασιλεῦ, ὁποτέραν θέλεις, ἑλοῦ· αἰνιττόμενος μὲν διὰ τῆς ἐπιμηκοῦς καὶ τῆς σκολιᾶς γράμμης τὴν τερθρείαν τὴν ῥητορικήν· διὰ δὲ τῆς βραχείας ἅμα καὶ εὐθείας τὴν ἀφελῆ

καὶ σύντομον εὐθυῤῥημοσύνην. Diogenes Laert. Proœm. §. 17: Διαλεκτικοὶ δὲ, ὅσοι περὶ τὴν τῶν λόγων τερθρείαν κατατρίβονται. Demetrius De Elocutione §. 27: χρῆσις δὲ τῶν τοιούτων κώλων ἐπισφαλής·—ἐκλύει γὰρ τὴν δεινότητα ἡ περὶ αὐτὰ τερθρεία καὶ φροντίς. Verbum τερθρεύεσθαι in proxima parte hujus libri eſt p. 42. A. Demoſthenes in Amatoria, quæ ut illius fertur, p. 159. B: νῦν δὲ δέδοικα μὴ πρὸς τὰ λοιπὰ ἀπειρηκόσι χρησώμεθα τοῖς ἀκροαταῖς, εἰ περὶ τοῦτο μάτην τερθρευώμεθα. Videndi ſunt quoque de hac voce Sallierius ad Thom. Mag. p. 841. et Pierſonus ad Mœrin p. 364.

42. D. γωμυλίαν] Plutarchus De Fortuna Rom. p. 318. E: ἤδη τότε λόγων καὶ σοφιστῶν καὶ γωμυλίας παρεισρυείσης εἰς τὴν πόλιν, ἤρχοντο σεμνύνειν τὰ τοιαῦτα. Cimone p. 480. E: Στησίμβροτος δ' ὁ Θάσιος περὶ τὸν αὐτὸν ὁμοῦ τι χρόνον τῷ Κίμωνι γεγονὼς, φησὶν αὐτὸν ὅτε μουσικὴν, ὅτ' ἄλλο τι μάθημα τῶν ἐλευθερίων καὶ τοῖς Ἕλλησι ἐπιχωριαζόντων ἐκδιδαχθῆναι, δεινότητός τε καὶ γωμυλίας Ἀττικῆς ὅλως ἀπηλλάχθαι—. Apud Ariſtophanem Ran. 1101. Æſchylus Euripidi objicit: Εἶτ' αὖ λαλιὰν ἐπιτηδεῦσαι καὶ γωμυλίαν ἐδίδαξας, Ἣ ξεκένωσεν τάς τε παλαίστρας, καὶ τὰς πυγὰς ἐνέτριψε, Τῶν μειρακίων γωμυλλομένων—. Polybius IX. 19: Ἐγὼ δὲ τὰ μὲν ἐκ περιττοῦ παρελκόμενα τοῖς ἐπιτηδεύμασι χάριν τῆς ἐν ἑκάστοις ἐπιφάσεως καὶ γωμυλίας ἀποδοκιμάζων, *improbans ea, quæ ſtudiis quibuſque ad oſtentationem et loquacitatem adjiciuntur.* Maximus Tyrius Diſſ. XX. 7. p. 241: τὸν δὲ δῆμον αὐτὸν, τὸν τῆς Εὐπόλιδος γωμυλίας θεατὴν, ποῦ τις ἐλθὼν κωμῳδήσει, ἐν ποίῳ θεάτρῳ, ποίοις Διονυσίοις; Dicitur, ut γώμυλος, γωμύλιος, γωμύλλεσθαι, et alia inde oriunda, in primis de *docta loquacitate* ac *loquaci doctrina*, quorum pleraque non infrequentem habent uſum: at rarum γωμύληθρα, quo utitur rariorum ſtudioſus verborum philoſophus Numenius apud Euſebium Præp. Evang. XIV. p. 735. C: ſingulare ῥωβοσωμύληθρα Comici ap. Diog. Laert. II. 108.

42. E. ἀπαγγέλλειν—ἀπαγγελλόμενον] Vertunt interpretes hoc loco *pronuntiare:* et poteſt ferri, quamquam res habet dubitationem; quippe hæc eſt multo rarior ſignificatio, quam altera, qua notat *dicere*, ipſam *dictionem* ac ſtili formam complectitur. Nunc quando λέξις et ῥήματα *dictionem*

ſignificant, et ſupra de *dicentium cura in formanda voce* monitum fuit a Plutarcho, credibile eſt hoc ipſum *bene recitare, pronunciare*, illo καλῶς ἀπαγγέλλειν notari. De voce ἀπαγγελία proxime agemus p. 45. A. Verbi ἀπαγγέλλειν varias notiones diligenter declaravit H. Stephanus Theſ. L. Gr. T. I. p. 18.

42. E. περὶ τῶν προβλημάτων] Sunt quæſtiones, quas ipſi diſcentes docenti in ſchola proponunt explicandas: qui mos a Sophiſtis primum inſtitutus, poſtea quoque a Philoſophis fuit uſurpatus. Videatur Cicero de Oratore III. 32. Tuſc. I. 1. et in primis De Finibus II. 1: ex recentioribus L. Creſollius Theatro Soph. III. 11. p. 212.

42. F. τοῖς παρακειμένοις] *Appoſiti in menſa cibi* dicuntur τὰ παρακείμενα, Plutarcho Opp. Mor. p. 123. B. 124. A. 707. C. 1128. B. Vit. p. 1022. E: Æliano Var. Hiſt. II. 17.

42. F. ἐπὶ λόγων ἀφιγμένος ἑξίασιν] Diximus ſupra ad p. 40. B.

42. F. ἐπὶ ῥητοῖς] *Conditione facta, prædicto et conſtituto diſputationis argumento.* Plutarchus Quæſt. Rom. p. 270. D: ἐπὶ ῥητοῖς εὐθὺς εἴσεισι τῷ κοινωνεῖν ἁπάντων καὶ συνάρχειν: *nova nupta domum ingreditur hac conditione, ut omnium particeps ſit et ſimul familiam gubernet.* Ibid. p. 272. F: τὸν θεὸν προὐκαλεῖτο διαβαλέσθαι τοῖς κύβοις πρὸς αὐτὸν, ὥσπερ ἐπὶ ῥητοῖς, νικήσας μὲν, εὕρεσθαί τι παρὰ τοῦ θεοῦ χρηστὸν—, *Deum provocavit, ut teſſeris ſecum contenderet, ea conditione, ut ſi vicisſet Deum, aliquid beneficii ab eo ferret.* Sympoſ. IX. p. 741. D: ὁ γὰρ Ἀλέξανδρος ἐπὶ ῥητοῖς δήπου πεποίηται τὴν πρόκλησιν, *Alexander diſerta conditione Menelaum provocavit.* De Facie Lunæ p. 937. C: ὥρα δὲ καὶ Σύλλαν παρακαλεῖν, μᾶλλον δὲ ἀπαιτεῖν τὴν διήγησιν οἷον ἐπὶ ῥητοῖς ἀκροατὴν γεγενημένον. Plato Sympoſio p. 332. A: ἀλλά μοι λέγετε αὐτόθεν, ἐπὶ ῥητοῖς εἰσίω, ἢ μή; Leg. VIII. p. 651. D: ἰέναι δὲ τὸν βουλόμενον εἰς τὴν μετοίκησιν ἐπὶ ῥητοῖς, *cuivis volenti liceat in urbem migrare certa conditione.* Ariſtoteles Ethic. Nicomach. VIII. 13: ἔστι δ' ἡ νομικὴ (μὲν) φιλία ἡ ἐπὶ ῥητοῖς— ἡ δ' ἠθικὴ οὐκ ἐπὶ ῥητοῖς.—καθάπερ οὖν ἐπὶ ῥητοῖς εὐεργετηθέντα ἀμαλυτέον. Ariſtides T. II. p. 255: τοὺς ἵππους αὐτοὺς ὥσπερ

ἐπὶ ῥητοῖς θέοντας, *ipsos equos veluti certis legibus decurrentes.*

42. F. εὐσυνάλλακτοι] *Sociabiles, tractabiles, quibuscum agi vulgo et commercium haberi potest: conversabiles* poterant dici, nisi hoc vocabulum auctoritate careret exempli, quamquam ratione analogiæ non caret, siquidem *conversari* et *conversatio* satis proba sunt. Synonyma, certe affinia, Græcis sunt, εὐκοινώνητος, εὐσύμβολος, εὐσυμπερίφορος, εὐεπίμικτος, εὐέντευκτος. Præsentis nominis hoc unum me legere memini exemplum: quod idcirco unum significat H. Stephanus Thes. T. I. p. 357. Verbum συναλλάσσειν τινὶ est apud Plutarchum Dione p. 961. C: πολλοὶ τῶν πάνυ χρωμένων αὐτῷ καὶ τὴν ἁπλότητα καὶ τὸ γενναῖον ἀγαπώντων τοῦ τρόπου, κατεμέμφετο τῆς ὁμιλίας ὡς ἀγροικότερον καὶ βαρύτερον πολιτικῶν χρειῶν τοῖς δεομένοις συναλλάσσοντα, *ac si agrestius graviusque, quam civilis ratio et utilitas ferret, cum iis, qui aliquid ab eo peterent, ageret:* quocum conferatur Euripidis Heraclid. 4: Πόλει τ' ἄχρηστος καὶ συναλλάσσειν βαρύς—. Pseudo-Plutarchus De Educatione Lib. p. 12. E. Plato Leg. XI. p. 682. B. forte utrumque notat *conciliare* et *conciliari.* Demosthenes Adv. Timocratem p. 487. A: ἔστιν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, δύο εἴδη, περὶ ὧν εἰσιν οἱ νόμοι κατὰ πάσας τὰς πόλεις· ὧν τὸ μέν ἐστι δι' ὧν χρώμεθα ἀλλήλοις καὶ συναλλάττομεν, καὶ περὶ τῶν ἰδίων ἃ χρὴ ποιεῖν διωρίσμεθα, καὶ ζῶμεν ὅλως τὰ πρὸς ἡμᾶς αὐτούς· τὸ δὲ ὃν τρόπον δεῖ τῷ κοινῷ τῆς πόλεως ἕνα ἕκαστον ἡμῶν χρῆσθαι, ἐὰν πολιτεύεσθαι βούληται καὶ φῇ κήδεσθαι τῆς πόλεως. Adv. Onetorem p. 569. A. Dion Chrys. Or. LXXV. p. 638. D: τοῖς νεωτέροις τοσούτων ἐτῶν νόμος οὐκ ἐᾷ συμβάλλειν ὡς ἀπίστοις οὖσιν, οὐδὲ γυναικὶ παρ' Ἀθηναίοις συναλλάσσειν πλὴν ἄχρι μεδίμνου κριθῶν διὰ τὸ τῆς γνώμης ἀσθενές. Hinc frequens συναλλάγματα, *commercia mutua*; et rarius συνάλλαξις, apud Platonem Leg. VIII. p. 651. C.

p. 43. A. Αἰτίζων ἀκόλως—] Odyss. P. 222.

43. A τῆς τῶν ἀορίστων τομῆς—καὶ τίς ἡ κατὰ πλευρὰν ἢ κατὰ διάμετρον κίνησις] Non sine ratione quis putet, prius illud esse dialecticæ quæstionis, quia modo dicebatur, διαλεκτικὴν ἢ μαθηματικὴν ἕξιν: quamquam dialectica exempla etiam postea adferuntur C. συγημμένων et ψευδομένων. Hic Xy-

lander mathematicum accepit prius *de infiniti ſectione* problema decantatum, *an corpus revera, ut linea, infinitæ ſectionis capax ſit.* Mihi dialecticum videtur: primo, per ipſam hujus loci conſtructionem: deinde quia hæc quæſtio in dialecticis Chryſippi ſcriptis recenſetur apud Diogenem Laertium VII. 197: Ἀπόδειξις πρὸς τὸ μὴ δεῖν τέμνειν τὰ ἀόριστα, ά. Πρὸς τὰ ἀντειρημένα τοῖς κατὰ τῆς τομῆς τῶν ἀορίστων, πρὸς Πάσυλον. Ergo fuit quæſtio Dialecticorum diſſenſionibus agitata. Ἀόριστον ἀξίωμα deſcribitur ibidem, 69. et 70. cujus ſubjectum vagum eſt, veluti τὶς περιπατεῖ, ἐκεῖνος κινεῖται: conferatur et 82. 198: porro opus Chryſippi memoratur, 190. Περὶ τῶν ἀορίστων ἀξιωμάτων πρὸς Δίωνα, α', β', γ'. Περὶ τῆς διαφορᾶς τῶν ἀορίστων, α', β', γ', δ'. priore loco vitioſe vulgatur ἀρίστων; quod interpres bona fide reddidit *de optimis proloquiis.* Τομὴ, *ſectio*, hoc in argumento eſt *diviſio logica*, item *diſtinctio* v. c. in titulo libri Chryſippei Πρὸς τοὺς διὰ τομῆς διαλύοντας τὸν ψευδόμενον λόγον: nam *Mentiens* eſt ita compoſitus, *Si mentior et dico me mentiri, tunc verum ſimul et falſum dico:* qui ſolvebant eum τομῇ, hi partes ita diſtinguebant, *Si mentior, mentior: Si verum dico, verum dico.* Simile videtur fuiſſe negotium in quæſtione περὶ τῆς τῶν ἀορίστων τομῆς, poſſintne illa τὶς, ἐκεῖνος, et ſimilia a ſe invicem diſtingui. Τομὴ etiam dicitur *corporum*, de qua item Chryſippo cum aliis fuit controverſio, ut ibidem proditur 69, 70: et eſt frequentiſſimum in mathematicis: ſed hoc loco dialectice ponitur, ut ſæpe apud Platonem Sophiſt. p. 153. F. Politic. 172. B. Alterum diſerte eſt mathematicum, minus celebratum quidem illud, ſed item ſpecioſum ad repugnantiam; quia corpus, quod ad directionem diametri movetur, non ſine latere movetur; et corpus, quod ad lateris directionem movetur, non ſine diametro movetur; dubium exiſtit, quæ ſit proprie κίνησις κατὰ διάμετρον, quæ κατὰ πλευράν.

43. A. ὑπὸ Φιλοτίμου] De hoc egit J. A. Fabricius Bibl. Gr. Vol. XIII. p. 369. Idem hoc ejus dictum refert Plutarchus De Diſcrim. Adul. et Am. p. 73. B. Hujuſmodi omiſſio vocis λόγος eſt in Ariſtophane Equit. 87: Ἰδού γ' ἄκρατον· περὶ ποτοῦ γοῦν ἐσί σοί; Iſocrate Amartyr. p. 661:

ὥστε μὴ περὶ τοῦτ' εἶναι Νίκια, *ut Niciæ non quæſtio ſit hac de re*, quod falſo ſuſpectum habuerunt Wolfius et Augerus T. III. p. 338.

43. B. Οὐδέ σοι τοίνυν—καλαζήσεις σαυτόν.] Videatur animadverſio noſtra ad p. 39. D: et locus Plutarchi Quæſt. Plat. I. p. 999. E.

43. B. ἐν οἷς αὐτὸς ἑαυτοῦ κράτιστός ἐστι] *In quibus ſe ipſe ſuperat, maxime excellit.* Plutarchus in eodem præcepto, Sympoſ. I. p. 622. A: προσάγμασιν ἐθιστέον χρῆσθαι πρὸς ἡδονὴν καὶ ὠφέλειαν, τὰ οἰκεῖα καὶ δυνατὰ καὶ κοσμοῦντα τὸν δρῶντα ἐπιτάσσοντας, ᾠδικοῖς ᾄσαι, ῥητορικοῖς εἰπεῖν, φιλοσόφοις λῦσάι τι τῶν ἀπορουμένων, ποιηταῖς προενέγκασθαι στίχους· ἡδέως γὰρ εἰς τοῦτο ἕκαστος ἄγεται καὶ προθύμως ἵνα αὐτὸς αὑτοῦ τυγχάνοι κράτιστος ὤν. Eſt verſus Euripidis ex Antiopa, de quo Valckenarius conſulendus in Diatrib. Fragm. Eurip. p. 76. quem Plato, ut in Gorgia p. 296. D. E. uberiorem locum appoſuit, ita ſingulariter adhibet Alcibiade II. p. 41. G: ὁπόταν ὁρῴης ἕνα ἕκαστον αὐτῶν φιλοτιμούμενόν τε καὶ νέμοντα τὸ πλεῖστον τῆς πολιτείας τούτῳ μέρος, Ἵν' αὐτὸς αὑτοῦ τυγχάνῃ κράτιστος ὤν. Superlativus cum pronomine αὑτοῦ vel σαυτοῦ hac notione poſitus, eſt Atticæ elegantiæ. Xenophon ita Ἀπομν. I. 2. 46: τὸν δὲ Ἀλκιβιάδην φάναι· Εἶθε σοι, ὦ Περίκλεις, τότε συνεγενόμην, ὅτε δεινότατος σαυτοῦ ταῦτα ἤδα. Plutarchus Nicia p. 523. C: —ἐπὶ ταῖς διηγήσεσιν, αἷς Θουκυδίδης αὐτὸς αὑτοῦ περὶ ταῦτα παθητικώτατος, ἐνεργέστατος, ποικιλώτατος γενόμενος, ἀμιμήτως ἐξενήνοχε—. Ageſilao 610. D: Θηβαίους αὐτοὺς ἑαυτῶν πολεμικωτάτους τότε γενέσθαι φασί—· item p. 613. E. Plura etiam ſi quis deſideret, adeat Hoogeveenium ad Vigerium De Idiotiſm. p. 67.

43. C. συνημμένων ἐπικρίσεις καὶ ψευδομένων λύσεις] Sunt ſyllogiſmorum Stoicis frequentium genera. Συνημμένον interpretatur Gellius XVI. 8: *Sed quod Græci* συνημμένον ἀξίωμα *dicunt, id alii noſtrorum* ADJUNCTUM, *alii* CONNEXUM, *dixerunt. Id connexum tale eſt:* SI PLATO AMBULAT, PLATO MOVETUR: SI DIES EST, SOL SUPER TERRAS EST. Diogenes Laert. VII. 69—75. et Sextus Empiricus Adv. Mathem. II. 108—126. uberius explicant: huic, ut conſtet probanduſne an repudiandus ſit, ἐπίκρισις adhi-

benda eſt, ut hic monet, 118: Τοιαύτης οὖν οὔσης ὡς ἐν παραδείγματος μέρει τῆς ἐν τοῖς κριτηρίοις τοῦ συνημμένου ἀξιώματος ὑπεναντιώσεως, μήποτε ἐν ἀπόροις γίνεται ἡ τῶ ὑγιοῦς συνημμένου διάγνωσις; Ἵνα γὰρ μάθωμεν τοῦτο, πρὸ παντὸς δεῖ ἐπικριθῆναι τὴν περὶ τῆς ὑγιότητος αὐτοῦ τῶν διαλεκτικῶν διάςασιν· ἐφ' ὅσον δὲ ἀνεπίκριτόν ἐςι, μένειν ἀνάγκη καὶ αὐτὸ ἐν ἐποχῇ· cui adjungatur Pyrrhonic. Hypotyp. I. 12. Ψευδόμενος, *mentiens*, ab exemplo nomen habet, *Quum mentior, et mentiri me dico; mentior, an verum dico?* Sic Gellius XVIII. 2. Hujus tamquam ænigmatis interpretationi λύσις adhibenda erat: igitur eodem loco Gellius, *Quæſitum*, inquit, *id quoque ibi eſt, quæ eſſet hujus quoque ſophiſmatis reſolutio.* Cicero de Divinat. II. 4: *Quomodo autem mentientem, quem* ψευδόμενον *vocant, diſſolvas.* Chryſippi fuit liber περὶ τῆς τοῦ ψευδομένου λύσεως, teſte Diogene Laertio VII. 197. Plutarchus Adv. Stoic. p. 1070. C, D: ὥσπερ εἰς τὸν ψευδόμενον ἢ τὸν κυριεύοντα ἐμβάλλοντες μετὰ τῆς διαλεκτικῆς εἰς τὸν περὶ εὐδαιμονίας τόπον, ἔλυσαν μὲν οὐδεμίαν ἀμφιβολίαν ἐν αὐτῷ, μυρίας δὲ ἐποίησαν. Epictetus Diſſ. II. 17. p. 273. ibique J. Uptonus. Notavimus et nos paucis in Præceptis Logic. III. 9. 3. p. 216. Et ut alia Veterum ſophiſmata in elegantiſſimo *Acroaſium* libro expoſuit egregius vir Jac. Facciolatus, ita *mentientem* ornavit Acroaſi III. Eſt etiam eximius, iſque perrarus, liber Adami Burſii, Samoſcienſis Profeſſoris, editus Samoſcii anno 1604. forma quarta, inſcriptus *Dialectica Ciceronis:* cujus pars de Syllogiſmis habet locum de *mentiente* p. 443. ſeq. de *connexo* p. 247. ſeq.

43. C. τῇ κλειδὶ τὰ ξύλα χίζειν—πειρώμενοι] Utrum ipſe hanc ſuo ingenio debeat comparationem, an ex proverbiali conſuetudine ſuſceperit, Plutarchus, non facile dicam: Eraſmus quidem hoc ex loco eam in Adagia retulit p. 52: more quidem ille ſuo, ut multa reciperet, non quæ vere et uſu ferrentur proverbia, ſed quæ propter veritatem et acumen in proverbiis celebrari digna eſſent.

43. C. δρεπόμενοι] *Carpentes, decerpentes, colligentes*, ut fructum. Sic De Sentiendo Prof. Virt. p. 79. D: Πλάτωνι καὶ Ξενοφῶντι χρωμένης διὰ τὴν λέξιν, ἕτερον δὲ μηδὲν ἀλλ' ἢ τὸ καθαρόν τε καὶ Ἀτλικὸν, ὥσπερ δρόσον καὶ χνοῦν ἀποδρεπομένης.

Adv. Epicur. p. 1093. E: τίνας οἰόμεθα καὶ πηλίκας ἡδονὰς ἀπὸ γεωμετρίας δρέπεσθαι καὶ ἀστρολογίας Εὐκλείδην—; In simili tralatione accipiendum illud Euripidis Hippol. 81. Τούτοις δρέπεσθαι, τοῖς κακοῖσι δ' οὐ θέμις. Plato Rep. V. p. 459. D: ὁ δὲ γελῶν ἀνὴρ ἐπὶ γυμναῖς γυναιξὶ τῶ βελτίστω ἕνεκα γυμναζομέναις ἀτελῆ τῶ γελοίω σοφίας δρέπων καρπὸν, οὐδὲν οἶδεν, ὡς ἔοικεν, ἐφ' ᾧ γελᾷ· quem ipse florem e Pindaro decerpsit, cujus servatur apud Stobæum Serm. LXXXVIII. p. 465: Τὸς φυσιολογοῦντας, ἔφη Πίνδαρος, ἀτελῆ σοφίας καρπὸν δρέπειν· estque in reliquis ejus carminibus frequens hoc verbum tralata illa notione. Atticus Platonicus ap. Euseb. Præp. Evang. XV. p. 797. C: ὁ ἐξ αὐτῆς τῆς δικαιοσύνης τὸν καρπὸν τῆς εὐδαιμονίας δρεπόμενος. Lucianus De Domo 9. T. III. p. 195: καὶ ὁ λειμὼν ἀμάραντος, καὶ τὸ ἄνθος ἀθάνατον, ἅτε μόνης τῆς ὄψεως ἐφαπτομένης καὶ δρεπομένης τὸ ἡδὺ τῶν βλεπομένων: ita ultima vox restituenda secundum Gesnerum, quæ librario propter similitudinem proximæ vocis in δρεπομένων abierat: de quo errorum fonte alibi exponemus. Sed Reiskii conjecturæ in Demosthenis Olynth. I. prope ab initio δρέψηται κὴ παρασπάσηταί τι τῶν ὅλων πραγμάτων, præferam vel vulgatum τρέψηται, vel τρέψῃ τε. Aristophanes Vesp. 1335: —ἵνα μὴ τὸν αὐτὸν Φρυνίχῳ Λειμῶνα Μουσῶν ἱερῶν ὀφθείην δρέπων. Julianus Or. VIII. p. 244. B: ὥσπερ ἐκ λειμῶνος δρεψάμενοι ποικίλου κὴ πολυτελοῦς ἄνθη τὰ κάλλιστα ψυχαγωγήσομεν αὐτοὺς τοῖς διηγήμασι, μικρὰ τῶν ἐκ φιλοσοφίας αὐτοῖς προστιθέντες. Or. VII. p. 207. B: ἡδύσματα ταῦτα παρὰ τῆς ποιητικῆς Μούσης ἐδρέψατο. Misopog. p. 358. C: δρεπόμενος ἐκ τῶν πολλῶν εἰργάσατο λόγους ἡδίστους—.

43. D. προσοφλισκάνουσι] *debent, merentur*, subaudiendo *notam, crimen*, δόξαν. Sic Plutarchus De Herodoti Malign. p. 856. C: ἀνελευθερίαν τῇ κακοηθείᾳ προσοφλισκάνουσιν, *præter malignitatis, etiam illiberalitatis crimen suscipiunt*. Adv. Epicur. p. 1090. A: ἀλαζονείαν προσοφλισκάνειν. Publicola p. 114. B: δοκῶν ἐξ οὐχ ὑπαρχόντων παρ' ἀξίαν ἐπαίρεσθαι, προσωφλίσκανεν ἀλαζονείαν. Pyrrho p. 398. D: γινόμενος ἐκ δημαγωγοῦ τύραννος ἀχαριστίας τῇ χαλεπότητι κὴ ἀπιστίας προσωφλίσκανε δόξαν. Sic et προσόφλειν De Isid. et Osir. p. 360. C: κενότητα καὶ ἀλαζονείαν μετὰ ἀσεβείας καὶ παρανομίας προσ-

ὀφλοντες. Simplex ὄφλω, Craſſo p. 553. D: πολλὴν ὤφλεν αἰσχύνην: cui ſimile eſt apud Demoſthenem Or. de Pace p. 22. A: μετὰ τῦ προσόφλειν αἰσχύνην. Plutarcho venit ab Euripidis conſuetudine, cujus in fabulis frequens eſt hoc verbum. Hel. 67: Μή μοι τὸ σῶμά γ' ἐνθάδ' αἰσχύνην ὄφλῃ. Phœniſſ. 770: ἀμαθίαν ὀφλισκάνει. Hec. 327. Med. 404. 1049. 1227. Alceſt. 1093. aliiſque locis.

43. D. αὐτὸν προβάλλειν—παρεπιδεικνυμένε] *Id quoque cavendum, ne et ſæpe, et ipſe tu potius, quam alii, quæſtiones proponas: habet enim hoc ſpeciem hominis, qui ipſe docere ſeque oſtentare geſtiat.* Παρεπιδείκνυθαι in vitio ponitur; eſt enim quaſi *obiter*, παρὰ, ſuam facultatem *oſtentare*, ἐπιδείκνυθαι, et interea dum philoſophus docet, quaſi ſophiſtam agere; horum enim eſt munus ἐπιδείκνυθαι. Sic ſupra, hac pagina A: et infra De Diſcrim. Ad. et Am. p. 71. D: διὸ δεῖ σφόδρα φυλάττεθαι καὶ τοῦτο μετὰ τῶν ἄλλων, τὸ μὴ παρεπιδείκνυθαι μηδὲ δημαγωγεῖν, ἀλλ' ὀνησιφόρως καὶ θεραπευτικῶς τῇ παῤῥησίᾳ χρῆθαι. De Sanit. Tuenda p. 129. C: χρήσιμον δὲ πάλιν καὶ τὸ τοὺς φίλους ἐπισκεπτόμενον ἀθενοῦντας ἐκπυνθάνεθαι τὰς αἰτίας, μὴ σοφιστικῶς μηδὲ περιέργως, ἐνστάσεις καὶ παρεμπλώσεις τῆς κοινότητας λαλοῦντα, τῆς παρεπιδεικνύμενον ἰατρικῶν ὀνομάτων καὶ γραμμάτων ἐμπειρίαν. Cicerone p. 886. C, D: Κικέρων—καὶ διὰ τῶν πρὸς τὰς δίκας καὶ τοὺς ἀγῶνας γραφομένων λόγων δῆλός ἐστιν ἐμπειρίαν τινὰ γραμμάτων παρεπιδείκνυθαι βαλόμενος. Philo Jud. De Vita Contempl. p. 894. A: de Eſſenorum doctore, διαλέγεται καθεστῶτι μὲν τῷ βλέμματι, καθεστώσῃ δὲ τῇ φωνῇ, μετὰ λογισμοῦ τῆς φρονήσεως, οὐ δεινότητα λόγων, ὥσπερ οἱ ῥήτορες ἢ οἱ νῦν σοφισταί, παρεπιδεικνύμενος, ἀλλὰ τὴν ἐν τοῖς νοήμασι διηρευνηκὼς τῆς διερμηνεύων ἀκρίβειαν—. Lucianus de Scribenda Hiſt. 57. T. II. p. 65: Μάλιστα δὲ σωφρονητέον ἐν ταῖς τῶν ὁρῶν, ἢ τειχῶν, ἢ ποταμῶν ἑρμηνείαις, ὡς μὴ δύναμιν λόγων ἀπειροκαλῶς παρεπιδείκνυθαι δοκοίης, καὶ τὸ σαυτοῦ δρᾷν, παρεὶς τὴν ἱστορίαν.

43. D. προτείνοντος] Idem ac προβάλλοντος. Plutarchus Opp. Mor. p. 737. C, D. 765. A. Plato Leg. X. p. 668. F.

43. D. κοινωνικόν·] *Communicationis et conciliationis ſtudium:* una in primis virtus humanæ naturæ, cui affine eſt τὸ εὐσυνάλλακτον, ac ſimilia, de quibus diximus ad p. 42. F.

Frequens hoc Plutarcho, Cpp. Mor. p. 423. D. 703. C. 783. E. 786. C. 791. A. 792. D. 796. E. 951. D. 967. D. 972. C. 977. C. E. 979. F. 980. A. 981. B. 1108. C. Vit. p. 39. B. 72. F. Stoicis item, unde annotavit J. Uptonus in Indice ad Epictetum.

43. D. Ἡράκλειτος] Habet Plutarchus et alibi: De Virt. Doceri Posse p. 439. D: Ἀμαθίαν γὰρ Ἡράκλειτός φησι κρύπτειν ἄμεινον. Sympos. III. p. 644. F: Ἀμαθίην γὰρ ἄμεινον, ὥς φησιν Ἡράκλειτος, κρύπτειν. De Mulieribus Erudiendis, apud Stobæum Serm. XVII. p. 165: qui locus in Fragmentis nostris est XXI. 1. nec satis integer servatus: Ἀμαθίαν, ὥς φησιν Ἡράκλειτος, ᾗ ἄλλως κρύπτειν ἔργον ἐστὶν, ἐν οἴνῳ δὲ χαλεπώτερον· forte sic instaurandus: Ἀμαθίαν, ὥς φησιν Ἡράκλειτος, κρύπτειν ἄμεινον· τοῦτο δὲ καὶ ἄλλως ἔργον ἐστὶν,—. Stobæus ipse Serm. III. p. 48. plenius apponit: Κρύπτειν ἀμαθίην κρέσσον, ἢ ἐς τὸ μέσον φέρειν: unde retulit H. Stephanus in Poesi Philos. p. 136. Ergo Heracliti sententiam, si hoc uno loco servata esset, eam neganter acciperemus, ut acceperunt interpretes, quasi Ἀμαθίαν κρύπτειν ἐκ ἄμεινον: nunc οὐκ non est hujus, sed orationis Plutarcheæ pars; ut locus ita intelligendus sit: "Et fortasse ne ignorantiam "quidem occultare debemus, quamquam *eam occultare* "*melius esse* dicit Heraclitus." Omnis interpretationis præcipuum est officium judicare, utrum oratio sit aiens an negans: neque hoc judicari potest, nisi si constet, ad quam orationis partem, utrum ad subjectum, an ad prædicatum, an ad copulam, particula negans referatur. Quo judicio multis adhuc obscuris Veterum locis lux fiet: de quibus infra per has Animadversiones dicemus. Interea lectores nostros rejicimus ad Bibliothecæ Criticæ Vol. I. Part. I. Procem. p. 8. ubi duobus Ciceronianis dictis, adhibenda illa observatione, lucem feciisse videmur.

43. D. προσβολὴ δεισιδαιμονίας] *Impetus superstitionis:* dicitur de morbis universe, ut de febribus periodicis καταβολή. Sympos. IV. p. 670. F. De Superstitione p. 168. C: προσβολαὶ δαίμονος. Aristophanes Pace 39: Χ' ὥτου ποτ' ἐστὶ δαιμόνων ἡ προσβολή: ubi similia Berglerus attulit. Plato Leg. IX. p. 656. G. Tralatio venit ab hostili impetu et

impreſſione, in qua celebre et quaſi proprium eſt hoc nomen. Sic Plutarchus Vitarum p. 105. D. 131. C. 266. A. 295. F. 305. C. 307. C. 326. F. 373. A. 414. E. 460. C. 499. B. 576. A. 717. C. 732. F. 971. C.

43. E. Κινῆσα χορδὰς,] Tragici dictum, quater alibi adhibitum Plutarcho: De Ira Cohibenda p. 456. C: ἡ δὲ ὀργὴ φυσῶσα καὶ διατείνασα τὸ πρόσωπον ἀπρεπῶς, ἔτι μᾶλλον αἰσχρὰν ἀφίησι καὶ ἀτερπῆ φωνὴν, Κινοῦσα χορδὰς τὰς ἀκινήτας φρενῶν. De Comparatione Vitiorum Animi et Corporis p. 501. A: πυρετοὶ συντείναντες εἰς παρακοπὴν τὸ φλεγμαῖνον, καὶ τὴν αἴσθησιν ὥσπερ ἐν ὀργάνῳ διαταράξαντες Κινοῦσι χορδὰς τὰς ἀκινήτας φρενῶν. De Garrulitate p. 502. D: τῆς δ' ἀδολεσχίας ἂν ἐλάχιστος ἅψηται λόγος, εὐθὺς ἀντιπερισπᾷ Κινῆσα χορδὰς τὰς ἀκινήτας φρενῶν. Sympoſ. III. p. 657. C: τῆς μέθης ἐπάγει τόνον Κινοῦντα χορδὰς τὰς ἀκινήτας φρενῶν. Ductum ex proverbio τὰ ἀκίνητα κινεῖν, recte monet Eraſmus Adag. p. 1819: item inde quod θυμὸς habetur τὰ νεῦρα τῆς ψυχῆς, ut ex Platone Rep. III. p. 442. C. notat Plutarchus De Virt. Mor. p. 449. F. ubi de hac ſimilitudine plura dicemus. Ἀκίνητοι φρένες, *tardum ingenium*, videntur dici Ariſtophani Ran. 928.

43. E. Ἐπιεικῶς] *Plerumque, fere, propemodum, ſatis, ſolito more.* Haud ſcio, an nondum etiam ſatis animadvertatur ab iis, qui Græca legunt: quamquam frequens illo uſu, ut fere in omnes dictarum notionum cadat. Nobis ſatis eſt Plutarchi locos notaſſe. Opp. Mor. p. 24. C. 51. D. 148. A. 150. C. 193. E. 264. B. 265. B. 268. F. 292. E. 354. C. 403. F. 460. D. 486. F. 509. A. 513. D. 546. D. 612. C. 638. B. 650. C. 667. D. 677. D. 690. C. 695. E. 712. C. 714. D. 725. B. 726. E. 728. B. 734. C. 736. D. 746. A. 941. E. Vitarum p. 19. D. 21. F. 55. A. 133. E. 192. D. 248. E. 267. C. 287. B. 315. A. 335. A. 337. C. 427. D. 446. D. 497. E. 679. F. 928. C. 1055. C. Verbo attigit Erneſtus ad Homeri Iliad. Ψ. 246.

43. E, F. ὥσπερ τῶν τραγῳδῶν—διαφέρειν ἡγοῦνται.] Hæc, ut utamur particula, a cujus notatione recentes ſumus, ἐπιεικῶς ſunt Platonica. Philoſophorum reprehenſio eſt in

Amatoribus p. 6. Gorgia p. 296, 297. Rep. VI. 470. ſeq. De Tragicis, Apologia Socratis p. 360. F, G.

43. F. ἀναζάντες γὰρ ἀπὸ τῦ θρόνυ καὶ ἀποθέμενοι τὰ βιβλία καὶ τὰς εἰσαγωγὰς,] Doctores in ſcholis ſedebant edita in ſella, ſuggeſtu. Plutarchus De Rep. Seni Gerenda p. 796. D: Σωκράτης γοῦν οὔτε βάθρα θεὶς, οὔτε εἰς θρόνον καθίσας, οὔτε ὥραν διατριβῆς ἢ περιπάτυ τοῖς γνωρίμοις τεταγμένην φυλάττων ἐφιλοσόφει.— Inde doctoris, profeſſoris, ſophiſtæ munus dictum θρόνος, ut colligitur e Philoſtrato Vit. Sophiſt. I. 24. p. 526. II. 10. p. 589: 19. p. 599: Libanio T. II. p. 10. A. 14. A, B. 19. A. 51. B. et quæ notavit Ez. Spanhemius ad Ariſtoph. Ran. 781. Sed de omnis ſcholæ, privatæ etiam, cathedra, ut hoc loco, eſt frequens nomen: veluti Philoſtrato Vit. Soph. I. 21. p. 519: διελέγετο δὲ ἀπὸ μὲν τῦ θρόνυ ξὺν ἀβρότητι, aliiſque memoratis L. Creſollio Theatri Sophiſt. III. 13. p. 224. ſeq. Βάθρα, *ſedilia, ſubſellia auditorum*, exponit idem Creſollius p. 223. Plutarchus De Facie Lunæ p. 937. D. Adv. Epicur. p. 1100. E. Epictetus Diſſ. III. 21. p. 482. Τοῦτο ἵνα γένηται, δεῖ τεθῆναι χίλια βάθρα, καὶ παρακληθῆναι τὰς ἀκουσομένυς, καὶ σὲ ἐν κομψῷ ſολίῳ ἢ τριβωνίῳ ἀναβάντα ἐπὶ πέλβινον διαγράφειν πῶς Ἀχιλλεὺς ἀπέθανε: erat igitur alta ſella, in quam adſcendebatur, in eaque pulvinus. Huc referenda eſt illa Ciceronis feſtivitas in Epiſtolæ ad Pætum Div. IX. 18: —*intellexi, probari tibi conſilium meum, quod, ut Dionyſius tyrannus, cum Syracuſis pulſus eſſet, Corinthi dicitur ludum aperuiſſe: ſic ego, ſublatis judiciis, amiſſo regno forenſi, ludum quaſi habere cœperim—. Veni igitur, ſi vir es, et diſce jam* προλεγομένας *quas quæris:—ſella tibi erit in ludo, tamquam hypodidaſcalo, proxima,—eam pulvinus ſequetur.* Illæ autem προλεγομέναι θέσεις ſunt fere eædem, quæ hic εἰσαγωγαί. Sic Plutarchus De Solert. Animal. p. 961. C. εἰσαγωγαὶ Stoicorum. Epictetus Diſſ. I. 29. p. 154. II. 16. p. 261: Τί σαυτὸν φιλόσοφον ἐπέγραφες, ἐξὸν τὰ ὄντα ἐπιγράφειν; Ὅτι εἰσαγωγὰς ἔπραξά τινας, καὶ Χρυσίππεια ἀνέγνων—. Gellius I. 2. de eodem: *Epictetus, Stoicorum vel maximus—juvenes, qui ſe Stoicos appellabant, neque frugis neque operæ probæ, ſe in theorematis tantum nugalibus et puerilium iſa-*

gogarum commentationibus oblectantes, objurgatione juſta inceſſivit. Τὰ βιβλία καὶ τὰς εἰσαγωγὰς non ita accipiendum, quaſi εἰσαγωγαὶ non fuiſſent libri, ſed per ſynecdochen et ἓν διὰ δυοῖν: veluti, *Pindarus novemque Lyrici*, quem loquendi modum apud Petronium Cap. II. illuſtrat P. Burmannus. Hinc item intelligitur alius Plutarchi locus, proxime antecedens illi in principio hujus Animadverſionis appoſito, p. 796. C: νομίζουσιν—φιλοσοφεῖν τὸς ἀπὸ τῦ ὀίφρυ διαλεγομένους καὶ σχολὰς ἐπὶ βιβλίοις περαίνοντας: ſunt hi libri, quos magiſtri ſecum in cathedra habebant.

43. F. ἐν τοῖς ἀληθινοῖς τοῦ βίου μέρεσι] *In veris vitæ partibus, in vitæ actione, extra ſcholæ umbram in vitæ luce.* Eodem vocabulo eloquentia Oratorum in rep. foro, concione, curia dicitur ἀληθινὴ, *vera*, et opponitur facultati dicendi Philoſophorum, ac declamandi Sophiſtarum in ſchola et auditorio; quod poſt Ruhnkenium ad Rutil. Lup. p. 92. et Hiſt. Crit. Or. Gr. p. 61. et ipſi oſtendimus Bibl. Crit. Vol. I. Part. I. p. 25: nunc addita ſaltem trium Plutarcheorum notatione locorum augebimus Symp. IX. p. 743. A. Reip. Ger. Præcept. p. 817. A. Lucullo p. 496. A.

43. F. ὑπὸ χεῖρα τοῖς πολλοῖς.] *Vulgo ſubjecti*, proprie redditur: Xylander, *vulgo nihilo meliores:* Cruſerius, *mancipati multitudini:* Luſcinius, *perpuſillos ſeſe et contemtos faciunt in multitudine.* Amyotus, *petits, et de moindre eſprit que les plus bas et plus vulgaires hommes du monde.* Sed duo hi poſteriores magis fere παραφράζουσι, quam reddunt verba: Luſcinius etiam nec Græce valde doctus, et unius Aldinæ editionis auctoritate nitens, nec, ut Amyotus, libris hominibuſque adjutus. Ὁ ὑπὸ χεῖρα idem eſt, quod ὑποχείριος, *ſubjectus, ſubactus, inferior, obnoxius cui.* Plutarchus De Diſcrim. Ad. et Am. p. 68. E: σφαλλομένοις καὶ πλαίουσιν ἐπιτίθενται, καὶ πατοῦσιν ὑπὸ χεῖρα καὶ ταπεινὸς γεγενημένους· —*calcant ſubjectos et humiles.* Catone Maj. p. 339. E. εὔκολος καὶ ἀφελὴς τοῖς ὑπὸ χεῖρα, *facilis et ſimplex erga inferiores.* Pompeio p. 630. E: τὸν ἐν στρατοπέδοις καὶ θριάμβοις λαμπρὸν, ὅταν ἐν ἀγορᾷ λάβωσιν, ὑπὸ χεῖρα ποιοῦνται καὶ καταβάλλουσι. Dione p. 979. C: ἐθορύβησεν ὁ ναυτικὸς ὄχλος καὶ βάναυσος ἀχθόμενος ἐκπίπλοντι τῆς ναυαρχίας τῷ Ἡρακλείδῃ, καὶ νομίζων αὐ-

τὸν, εἰ καί τ' ἄλλα (ita leg. pro εἰ κατ' ἄλλα) μηδενὸς ἄξιός ἐστιν, δημωτικώτερόν γε πάντως εἶναι τοῦ Δίωνος καὶ μᾶλλον ὑπὸ χεῖρα τοῖς πολλοῖς· *magis eum esse popularem Dione, magisque tractabilem et obnoxium plebi.* Et quandoquidem *subjectos* tamquam *sub manu* habemus, et *præsentes*, utraque notio conjungitur: veluti a Demosthene Philipp. II. p. 28. C: ὁρῶ γὰρ ὡς τὰ πολλὰ ἐνίους, οὐκ εἰς τὰς αἰτίας, ἀλλ' εἰς τὰς ὑπὸ χεῖρα μάλιστα τὴν ὀργὴν ἀφιέντας. Hinc ὑπὸ χεῖρα, *subito, in præsenti tempore*, quod exposuimus ad librum De Sera Num. Vind. p. 548. E. prioris editionis p. 15. Est etiam, *sub manu, sensim, paulatim.* Denique hoc semel loco notetur differentia inter πολλοὶ, *multi*, et οἱ πολλοὶ, *vulgus, plebs:* dicuntur passim et aliis et Plutarcho, v. c. Opp. Mor. p. 100. C. 178. B. 195. C. 199. B. 226. A. 227. E. 665. A. 807. A. Vitarum p. 14. A. 134. E. 155. D. 161. B. 204. E. 205. E. 320. A. 322. C. 332. F. 335. A. 407. F. 421. D. 413. F. 488. A. bis. 524. C, D. 583. F. 629. D. 833. B. 834. C. 851. A. 865. E. 919. F. 1050. A.

p. 44. A. τὸ περὶ τὰς ἐπαίνας καθῆκον] *Officium laudandi*, quod attinet ad laudes dicenti ab audientibus vel significandas vultu, oculis, gestu, vel declarandas plausu, verbis, acclamatione. Καθῆκον proprie est id, quod καθήκει τινὶ, *alicui convenit faciendum:* hinc et *officium*, quo sensu a philosophis, maxime Stoicis, celebratum, sed et extra scholam in vitæ consuetudine usurpatum est: apud Plutarchum quidem Opp. Mor. p. 33. A. 45. D. 440. A. 482. F. 613. C. 779. E. 791. C. 793. A. 981. C. 1042. C, D. 1063. C, D. 1064. A. F. Alia petantur ab J. Uptono Indice Epicteti voce Καθῆκον· et Lyndenii nostri Disputatione de Panætio p. 89.

44. A. ἄτεγκτος καὶ ἀτενὴς] Alterum vocabulum, ut exquisitum et Platonicum, recensuit Timæus in Lexico; illud rarius ἄτεγκτος omisit sive ipse, sive ejus descriptor: utrumque egregie ornavit Ruhnkenius noster, illud ἀτενὴς suo loco p. 52. hoc ἄτεγκτος in voce Τέγγεσθαι, p. 248. Nos unum nobis faciendum superesse putamus, ut locos Plutarcheos annotemus. Ἄτεγκτος, *durus, qui non molliatur* τῷ τέγγεσθαι, *madefaciendo, tingendo*, quod Latinum a Græco

venit: Opp. Mor. p. 15. D. 64. F. 78. B. 102. D. 171. C. 256. A. D. 529. D. 595. D. Vit. 204. B. 830. A: quibus adde Sophoclem Œdip. Tyr. 344. Philoſtratum Vita Apollon. VI. 2. et Suidam voce Τιμασίων. Ælian. Fragm. Ἀτενὴς, *rigidus, valde tenſus.* Opp. Mor. p. 529. A. 640. E. Vitarum p. 111. B. 220. E. 319. D. 339. A. (ubi ἀτενῶς legendum pro ἀγεννῶς monuit Ruhnkenius, et habet Baſ.) 761. A. 830. A. 981. B. 1064. E. ubi item pro ἀγεννῶς ponendum ἀτενῶς. Euripides ap. Stob. Serm. XIII. p. 145. 34. ap. Muſgrav. T. III. p. 590. Καλόν γ' ἀληθὴς κἀτενὴς παῤῥησία.

44. A. οἰήματος ὑπέλθῃ καὶ περιαυτολογίας ἐνδιαθέτῳ μεζόν.] Significanter dictum. Οἴημα, *arrogantia, magna ſui ipſius opinio*, explicuimus ſupra ad p. 39. D: ὕπουλος, *tamquam ulcus latens, occultum et inſidioſum odium.* Opp. Mor. p. 59. C. 69. D, E. 137. C. 394. E. 565. C. 567. B. 621. A. 715. F. 1000. C. Vitarum p. 41. D. 158. B. 354. B. 425. C. Dion Chryſ. Or. LXXVII. p. 655. D. Porphyrius De Abſt. II. 39. Περιαυτολογία, *de ſe ipſo loqui*, expoſita vox ad p. 41. C: ἐνδιάθετος, *quod intus*, ἐν τῇ διαθέσει, *in affectu et mente eſt:* ergo conjunctim eſt is, *qui tacitus in animo ſe ipſe jactat:* ſed habet fere bonam ſignificationem, niſi ſi addatur, ut hoc loco, malæ nomen ſignificationis: velut in fine hujus libri p. 48. D: ἵνα μὴ σοφιστικὴν ἕξιν, μηδὲ ἐριστικὴν, ἀλλ' ἐνδιάθετον καὶ φιλόσοφον λαμβάνωμεν: *verum atque interiorem habitum, non ſophiſticum ad externam ſpeciem.* De Sanitate Tuenda p. 130. B. ſanitatem vocat, ῥώμην ἐνδιάθετον καὶ τόνον ἀληθινόν. Philo Jud. De Nomin. Mut. p. 1065. E. ὁ ἐνδιάθετος υἱὸς Θεοῦ, *proprius et internus Dei filius:* nec opus cum Mangeyo corrigere λόγος pro υἱός. In philoſophorum, maxime Stoicorum, ſcholis duo λόγοι homini tribuuntur, ὁ ἐνδιάθετος ἢ ὁ προφορικὸς, *internus et externus*, De Philoſophando cum Princip. p. 777. B, C: δύο λόγοι εἰσὶν, ὁ μὲν ἐνδιάθετος,—ὁ δ' ἐν προφορᾷ—: καὶ ἐνδιαθέτῳ καὶ τοῦ προφορικοῦ φιλία τέλος ἐστί. Philo Jud. De Vita Moſ. p. 672. C: ἐν ἀνθρώπῳ δ' ὁ μέν ἐστιν ἐνδιάθετος λόγος, ὁ δὲ προφορικός. Sextus Empiricus Pyrrhon. Hypotyp. I. 65: —ἐπὶ τὸν λόγον ἔλθωμεν· τοῦτο δὲ ὁ μέν ἐστιν ἐνδιάθετος, ὁ δὲ προφορικός. Por-

phyrius De Abstin. III. 2. 3: διτλοῦ δὴ λόγυ κατὰ τὰς ἀπὸ τῆς Στοᾶς ὄντος, τοῦ μὲν ἐνδιαθέτυ, τῦ δὲ προφορικοῦ—· ὁ μὲν ἐν τῇ προφορᾷ, ὁ δ' ἐν τῇ διαθέσει. Jamblichus De Vita Pythag. §. 218: περί τε τοῦ ἐνδιαθέτυ λόγυ, καὶ τοῦ ἔξω προϊόντος, ἐπιστημονικῶς διεξῆλθε. Interiorem hunc vocat τὸν σιγώμενον Julianus Or. VI. p. 197. A. Hesychius, Ἐνδιάθετος λόγος· πᾶς λόγος ἐν νῷ λαμβανόμενος. Videantur etiam Budæus Comment. L. Gr. p. 507. et H. Stephanus Thes. L. Gr. T. III. p. 1492. Latinis in pauperiore lingua, disertius distinguitur, *ratio* et *oratio*, ut recte vertit vir egregius Joach. Camerarius, Utriusque Ling. Commentario p. 158.

44. A. μήτε ὀφρῦν κατὰ σχῆμα κινῶν] *Supercilium movere*, quid sit, neminem fugit: quid, κατὰ σχῆμα, non item in promtu est. Luscinius et Cruserius non reddiderunt. Amyotus *en aucune maniere* vertens, satis prodit se vim formulæ ignorasse. Unus Xylander *pro decoro* reddens proxime ad verum accessit. Plutarchus Sympos. II. p. 631. C: πρὸς πᾶσαν ἀφορμὴν λόγυ μὴ κατὰ σχῆμα γιγνομένην ἐπισφαλῶς ἔχομεν: Xylander non male, *quævis oratio non satis commoda occasionem nobis peccandi præbet*. Polybius III. 86: οὐ μετρίως, οὐδὲ κατὰ σχῆμα τὴν περιπέτειαν ἔφερον, Casaubono interprete, *casum istum neque mediocriter neque moderate ferebant*. V. 56: θεωρῶν τὸν Ἑρμείαν οὐκ ἔτι φέροντα κατὰ σχῆμα τὴν ἐξουσίαν, Apollophanes —*animadvertens Hermiam non amplius tolerabiliter fortunam ferre*. Lucianus De Morte Peregrini, 25. T. III. p. 349. ex Onesicrito de Brachmanibus refert: ἐκεῖνοι γὰρ οὐκ ἐμπεδῶσιν εἰς τὸ πῦρ—ἀλλ' ἐπειδὰν νήσωσι, πλησίον παραστάντες ἀκίνητοι, ἀνέχονται παροπλώμενοι, εἶτ' ἐπιβάντες κατὰ σχῆμα, καίονται οὐδ' ὅσον ὀλίγον ἐκτρέψαντες τῆς κατακλίσεως, *non insiliunt in ignem, sed rogo exstructo prope adstantes immoti ustulari se patiuntur: tum conscenso rogo, servato eodem habitu, cremantur, ne paulum quidem immutantes de suo decubitu*: ita interpres Latinus: κατὰ σχῆμα tamen vertam *ordine*, *decore*, scilicet *conscendentes rogum decoro habitu corporis*, qui opponitur ἐμπηδῶσιν: est plane qualis illa Polyxenæ imago occumbentis apud Euripidem Hecubæ 568. —ἡ δὲ, καὶ θνήσκουσ', ὅμως Πολλὴν πρόνοιαν εἶχεν εὐσχήμως πεσεῖν, Κρύπτειν θ', ἃ κρύπτειν ὄμματ' ἀρ-

σένων χρεών· multis exemplum imitantibus, quos notarunt, J. M. Geſnerus ad Plinii Ep. IV. 11. et C. A. Klotzius ad Tyrtæum p. 19. Ergo etiam κατὰ σχῆμα accipiendum pro εὐσχημόνως.

44. A, B. σιγῇ καὶ βαρύτητι—ἀνδρός·] Conferendus eſt ille apud Xenophontem Euthydemus ſimilis affectu habituque erga Socratem differentem, Ἀπομν. IV. 2. 1—7: hic ſapientiæ opinione inflatus, diſcedebat e conſeſſu, in quem venerat Socrates, μὴ δόξῃ τὸν Σωκράτην θαυμάζειν ἐπὶ σοφίᾳ— deinde φανερὸς ἦν—ἥδη μὲν οἷς ὁ Σωκράτης λέγοι προσέχων, ἔτι δὲ φυλατόμενος αὐτός τε φθέγξεσθαι, καὶ νομίζων τῇ σιαπῇ σωφροσύνης δόξαν περιβάλλεσθαι. De habitu ſimulatæ gravitatis digna eſt quæ huic loco adhibeatur annotatio Th. Gatakeri ad M. Antoninum II. 5. p. 43. Σχηματισμὸς, *conformatio corporis et habitus ad ſimulandum quemdam animi affectum*: ſic in Conſolat. ad Uxorem p. 611. E: τὸ γῆρας—κάμπτει καὶ στιέζει τὸν σχηματισμὸν, ὃν (ἡ ψυχὴ) ἔσχεν ὑπὸ τοῦ σώματος, quamquam hic locus nondum ſatis perpurgatus eſt. Sympoſ. III. p. 645. B: ὁ γὰρ οἶνος ἡμᾶς ἀνοίγει καὶ δείκνυσιν, οὐκ ἐῶν ἡσυχίαν ἄγειν, ἀλλ' ἀφαιρῶν τὸ πλάσμα καὶ τὸν σχηματισμόν—. Nicia p. 524. D: Περικλῆς μὲν οὖν ἀπὸ ἀρετῆς ἀληθινῆς καὶ λόγου δυνάμεως τὴν πόλιν ἄγων, οὐδενὸς ἐδεῖτο σχηματισμοῦ πρὸς τὸν ὄχλον, οὐδὲ πιθανότητος. Arato p. 1050. A. de Philippo: ἡ δ' ἔμφυτος κακία τὸν παρὰ φύσιν σχηματισμὸν ἐκβιαζομένη καὶ ἀναδύσα, κατὰ μικρὸν ἀπεγύμνου καὶ διέφαινεν αὐτοῦ τὸ ἦθος—. Βάθος ἔχων, *firmus, ſolidus*, opponitur *ſuperficiario*: Plutarchus De Amicor. Multitud. p. 96. F: τοῦ πολύποδος αἱ μεταβολαὶ βάθος οὐκ ἔχουσιν, ἀλλὰ περὶ αὐτὴν γίγνονται τὴν ἐπιφάνειαν. Fabio Max. p. 174. C: βάθος ψυχῆς, *firmitas animi ingeniique, quæ extrinſecus non apparet*. Sic dicitur ἐν βάθει, διὰ βάθους: item βαθὺς ἀνὴρ, quod docet H. Valeſius ad Polybii Excerpta p. 98. 13. T. III. p. 181. edit. Ern. Εὐσταθὴς, *ſtabilis, conſtans, qui ſe non facile a ſententia et animi ſtatu dejici patitur*: frequens Stoicis et εὐστάθεια, εὐσταθεῖν, quæ annotavit J. Uptonus Indice Epicteti: ſic εὐστάθεια apud Plutarchum Opp. Mor. p. 523. D. 609. C. 943. D. Vitarum p. 320. B. 492. C. 788. C. 902. B. 1068. A: Jamblichum Vit. Pyth. §. 10. Nonnum-

quam *ingenium* et *ſagacitatem* videtur notare, tunc vero ea notio proficiſcitur ab eadem notione conſtantiæ, cui nullo ſubito caſu facultas judicandi percellitur, ſed ſibi conſtat: quæ dicitur *animi præſentia:* ſic De Virtute Alex. p. 342. F: εὐσέβειαν περὶ θεὸς, πίστιν πρὸς φίλους, εὐτέλειαν, ἐγκράτειαν, ἐμπειρίαν, ἀφοβίαν πρὸς θάνατον, εὐψυχίαν, φιλανθρωπίαν, ὁμιλίαν εὐάρμοστον, ἀψευδὲς ἦθος, εὐστάθειαν ἐν βουλαῖς, τάχος ἐν πράξεσι—. Publicola p. 104. E. de Horatio, qui, ad nuntium de filii morte nil commotus, ſacrificium peregit: θαυμαστὸς οὖν ὁ ἀνὴρ τῆς εὐσταθείας, εἴτε τὴν ἀπάτην ἐν καιρῷ βραχεῖ συνεῖδεν, εἴτε πιστευθεὶς ὁ λόγος οὐκ ἐκίνησεν αὐτόν: eadem eſt ratio in Eumene p. 588. D. Ab hac diverſa eſt εὐστάθεια Epicuri, de qua ſuo loco dicemus.

44. B. αὐτοῦ δοκῶν] In emendationis nota pro *Veſtrum* legatur *Noſtrum*. Cæterum, et Venetus videtur conſentire in αὐτοῦ δοκῶν, ſiquidem ejus collatio, ad Stephanianum exemplum facta, nil habet varietatis: Harleianus αὐτοῦ δοκεῖν.

44. B. Πυθαγόρου—μηδὲν θαυμάζειν] De audiente dicentem admirante, videatur Muſonii dictio ex Gellio V. I. ad p. 46. B. Qui autem hujus effati Pythagoram fecerit auctorem, haud ſcio, an præter Plutarchum hoc loco nullus ſit eorum quidem, quorum ad nos venerunt ſcripta. Commune fuit hoc præceptum omnium fere philoſophorum, maxime tamen frequens Stoicis: Zenoni diſerte tribuit Diogenes Laertius VII. 123: τὸν σοφὸν οὐδὲν θαυμάζειν τῶν δοκούντων παραδόξων. Cicero, qui fere Stoicos ſequitur in Tuſculanis III. 14: *Et nimirum hæc eſt illa præſtans et divina ſapientia, et perceptas penitus et pertractatas res humanas habere; nihil admirari, cum acciderit: nihil, antequam evenerit, non evenire poſſe arbitrari.* Ab eodem præcepto fluxit exordium illud Epiſtolæ Horatianæ I. 6: *Nil admirari, prope res eſt una, Numici, Solaque, quæ poſſit facere et ſervare beatum:* quem ad locum videndus eſt D. Lambinus; cui adjungantur P. Victorius ad Ariſtotelis Nicomach. IV. 3. p. 224. C. Ritterſhuſius ad Porphyrium De Vita Pythagoræ p. 72. Iſ. Caſaubonus ad Strabonem p. 105. Th. Gatakerus ad M. Antonin. I. 15. J. Uptonus

ad Epicteti Diſſ. I. 29. 1. p. 93. Eſt vero illa interrogandi formula de philoſophiæ fructu propemodum ſolemnis; apud Diogenem Laertium; v. c. II. 68: de Ariſtippo, ἐρωτηθὲις, τί αὐτῷ περιγέγονεν ἐκ φιλοσοφίας; ἔφη, Τὸ δύνασθαι πᾶσι θαῤῥούντως ὁμιλεῖν. V. 20. de Ariſtotele, ἐρωτηθὲις, τί ποτ' αὐτῷ περιγέγονεν ἐκ φιλοσοφίας; ἔφη, Τὸ ἀνεπιτάκτως ποιεῖν ἅ τινες διὰ τὸν ἀπὸ τῶν νόμων φόβον ποιοῦσιν. VI. 6. de Antiſthene, ἐρωτηθὲις, τί αὐτῷ περιγέγονεν ἐκ φιλοσοφίας; ἔφη, Τὸ δύνασθαι ἑαυτῷ ὁμιλεῖν.

44. B. Οὗτοι—διώκουσιν] Sententiæ nexus aliud quid deſiderat: quod leni mutatione hac præſtare voluit Meziriacus, ut legeret: Οὗτοι δὲ ἐν τῷ μηδένα ἐπαινεῖν μηδὲ τιμᾶν τὸ φρονεῖν τιθέμενοι, τὸ σεμνὸν ὑπεροψίᾳ διώκουσιν. Poſſunt et alia excogitari: ſed conjecturarum ſatis.

44. B. Ὁ γὰρ φιλόσοφος—οὐκ ἀπόλλυσι] Primum illud ex fonte Epicureo fluxit, eodemque communi, atque præceptum illud ſæpe inculcatum a Lucretio I. 147. II. 58. III. 91. VI. 38:

Hunc igitur terrorem animi tenebraſque neceſſe eſt
Non radii Solis, neque lucida tela diei
Diſcutiant, ſed naturæ ſpecies ratioque.

Referendum ad Κυριῶν Δοξῶν ια'. apud Diogenem Laert. X. 142: Εἰ μηδὲν ἡμᾶς ᾐ περὶ τῶν μετεώρων ὑποψία ἠνώχλει, καὶ αἰ περὶ θανάτου—οὐκ ἂν προσεδεόμεθα φυσιολογίας: cujus vim docte diſerteque explicat P. Gaſſendus Opp. T. V. p. 139. Θαῦμα καὶ θάμβος conjunctam habent originem verbi τάω, θάω, *pono*, unde et θάπτω, *figo*, *ſepelio*, *terreo*, et *ſepultus* dicitur conſternatus Plauto Amphitr. V. 1. 22: hoc θάμβος ex animo expurgat philoſophia cognitione cauſſarum: Plutarchus in Pericle p. 154. E: οὐ μόνον δὲ ταῦτα τῆς Ἀναξαγόρου συνουσίας ἀπέλαυσε Περικλῆς, ἀλλὰ καὶ δεισιδαιμονίας δοκεῖ γενέσθαι καθυπέρτερος, ὅση πρὸς τὰ μετέωρα θάμβος ἐργάζεται τοῖς αὐτῶν τε τούτων τὰς αἰτίας ἀγνοοῦσι, καὶ περὶ τὰ θεῖα δαιμονῶσι καὶ ταραττομένοις δι' ἀπειρίαν· ἦν ὁ φυσικὸς λόγος ἀπαλλάττων ἀντὶ τῆς φοβερᾶς καὶ φλεγμαινούσης δεισιδαιμονίας τὴν ἀσφαλῆ μετ' ἐλπίδων ἀγαθῶν εὐσέβειαν ἐνεργάζεται. Arato p. 1042. B: de Pallenenſi muliere, quæ ſpeciem referens Dianæ, τοῖς πολεμίοις φάσμα θεῖον ὁρᾶν δοκοῦσι, φρίκην ἐνέβαλε καὶ θάμβος, ὥστε

μηδένα τρέπεσθαι πρὸς ἀλκήν. In myſteriis ignoratio cauſſarum facit θάμβος: Cicerone p. 871. D: De Sentiendo Profectu Virt. p. 81. E: et ſubinde utitur vocabulo, Vitarum p. 414. D. 462. A. 532. E. 580. F. 710. A. 723. C. 724. D. 754. B. 898. C. 991. A. Sed et Democriti apparet auctoritas, qui ſummum bonum fecit ἀθαμβίην, ut refert Clemens Alexandr. Strom. II. p. 417. B. et ipſius dictum exſtat ap. Stobæum Serm. III. p. 38. et H. Stephanum Poeſi Philoſ. p. 162: Σοφίη ἄθαμβος ἀξίη πάντων, τιμιωτάτη γάρ. Porro τὸ μὲν ἐξ ἀπορίας—ἐξαίρει mutandum in τὸ μὲν ἀπειρίας—ἐξαιρεῖ. Illud proprium eſſe hac in re oſtendit cum locus ille huic geminus, modo allatus ex Vita Periclis p. 154. E. tum res ipſa evincit θάμβος oriri non adeo ἐξ ἀπορίας, *dubitatione*, quam ἐξ ἀπειρίας, *imperitia*; denique Plutarchi conſuetudo ἀπειρίαν et ἄγνοιαν conjungere ſoliti: Adv. Epicur. p. 1094. C: ἀμελήμενα δι' ἄγνοιαν ἢ ἀπειρίαν. De Muſica p. 1038. C: Πλάτων ὅτε ἀγνοίᾳ ὅτε ἀπειρίᾳ τὰ ἄλλα παρῆτήσατο. Catone Min. p. 766. B. de ſcribis ærarii, νέους ἄρχοντας παραλαμβάνοντες δι' ἀπειρίαν ἢ ἄγνοιαν ἀτεχνῶς διδασκάλων ἑτέρων ἢ παιδαγωγῶν δεομένους. Artaxerxe p. 1025. F: δι' ἀπειρίαν τῶν καλῶν ἢ ἄγνοιαν. Jam infinita et innumerabilis eſt confuſio verborum ἐξαίρειν et ἐξαιρεῖν, quam attigimus ad Fragmentum adjectum libro De Sera Num. Vind. p. 140. et Epiſtola Crit. p. 10. et alio loco in his Animadverſionibus uberius tractabimus. Hoc unum nunc monuiſſe ſufficiat, apud Atticos quidem et omnes adeo diligenter ſcribentes, ἐξαίρειν dici ubi *extollendi*, ἐξαιρεῖν ubi *demendi*, *eximendi* notio valet; ſiquidem a communi origine verbi ἄρω, *apto*, eſt αἴρω, *tollo*, et αἱρέω, *capio*, *ſumo*. Denique τὸ μέγα diſplicet; nam magnitudo et excelſitas animi, quæ una notio in hunc locum cadere poſſit, ab hoc nexu abhorret; quippe quæ potius cum τῷ καταφρονεῖν et τῷ σεμνῷ, quam cum εὐκόλῳ et φιλανθρώπῳ, conjuncta eſt. Igitur vel εὐμενὲς ſubſtituendum cenſemus, vel totam hanc partem ita refingendam, τὸ εὔκολον μετὰ τῆ φιλανθρώπιᾳ: non quidem ut alterutram hanc noſtram correctionem unice veram pronunciemus, ſed ut vulgatæ quidem lectioni præferendam judicemus.

44. C. ὀρνεώδης] *Aviculæ ſimilis, volaticus*, quaſi dicas *avicularis, aviarius:* formationis ac terminationis frequentiſſimæ vocabulum, uſus perrari: omiſſum in H. Stephani Theſauro, ſuppletum a D. Scotto hujus unius Plutarchei loci mentione.

44. D. πολυπλόητον περὶ τὰς ἐπαίνους] Similiter ſupra p. 40. C. πλόησις μετὰ χαρᾶς ἀπειροκάλου πρὸς ἔπαινον. Et verbum πλοεῖσθαι et nomina πτοία, πτόησις ſæpe occurrunt in Plutarcho: habent conjunctam originem et affinem vim cum verbis πλήσσειν, πλώσσειν: nam ut hæc notant *contremiſcere*, ita πλοεῖσθαι eſt, *repentino animi motu exſilire ac tumultuari.* De his ſuo quodvis loco in ſequentibus tractabimus.

44. D. Δίκην μὲν οὖν δικάζοντα] Fluxit ex proverbialibus dictionibus: altera, Μηδὲ δίκην δικάσῃς, πρὶν ἂν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς, Theognidea ſententia, quam attingemus p. 1034. E: altera, pervulgata comparatione χάριτος et ἔχθρας, in quo genere eſt principium Demoſthenicæ Orationis De Cherſoneſo p. 35. B: Ἔδει μέν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοὺς λέγοντας ἅπαντας ἐν ὑμῖν, μήτε πρὸς ἔχθραν ποιεῖσθαι λόγον μηδένα, μήτε πρὸς χάριν. Reſpicitur et ad judicum jusjurandum: quod eſt Timocrat. p. 481. C. et ſignificatur in Leptinea p. 376. C.

44. D. ἀπὸ γνώμης] Formulæ hujus vim non ubique eſſe expeditam ac planam, videre licet vel ex H. Stephani explicatione Theſ. L. Gr. T. I. p. 1837. Primum videamus Plutarchi conſuetudinem. Reip. Ger. Præc. p. 798. E: ἀπὸ γνώμης καὶ λογισμῷ τὰ κοινὰ πράσσειν ἀρξάμενος, *ratione et conſilio ad remp. tractandam adgreſſus:* opponuntur iis, qui temere et caſu hoc faciunt, cauſſam ſequentes κρίσιν καὶ λόγον, ἀλλὰ μὴ πλοίαν ὑπὸ δόξης κενῆς. Alexandro p. 687. C: narrato regiæ Perſicæ incendio per ebrietatem compotatorum facto, ſubjicit: οἱ μὲν οὖν οὕτω ταῦτα γενέσθαι φασὶν, οἱ δὲ ἀπὸ γνώμης, *alii autem dicunt hoc factum eſſe deliberato conſilio, ratione ac judicio:* ibid. p. 693. C. de Cliti cæde, facta οὐκ ἀπὸ γνώμης, ἀλλὰ δυσυχίᾳ, *non deliberato judicio, ſed adverſo caſu.* Alia exempla, ubi adjectivum additur, veluti ἀπὸ δικαίας γνώμης, adferre nil attinet. Porro ſi animadvertamus, hic ἀπὸ γνώμης propemodum opponi antecedenti

παρὰ γνώμην, *præter animi ſententiam et voluntatem*, vix dubium ſit quin ἀπὸ γνώμης ſit *ex animi judicio ac ſententia, ita quidem ut ipſe ſis auctor:* nam ſi alius ſit auctor, et tibi quoque gratum ſit ut probes, eſt κατὰ γνώμην. Sed ipſum illud ἀπὸ γνώμης non per ſe ſignificat *ex bono veroque animi judicio*, nam poteſt in utramque partem fieri, quod ſignificatur addito alio nomine: ut hoc loco ἀπὸ γνώμης πρὸς τὸ δίκαιον dicitur illa figura ἓν διὰ δυοῖν pro ſimplici ἀπὸ δικαίας γνώμης. Multo eſt frequentius Plutarcho παρὰ γνώμην· v. c. Opp. Mor. p. 183. F. 866. D. 868. D. 984. A. 986. B. Vitarum p. 149. C. 170. A. 198. A. 359. C. 473. F. 508. F. 530. C. 531. C. 580. B. 717. A. 745. F. 800. C. 821. B. 825. B. 1002. E. 1075. F.

44. E. Ἑρμῆν ταῖς Χάρισιν] Ita exprimendum erat in contextu, non χάρισι, *beneficiis*. Seneca De Benef. I. 3: *Et Mercurius una ſtat* (cum Gratiis): *non quia beneficia oratio commendat, ſed quia pictori ita viſum eſt:* quod e Chryſippi libro de Beneficiis ſumtum, proxima arguunt. Cæterum illic J. Lipſius non omiſit hunc Plutarchi locum. Fortaſſe etiam cauſſa adjungendi Gratiis Mercurii fuit, quod is Χαριτοδότης cognominaretur: de quo cognomine alibi dicemus.

44. E. Ὡς ἀν' ἐχινόποδας] Diſtichon, quod et alibi Plutarchus ſine auctoris nomine poſuit: De Fraterno Amore p. 485. A. Sympoſ. I. p. 621. E. Priorem verſum orationi ſuæ accommodavit Athenæus III. 97. D: ἐξονυχίζεις τε πάντα τὰ προσπίπτοντα τοῖς συνδιαλεγομένοις, τὰς ἀκάνθας συλλέγων, Ὡς ἀν' ἐχινόποδας ᾗ ἀνὰ τρηχεῖαν ὀνώνιν ἀεὶ διατρίβων, ἀνθέων τῶν ἡδίστων μηδὲν συναθροίζων. Eſt et in Schotti Proverbiis Metricis 149.

44. F. Ὅπου γὰρ ἐμέτου τινὲς ἐγκώμια—ἧπου λόγος—] Quum eloquentiæ officium a pleriſque ſophiſtis poneretur, in rebus parvis augendis, magnis minuendis, ut monuimus ad Juliani Or. I. p. 2. C. Biblioth. Crit. Vol. III. Part. I. p. 38; plerique in alteram ſe partem dederunt, parvarum contemtarumque laudationis rerum, ut magis in natura et humanitate poſitam. Plato Sympoſio p. 317. B: εἰ δὲ βούλει αὖ σκέψασθαι τὰς χρηστὰς σοφιστάς—· ἀλλ' ἔγωγε ἤδη τινὶ

ἐνέτυχον βιβλίῳ ἀνδρὸς σοφοῦ, ἐν ᾧ ἐνῆσαν ἅλες ἔπαινον θαυμάσιον ἔχοντες πρὸς ὠφέλειαν: quocum conferendus eſt Iſocrates in Laudatione Helenæ p. 304: τῶν μὲν γὰρ τὰς βουβυλίας, καὶ τὰς ἅλας, καὶ τὰ τοιαῦτα βουληθέντων ἐπαινεῖν οὐδεὶς πώποτε λόγον ἠπόρησεν. Phavorinus, Plutarchi familiaris, his argumentis tractandis delectari ſolitus, etiam *Febris laudationem* ſcripſit: ut prodit Gellius XVII. 12. plura etiam narrans de hoc non ſolum ſophiſtarum, ſed philoſophorum, more. Neque tantummodo ad oratoriæ facultatis oſtentationem, ſed animi et virtutis fructum id pertinere, intelligitur exemplo Agrippini, de quo ſubinde Epictetus mentionem facit et hunc quidem laudat morem in fragmento apud Stobæum Serm. VII. p. 87: οὗτος δ', ἔφη, ὁ ἀνὴρ τοιοῦτος ἦν, ὥστε τοῦ συμβαίνοντος ἀεὶ ἑαυτῷ δυσκόλου ἔπαινον γράφειν· εἰ μὲν πυρέττοι, πυρετοῦ· εἰ δὲ ἀδοξοῖ, ἀδοξίας· εἰ δὲ φύγοι, φυγῆς. Luciani exſtat Encomium Muſcæ T. III. p. 91. Libanii Laudationes Therſitæ, et bovis T. I. p. 80. et 94. Plura de ſophiſtis petantur a Tzetze Chiliad. XI. 383: L. Creſollio Theatro Soph. III. 9. p. 200. Sequitur, ut de conſtructione dictionis exponamus, quæ difficultatis quid aut habet, aut habere videtur. Ὅπου et ἧπου in enunciatione conjuncta ita componuntur, ut illud conditioni et antecedenti, hoc apodoſi et conſequenti præponatur, eique apodoſi adjungat affirmationem ironicam, revera negantem, qualis eſt in Latino *ſcilicet, nimirum:* veluti apud Plutarchum De Pythiæ Orac. p. 404. F: ὅπου γὰρ ἀψύχοις σώμασι καὶ κατὰ ταυτὰ (forte καθ' αὑτὰ) μονίμοις οὐκ ἔξι χρήσασθαι παρ' ὃ πέφυκε βιαζόμενον—ἧπου τὸ ἔμψυχον καὶ αὐτοκίνητον ὁρμῆς τε καὶ λόγου μετέχον ἄλλως ἄν τις ἢ κατὰ τὴν ἑαυτῶν προυπάρχουσαν ἕξιν, ἢ δύναμιν, ἢ φύσιν μεταχειρίσαιτο; *Quando enim animæ expertibus et immobilibus per ſe corporibus contra ipſorum naturam vim inferre non licet—ſcilicet id, quod anima præditum eſt et ſeipſum movet, aliter, quam inſita ejus habitus aut facultas aut natura ferat, tractare poſſis—?* Xylander vertit *multo minus,* ad ſententiam non male, male ad proprietatem. Reip. Ger. Præc. p. 801. D: Ὅπου γὰρ οἱ μεγάλοι βασιλεῖς—οὐκ ἠμέλουν τῆς τοῦ λέγειν χάριτος,—ἧπου δυνατὸν ἄνθρωπον ἰδιώτην—ἐξισχύσαι καὶ κρατῆσαι τῶν πολλῶν, εἰ μὴ λόγου

ἔχει πείθοντα καὶ προσαγόμενον; *Siquidem enim magni reges non neglexerunt dicendi gratiam; ſcilicet fieri poſſit, ut privatus homo apud plebem valeat eamque teneat, niſi præditus ſit oratione perſuadente et alliciente?* Ibidem p. 813. C: Ὅπου τοίνυν ἀνδρὶ τἄλλα θαυμασίῳ τῷ Σκηπίωνι μικρὸν οὕτω φιλανθρώπευμα παραλειφθὲν ὑπεροψίας ἤνεγκε δόξαν, ἧπου κολούων ἄν τις ἀξίωμα συνάρχοντος—ἐπιεικὴς ἂν φανείη καὶ μέτριος; *Quando igitur viro cæteroquin admirabili tam exiguæ comitatis neglectio opinionem ſuperbiæ attulit; nimirum is, qui de collegæ dignitate detrahat, æquus habebitur et moderatus?* 938. A. Eſt etiam ubi pro ὅπου ponitur ὅταν, Adverſ. Stoicos p. 1062. E: ὅταν μὲν οὖν μηδενὸς ἐκῆναι τῶν μαχομένων, ἀλλὰ πάντα ὁμολογεῖν καὶ τιθέναι θέλωσι—ἧπού σοι δοκοῦσι θαυμασίως ἐν τοῖς δόγμασι τὴν ὁμολογίαν βεβαιοῦν; *Quando igitur nihil de his, pro quibus pugnant, concedere volunt, ſed omnia in confeſſo ponunt—nonne tibi videntur mirifice conſenſum tueri?* Andocydes de Myſteriis p. 12. 19. edit. Steph. p. 217. Ed. Hanov. Ὅπου τοίνυν αὐτοῖς (τοῖς) τριάκοντα ὤμνυτε μὴ μνησικακήσειν, τοῖς μεγίστοις (l. μεγίστων) κακῶν αἰτίοις, εἰ δίδοιεν εὐδύνας· ἧπου σχολῇ γε τῶν ἄλλων πολιτῶν τινι ἠξιοῦτε μνησικακεῖν, *Quandoquidem igitur juraſtis, vos ne triginta quidem tyrannorum injuriæ, qui maximorum vobis malorum auctores fuerunt, memores futuros, ſiquidem judicium ſubiiſſent; nimirum, vix alii cuiquam civium velletis injuriæ memoriam referre.* Iſocrates Orat. ad Demonicum p. 16. 43: ἵπου γὰρ τοὺς τῷ λόγῳ μόνον ψευδομένους ἀποδοκιμάζομεν, ἧπου τοὺς τῷ βίῳ παντὶ ἐλαττωμένους οὐ φαυλοὺς εἶναι φήσομεν; *Nam cum eos improbemus, qui verbis tantum fallunt; quanto magis eos nequam homines dicemus, qui nullum in tota vita ſuæ dignitatis gradum retinuerunt?* Ita elegantia Latinæ, et Græcæ ſcientia linguæ clarus interpres, Hieronymus Wolfius: qui ſi proprietatem ſequi voluiſſet, reddidiſſet *ſcilicet.* Dion Chryſ. Orat. XLVII. p. 525. B, C: cujus ſententia, ut in reliquis verbis ac nexu corrupta, ita in his particulis integra, hunc in modum conſtituenda videtur: ὅπου δὲ τὸ κατοικισθῆναι τοῖς ἐκπεσοῦσι (φθονεῖται), καὶ τοῦτο λυπεῖ τινας, εἰ φυγάδες ὄντες καὶ ἀπόλιδες πατρίδα ἕξουσι, καὶ πολιτεύσονται κατὰ νόμους ἐν ἐλευθερίᾳ, (καὶ μὴ) μᾶλλον ᾑροῦντο διωκίσθαι κατὰ κώ-

μας τοῖς βαρβάροις ὁμοίως, ἢ χῆμα πόλεως καὶ ὄνομα ἔχειν· ἥπερ προσῆκε θαυμάζειν καὶ εἰ ἄλλο τι λυπεῖ τινας· *Quandoquidem invidetur ejectis in urbem reſtitui, et hoc male habet quoſdam, ſi orbi civitate et exules patriam habebunt, et ſuis ipſi legibus rempublicam tuebuntur in libertate, nec potius præoptarunt vicatim diſperſi vivere, prouti barbari, quam nomen et dignitatem civitatis obtinere; ſcilicet jam mirandum eſt, ſi aliud quidquam quoſdam male habet.* Ariſtides T. I. p. 376. 378. T. II. p. 214. 225. bis, 302.

44. F. Οἱ γοῦν ἐν ὥρᾳ πάντες, ὥς φησιν ὁ Πλάτων—προφάσεως] Platonis dictum multorum commemorationibus ſequentium Scriptorum celebratum, exſtat Rep. V. p. 466. E. laudatur item a Plutarcho De Diſcrim. Ad. et Am. p. 56. C: imitatione expreſſum Lucretii IV. 1054. Horatii Sat. I. 3. 48. Tibulli I. 4. 69. et ut ſplendidus late pannus ab Ariſtæneto aſſutus Epiſt. I. 8. Memoratur et Philoſtrato Imag. I. 4. p. 768. ac Libanio Ep. DCCV. notante etiam Reiſkio.

p. 45. A. οὐκ ἀπὸ τρόπου] *Non abſurde, non abs re:* in ejuſmodi uſu, ubi ἀπὸ privandi notione pro ἄνευ ponitur, ſæpe in ſcriptis editiſque libris eſt ἄπο retracto in penultimam accentu, quam rationem legitimam eſſe judicat H. Stephanus Theſ. L. Gr. T. I. p. 492. et Vigerius Idiotiſm. p. 522. citati J. F. Heuſingero ad Plutarcheum libellum De Educatione p. 39. ut in ἄπο γνώμης, ἄπο θυμοῦ, ἄπο τρόπου. Noſtri libri variant, plerumque tamen ἀπὸ exhibent: igitur hos ſecuti, in noſtra editione unam rationem tenere non potuimus. Cæterum formula hæc eſt Opp. Mor. p. 4. A. 636. E. 671. F. 738. C. Vitarum p. 411. F. 481. C. 493. D. 734. E. Dionis Chryſoſt. Or. XXXVI. p. 453. C. ubi vitioſe legitur ἀπότροπον.

45. A. ὁ Πλάτων τὸν Λυσίᾳ λόγον—] Plato in Phædro p. 339. H: Τί δέ; καὶ ταύτῃ δεῖ ὑπ' ἐμοῦ τε καὶ σοῦ τὸν λόγον ἐπαινεθῆναι, ὡς τὰ δέοντα εἰρηκότος τοῦ ποιητοῦ; ἀλλ' οὐκ ἐκείνῃ μόνον ὅτι σαφῆ καὶ προγγύλα καὶ ἀκριβῶς ἔκαστα τῶν ὀνομάτων ἀποτετόρνευται. Plutarchus reprehenſiones et laudes Lyſiacæ orationis diverſis dialogi locis a Platone poſitas in unum hunc locum colligit: εὕρεσιν reprehendit p. 340. D. —τῶν μὲν

τοιούτων οὐ τὴν εὕρεσιν, ἀλλὰ τὴν διάθεσιν ἐπαινετέον: porro de ejus ἀταξίᾳ p. 352. A, B, C: ἄρχεταί ἀφ' ὧν πεπαυμένος ἂν ἥδη ὁ ἐραστὴς λέγοι πρὸς τὰ παιδικά.—Τί δέ; τἄλλα οὐ χύδην δοκεῖ βεβλῆθαι τὰ τοῦ λόγου; —ἐμοὶ μὲν γὰρ ἔδοξεν, ὡς μηδὲν εἰδότι οὐκ ἀγεννῶς τὸ ἐπιὸν εἰρῆθαι τῷ γράφοντι: comparetur Dionyſius Hal. T. II. p. 111. et proxima deinceps ejuſdem ſunt argumenti. Ἀπαγγελίαν non hoc ipſe nomine appellat, ſed ſignificat cum illo ſupra poſito loco, tum etiam his verbis p. 339. G: —Τί σοι φαίνεται, ὦ Σώκρατες, ὁ λόγος; οὐχ ὑπερφυῶς τά τε ἄλλα καὶ τοῖς ὀνόμασι εἰρῆθαι; ΣΩΚΡ. Δαιμονίως μὲν οὖν, ὦ ἑταῖρε, ὥστε με ἐκπλαγῆναι. Ita repoſuimus pro ἐπαγγελίαν, et reponendum jam monuerant J. Taylorus in Vita Lyſiæ p. 59. P. Weſſelingius ad Diodori Sic. T. I. p. 246. J. Toupius ad Longinum p. 131: eſt enim ἀπαγγελία hoc loco ipſe *ſtilus et forma orationis*, quæ cernitur in verborum cum delectu, tum compoſitione: ut accipienda eſt vox apud Plutarchum in Demoſthene p. 846. F. quam vocis ſignificationem attigerunt partim viri docti modo laudati et Olearius ad Philoſtratum p. 5. tum J. C. Th. Erneſtus in Lexico Technologiæ p. 33. et nos breviter ſupra p. 43. E. In harum permutatione vocum et alias peccatum eſt a librariis: veluti in loco Clearchi apud Joſephum Adv. Apionem I. 22. Οὐκοῦν, εἶπεν ὁ Ἀριστέλης, κατὰ τὸ τῶν Ῥητορικῶν παράγγελμα γένος αὐτοῦ πρῶτον διέλθωμεν, ἵνα μὴ ἀπειθῶμεν τοῖς τῶν ἀπαγγελιῶν διδασκάλοις: ita recte legitur apud Euſebium Præp. Evang. IX. p. 409. D. et reſtitutum inde eſt pro vulgata ἐπαγγελιῶν in editione Haverkampiana T. II. p. 454. utrum hoc loco, prouti vertitur, *narrandi magiſtris*, an *dicendi magiſtris*, vertendum ſit, nec ſatis conſtat, neque etiam multum refert. Dion Chryſoſt. brevi ſpatio quater hoc vocabulum poſuit Or. XVIII. p. 256. B—D: Ἡροδότῳ μὲν οὖν, εἴποτε ἔφορόν (forte ἐπίφορον, *jucundum*, vel εὔωρον, *tempeſtivum*) σοι, μετὰ πολλῆς ἡσυχίας ἐντεύξῃ· τὸ γὰρ ἀνειμένον καὶ τὸ γλυκὺ τῆς ἀπαγγελίας (ita cum Caſaubono pro ἐπαγγελίας) ὑπόνοιαν παρέχει, μυθῶδες μᾶλλον ἢ ἱστορικὸν τὸ σύγγραμμα εἶναι. Τῶν δὲ ἄκρων Θουκυδίδης ἐμοὶ δοκεῖ, καὶ τῶν δευτέρων Θεόπομπος· ᾗ γὰρ ἱστορικόν τι περὶ τὴν ἀπαγγελίαν τῶν λόγων ἔχει, ᾗ οὐκ ἀδύ-

νατος οὐδὲ ὀλίγος περὶ τὴν ἑρμηνείαν, καὶ τὸ ῥᾴθυμον περὶ τὰς λέξεις οὐχ οὕτως φαῦλον ὥστε σε λυπῆσαι. Ἔφορος δὲ πολλὴν μὲν ἱστορίαν παραδίδωσι· τὸ δὲ ὕπλιον καὶ ἀνειμένον τῆς ἀπαγγελίας σοι οὐκ ἐπιτήδειον. Τῶν γε μὴν Ῥητόρων τοὺς ἀρίστους τίς οὐκ ἐπίσταται; Δημοσθένην μὲν δυνάμει τε ἀπαγγελίας, καὶ δεινότητι διανοίας, καὶ πλήθει λόγων πάντας τοὺς ῥήτορας ὑπερβεβληκότα· Λυσίαν δὲ βραχύτητι καὶ ἁπλότητι, καὶ συνεχείᾳ διανοίας καὶ τῷ λεληθέναι τὴν δεινότητα—· hic ubique hæc vox notat *formam dictionis*, et ipso adeo illo articulo ἀπαγγελίαν τῶν λόγων, ut Ariſtides item uſurpat Rhetoric. p. 438. 446. 488. et Sopater Proleg. in Ariſtid. p. 8. licet etiam poterat accipi pro *narratione orationum*, præſtat, ut in reliquis, *ſtilum* orationum intelligere. Alibi et apud multos ſæpe narrationem notat, ut Platonis Rep. III. p. 435. D. Cæterum conferendus eſt omnino Hermogenes De Formis Orat. I. 12. p. 352: Καὶ τοῦτό ἐστι τὸ κάλλος ὅ μοι δοκεῖ καὶ Πλάτων εἰπεῖν, φάσκων δεῖν ἔχειν τὸν λόγον κεφαλήν τε καὶ ἄκρα καὶ μέσα πρέποντα ἀλλήλοις τε καὶ τῷ ὅλῳ σώματι, ἀλλὰ μὴ χύδην ἔκασα βεβλῆθαι, εἰ καὶ καλὰ εἴη καθ' ἑαυτά· οὐ γὰρ δύναθαί ποτε οὕτω γενέθαι καλὸν λόγον. Καὶ τοῦτο αἰτιᾶταί γε τοῦ Λυσίου ἐρωτικοῦ, ὡς ταῖς ἐννοίαις οὐκ εὐαρμόστως αὐτοῦ χρησαμένου, οὐδὲ τῇ τάξει. Οὐ μὴν τὰς ἐννοίας γε αὐτὰς αἰτιᾶται, οὐδὲ τὴν λέξιν, ἐπεὶ ταῖς γε ἐννοίαις καὶ αὐτὸς χρῆται ταῖς αὐταῖς· τὴν δ' αὖ λέξιν καὶ πάνυ ἐπαινεῖ, σφόδρα εὖ φάσκων τοῖς τε ὀνόμασι καὶ τοῖς ῥήμασι τὸν λόγον ἀποτετορνεῦθαι, καὶ οὐ ἀγεννῶς εἰρῆθαι τὸ ἐπιὸν τῷ ῥήτορι. De verbo τορνεύειν notione rhetorica erudite diſputat Ric. Bentleius ad illud Horatii Art. Poet. 441. *Et male tornatos incudi reddere*, perperam tamen ille, ſi quid judico, *tornatos* mutans in *ter natos*. Quibus adde Julianum Imp. Or. II. p. 77. A: ἀποτορνεύων τὰς περιόδους: Philoſtratum Epiſt. I. p. 916: ἀποτορνεύειν κύκλον. Haud ſcio, an Antiſthenes, ut adverſarius Platonis, dialogo Phædro oppoſuerit librum quo Iſocratem, Platoni dilectum, reprehenderet et Lyſiam vindicaret, et id ſignificetur a Diogene Laertio VI. 15. loco corrupto, Ἰσογραφὴ ἢ Δεσίας ἢ Ἰσοκράτης, πρὸς τὸν Ἰσοκράτους ἁμάρτυρον, fortaſſe ita reſtituendo, Ἰσογραφὴ, ἢ Λυσίας καὶ Ἰσοκράτης· Πρὸς τὸν Ἰσοκράτους ἁμάρτυρον· ut hi duo diverſi Antiſthenis libri recenſeantur.

45. A, B. Ἀρχιλόχῳ μὲν τὴν ὑπόθεσιν, Παρμενίδῃ δὲ τὴν ςιχοποιΐαν, Φωκυλίδῃ δὲ τὴν εὐτέλειαν, Εὐριπίδῃ δὲ τὴν λαλιὰν, Σοφοκλέους δὲ τὴν ἀνωμαλίαν.] *Archilochi* argumentum notatur a Plutarcho etiam Opp. Mor. p. 520. B: maledicentia et obſcœnitate fere conſtabat, quod temperarunt Sappho et Alcæus, et ipſe Horatius, cæteras illius laudes ſecutus, repudiavit Epiſt. I. 19. 23—.

Parios ego primus Iambos
Oſtendi Latio, numeros animoſque ſecutus
Archilochi, non res et agentia verba Lycamben:—
Temperat Archilochi Muſam pede maſcula Sappho,
Temperat Alcæus, ſed rebus et ordine diſpar:
Nec ſocerum quærit, quem verſibus oblinat atris,
Nec ſponſæ laqueum famoſo carmine nectit.

Nota ſive res, ſive fabula, de Lycamba ejuſque filiabus, quos poetæ maledicentia ad voluntariam mortem compuliſſe fertur: verſui huc referendo verisimilem obſcœnitatem reddidit J. Toupius ad Suidam T. II. p. 464. editionis noviſſimæ. *Parmenidis* verſificatio, id eſt, compoſitio verſuum minus accurata, ex iis quæ ſuperſunt fragmentis, non ſatis apparet; ſiquidem hoc nomine reprehenditur, quo *verſificatio in poemate locum habet, quem in oratione compoſitio*, judicio Quinctiliani Inſtit. Or. IX. 4. Fortaſſe etiam alio nomine reprehenditur, quaſi magis verſificationem, quam poema, condiderit: ut idem Quinctilianus de Cornelio Severo judicat, eum meliorem verſificatorem, quam poetam fuiſſe. De *Phocylidis* εὐτελείᾳ ſatis conſtat. Euripidis λαλιὰν perſtrinxit Ariſtophanes Ranis 90. 1101. ubi videndus Ez. Spanhemius: Comici reprehenſionem probat Ariſtides Or. Plat. II. p. 133. *Sophocli* ἀνωμαλία, *inæqualitas* in moribus, aut deſcriptione œconomiaque fabulæ objici certe nequit: poteſt forte in dictione, quæ, ut plerumque eſt tragica, ſublimis, gravis, ita nonnumquam infra cothurnum ad proſæ ſimilitudinem delabitur: veluti adeo in verſibus quibuſdam Plutarcho citatis videre licet Opp. Mor. p. 16. A. 21. A. 27. F. 48. A. 98. A. 418. D.

45. C. ἐγκύκλια] *Conſueta, ſolita, pervulgata.* Heſychius,

Ἔγκυκλα· τὰ ἐγκυκλόμενα τῷ βίῳ, καὶ συνήθη. Altera tamen hoc ſenſu forma ἐγκύκλια magis eſt uſitata. Erudite vocabulum principes Græcarum Literarum lexicographi, G. Budæus Comment. L. Gr. p. 999. hoc etiam allato Plutarchi loco, et H. Stephanus Theſ. L. Gr. T. II. p. 502, 503.

45. C. κάθεδρα δέ τις ἄτυφος—] Habitum ſeſſoris iſtiuſmodi in auditorio ſuperbi ac faſtidioſi eleganter deſcribit Plinius Epiſt. VI. 17. admonitione opportuna et in hunc Plutarchi locum plane congruente. Sed totam operæ pretium eſt Epiſtolam legere. Idem auditorum negligentiam notat I. 13. Philo Jud. De Propædeum. p. 433. D. Quis Rer. Div. Hæres p. 483. A.

45. C. προσβλεψις αὐτῷ τῷ λέγοντι] pro τὸ προσβλέπειν: quippe nomina verbalia regunt caſum verbi: de quo uſu diximus ad p. 20. E.

45. C. Ὡς ἐν ἔργῳ δὲ παντὶ] Deleto ὡς, bene conſtabit et ſenſus et conſtructio: nec deeſt in delendo ratio ac probabilitas; quippe quod facile naſci potuit e proxime antecedente ἀσχολιῶν.

45. C. τὸ μὲν καλὸν ἐκ πολλῶν οἷον ἀριθμῶν—] E Stoica definitione, quæ eſt apud Diogenem Laertium VII. 100: καλὸν δὲ λέγεσι τὸ τέλειον ἀγαθὸν, παρὰ τὸ πάντας ἀπέχειν τὰς ἐπιζητεμένας ἀριθμοὺς ὑπὸ τῆς φύσεως, ἢ τὸ τελείως σύμμετρον: ubi videndus eſt in primis Menagius. Eodem pertinet Ciceronis dictum Off. III. 3. Memorat et M. Antoninus III. 1. VI. 26. ad cujus priorem locum copioſa eſt Gatakeri diſputatio. Hinc frequens Latinis dictio, *omnibus numeris abſolutus*. Adjungatur et Plutarchus Sympoſ. IX. p. 732. E: τὸ μὲν γὰρ κατὰ φύσιν τέτακται καὶ διώρισται· τάξις γὰρ ἡ τάξεως ἔργον ἡ φύσις· ἡ δὲ ἀταξία, καθάπερ ἡ Πινδαρικὴ ψάμμος, ἀριθμὸν περιπέφευγε· ᾗ τὸ παρὰ τὴν φύσιν εὐθὺς ἀόριστον καὶ ἄπειρόν ἐστιν. Ἀληθεύειν μὲν γὰρ, ἁπλῶς, ψεύδεσθαι δὲ ἀπειραχῶς παρέχει τὰ πράγματα.

45. D. μηρῶν ἐπάλλαξις ἁπρεπὴς,] Fuit hoc etiam præceptum antiquæ diſciplinæ ab Ariſtophane expoſitæ in Nubibus 979: Οὐδ' ὀψοφαγεῖν, οὐδὲ κιχλίζειν, οὐδ' ἴσχειν τὼ πόδ' ἐναλλάξ: quem verſum Plutarchus laudat in libello Ὅτι

διδακτὸν ἡ ἀρετὴ p. 439. E: ubi legitur ἐπαλλάξ: ut apud Aristidem, qui eumdem Comici versum mente agitabat scribens T. II. p. 95: καὶ αἰ τίτθαι τοῖς παιδαρίοις ταῦτα λέγουσι, καὶ οἱ γραμματισταὶ, καὶ οἱ παιδαγωγοί· ὑπερεμπίπλασθαί σε οὐ χρὴ, καὶ βαδίζειν ἐν ταῖς ὁδοῖς ὅτι χρὴ κοσμίως, καὶ τοῖς πρεσβυτέροις ὑπανίστασθαι, καὶ τοὺς γονέας φιλεῖν, καὶ μὴ θορυβεῖν, μηδὲ κυβεύειν, μηδ' ἴσχειν, εἰ βάλει, τὼ πόδε ἐπαλλάξ· ubi haud scio, an interpres Latinus parum ceperit illud εἰ βούλει, quod est, *ut hoc utar, exempli gratia.* Clemens Alexandr. Pædagog. II. p. 171. D: εἰ δὴ καὶ καθέζοιντο, μὴ ἐναλλὰξ τὼ πόδε ἐχόντων, μηδὲ μὴν θάτερον τοῖν μηροῖν θατέρῳ ἐπιφερόντων, ἢ τὴν χεῖρα τῷ γενείῳ ὑπερειδόντων. Cæteroquin in adverbii forma ἐναλλὰξ Plutarcho usitatum, Opp. Mor. p. 951. D. 1017. E. 1021. B. 1025. E. 9. A. Vit. 1042. C. Simile est Agathiæ III. p. 55. A: ἐτύγχανε γὰρ ἐναλλάγδην ἔχων τὼ πόδε ὑπὲρ τὸν αὐχένα τοῦ ἵππου. At verbo ἐπαλλάττω magis utitur Plutarchus, cum aliis locis, tum eodem sensu in Lucullo p. 505. D. de regibus captivis Tigranem circumstantibus ἐπηλλαγμέναις δι' ἀλλήλων ταῖς χερσίν—. Alios hujus verbi usus in sequentibus attingemus.

45. E. συνδείπνου τι χαρίεντος ἔργον ἐστὶ] Ita in Sapientum Convivio p. 147. E. Illud proxime dictum, haud scio, an sit quoddam Menandreum hujusmodi —Ἥκοντες εὖ παθεῖν, ἑτέρων πονουμένων. Hujusmodi auditoris iniqui reprehensio est apud Aristidem T. II. p. 393.

45. E. προάγων τὴν εὐθύνην] Ita omnes, quod sciam, libri: tamen malim προσάγων, quod et Reiskius conjecit.

45. E. σολοικίζειν περὶ τὴν ἀκρόασιν] Vox et res propria Grammaticis transfertur ad alias vitæ partes et actiones: et hoc quidem loco opportune, siquidem fastidiosus iste auditor etiam κατὰ ῥῆμα solœcismos dicentis venatur. Sic Galenus De Ordine Librorum Suorum T. I. p. 52. D: ἄμεινον γάρ ἐστι τῇ φωνῇ μᾶλλον ἢ τῷ βίῳ σολοικίζειν. Lucilius Anthologiæ II. 46. 7:

Μηδὲ λαλῶν πρῴην ἐσολοίκισε Φλάκκος ὁ ῥήτωρ,
Καὶ μέλλων χαίνειν, εὐθὺς ἐβαρβάρισε·
Καὶ τῇ χειρὶ τὰ λοιπὰ σολοικίζει διανεύων,
Κἀγὼ σ' αὐτὸν ἰδὼν τὸ στόμα μου δέδεται.

Animadvertendus in ultimo verſu ſolœciſmus de induſtria a poeta commiſſus, quaſi ſignificante, ſe per rhetorem iſtum eodem ſolœciſmi morbo affectum eſſe, *Et ego eum videns, os mihi ligatum eſt*; nam apparet eum hæc ſcribentem in mente habuiſſe jactatam illam in ſcholis, et Stoicis proditam ſolœciſmi definitionem additumque definitioni exemplum: cujuſmodi exſtat apud Diogenem Laertium VII. 59. ac plenius apud Suidam voce Σολοικισμός.—Σολοικισμὸς δέ ἐϛι λόγος ἀκαταλλήλως συντεταγμένος· ὡς τὸ Ἐγὼ περιπατῶν ὁ τοῖχος ἔπεσε: quamquam apud Atticiſtas, Philoſtratum, et in primis Ælianum, tamquam gratæ cujuſdam negligentiæ elegantia frequentatur. Redeamus ad Plutarchum, qui eadem tralatione deſcribit curioſum, in libro De Curioſitate p. 520. B: οἱ τοίνυν πολυπράγμονες οὐ ϛίχων οὐδὲ ποιημάτων, ἀλλὰ βίων ἀϛοχήματα καὶ πλημμελήματα τὰ σολοικισμὰς ἀναλεγόμενοι καὶ συνάγοντες, ἀμϐϛότατον καὶ ἀτερπέϛατον κακῶν γραμματοφυλακεῖον τὴν ἑαυτῶν μνήμην περιϕέρουϛιν. Reip. Ger. Præc. p. 817. A: ἔνιοι τῶν ἀπειροκάλων καὶ σολοίκων. Alexandro p. 692. B: Φιλώτας—τὸ σεμνὸν καὶ ὑψηλὸν οὐκ ἐμμελῶς, ἀλλ' ἄνευ χαρίτων τῷ σολοίκῳ καὶ παρασήμῳ μιμούμενος. Dione p. 965. A: οὐδὲν ἐν τῇ διαίτῃ σόλοικον ἐπιδεικνύμενος—. Sympoſ. I. p. 615. D: ἐθῆτί τε περιτῇ καὶ ἀκολουθίᾳ παίδων ὑποσολοικότερος. Quibus omnibus in exemplis eſt *aberratio a communi rectaque vitæ ratione.*

45. E. ἐν τῷ σφαιρίζειν—εὐρυθμία] De ſimilitudinis frequentia diximus ad p. 38. E. Huic loco etiam adhibeatur Epictetus Diſſ. II. 5. p. 189: Τοῦτο ὄψει ποιοῦντας τοὺς σφαιρίζοντας ἐμπείρως· οὐδεὶς αὐτῶν διαφέρεται περὶ τοῦ ἁρπαϛοῦ, ὡς περὶ ἀγαθοῦ καὶ κακοῦ, περὶ δὲ τὸ βάλλειν καὶ δέχεϑαι λοιπόν. Ἐν τούτῳ ἡ εὐρυθμία, ἐν τούτῳ ἡ τέχνη—.

45. F. Ἐπίκυρος—κροτοθορύϐους γίνεϑαι παρ' αὐτῶν λέγων] Ex epiſtola Epicuri ad amicam Leontium meretricem, Diogenes Laertius hanc particulam apponit X. 5: Παιὰν ἄναξ, φίλον Λεοντάριον, οἵϖ κροτοθορύϐϖ ἡμᾶς ἐνέπλησεν ἀναγνόντας σου τὸ ἐπιϛόλιον. Ergo ſenſus apparet: *Epicurus ſcribens de epiſtoliis amicorum, factos eſſe, lectis his epiſtoliis,* παρ' αὐτῶν, *ab ipſis, id eſt, ab Epicuro et familiaribus,* κροτοθορύϐους, *ineptus eſt ac diſplicet.* Vocabulum fictum ab ipſo

Epicuro, quum dicendum fuiſſet κρότος καὶ θορύβος, *plauſus et tumultus*. Eodem ſpectat Plutarchus Adv. Epicurum p. 1095. D. et Adv. Colotem p. 1117. A. Alia etiam attulerunt ad Laertii locum Caſaubonus et Menagius: hic quidem perperam corrigens σοι pro σου.

45. F. Θεάως, Θεοφορήτως—'Ανθηρῶς—] Diximus de his acclamationibus ad p. 26. B. verbo ἐπιφωνεῖν.

45. F. Ὑπερίδην] Hic quamvis magnus fuit orator ac bonus civis, numquam profecto nactus eſt eam exiſtimationem, ut in exemplum virtutis ſapientiæque celebraretur: quam quidem exiſtimationem Socrates, Plato, et Plutarchi certe ſenſu judicioque Euripides etiam, habuit. Et vero hæc nomina ſubinde a librariis permutata reperiuntur: quod cognoſcere licet ex animadverſione Ruhnkenii in Hiſtoria Critica Oratorum Græcorum p. 71. Harpocration voce Θέωδαι, eam interpretatur addens hanc Hyperidis auctoritatem, Ὑπερίδης ἐν τῷ πρὸς Ὑγιαίνοντα. In Ariſtotelis Rhetoric. III. 15: ὥσπερ Εὐριπίδης πρὸς Ὑγιαίνοντα ἐν τῇ ἀντιδόσει memoratur ita, ut nullum ſit dubium, quin *Euripidis* nomen verum et ab ipſo Ariſtotele, nec a librario, ſit: ſed et apud Harpocrationem verum videtur eſſe *Hyperidis* nomen, ſiquidem ille non niſi Oratorum vocabula explicat. Fortaſſe poſt Ariſtotelem demum illa *Euripidis* oratio in *Hyperidis* nomen tranſlata in hujuſque orationibus ab Harpocratione et lecta et habita eſt. Nam, quod H. Valeſius addit, in Notis ad Notas Mauſſaci p. 116: *Forte Hyperides eam orationem Euripidi ſcripſerat:* ſolertiſſima ſane eſſet ratio expediendæ difficultatis, modo ne temporum rationibus repugnaret: niſi alium quendam Hyperidis æqualem intelligamus Euripidem. Cæterum Ὑγιαίνοντα quum apud utrumque legatur, et iterum apud Harpocrationem in Ἕνη καὶ Νέα, malim hoc tueri quam cum Valckenario noſtro ad Euripidis Hippolytum p. 232. Ὑγιαίνετον corrigere.

p. 46. A. λόγῳ σωφρονοῦντι προσφέροντες ἔπαινον ἑταιρικὸν,] σχολαστικαὶ μελέται ſunt Sophiſtarum et Rhetorum, et hi ſæpius cum *meretricibus* comparantur: qua de re expoſuit doctus homo L. Creſollius in Theatro Soph. III. 2. p. 158.

et 23. p. 318: et in eadem comparatione Sophiſtæ Philoſophis, ut meretrices honeſtis matronis, opponuntur. Huc pertinet dictum Eratoſthenis de Bione Boryſthenita apud Diogenem Laertium II. 52: ὡς πρῶτος Βίων τὴν φιλοσοφίαν ἀνθινὰ ἐνέδυσεν: *Bion primus philoſophiam vario ac picto veſtimento induit:* quandoquidem philoſophiam ad ſophiſticam artem redegit, ei quaſi *meretricias veſtes* induit: hæc enim ſunt ἀνθινὰ, quibus veſtitæ eſſe debebant mulieres meretricium quæſtum factitantes: Attica quidem Lege, de qua videre eſt Petitum p. 576. Seneca Epiſtola LVIII: *Damnum quidem feciſſe philoſophiam, non erit dubium, poſtquam proſtituta eſt*, id eſt, poſtquam Sophiſticam, tamquam meretriciam artem, facit.

46. B. Εὐριπίδης—μιξολυδιστὶ ᾄδοντος] Hæc enim harmonia vigebat Tragicorum ſtudiis: ut colligitur ex verbis Ariſtoxeni apud Plutarchum De Muſica p. 1136. D: καὶ ἡ μιξολύδιος δὲ παθητική τις ἐστὶ, τραγῳδίαις ἁρμόζουσα. Ἀριστόξενος δέ φησι, Σαπφὼ πρώτην εὑρεθῆναι τὴν μιξολυδιστὶ, παρ' ἧς τὸς τραγῳδοποιοὺς μαθεῖν. In primis ut flebilis notatur a Platone Rep. III. p. 437. C: Τίνες οὖν θρηνώδεις ἁρμονίαι, λέγε μοι· σὺ γὰρ μουσικός. Μιξολυδιστὶ, ἔφη, καὶ συντονολυδιστὶ, καὶ τοιαῦταί τινες· quo ſpectat Plutarchus l. c. B. Cæterum pro ἀπαθὴς præferam ἀμαθής. Eſt enim *ignorantiæ, ſtuporis, nec ingenii doctrina culti.* Pertinet eodem Euripidis dictum ex Antiopa T. III. p. 550: Ἀμουσία τοὶ μηδ' ἐπ' οἰκτροῖσιν δάκρυ Στάζειν. Dion Chryſ. Or. XLI. p. 501. A. jungit *duritiem et ignorantiam:* πιστεύω τῷ τῆς πόλεως ἤθει, νομίζων οὐ σκληρὸν οὐδὲ ἀμαθές—.

46. B. ἑτερέτιζες] Videatur annotatio ad p. 42. D. de conjunctæ originis voce τερθρεύεσθαι: de hac Hemſterhuſius ad Thom. Mag. p. 908.

46. B. Ὅρα γὰρ ἀληθῶς οἷόν ἐστι—ἔπαινός ἐστι] Formula Ὅρα uſum habet in principiis ſententiarum ſatis frequentem: e cujus quidem uſus obſervatione colligam, ἀληθῶς non cum Ὅρα, ſed cum οἷόν ἐστι jungendum eſſe: ſive Plutarchus per tranſpoſitionem, ſive librarius per errorem hoc adverbium eo quo nunc eſt loco poſuerit; ut ſenſus ſit, *Nam vide quale revera ſit.* Similis exempla uſus exſtant

Opp. Mor. p. 79. B. 82. F. 87. A. 101. C. 107. A. 152. E. 177. E. 214. A. 225. F. 236. C. 409. A. 436. A. 740. D. 1000. D. 1004. B. 1011. D. 1068. E. 1070. B. 1072. D. 1089. A. D. 1109. E. Cæterum ad argumentum hujus loci plane convenit egregia Muſonii admonitio apud Gellium V. 1: *Muſonium philoſophum ſolitum dicere accepimus, Quum philoſophus, inquit, hortatur, monet, ſuadet, objurgat, aliudve quid diſciplinarum diſſerit; tum qui audiunt, ſi ſummo et ſoluto pectore obvias vulgataſque laudes effutiunt: ſi clamitant etiam, ſi vocum ejus feſtivitatibus, ſi modulis verborum, ſi quibuſdam quaſi frequentamentis orationis moventur, exagitantur, et geſtiunt; tum ſcias, et qui dicit, et qui audiunt, fruſtra eſſe: neque illic philoſophum loqui, ſed tibicinem canere. Animus audientis philoſophum, ſi, quæ dicuntur, utilia et ſalubria ſunt et errorum atque vitiorum medicinas ferunt, laxamentum atque otium prolixe profuſeque laudandi non habet. Quiſquis ille eſt qui audit, niſi ille eſt plane deperditus, inter ipſam philoſophi orationem et perborreſcat neceſſe eſt, et pudeat tacitus, et pœniteat, et gaudeat, et admiretur. Varios adeo vultus diſpariſque ſenſus gerat; proinde ut eum conſcientiamque ejus affecerit utrarumque animi partium, aut ſincerarum, aut ægrarum, philoſophi pertractatio. Præterea dicebat, magnam laudem non abeſſe ab admiratione: admirationem autem, quæ maxima eſt, non parere verba, ſed ſilentium: idcirco, inquit, poetarum ſapientiſſimus auditores illos Ulyxi labores ſuos illuſtriſſime narrantis, ubi loquendi finis factus, non exſultare nec ſtrepere nec vociferari facit, ſed conſiluiſſe univerſos dicit, quaſi attonitos et obſtupidos delenimentis aurium ad origines uſque vocis permanantibus.* In eodem argumento item luculenta et ſalutaris eſt Senecæ Epiſtola LVIII. ſed cum longior illa quam quæ tranſcribatur, et refertior præſtantiorque quam quæ excerpatur; ut nunc certe, ſi umquam alias, intelligam verum eſſe, quod Seneca alibi dixit, Stoicorum libros non excerpendos, ſed totos ediſcendos eſſe; quod omnes eorum deinceps partes in eadem æquabiliter ſint et ſoliditate et excellentia; ut locus delectui nullus relinquatur.

46. D. Λακωνικόν ἐστιν] Plutarchus Lycurgo p. 46. C, D: εἰς δὲ τὰ συσσίτια καὶ παῖδες ἐφοίτων ὥσπερ εἰς διδασκαλεῖα σωφροσύνης ἀγόμενοι· καὶ λόγων ἠκροῶντο πολιτικῶν, καὶ παιδευτὰς ἐλευθερίας ἐώρων, αὐτοί τε παίζειν εἰθίζοντο (vulgo εἴθιζον; Porphyrius De Abstin. IV. 5. ἠθίζοντο) καὶ σκώπτειν ἄνευ βωμολοχίας, καὶ σκωπτόμενον μὴ δυσχεραίνειν· σφόδρα γὰρ ἐδόκει καὶ τοῦτο Λακωνικὸν εἶναι, σκώμματος ἀνέχεσθαι· μὴ φέροντα δὲ ἐξῆν παραιτεῖσθαι, καὶ ὁ σκώπτων ἐπέπαυτο. Sympos. II. p. 631. F. Res ipsa attingitur De Ira Cohib. p. 458. B.

46. D. ἐπαφῆς] *Tactio, contrectatio*, tum translate *reprehensio*. Plutarchus Lysandro p. 446. D: γενέσθαι μὲν οὖν ἴσως ἔδει τινὰ τῆς ἐκμελοῦς ταύτης φιλοτιμίας ἐπαφὴν καὶ συγκλῆναι τὸν Λύσανδρον ἄχρι τῶν δευτερείων. Significatio a Pythagoricis venit, teste Jamblicho Vita Pythag. §. 114: ἔτι τοίνυν σύμπαν τὸ Πυθαγορικὸν διδασκαλεῖον τὴν λεγομένην ἐξάρτυσιν καὶ συναρμογὰν καὶ ἐπαφὰν ἐποιεῖτο μέλεσί τισιν ἐπιληδείοις. Adeatur et superior animadversio de voce κατάρτυσις ad p. 38. D. Fortasse et restituendum cognatum vocabulum Nicostrato apud Stobæum Serm. LXVIII. p. 426. fine, ubi laudatur γύναιον, κατ' ἀγροὺς τεθραμμένον—οὐκ ἀνελεύθερον δὲ οὐδὲ ἀρτοποιὸν, χρηστόν γε μὴν καὶ ἀράξαι ποτὲ μύλην καὶ ἐπαφύσας αὐτῆς διδοῦσαν ὥσπερ ἐπὶ λύρας. His in ultimis verbis editio Trincavelli, et codex Parisiensis, cujus varias lectiones adscripsit H. Grotius exemplari suo, quod nunc in bibliotheca Lugdunobatava servatur, pro ἐπαφύσας habent ἐπαφήσας, quod propius ducit ad veram lectionem ἐπαφήσεις, id est, *muliercula utilis agitandæ molæ aliquando, sui tractationem præbenti musicam, ut in lyra*, ut mola edat sonum numeris modisque distinctum: nisi etiam διδοῦσαν referendum sit ad γύναιον, vel idcirco legendum διδὸν, scilicet τὸ γύναιον: certe ἐπαφὴ et ἐπάφησις est *tractatio, pulsatio lyræ*, ut ex Euryphami loco supra citato ad 38. D. intelligitur: et ad molam mulieres canere solitas, exemplo est Lesbia illa apud Plutarchum Sapient. Convivio p. 157. D. Aliis locis ἐπαφὴ apud Plutarchum proprio sensu *tactionis* sed *lenioris*, occurrit. Opp. Mor. p. 147. A. 589. B. 680. E. 718. A. 901. B. 921. A. 931. A. 1109. D.

46. D. ἱδρῶτος καὶ ἰλίγγου μεῖζον, αἰσχύνῃ φλεγόμενον τὴν ψυ-

χὴν,] De voce ἴλιγξος et ἰλιγξιάω notavimus ad p. 17. F. Alterum item in descriptione antiquæ disciplinæ apud Aristophanem Nub. 988: Καὶ τοῖς αἰσχροῖς αἰσχύνεσθαι, κἂν σκώπτῃ τίς σε φλέγεσθαι. Quod imitatur Aristides T. I. p. 77: ἄγαλμα δ' ἄν τις ἔφησε τῆς αἰδοῦς αὐτὸν εἶναι· ὥγε τὰ μὲν ἄλλα σιωπᾷν ἐξήρκει· εἰ δέ τι φθέγξοιτο, ἔδει φλέγεσθαι.

46. D. σεσηρότα καὶ κατειρωνευόμενον] Posterius verbum exposuimus ad p. 31. E. Prius habet elegantem tralationem a rictu canino ad ridendi significationem ductam. Plutarchus Conjug. Præc. p. 139. F: εἰ χαίροντος μὲν εἰκόνα σκυθρωπὴν ἀποδίδωσι τὸ ἔσοπτρον, ἀχθομένου δὲ καὶ σκυθρωπάζοντος ἱλαρὰν καὶ σεσηρυῖαν, ἡμαρτημένον ἐστὶ καὶ φαῦλον. Apophthegm. Lac. p. 223. C. de Cleomene, ἐκλιπεῖν τὸν βίον γελῶντα καὶ σεσηρότα. Scriptor libelli De Educatione p. 13. B: σεσηρότες ὅθ' οἱ τρέφοντες γελῶσι. Philo Jud. Legat. Ad Caj. p. 1041. A. Dion Chrys. Or. I. p. 16. C: ἀντὶ μὲν τῶ προσφιλοῦς μειδιάματος ταπεινὸν ἐσεσήρει καὶ ὕπελον: ita vere Casaubonus correxit pro ἐπεσήρε. Maximus Tyrius Diss. VI. 7. p. 57: κολάκων ἐσμοὶ καὶ θίασοι σεσηρότων καὶ σαινόντων καὶ ἐπ' ἄκρᾳ τῇ γλώττῃ τὸ φιλεῖν ἐχόντων. XX. 1. p. 233: de adulatore, ὁ μὲν σεσηρὼς, ὀρέγων δεξιὰν—. M. Antoninus XI. 18: τὸ εὐμενὲς ἀνίκητον, ἐὰν γνήσιον ᾖ καὶ μὴ σεσηρὸς, μηδὲ ὑπόκρισις. I. 15. ubi docte verbi vim exponit Th. Gatakerus. Quædam etiam notavit L. C. Valckenarius ad Theocriti XX. 15. Plautus Captiv. III. 1. 15: *Nemo ridet—Ne canem quidem irritatam voluit quisquam imitarier:* Græcum σεσηρέναι exprimere voluit. Ælianus Var. Hist. III. *Satyros* dictos ait ἀπὸ τῶ σεσηρέναι: mea opinione est cognatæ originis, dictum pro Σάτυρος, *caudam movens*, ab ὀρὰ et σάω, unde σαίνω et σαίρω, de canibus, hoc *ringendi*, deinde *verrendi* notione.

46. D. συνήθειαν—καὶ συνέχειαν.] Hujusmodi paronomasias optimus quisque Veterum, Plato, Cicero, Plutarchus, præsertim si a re ipsa et sententia offerrentur, libenter secuti sunt. Infinitum sit unius Plutarchi in hoc genere exempla notare: duobus cognatorum nominum συνεχὴς et συνήθη apponendis defungamur. Quæst. Rom. p. 286. A: τῶν ὀρνίθων ἥκιστα συνεχὴς καὶ συνήθης οὗτος. De Ira Cohi-

benda, initio, p. 452. F: οἱ ζωγράφοι διὰ χρόνου τὰ ἔργα πρὶν ἢ συντελεῖν ἐπισκοποῦντες· ὅτι τὴν ὄψιν αὐτῶν ἀφίσαντες τῇ πολλάκις κρίσει ποιοῦσι καινὴν, καὶ μᾶλλον ἀπλομένην τῆς παρὰ μικρὸν διαφορᾶς, ἣν ἀποκρύπτει τὸ συνεχὲς καὶ σύνηθες.

46. D. ὥσπερ ἐν σκληρᾷ σαρκὶ καὶ τυλώδει τῇ ψυχῇ μώλωπα μὴ λαμβάνοντος.] Adumbratum ex pervulgata illa opinione, animam vitiis et male factis vibices et cicatrices contrahere: de qua opinione diximus ad libellum De Sera Num. Vind. p. 93. veteris noſtræ editionis: hujus p. 565. B.

46. D. φεύγοντες ἀνεπιστρεπτὶ καὶ δραπετεύοντες ἐκ φιλοσοφίας] Haud ſcio, an ex Platonica fluxerit conſuetudine. Sic de ſe narrat Alcibiades in Sympoſio p. 333. D. ſe reprehendentem Socratem fugere: δραπετεύω οὖν αὐτὸν καὶ φεύγω: ſed totus legendus eſt locus: epitomen quamdam ejus, aſſumtis quibuſdam ex aliis dialogis, exhibuit Plutarchus in Alcibiade p. 194. B: ὁ δὲ Σωκράτης ἔρως πολλοὺς ἔχων καὶ μεγάλης ἀνταγωνιστὰς, τῆ μὲν ἐκράτει τοῦ Ἀλκιβιάδου δι' εὐφυΐαν, ἁπλομένων τῶν λόγων αὐτῷ, καὶ τὴν καρδίαν στρεφόντων, καὶ δάκρυα ἐκχεόντων· ἔστι δ' ὅτε καὶ κόλαξι πολλὰς ἡδονὰς ὑποβάλλουσιν ἐνδιδοὺς ἑαυτὸν ἀπωλίσθαινε τοῦ Σωκράτους· καὶ δραπετεύων ἀτεχνῶς, πρὸς μόνον ἐκεῖνον ἔχων τὸ αἰδεῖσθαι καὶ τὸ φοβεῖσθαι, τῶν δ' ἄλλων ὑπερορῶν. Proprium eſt de *fugitivis ſervis*: tranſlatum de alumnis diſciplinæ, ab ea, ut a domina, fugientibus: qua ratione dixit Lucianus in Somnio, 12. T. I. p. 18: ὁ δὲ Σωκράτης καὶ αὐτὸς ὑπὸ τῇ ἑρμογλυφικῇ ταύτῃ τραφεὶς, ἐπειδὴ τάχιστα συνῆκε τοῦ κρείττονος, καὶ δραπετεύσας παρ' αὐτῆς ἠυτομόλησεν ὡς ἐμὲ, ἀκούεις ὡς παρὰ πάντων ᾄδεται. Cæterum ἀνεπιστρεπτὶ rarior forma eſt et in Jamblicho Vit. Pythag. §. 15: frequentior eſt ἀμεταστρεπτί· de qua exſtat gloſſa Timæi Lex. Plat. et Ruhnkenii nota p. 25.

46. E. ὁ μετὰ τὴν τομὴν φεύγων τὸν ἰατρόν·—] Eamdem imaginem compluribus deinceps iteratam exemplis variavit in exitu libri De Diſcrimine Ad. et Am. p. 74. D. quod, notata etiam imaginis origine, monuimus ad librum De Sera Num. Vind. p. 6. veteris editionis, hujus p. 548. B.

46. F. Πρισοῖσι λόγχης] Verſus ex Euripidis Telepho, hoc uno teſtimonio cognitus inter ejus Fragmenta poſitus Num. XXV. Res ipſa celebrata inſtar proverbii, in com-

parationem adhibita cum ab aliis multis, tum a Plutarcho De Capienda ex Inimicis Utilitate p. 89. C: ὁ Τήλεφος οἰκείου μὴ τυγχάνων ἰατροῦ, τῷ πολεμικῷ δόρατι τὸ ἕλκος ὑπέθηκεν. Similiore etiam in argumento Lucianus Nigrino, sub finem. T. I. p. 81. ubi Tib. Hemsterhusius multos citat cum novos homines, qui de hoc proverbio egerunt, tum antiquos eo usos, in his Scholiasten Theocriti ad XII. 25. "*quem sua pene credas*, ut ait, *hinc, ex præsente Plutarchi* "*loco sumsisse, quamquam ibi legendum potius videatur*, τὸ "τοῦ λόγου, ὁ τρώσας ἰάσεται." Verba Scholiastæ hæc sunt: Ἐὰν γὰρ καὶ λυπηρόν τι ἢ δηκτικὸν δράσῃς, ὁ λόγος ὁ τρώσας ἰάσεται. Sane credibile est, veram scripturam esse τὸ τοῦ λόγου. Propertius II. 1. 63: *Mysus et Æmonia juvenis qua cuspide vulnus Senserat, hac ipsa cuspide sensit opem.* Ovidius Tristium V. 1. 15: *Telephus æterna consumtus tabe periisset, Si non, quæ nocuit, dextra tulisset opem*: et alibi, et hic et alii. Adhibendi sunt quoque Plinius XXV. 19: Erasmus Adag. p. 221: Meziriacus ad Ovidii Epist. p. 233. et L. C. Valckenarius in Diatrib. ad Eurip. Fragm. p. 210.

p. 47. A. κατηργμένης] Reliqua, præter notatam, varietas hæc est: Exempl. Turn. καθειρημένης, κατηργνυμένης: Pol. et Leonic. καθειραμένης: Jannot. καθηραμένης: Anon. καταῤῥηγνυμένης, *in alio* καθειρημένης: T. V. B. καθειρκμένης *vel* καταῤῥηγνυμένης, vel καθειρημένης. Cæteri et meliores consentiunt in vulgata lectione, quæ profecto unice vera est. Sensus est, *philosophia eum tamquam in mysteriis initiante*: est enim κατάρχεσθαί τινος, *aliquem initiare, consecrare.* Lucianus in argumento simili, de magistro suo statuariæ artis, a quo novus discipulus verberibus acceptus fuerat, in Somnio p. 6: ὁ δὲ ἀγανακτήσας, σκυτάλην τινὰ κειμένην πλησίον λαβὼν, οὐ πράως οὐδὲ προτρεπτικῶς μου κατήρξατο· ὥστε δάκρυά μοι τὰ προοίμια τῆς τέχνης. Plutarchus Themistocle p. 119. A. de sacrificandis captivis adolescentibus: vates ἐκέλευσε τῶν νεανίσκων κατάρξασθαι καὶ καθιερῶσαι πάντας ὠμηστῇ Διονύσῳ προσευξάμενον. Euripides Iphig. Taur. 56: Τέθνηκ' Ὀρέστης, οὗ κατηρξάμην ἐγώ· 1154. ἢ δὴ τῶν ξένων κατήρξατο; quo pertinent hæc Luciani Toxari, 6. T. II. p. 513: πλέων

Ὀρέσης ἅμα τῷ φίλῳ, εἶτα ἐν τοῖς κρημνοῖς διαφθαρείσης αὐτῶν τῆ, νεὼς συνειλημμένος καὶ πρὸς τὴν θυσίαν παρεσκευασμένος, καὶ ἡ Ἰφιγένεια ἤδη κατάρχεται αὐτῶν. Aliæ etiam in re ſacra hujus verbi ſunt conſtruendi formæ, de quibus ſuo loco dicemus.

47. A. φιλοσοφίας—ταραχῆς] Comparentur loci notati ad p. 26. B. ὥσπερ ὑπὸ δεισιδαιμονίας—· et 81. D.

47. B. αἱ πρὸς τὰς μαθήσεις ἀρχαὶ] Proba eſt conſtructio, veluti modo p. 46. E. habuimus ἀρχὴν πρὸς τὸ σωθῆναι. Alteram lectionem, αἱ πρώταις μαθήσεις, uſus tueri videtur. Sic fere Ariſtoteles Art. Poet. VI. μιμητικώτατόν ἐστι (ὁ ἄνθρωπος), καὶ τὰς μαθήσεις ποιεῖται διὰ μιμήσεως τὰς πρώτας. Zenobius Proverb. III. 65: Ἐν πίθῳ τὴν κεραμείαν μανθάνειν. Παροιμία ἐπὶ τῶν τὰς πρώτας μαθήσεις ὑπερβαινόντων, ἀπιομένων δὲ εὐθέως τῶν μειζόνων. Suidas; Προπαιδεία· τὰ πρῶτα μαθήματα. Alia etiam et plura de hac dictione adfert J. Wouwerenus De Polymathia III. p. 24. Sed his omnibus in locis quum πρώται μαθήσεις fere intelligantur ſingulares diſciplinæ, quæ in diſcendo aliis præmittuntur, προπαιδεύματα, τὰ ἐγκύκλια παιδεύματα, Grammatica, Rhetorica, Muſica, *non principia atque elementa ſingularium artium*, ut in hoc Plutarchi loco; haud ſine ratione quis in eam partem inclinet, ut receptam lectionem veriorem judicet. Atque item fere dixit Plutarchus in Amatorio p. 769. E: ταράττει δὲ καὶ μαθήματα παῖδας ἀρχομένους, καὶ φιλοσοφία νέους.

47. B. φιλοσοφίας ἐχούσης τι γλίσχρον] Xylander vertit *jejunum*, non male; poterat item *ſubtile*, *tenue*, *difficile*. Certe non admittendum πικρὸν, quod Meziriacus volebat. Videatur noſtra animadverſio ad p. 31. E.

47. B. προσλιπαροῦντα] Diximus ad p. 39. A.

47. C. τὴν πᾶν τὸ καλὸν ἡδὺν ποιοῦσαν ἀναμένειν συνήθειαν] Expreſſum ex Pythagorico præcepto, Ἑλοῦ βίον τὸν ἄριστον, ἡδὺν δ' αὐτὸν ἡ συνήθεια ποιήσει: de quo dicemus ad Præcept. Sanit. p. 123. C.

47. D. ἔχοντες ἐν νῷ] Exquiſite dictum, *in mente habentes*, *intelligentes*, *cognoſcentes*: Platoni uſitatum. Euthyphrone p. 48. B: εἴ τιν' ἐν νῷ ἔχεις Πιτθέα Μέλιτον, *ſi quem*

tu Pittheenſem Melitum noſcis. Alcibiade II. p. 40. E: ἐμοὶ μὲν οὖν καλῶς δοκεῖ καὶ ἀσφαλῶς λέγειν ὁ ποιητής· σὺ δ' εἴ τι ἐν νῷ ἔχεις πρὸς ταῦτα, μὴ σιώπα. Ibidem p. 43. D: βουλοίμην δ' ἂν ἔγωγ' σοῦ πυθέσθαι ὅ, τι ποτὲ ἐν νῷ ἔχεις πρὸς ταῦτα. Magis uſitata eſt illa poteſtas, qua notat *animi propoſitum, agitare quid animo faciendum, velle quid facere:* veluti Alcibiade I. p. 25. D. 29. B.

47. D. μεταθέοντας] Verbum per vim præpoſitionis duplicem habet ſignificationem: alteram *mutandi curſum*, ut in μεταβάλλω, *muto*, μεταιχέω, *migro*, multiſque aliis: alteram *petendi, arceſſendi*, ut in μέτειμι, μετέρχομαι, et ſimilibus. Utraque vis conjuncta eſt in ſignificatione *quærendi, indagandi, perveſtigandi, venandi*, ſiquidem rei propoſitæ *petitio* inventioque non poteſt fieri, niſi *curſu ſæpe mutato, ultro citroque quaquaverſum currendo.* Sic apud Platonem in Parmenide p. 55. B: ὥσπερ αἱ Λάκαιναι σκύλακες, εὖ μεταθεῖς τε καὶ ἰχνεύεις τὰ λεχθέντα, *de ſtudio inveſtigandi veri in diſcenda philoſophia* dicitur: quem locum attigimus in Epiſtola Critica ad Ruhnkenium p. 51. Ac prouti illic Juliano Ep. XVIII. reſtituimus μεταθεῖν pro μεταθεῖναι, ſic idem nunc facimus in Nicoſtrati diſputatione de Nuptiis apud Stob. Serm. LXVIII. p. 427. μὴ δή μου δὲ καταγνώτω μηδεὶς, ἐπεὶ κοινότερον τῷ κάλλει καταχρήσομαι, συμβουλεύων αὐτὸ μεταθεῖν· i. e. *ne vero quis me reprehendat, quando pulchritudinis nomine ad res communes per abuſionem transfero, ſuadens eam quaquaverſum currendo inveſtigare:* in καταχρήσομαι eſt ſignificatio καταχρήσεως, *catachreſis, abuſionis*, figuræ rhetoricæ: quod et Geſnerus vertens expreſſit. Proprio ſenſu exſtat apud Plutarchum Opp. Mor. p. 564. F. 567. D. 961. A. Vitarum p. 383. E. 393. C. 884. F.

47. D. ἀποκρύπτειν συνοικοῦσαν τὴν ἁρμονίαν] Eſt ſignificatio Heraclitei dicti, Κρύπτειν ἁρμονίην κρέσσον ἢ ἐς τὸ μέσον φέρειν: de quo diximus ad p. 43. D.

47. E. βλακείαν] Harl. C. a prima manu, Vulcob. τὴν τοιαύτην βλακείαν. De hujus vocis ſignificatione conſulatur Ruhnkenius noſter ad Timæi Lex. Plat. p. 60. laudatus nobis ſupra ad p. 28. B. G. Kœnius ad Corinthum De

Dialectis p. 263. Quorum copiis addantur locus Plutarchi in Gryllo p. 992. D: τὰς ἐνίων ἀβελτηρίας καὶ βλακείας ἐλέγχουσιν ἑτέρων πανουργίαι καὶ δριμύτητες. De Discrim. Ad. et Am. p. 60. E: ὁ τὸν εὐήθη καὶ βλάκα καὶ ἀβέλτερον ὡς δεινόν τινα καὶ πανοῦργον φυλάττεσθαι καὶ δεδιέναι προσποιούμενος. Œnomaus apud Euseb. Præp. Evang. V. p. 220. C: καὶ οἱ βλάκες ἐπείθησαν, καὶ ἀποτραπόμενοι (τῆς ἐργασίας) παρέδωκαν ἑαυτοὺς τῷ Ἁρπάγῳ. Ibidem p. 225. D: ἀλλ' ἡ ἐπιθυμία τοὺς βλάκας ἐξίησε. Aristides T. I. p. 396: ἃ λόγῳ μόνον εἰπεῖν κουφότης, ἧπου βλακεία ταῦτ' ἔργῳ πάντως θεῖναι γενησόμενα. T. II. p. 112: διήρηται σοφία καὶ κακουργία, σωφροσύνη καὶ βλακεία, δικαιοσύνη τε καὶ εὐήθεια, ἀνδρία καὶ θρασύτης. p. 367: ὅσις πλείω τῶν ὑπαρχόντων τὸν ὄγκον περιβάλλεται, καὶ περινοςῶν σοβεῖ διὰ κενῆς, καὶ τοῦτ' ἐσπούδακεν ἐξαπατᾶν τοὺς ἐντυγχάνοντας, ἀλαζόνα πω τοῦτον καλῶμεν, καὶ βλάκα καὶ χαῦνον τοὺς τρόπους: p. 421. *nisi ultro se offerentem gloriam non acciperem*, παντάπασι βλὰξ εἶην τις. Notavit etiam quædam Ez. Spanhemius ad Aristophanis Plutum 325.

47. E. πρὸς τὸ μαθεῖν καὶ περιλαβεῖν τῇ διανοίᾳ τὸ χρησίμως λεγόμενον ὄντες] Censenda est lectionis varietas. Harl. καὶ πρὸς τὸ μαθεῖν: Mez. πρὸς τῷ μαθεῖν: Jannot. καὶ πρὸς τὸ μαθεῖν ἰόντες: D. et Vulcob. πρὸς τὸ μαθεῖν ἰόντες, καὶ περὶ τὸ λαβεῖν τῇ διανοίᾳ— in reliqua loci parte consentiunt, ut reliqui codices in toto loco. Igitur recepta lectio ut legitima et verisimilis est probanda. Περιλαβεῖν τι τῇ διανοίᾳ, sententiæ argumenti plane congruit, et confirmatur proximo illo p. 48. B. ὅταν τὰ κεφάλαια τῇ νοήσει περιλάβωσιν. De Fortuna Rom. p. 325. E: λογισμῷ τινι τὴν τότε κατήφειαν καὶ τὴν ὑπάρχουσαν εὐδαιμονίαν τῆς πόλεως περιλαβών. Platonis Tim. p. 526. D, τὸ μὲν δὴ νοήσει μετὰ λόγου περιληπτὸν, sæpe posteris repetitum et Numenio ap. Euseb. Præp. Evang. XI. p. 526. D. Porro dicitur πρός τι εἶναι et πρός τινι εἶναι, *alicui rei intentum, in aliquo opere occupatum esse*, ut monuimus ad librum De Sera Num. Vind. p. 21.

47. E. εὐφυῶν] *Facetorum, Urbanorum, Festivorum, qui salibus et jocis valent.* Sic Plutarchus De Cap. ex Inimic. Utilitate p. 89. A: οὐκ εὐφυᾶ δεῖ τὸν λοιδορησόμενον εἶναι καὶ μεγαλόφωνον καὶ ἰταμὸν, ἀλλ' ἀλοιδόρητον καὶ ἀνέγκλητον. Timo-

leonte p. 243. B: τῶν βελομένων τις εὐφυῶν εἶναι, σκώπτων τὸν Διονύσιον, ἐξέσεισε τὸ ἱμάτιον εἰσιὼν πρὸς αὐτὸν ὡς δὴ πρὸς τύραννον. Demosthene p. 857. D: οἱ δὲ εὐφυεῖς χλευάζοντες, οὐχ ὑπὸ συνάγχης ἔφραζον ἀλλ' ὑπ' ἀργυράγχης εἰλῆφθαι νυκτωρ τὸν δημαγωγόν. Videatur Valckenarius ad Ammonium p. 61. Εὐφυὴς καὶ Εὐμαθὴς διαφέρει· Εὐφυὴς μὲν γὰρ λέγεται παρὰ Ἀττικοῖς ὁ σκωπτικὸς, Εὐμαθὴς δὲ ὁ εἰς τὸ μαθεῖν ταχύς· et p. 87. Animadversionum. Hesychius in voce, ibique citati Jo. Albertio: tum Ruhnkenius Historia Crit. Or. Gr. p. 72.

47. E. ὁ Κλεάνθης καὶ ὁ Ξενοκράτης—τηροῦντες] De Cleanthe Diogenes Laertius VII. 170: Καὶ σκωπτόμενος δὲ ὑπὸ τῶν συμμαθητῶν ἠνέχετο, καί ὄνος ἀκούων προσεδέχετο, λέγων αὐτὸς μόνῳ δύνασθαι βαστάζειν τὸ Ζήνωνος φορτίον. De Xenocratis tarditate idem IV. 6: ἦν δὲ τὴν φύσιν νωθρός· ὥστε φασὶ λέγειν τὸν Πλάτωνα συγκρίνοντα αὐτὸν Ἀριστοτέλει, Τῷ μὲν μύωπος δεῖ, τῷ δὲ χαλινῶ· καὶ, Ἐφ' οἷον ἵππον οἷον ὄνον ἀλείφω· ad quae verba hunc Plutarchi locum adfert Aldobrandinus, haud scio, an unicum hujus rei documentum. In ἀποδιδράσκειν appareat color Xenophonteus de puero Cyro simili studii, Cyropædiæ I. 4. 5: ὡς δ' οὐκ ἀπεδίδρασκεν ἐκ τοῦ ἠτιᾶσθαι εἰς τὸ μὴ ποιεῖν ἃ ἠτιῶτο, ἀλλ' ἐκαλινδεῖτο ἐν τῷ πειρᾶσθαι αὖθις βέλτιον ποιεῖν, ταχὺ μὲν εἰς τὸ ἴσον ἀφίκετο τῇ ἱππικῇ τοῖς ἡλικιώταις, ταχὺ δὲ παρῆει, διὰ τὸ ἐρᾶν τοῦ ἔργου.

47. F. Πόλλ' ἀπαληθῆναι διζήμενον ἔμμεναι ἐθλόν·] Singulare hac una mentione cognitum Phocylidis dictum, non est in spurio isto illius poetæ nomen mentiente carmine. Expressum videtur ex illa Pittaci sententia Χαλεπὸν ἐσθλὸν ἔμμεναι, quod a Platone laudatur in Protagora p. 206. et 207. Cæterum, et hoc Phocylidis dictum et ipsa Plutarchi disputatio, inde ab illis verbis Πᾶσαν οὖν ἀπωσάμενοι τὴν τοσαύτην βλακείαν, opportunam præbet materiam comparationi cum admonitione, quæ sub Lini sive vero sive falso nomine prodita est a Stobæo Serm. V. p. 63. indeque Grotio repetita Florilegii p. 37. et Brunckio relata in Gnomicis Poetis p. 128. non sine quadam nitoris accessione: sed nos satis habemus principium apposuisse:

Φράζεο δὴ, σπεύδην ἐντυνάμενος δι' ἀκωῆς,
Μύθων ἡμετέρων ἀτραπὸν περὶ παντὸς ἀληθῆ,

Κῆρας ἀπωσάμενος πολυπήμονας, αἵτε βεβήλων
Ὄχλον ἀϊσσῶσαι, ἄταις περὶ πάντα πεδῶσι
Ἀνθρώπους, μορφῶν χαλεπῶν ἀπατήματ' ἔχουσαι.

47. F. ὥσασθαι παντὶ τῷ θυμῷ καὶ καταθλῆσαι τὴν ἀμαθίαν] Bifariam poteſt accipi ὥσασθαι: vel neutre, *irruere*, *ferri*, *niti*, quorum poſtremo vertit Xylander; atque ita ſæpe loquitur Plutarchus Opp. Mor. p. 81. D, E. 128. A. 136. C. 596. F. 794. D. Vitarum p. 2. F. 64. D. 99. C. 105. E. 149. A. 180. F. 181. B. 217. A. F. 265. F. 295. E. 399. B. 463. E. 465. D. 471. C. 477. C. 523. D. 537. D. 546. A. 550. B. 561. D. 574. B. 579. A. 614. A. 615. E. 620. E. 623. C. 672. F. 769. A. 781. C. 935. E. 936. A. 1003. E. 1064. F. vel active, *repellere*, *reprimere*, *depellere*, ut jungatur Accuſativo τὴν ἀμαθίαν, quæ item conſtructio frequens eſt Plutarcho, Opp. Mor. p. 325. D. 346. D. 454. C. 760. E. Vitarum p. 13. A. 147. F. 237. D. 271. E. 316. E. 317. F. 414. C. 547. F. 562. D. 624. E. 704. A. 716. D. 734. A. 818. D. 956. B. 1044. B. 1072. B. Καταθλεῖν, *debellare*, *viribus quaſi athletica exercitatione firmatis*: ſic De Ira Cohib. p. 459. B: πάντων δὲ τῶν παθῶν ἐθισμοῦ δεομένων οἷον δαμάζοντος καὶ καταθλοῦντος ἀσκήσει τὸ ἄλογον καὶ δυσπειθὲς, οὐ πρὸς ἄλλο μᾶλλον τοῖς οἰκέταις ἢ πρὸς τὸν θυμόν. Cleomene p. 817. F: καθάπερ γὰρ οἱ σεσωμασκηκότες ἀθληταὶ τῷ χρόνῳ καταβαροῦσι καὶ καταγωνίζονται τοὺς εὐρύθμους καὶ τεχνίτας, ἕτως ὁ Ἀντίγονος ἐκ πολλῆς ἀναφέρων δυνάμεως πρὸς τὸν πόλεμον, ἐξεπόνει καὶ κατήθλει τὸν Κλεομένην. Eſt etiam *exercitatione corpus firmare*: Mario p. 420. F. de Romanis in pugna contra Cimbros, οὕτω δ' ἦσαν διάπονοι τὰ σώματα καὶ κατηθληκότες, ὡς μήτε ἱδροῦντά τινα, μήτε ἀθυμαίνοντα Ῥωμαίων ὀφθῆναι. Pſeudo-Plutarchus De Educatione p. 2. E: τίς δ' ἀθενὴς φύσις οὐ τοῖς γυμνασαμένοις καὶ καταθλήσασι πλεῖσον εἰς ἰσχὺν ἐπέδωκε; 8. D: πρὸς γὰρ τοὺς στρατιωτικοὺς ἀγῶνας τοὺς παῖδας ἀσκητέον, ἐν ἀκοντισμοῖς αὐτοὺς καταθλοῦντας—.

p. 48. A. γενόμενοι καθ' αὑτὰς] *ſoli facti, quum e ſchola domum redierunt et ſoli ſecum ipſi ſunt.* Sympoſ. V. p. 672. F. nutrices ſepoſitis infantibus dicuntur καθ' ἑαυτὰς γινόμεναι. Simplex καθ' ἑαυτὸν, *ſolus*, *ſeorſim*, et cum verbo

εἶναι vel alio, item ἀπό τινος γένεσθαι, ſuis locis videbimus.

48. A. πράγματα ἔχειν, ἀλλὰ παρέχεσι τῷ λέγοντι] Hæc et verbis et reipſa oppoſitio celebrata eſt præcipue illo Epicuri effato Κυρίων Δοξῶν α'. apud Diogenem Laertium X. 139: Τὸ μακάριον καὶ ἄφθαρτον οὔτε αὐτὸ πράγματα ἔχει, οὔτε ἄλλῳ παρέχει. Sed et extra hanc formulam uſitatum. Sic Xenophon Hellenicon IV. p. 530. C: πράγματα εἶχόν τε καὶ παρεῖχον τοῖς ἐν τῷ ἄστει· et acute reſtituit Valckenarius Ἀπομν. II. 1. 9. ubi plura de hac forma attulit. Dionis Chryſ. Or. XXXVI. p. 442. A. ſimile eſt: οἱ ὅπιθεν πράγματα ἔχουσι καὶ παρέχουσι τοῖς πρὸ αὐτῶν. Iſocratis Or. de Pace p. 297: αὕτη γάρ ἐστιν—τῶν κακῶν αἰτία, ὧν αὐτοί τε ἔχομεν, καὶ τοῖς ἄλλοις παρέχομεν.

48. A. ὥσπερ ἀπίδες νεοσσοὶ, κεχηνότες ἀεὶ πρὸς ἀλλότριον στόμα] Elegans et verbis et ipſa imagine locus, non tam ex aliquo poeta ſumtus, quam ab ipſo Plutarcho poetica ornatus. Simile exemplum ſecutus eſt Juvenalis Sat. X. 230: —*hujus Pallida labra cibum capiunt digitis alienis. Ipſe ad conſpectum cœnæ diducere rictum Suetus, hiat tantum, ceu pullus hirundinis, ad quem Ore volat pleno mater.* In docentis deſcriptione imaginem Homericæ avis ſimiliter ſecutus eſt De Profect. Virtut. p. 80. A: οὐδὲν ὁ τοιοῦτος σοφιστὴς διαφέρει τῆς Ὁμηρικῆς ὄρνιθος, ὅ, τι ἂν λάβοι τοῖς μαθηταῖς ὥσπερ ἀπίδεσι νεοττοῖς διὰ τοῦ στόματος προσφέρων· κακῶς δὲ οἱ πέλει αὐτῷ, μηδὲν εἰς ὄνησιν οἰκείαν ἀναδιδόντι μηδὲ καταπέτλοντι τῶν λαμβανομένων. Reſpicitur ad Iliad. I. 323.

Ὡς δ' ὄρνις ἀπίδεσι νεοσσοῖσι προφέρῃσι
Μάστακ', ἐπεί κε λάβῃσι, κακῶς δ' ἄρα οἱ πέλει αὐτῇ.

In eadem ſimilitudine verſatur Julianus Ep. XL. ad Jamblichum p. 419. D: μὴ περιΐδῃς ὥσπερ νεοττοὺς ἡμᾶς ἀεὶ τῶν παρά σε τροφῶν ἐν χρείᾳ τυγχάνοντας· ἀλλὰ καὶ γράφε συνεχῶς, καὶ τοῖς παρὰ σαυτοῦ καλοῖς ἐσιᾶν ἡμᾶς μὴ κατόκνει. Cæterum non vulgaris eſt efficacia dictionis tralatæ χαίνειν πρός τι, *inhiare alicui rei.* Dion Chryſ. Or. XXXIV. p. 422. C: πρὸς τὸν ἀπὸ τῆς πλήθους θόρυβον κεχηνότες. Muſonius ap. Stob. Serm. XIX. p. 169: πρὸς τὴν δόξαν κεχηνότες. Porphyrius

De Abſtinentia II. fin. p. 213: πρὸς ἀνθρώπων φαύλων δόξας ὁρῶν ἡμᾶς κεχηνότας.

48. A. ἐκλαμβάνειν] *Frui re alieno labore parta, decerpere alienum fructum, abundanter quid percipere, diſcere inventum aliorum:* ſunt notiones hujus verbi nondum ſatis explicitæ. Plato Leg. VII. p. 635. D: πᾶσα δὲ νὺξ καὶ ἡμέρα οὐκ ἔστιν ἱκανὴ τοῦτ' αὐτὸ πράττοντι τὸ τελεόν τε καὶ ἱκανὸν αὐτῶν ἐκλαμβάνειν, *diſcere.* Ibid. 637. D. item: πάντα οὖν τὰ τοιαῦτα μὴ προσφέρειν τοῖς μέλλουσιν ἐν τρισὶν ἔτεσιν τὸ τῆς μουσικῆς χρήσιμον ἐκλήψεσθαι διὰ τάχους. Iſocrates Epiſtola VI. p. 621: ἐλπίζουσι δὲ, ὅσον ἀγαθόν ἐστιν ἐν αὐτοῖς, τοῦτο μὲν ἐκλήψεσθαι· τὰ δὲ δεινὰ πάντα τὰ προσόντα τῷ πράγματι καὶ τὰ κακὰ διαφεύξεσθαι· *bona quidem ſe percepturos.* Polybius II. 39: τοὺς ἐθισμοὺς καὶ νόμους ἐκλαβόντες τοὺς τῶν Ἀχαιῶν, *quum didiciſſent leges moreſque Achæorum.* Similiter Origenes Adv. Celſum VII. p. 718. C.

48. A. προσοχῆς καὶ δριμύτητος ἐν οὐ δέοντι θηρώμενοι δόξαν, ἀποκναίουσι—τοὺς λέγοντας] Brevi ſpatio quot verba, tot elegantiæ. Προσοχὴ, *attentio*, legimus jam aliquoties, et legemus porro, in Opp. Mor. p. 38. F. 42. A. 45. C. 83. B. 99. D. 514. E. 825. D. 1045. E. Utitur et Dion Chryſ. Or. XXXIV. p. 418. C: χρόνου δεῖται καὶ προσοχῆς: interpres reddidit, *indiget tempore et provectu*, ac ſi habuiſſet προκοπῆς: rectius mox 421. A: δεῖται τὰ παρόντα προσοχῆς. LXXIV. p. 643. A. XLVII. p. 529. C: σῶμα θεραπείας δεόμενον καὶ πολλῆς προσοχῆς. Porphyrius De Abſtin. I. 39, 40, 41. Δριμύτης, *acumen, aſtutia:* Plutarchus De Fraterno Amore p. 583. F: γαυριῶντες ὅτι τῶν ἀδελφῶν πανουργίᾳ, καὶ δριμύτητι, καὶ παραλογισμῷ πλέον ἔχον ἐν τῷ νέμεσθαι, *gloriantur ſe in diviſione hæreditatis plus abſtuliſſe fratribus, verſutia, vehementia importuna*, malim *acumine.* Gryllo p. 992. D: τὰς ἐνίων ἀβελτηρίας καὶ βλακείας ἐλέγχουσιν ἑτέρων πανουργίαι καὶ δριμύτητες: *aliorum animalium ſtupores et inertias oſtendunt aliorum aſtutiæ et ſolertiæ:* poſſit etiam verti *agilitas animi*; vulgo male, *activitas.* Epictetus Diſſ. II. 23. p. 330. de docendo, ἀνάγκη δὲ τὴν παράδοσιν γίνεσθαι τῶν θεωρημάτων καὶ διὰ λέξεως ποιᾶς καὶ μετά τινος ποικιλίας καὶ δριμύτητος· ita recte corrigunt Hier. Wolfius et J. Uptonus delendo altera τῶν

ξεωρημάτων post δριμύτητος. Ergo hic aliquam laudem habet δριμύτης, quamquam Plutarchus philosopho non vult acclamari δριμέως p. 46: sane hæc est una ex postremis laudibus, et ipsum vocabulum est τῶν μέσων, ut in utramque partem accipiatur; habetque multas tralationes profectas illas a propria notione *saporis acidi et salis*, unde ad *lepidum*, *venustum*, *facetum*, item *vehementiam amoris ac studii* adhibetur: de quibus alibi dicemus. Nunc de *ingenii solertiæque* notione tenendum, eam fere conjunctam esse cum *astutia*. Plutarchus Isid. et Osir. p. 379. E. τὰς ἀσθενεῖς καὶ ἀκάκους opponit τοῖς δριμυτέροις καὶ θρασυτέροις. Platoni frequens deteriore sensu: Leg. VII. p. 635. G: ὁ δὲ παῖς πάντων θηρίων ἐστὶ δυσμεταχειριστότατον· ὅσῳ γὰρ μάλιστα ἔχει πηγὴν τοῦ φρονεῖν μήπω κατηρτυμένην, ἐπίβουλον καὶ δριμὺ καὶ ὑδριστότατον θηρίων γίγνεται: in primis tribuit hominibus forensibus et demagogis: Theæteto p. 127. C: ἔντονοι καὶ δριμεῖς γίγνονται, ἐπιστάμενοι τὸν δεσπότην λόγῳ τε θωπεῦσαι καὶ ἔργῳ χαρίσασθαι· σμικροὶ καὶ οὐκ ὀρθοὶ τὰς ψυχάς. 128. D: τὸν σμικρὸν ἐκεῖνον τὴν ψυχὴν, καὶ δριμὺν, καὶ δικανικόν. Atticus Platonicus apud Euseb. Præp. Evang. XV. p. 795. A. eleganti imagine Platonem informans aquilam altissimo montis vertici insidentem, ista de Aristotele subjicit, ἐπὶ τοῦτον τὸν ὑψηλὸν παγὸν τὸ δριμὺ καὶ πανοῦργον ἐκεῖνο ἀνελθεῖν ἀδύνατον. Dion Chrysostomus quoque pro *astuto* usurpat Or. X. p. 146. D. XX. 226. D. XLIV. p. 511. D. XLIX. p. 536. C. L. p. 541. D. LII. p. 549. B. 552. A. Porro, ἐν οὐ δέοντι, *in eo quo non oportet, alieno loco ac tempore, intempestive*, exponemus ad p. 216. F. Tum θηρώμενος δόξαν τινὸς, *alicujus rei speciem venans, opinionem consectans:* supra p. 44. A: θηρώμενος δόξαν εὐσθοῦς καὶ βάθος ἔχοντος ἀνδρός. De Discrim. Ad. et Am. p. 59. D: θηρώμενος μισοπονηρίας δόξαν. De Sui Laude p. 547. A: δι' ἀδοξίας ἑτέρου δόξαν αὐτῷ θηρώμενος. Catone Min. p. 762. C: οὐ δόξαν ἐκ ταύτης τῆς καινότητος θηρώμενος. Musonius Stob. XXIX. p. 202. Dicitur et cum Accusativo rei pro Genitivo, omisso δόξαν, veluti ὄφλειν ἀμαθίαν, de quo supra diximus: v. c. De Tranquill. An. p. 464. F: οὐκ ἀκροάσεως ἕνεκα θηρωμένης καλλιγραφίαν, pro δόξαν καλλιγραφίας. Metaphoricum usum no-

tavit etiam P. Weſſelingius ad Diodorum Sic. T. II. p. 452.

Denique verbum ἀποκναίειν eximie illuſtravit Ruhnkenius noſter ad Timæi Lex. Plat. p. 42. cujus diſputationi addantur loci in primis Plutarchei: nam *labore quem fatigare, macerare*, eſt Opp. Mor. p. 135. D. 262. A. 263. A. Vit. p. 204. D: *loquacitate, interrogando, narrando, quem obtundere, enecare*, Opp. Mor. p. 504. D. 961. C. 1038. B. 1043. E. at Sympoſ. II. p. 628. C. in Democriti dicto ἀπέκναισας Xylander quidem vertit *enecaſti*, nec tamen *diuturnitatis* ſignificationem ille locus accipit, ut potius vertendum videatur, *emunxiſti, de ſpe dejeciſti.*

48. A. οὕτως—ὁδὸς βραχεῖα γίνεται μακρὰ,] Ita diſtinxit Stephanus, et vertendo ſecuti ſunt Amyotus et Xylander, hic in Græca editione οὕτως cum verſu conjungens: Luſcinius et Cruſerius verſum omnino a proſa oratione non diſtinxerunt. Atqui legitur in Sophoclis Antigona 237.

Τοιαῦθ' ἑλίσσων ἦνυτον σχολῇ βραδύς·
Χ' οὕτως ὁδὸς βραχεῖα γίγνεται μακρά.

Et in proximis Plutarcheis apparet Sophocleus color ex eodem loco ductus, veluti in ἐπιςάσεις, verſu 230.

Πολλὰς γὰρ ἔσχον φροντίδων ἐπιςάσεις,
Ὁδοῖς κυκλῶν ἐμαυτὸν εἰς ἀναςροφήν.

Sic Plutarchus loco gemino De Profectu Virt. Sent. p. 76. C. laudat ἐν φιλοσοφίᾳ τοι ἐνδελεχὲς καὶ τὸ συνεχὲς τῆς ωορείας καὶ μὴ πολλὰς διὰ μέσου ωοιούμενον ἐπιςάσεις, id eſt, *inſtitiones, manſiones.* Senſu proprio De Solertia Animal. p. 973. C: γενομένης, ὥσπερ εἴωθεν, κατὰ τὸν τόπον ἐπιςάσεως. Hinc oritur notio *attentionis*, de qua diximus ad p. 17. F. 32. B. Συνοδία, *viæ ſocietas, itineris conſortium, comitatus.* Opp. Mor. p. 241. B. 242. B. 783. B. Galba p. 1062. A. Suidas in voce, ubi pro vetere Συνοδία Kuſterus recepit Συνοδεία: quamquam conſuetudo in his terminationibus variat.

48. B. κατὰ τὸν Ἱερώνυμον, ὥσπερ οἱ δειλοὶ καὶ γλίχροι σκύλακες—οὐχ ἅπτονται.] Quandoquidem γλίχροι nulla notionis commendatione tueri ſe poteſt, qui enim ſit *parcis, tenuibus, tenacibus*, hic locus *canibus*, non apparet; conjeci λι-

χνοὶ, *guloſi*, et proprium in hac re, et accommodatum huic loco: cujus rei cauſſa comparetur factum Lycurgi in duobus canibus Opp. Mor. p. 3. A. 225. F. Similitudo ducta videtur a fonte Platonico Rep. VII. p. 490. D: —οἱ μειρακίσκοι, ὅταν τὸ πρῶτον λόγων γεύωνται, ὡς παιδιᾷ αὐτοῖς καταχρῶνται, ἀεὶ εἰς ἀντιλογίαν χρώμενοι· καὶ μιμούμενοι τοὺς ἐξελέγχοντας, αὐτοὶ ἄλλους ἐλέγχουσι, χαίροντες ὥσπερ σκυλάκια τῷ ἕλκειν καὶ σπαράττειν τῷ λόγῳ τοὺς πλησίον ἀεί· de quo diximus ad librum De Sera Num. Vind. p. 11. Ab hoc exemplo ductam imaginem immutavit et amplificavit Hieronymus. Partem imaginis attigit Horatius Epiſt. I. 2. 65: *venaticus ex quo Tempore cervinam pellem latravit in aula, Militat in ſylvis catulus.* Hieronymus hic eſt Rhodius, Peripateticus, ſuppar ætate Hieronymi Cardiani civis et familiaris Eumeni, ſcriptoris de ſucceſſoribus Alexandri Magni, ſæpe cum hoc confuſus, clarior tamen eodem multis in omni doctrina ſcriptis et ad poſteritatem celebratis libris. Ejuſdem, vel ex eodem vel ex ſimilis argumenti libro locum in ſupplementis Stobæanis ſervatum prodidimus, in Animadverſionibus ad libellum περὶ παίδων ἀγωγῆς.

48. C. Οὐ γὰρ ὡς ἀγγεῖον ὁ νοῦς ἀποπληρώσεως, ἀλλ' ὑπεκκαύματος μόνον ὥσπερ ὕλη δεῖται, ὁρμὴν ἐμποιοῦντος εὑρετικὴν καὶ ὄρεξιν ἐπὶ τὴν ἀλήθειαν.] Platonica ſunt, ſiquidem animus rerum involutam cognitionem in ſe habet; igitur vaſis ſimilitudo non ſatis in eum convenit, judice quoque Cicerone Tuſc. I. 25: —*capacitatem aliquam in animo putamus eſſe, quo tamquam in aliquod vas ea quæ meminimus infundantur? Abſurdum id quidem: qui enim fundus, aut quæ talis animi figura intelligi poteſt? aut quæ tanta omnino capacitas.* Sed ſunt item Stoica, ſiquidem animus in ſe habet προλήψεις et ἔννοιας, *inchoatas intelligentias*, quibus explicatis illuſtratiſque pervenit ad ſapientiam, Leg. I. 9. 10. 16. 22. Fin. V. 21. Igitur etiam in divinatione non niſi fomite opus habet, ipſe jam adferens materiam igni idoneam. Plutarchi huc valet diſputatio De Orac. Defectu p. 438. C: οὔτε γὰρ πάντας, οὔτε τοὺς αὐτοὺς ἀεὶ διατίθησιν ἡ τοῦ πνεύματος δύναμις, ἀλλ' ὑπέκκαυμα παρέχει καὶ ἀρχὴν, ὥσπερ εἴρηται,

τοῖς πρὸς τὸ παθεῖν καὶ μεταβαλεῖν οἰκείως ἔχουσιν. Stoica ſunt et poſtrema: ὁρμὴ univerſe eſt *impetus* et *motus animi*, qui ſi ſit ad rem appetendam, eſt ὄρεξις; ſi ad fugiendam, dicitur ἔκκλισις: de qua diſtinctione monuerunt Salmaſius ad Simplicium p. 49. ſeq. et Heynius ad Epicteti Enchiridion I. 1. Ergo et ὁρμὴ eſt *inveniendi univerſe*, ὄρεξις ἀληθείας, peculiariter: atque ita loquendi uſus invaluit. Plutarchus De Iſide et Oſir. p. 351. E. θειότητος ὄρεξίς ἐστιν ἡ τῆς ἀληθείας, μάλιστα δὲ τῆς περὶ θεῶν ἔφεσις. Ariſtocles ap. Euſeb. Præp. Evang. XIV. p. 765. A: οὐχ ἕξουσιν ὁρμὴν οὐδὲ ὄρεξιν. Jamblichus Vit. Pythag. §. 205: αὐτὴν μὲν τὴν ἐπιθυμίαν ἐπιφοράν τινα εἶναι τῆς ψυχῆς, τὴν ὁρμὴν, καὶ ὄρεξιν ἤτοι πληρώσεως —ἢ κενώσεως.

48. C. πυρὸς δεόμενος—ἐξέωκε διὰ φιλοσοφίας] Injecta fomitis, ὑπεκκαύματος, mentione, inde veritatis cum igne, luce, calore, comparatio ducta, per ſuaves et notas imagines deducitur ad evidentem rei quaſi oculis ſubjectæ adſpectum: ἥκων λόγου μεταλαβεῖν, *veniens ad petendam rationem, ſcientiam*, conſtructionem in ſequentibus explicabimus. *Veluti calore ignis ruborem ac ſplendorem, contrahit* δόξαν ἀπὸ τῶν λόγων, *opinionem ab audiendis philoſophi diſputationibus aufert*, ut ſibi et aliis profeciſſe videatur, non ut revera profecerit: opponitur δόξα τῇ ἐπιστήμῃ, τῇ ἀληθείᾳ, ac refertur ad σοφιστικὴν ἕξιν: dicitur in primis γάνωμα de ſplendore æris, qui poliendo, vel obducto ſtanno fit, qua de ſignificatione videatur Iſ. Caſaubonus ad Athenæum I. p. 21. et noſtra animadverſio ad p. 42. B. *At interiorem animi æruginem non* ἐκτεθέρμακε, *calefaciendo expurgavit, exuſſit*, (vel *excoxit*, ut Xylander vertit): nec animi tenebras per philoſophiam diſpulit: εὐρὼς et ἰὸς per metaphoram de *animi vitiis* dicitur: ſic Plutarchus Opp. Mor. p. 1129. D. 819. E. Dion Chryſ. p. 663. A. et alii notati ad libellum De Sera Num. Vind. p. 112: et Latinis *ærugo, robigo* ita in uſu eſt. Formam Perfectorum minus auribus gratam Plutarchus non magnopere aſpernatur: qui quidem aliquam in componendo rationem ſuavitatis haberent, utebantur Aoriſtis, ut hoc loco poterat poni ἐξεθέρμηνε, ἐξέωσε: at illæ formæ ſubinde in Plutarchi oratione

leguntur: v. c. Opp. Mor. p. 23. B. ὠνόμακε. 43. C. ἤσχηκεν, ubi in noſtram editionem, neſcio quo caſu, venit ἤσχησεν: 399. A. et 864. A. ἀνηγόρευκεν. 402. B. πέπαυκε. 403. E. ηὐπόρηκε. 835. A. ἥκμακε. 873. E. ἀπήγγελκε. 1113. F. κεκώλυκε. Vitarum p. 618. B. παρεσκευάκασι. 682. D. ἔπλαικεν. 712. C. συνῳκήκει: ſed de Pluſquam-perfectis alibi dicemus: ἠνάγκακα ut bene Græcum probat, ἀνήγκακα ut populare Alexandrinum improbat Etymologus Magn. in hac voce: Dinarchus Or. Adv. Demoſth. p. 99. A: ἀποπέφαγκεν. In noſtro loco una eſt varietas Harleiani codicis ἐκπεθέρμαγκε, quæ niſi vera, magis tamen proba, eſt forma.

48. D. ἵνα μὴ σοφιστικὴν ἕξιν μηδὲ ἱστορικὴν, ἀλλ' ἐνδιάθετον καὶ φιλόσοφον λαμβάνωμεν] Opponuntur σοφιστικὴ ἕξις et ἐνδιάθετος, de quibus diximus ad p. 44. D. *internus habitus ſolidus ac firmus, ſophiſtico ad opinionem comparato:* item opponuntur φιλόσοφος et ἱστορικὴ, quorum hic tantum noſcit *quid ſit*, ille etiam *quare ſit*. Latinum *habitus* vulgo non recte accipitur pro *ſolertia per conſuetudinem et uſum acquiſita:* eſt enim ἕξις proprie illud, quod ἔχομεν, in iiſque cenſentur *ſcientiæ* et *virtutes*, auctore Ariſtotele Categor. Cap. 5. et 6. et Metaphyſ. IV. 20. unde fluxiſſe videntur ea, quæ præcipit Cicero Invent. II. 9. quocum conjungenda ſunt Ariſtotelica Metaph. I. 24, 25. V. 53. Hinc intelligendus Cicero Leg. I. 16. et alibi ſubinde.

DANIELIS WYTTENBACHII

ANIMADVERSIONES

IN PLUTARCHI LIBRUM

DE DISCERNENDO ADULATORE AB AMICO.

P. 48. E. ΠΩΣ ΑΝ ΤΙΣ ΔΙΑΚΡΙΝΕΙΕ ΤΟΝ ΚΟΛΑΚΑ ΤΟΥ ΦΙΛΟΥ.] Hæc eſt inſcriptio codicum fere omnium, quibuſcum conſentiunt Sopater apud Photium Cod. CLXI. p. 341. 22. Macarius Chryſocephalas in Anecdotis Græcis Villoiſoni Vol. II. p. 10: Thomas Magiſter in vocibus λαμυρία et ὑποκορίζομαι: hunc librum citantes. Non niſi duo aliter habent Vulcob. et Venet. περὶ διαφορᾶς φίλου καὶ κόλακος. In Lampriæ Catalogo, πῶς διακρίνομεν τοῦ φίλου τὸν κόλακα, Num. LXXXVIII. De hoc argumento videtur fuiſſe Theophraſti liber περὶ κολακείας, citatus Diogeni Laertio V. 47: nam in ejuſdem Characteribus caput περὶ κολακείας, adulatoris habet imaginem, non ejus ab amico diverſitatem. Porro exſtat in Stobæi Florilegio Sermo XIV. περὶ κολακείας. Attigit hunc locum Seneca Epiſt. CXXIII. XLV. LIX. Quæſt. Nat. IV. Præfat. Benefic. VI. 30. Tranquill. Animi 1. fine. Et magnus videtur huic quæſtioni locus fuiſſe in Philoſophorum *de Amicitia* diſputationibus: et vero etiam ſingulares de hac ipſa re diſputationes fuerunt: veluti hodieque ſupereſt Maximi Tyrii Diſſertatio XX. Τίσι χωριστέον τὸν κόλακα τοῦ φίλου.

Et ex verbis Q. Ciceronis De Petitione Conſulatus §. 10. haud temere quis colligat frequentem fuiſſe locum in hominum doctorum diſputationibus: *Non eſt hujus temporis perpetua illa de hoc genere diſputatio, quibus rebus benevolus et ſimulator dijudicari poſſit: tantum eſt hujus temporis admonere.* Jacobi Frederici Heuſingeri editas annotationes in hunc Plutarchi libellum alicubi memoratas legeram: ipſas, quum hæc ſcriberem, nondum vidi. Jam ſub ipſum hoc tempus, quo has noſtras in Plutarchi Moralium Volumen I. Animadverſiones Oxonium mittimus, cognoſcimus eas proditas in Miſcell. Lipſ. Novis. Igitur earum in Addendis rationem habebimus.

48. E. Τῷ σφόδρα φιλεῖν ἑαυτὸν—φάσκοντι] Dixi in Emendatione, legendum videri Τοῦ σφόδρα φιλεῖν ἑαυτὸν—σφισὶ συγγνώμην μὲν ἅπαντας ὁ Πλάτων διδόναι φησί—· ſiquidem ad Platonis exemplum redigendus ſit hic locus, nec Plutarchus eum memoriter referens immutaverit, aut aliter in ſuo libro expreſſum habuerit: quod ut diſertius appareat, ipſa dictio Platonis apponenda eſt ex Leg. V. p. 606. C: πάντων δὲ μέγιστον κακὸν ἀνθρώποις τοῖς πολλοῖς ἔμφυτον ἐν ταῖς ψυχαῖς ἐστιν· οὗ πᾶς ἑαυτῷ συγγνώμην ἔχων, ἀποφυγὴν μηδεμίαν μηχανᾶται· τοῦτο δ' ἔστιν, ὃ λέγουσιν, ὡς φίλος αὑτῷ πᾶς ἄνθρωπος φύσει τέ ἐστι, καὶ ὀρθῶς ἔχει τὸ δεῖν εἶναι τοιοῦτον· τὸ δὲ ἀληθείᾳ γε πάντων ἁμαρτημάτων, διὰ τὴν σφόδρα ἑαυτοῦ φιλίαν, αἴτιον ἑκάστῳ γίγνεται ἑκάστοτε· τυφλοῦται γὰρ περὶ τὸν φιλούμενον ὁ φιλῶν· ὥστε καὶ τὰ δίκαια καὶ τὰ ἀγαθὰ καὶ τὰ καλὰ κακῶς κρίνει, τὸ αὑτοῦ πρὸ τοῦ ἀληθοῦς ἀεὶ τιμᾶν δεῖν ἡγούμενος.—. Hinc fluxit Horatianum Sat. I. 3. 23: —*Egomet mi ignoſco, Mænius inquit: Stultus et improbus hic amor eſt, dignuſque notari.* Juliani Imp. admonitio Miſopogone p. 349. B: ἀνθρώπων οὐδεὶς οἷός τε ἡμῖν ἐστιν ὑπὲρ τῶν διαφορῶν βραβεῦσαι· πεισόμεθα γὰρ οὐδαμῶς αὐτῷ διὰ φιλαυτίαν· θαυμάζειν γὰρ εἰκὸς τὰ ἑαυτῆ ἕκαστον, ἀτιμάζειν δὲ τὰ παρὰ τοῖς ἄλλοις· ὁ δὲ τῷ τὰ ἐναντία ζηλοῦντι νέμων συγγνώμην, εἶναί μοι δοκεῖ πραότατος. Illud autem τυφλοῦται γὰρ ὁ φιλῶν περὶ τὸ φιλούμενον tribus aliis locis adhibuit Plutarchus: De Capienda ex Inim. Util. p. 90. A: 92. E: Quæſt. Platon. p. 1000. A. Galenus De Dignotione et Curat. Propr. Vit. T. VI. p. 521. A: τὰ

μὲν ἀλλότρια βλέπομεν ἀεὶ, τῶν δ' οἰκείων ἀθέατοι καθίσαμεν (f. καθισάμεθα)— : ὁ δὲ Πλάτων ἀποδίδωσι τὴν αἰτίαν τοῦ γιγνομένου· τυφλῶττον γάρ φησι τὸ φιλοῦν περὶ τὸ φιλούμενον· εἴπερ οὖν ἕκαστος ἡμῶν ἑαυτὸν ἁπάντων μάλιστα φιλεῖ, τυφλώττειν ἀναγκαῖόν ἐστιν αὐτὸν ἐφ' ἑαυτοῦ. Indidem duxit colorem De Ordine Libr. Suor. T. I. p. 50. A : ἀποδείξεως χρὴ ἐπιστήμονα γεγονέναι πρότερον, ὅστις ἂν μέλλῃ κριτὴς ὀρθὸς ἔσεσθαι τῶν αἱρέσεων· οὐκ ἀρκεῖ οὐδὲ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ πάθους ἀπηλλάχθαι (subaudiendum δεῖ ex antecedente ἀρκεῖ), καθὸ φιλοῦντες ἢ μισοῦντες τὰς αἱρέσεις, οὐχ ὡς οἱ πολλοὶ, τυφλώττουσιν ἀμφ' αὐτάς. Plato, ut multa Euripidea ſuſcepit, ita in hoc ejus in Creſphonte ſententiam ſecutus videatur Fragm. VIII : Ἐκεῖνο δὴ πόνῳ ὅπερ ἅπαντες βροτοὶ, Φιλῶν μάλιστ' ἐμαυτὸν οὐκ αἰσχύνομαι. His adjungantur Ariſtotelica Ethic. Nicomach. VIII. 8. Rhetoric. I. 11. 3.

48. E. ὦ Ἀντίοχε Φιλόπαππε] Recte ſe habet nomen viri, cæterum non ſatis cogniti : conſentiunt codices : exceptis perperam Colleg. Nov. et T. qui habent Ἀντίλοχε : Moſc. 1. Harl. 1. Φιλόπαπε : ac noſtræ editionis exempla octonaria φιλοπάππε parvula litera initiali, quaſi non eſſet cognomen, ſed adjectivum. Eſt hic idem, de quo narrat Plutarchus Sympoſ. I. 10: Φιλοπάππου τοῦ βασιλέως ταῖς φυλαῖς ὁμοῦ πάσαις χορηγοῦντος. At quare dicitur βασιλεύς? Non ſane quod Athenis βασιλεὺς ſacrorum, ſecundus ille ex novem Archontibus eſſet : ſed quod regium nomen retineret, utpote nepos Antiochi regis Commagenæ, a Veſpaſiano Cæſare regno ſpoliati : hic duos habuit filios Callinicum et Epiphanem, qui item regno pulſi, Romam cum patre conceſſerunt : cujus rei auctorem habemus Joſephum Bello Jud. VII. 7 : cui addatur Suetonius in Veſpaſ. VIII. et Tillemont. Hiſt. Imperat. T. II. p. 13. nec ipſi, nec eorum poſteri avitum regnum recuperarunt. Et ex horum numero unus fuit is, ad quem Muſonius ſcholam habuit, relatam a Stobæo Serm. XLVI. p. 336 : Εἰσελθόντος δέ ποτε ὡς αὐτὸν τῶν βασιλέων τινὸς τῶν ἀπὸ τῆς Συρίας· ἦσαν γὰρ ἔτι τότε ἐν Συρίᾳ βασιλεῖς Ῥωμαίων ὑπήκοοι—. Igitur Epiphanis filius fuiſſe videtur hic Philopappus, cujus monumentum Athenis vidit Jac. Sponius ejuſque inſcrip-

tiones edidit Itinerarii, Gallice ſcripti, (Voyage d'Italie, de Dalmatie, de Grece et du Levant—12.) T. II. p. 157. ſeq. duas Græcas: alteram, ΦΙΛΟΠΑΠΠΟΣ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΒΗΣΑΙΕΥΣ: alteram, ΒΑΣΙΛΕΥΣ ANTIOXOΣ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ANTIOXOΥ· tertia Latina hic item apponenda,

C. IVLIUS C. F.
FAB. ANTIO
CHUS PHILO
PAPPUS COS.
FRATER AR
VALIS SULLE
CTUS INTER
PRAETORI
OS AB. IMP.
CAESARE
NERVA
TRAIANO
OPTUMO
GERMANICO
DACICO.

Hæc nil habet impediti: jam antea edita a Grutero p. CCCCXXI. Num. 2. e *Scaligeranis Hadrianopoli*. At in altera Græca legi dicas ΒΑΣΙΛΕΥΣ, pro eo, quod Sponius edidit ΒΗΣΑΙΕΥΣ, ejuſque ſpecie inductus Antiochum fecit civem populi Atticæ, *Biſæ*, memorati Straboni IX. p. 652. B: itaque certe ΒΗΣΑΙΕΥΣ edendum erat, prouti eſt in alia inſcriptione a Sponio edita Indice Populorum Atticæ p. 394. Cæterum haud ſine veriſimilitudine huc refert locum Pauſaniæ I. 25: ἔξω δὲ ἐντὸς τοῦ περιβόλου ἀρχαῖον τὸ Μουσεῖον, ἀπ' ἀντικρὺ τῆς ἀκροπόλεως λόφος· ἔνθα Μουσαῖον ᾄδειν, καὶ ἀποθανόντα γήραϊ ταφῆναι λέγουσιν· ὕστερον δὲ καὶ μνῆμα αὐτόθι ἀνδρὶ ᾠκοδομήθη Σύρῳ: Syrum hunc ſignificari judicans Antiochum Philopapptum, ſiquidem monumentum illud in loco veteris Muſei repertum eſt. Quod autem dicitur βασιλέως Ἀντιόχου ſcil. *filius*, non Ἐπιφανοῦς; ut in priore Inſcriptione, expedita eſt ratio; quippe *Epiphanes* fuit prænomen ipſi, nomen *Antiochus* commune

illud omnibus Commagenis e Seleucidarum proſapia regibus. De his regibus quædam docuit Noriſius De Epocha Syro-Macedonum Diſſ. II. p. 136: et accuratior eſſet notitia, ſi J. Vaillantius utiliſſimum illum librum *Hiſtoriæ Seleucidarum* non in Antiocho XIII, qui, poſt Syriæ regnum a Pompeio in provinciæ formam redactum, primus Commagenum regnum nomenque obtinuit, finiviſſet, ſed quouſque per nummorum aliorumque monumentorum indicia licebat, deduxiſſet. Nam Jo. Maſſonus, qui reges Commagenos recenſuit in N. F. Haym. Teſoro Britannico Vol. I. p. 113. ſeq. illos quidem, qui poſtea, regno in provinciam redacto, privati Athenis vel alibi vixerunt, non attigit.

48. F. Τοῦτο τῷ κόλακι πολλὴν μεταξὺ τῆς φιλίας εὐρυχωρίαν δίδωσι, ὁρμητήριον ἐφ' ἡμᾶς εὐφυὲς ἔχοντι τὴν φιλαυτίαν] Imago ac dictio tralatione et evidentia plane eſt proprietatis Plutarcheæ: *Hoc adulatori magnum præbet locum in media amicitia, in quam ſe induere poſſit; quippe qui habeat naturalem et opportunam adverſus nos arcem, unde nos aggrediatur, noſtrum erga nos ipſos amorem.* Similis eſt notatio adulatoris aut calumniatoris fratres diſſociantis De Frat. Amore p. 479. B: ἡ πρὸς τὸ συγγενὲς διαβολὴ καὶ ὑφόρασις ὁμιλίας ἐπάγεται φαύλας καὶ πονηρὰς εἰς τὸ ἐλλιπὲς ἔξωθεν ἐπιῤῥεούσας. In re corporea proprie ita exprimitur Sympoſ. VI. p. 696. B. de ſoliditate olei: ἔστι γὰρ πυκνότατον· οὐ γὰρ ἔχει μεταξὺ τῶν ξηρῶν καὶ γεωδῶν ἐν αὐτῷ μερῶν κενώματα καὶ πόρους, οἷς δέξεται τὸ παρεμπίπλον. Sic animus hominis nimium ſe ipſum amantis, non ſolidus, ſed vanus et inflatus, multos habet inanes locos, in quos adulatorem recipiat. Ὁρμητήριον proprie in re bellica eſt *munimentum, locus tutus, unde quis in hoſtem excurrere, et quo ſe recipere poſſit.* Metaphora Plutarcho non infrequens. De Sui Laude p. 546. B: μέγα γὰρ ἡ περιαυτολογία τὴν φιλαυτίαν ὁρμητήριον ἔχουσα, καὶ τοῖς πάνυ δοκοῦσι μετρίως ἔχειν πρὸς δόξαν ἐμφαίνεται πολλάκις ἐπιτιθεμένη. Catone Maj. p. 353. C. dicitur, *eum adverſus principes in rep. viros de principatu contendiſſe,* μηδὲν ὁρμητήριον ἔχοντα πλὴν φωνὴν παῤῥησιαζομένην ὑπὲρ τῶν δικαίων. Cicerone p. 866. B: βουλόμενος ὁ Κατιλίνας ἰσχυρόν τι προκαταλαβεῖν ὁρμη-

τήριον, ὑπατείαν μετῄει. Themiſtius in Ariſtotelem De Anima I. p. 64. a: οὐκ ἔστιν ἡμῖν τὸ ἀληθὲς τοῦτο ὥρμὸς τὰ λοιπὰ ὁρμητήριον. Notavit hunc uſum etiam P. Weſſelingius ad Diodor. Sic. T. I. p. 680.

p. 49. A. φιλοκόλαξ—οἰόμενος] Ariſtoteles Ethic. Nicomach. VIII. 8: Οἱ πολλοὶ δὲ δοκοῦσι διὰ φιλοτιμίαν βούλεσθαι φιλεῖσθαι μᾶλλον ἢ φιλεῖν· διὸ φιλοκόλακες οἱ πολλοί· ὑπερεχόμενος γὰρ φίλος ὁ κόλαξ, ἢ προσποιεῖται τοιοῦτος εἶναι καὶ μᾶλλον φιλεῖν ἢ φιλεῖσθαι. Rhetoric. I. 11: Ἐπεὶ δὲ τὸ ὅμοιον καὶ τὸ συγγενὲς ἡδὺ ἑαυτῷ ἅπαν, μάλιστα δ' αὐτὸς πρὸς ἑαυτὸν τοῦτο πέπονθεν, ἀνάγκη πάντας φιλαύτους εἶναι, ἢ μᾶλλον ἢ ἧττον· πάντα γὰρ τὰ τοιαῦτα ὑπάρχει πρὸς αὐτὸν μάλιστα. Ἐπεὶ δὲ φίλαυτοι πάντες, καὶ τὰ αὐτῶν ἀνάγκη ἡδέα εἶναι πᾶσιν, οἷον ἔργα, λόγους· διὸ φιλοκόλακες ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, καὶ φιλέραστοι καὶ φιλότιμοι καὶ φιλότεκνοι. Cicero De Amicitia XXVI: —*Aſſentatio, quamvis pernicioſa ſit, nocere tamen nemini poteſt, niſi ei, qui eam recipit atque ea delectatur. Ita fit, ut is aſſentatoribus patefaciat aures ſuas maxime, qui ipſe ſibi aſſentetur et ſe maxime ipſe delectet. Omnino eſt amans ſui virtus: optime enim ſe ipſa novit, quamque amabilis ſit intelligit. Ego autem non de virtute nunc loquor, ſed de virtutis opinione.* In opponendis οἴεσθαι et βούλεσθαι, ut mox p. 65. D, eſt Demoſthenica forma ex Or. Olynth. III. p. 37. E: μέγα τοῖς τοιούτοις ὑπάρχει λόγοις ἡ παρ' ἑκάστου βούλησις· διόπερ ῥᾷστον ἁπάντων ἐστὶν αὐτὸν ἐξαπατῆσαι· ὃ γὰρ βούλεται, τοῦθ' ἕκαστος καὶ οἴεται. Menander, ſive Euripides, quamquam illius potius eſſe putem, apud Stob. Serm. XXIII. p. 190. ap. Grot. p. 116. Cleric. p. 24. in Fragm. Euripid. Incert. T. III. p. 595. edit. Muſgravii: Ὃ βούλεται γὰρ μόνον ὁρῶν καὶ προσδοκῶν, Ἀλόγιστός ἐστι τῆς ἀληθείας κριτής. Ab eodem exemplo ductum eſt Dionyſii Halicarnaſſenſis Judic. de Thucydide p. 249: ἃ γὰρ ἕκαστος εἶναι βούλεται περὶ τὸ φιλούμενόν τε καὶ θαυμαζόμενον ὑφ' ἑαυτοῦ, ταῦτα οἴεται· ὅσοι δὲ ἀδέκαστον τὴν διάνοιαν φυλάσσουσι, —οὔτε ἅπαντα ἐπαινοῦσιν ἐπίσης, οὔτε πρὸς ἅπαντα δυσχεραίνουσιν.

49. A. κατὰ Πλάτωνα] Leg. V. p. 605. F: ἀλήθεια πάντων μὲν ἀγαθῶν θεοῖς, πάντων δὲ ἀνθρώποις ἡγεῖται: ſententia a multis Veterum cum memorando, tum imitando, cele-

brata: ut notavimus in Epiſtola Critica ad D. Ruhnkenium p. 15.

49. B. ἀντιτάττεται γὰρ—ἐλλειπῆ] Γνῶθι σαυτὸν, ut factu difficillimum, ita præceptum nemini ignotum: de auctoribus dicemus quædam ad p. 164. B. Ad hujus loci argumentum pertinet dictum Chilonis ap. Stob. p. 176: Χίλων ἐρωτηθεὶς, τί χαλεπώτατον; Τὸ γινώσκειν ἑαυτὸν, ἔφη. πολλὰ γὰρ ὑπὸ φιλαυτίας ἕκαστον ἑαυτῷ προστιθέναι. Emblema τὰ ἀγαθὰ καὶ τὰ κακὰ delevimus, et pro ἐλλειπῆ dedimus ἐλλιπῆ, obſecuti codicum auctoritati. Illud compoſitione leniore retentum eſt in Colleg. Nov. ita: τὰ μὲν ἀγαθὰ ἐλλειπῆ καὶ ἀτελῆ τὰ κακὰ—. Ariſtoteles in eodem argumento verſans uſus eſt nomine et forma ἐλλειπής: Rhetoric. I. 11. Διὰ δὲ τὸ ἡδὺ εἶναι τὸ εὐποιητικὸν, καὶ τὸ ἐπανορθῶν ἡδὺ τοῖς ἀνθρώποις ἐστὶ τοὺς πλησίον, καὶ τὸ τὰ ἐλλειπῆ ἐπιτελεῖν. Hæc forma eſt in Plutarcho Opp. Mor. p. 391. F: τῶν ἐλλειπῶν μόριων, ubi A. B. D. dant ἐλλιπῶν. At vero ἐλλιπὴς diſerte eſt p. 238. E. 910. C. Vit. 845. A. Plato Leg. XI. p. 679. F. Thucydides ſæpe, ut Index Gr. habet. Cæterum pro ποιῶν, quod omnes libri habent, fuit quum legere mallem ἐῶν, *ſinens*.

49. B. οἱ θρῖπες ἐμφύονται μάλιστα τοῖς ἁπαλοῖς καὶ γλυκέσι ξύλοις] ἐνδύονται habent C. D. Harl. 1. 2. Moſc. 2. Vulc. Jun. ex Moſc. 1. a priore manu: vulgatum tamen præferam. Theophraſtus Hiſt. Plant. V. 5. IX. 15: τῶν δὲ ῥιζῶν ὅσαι μὲν γλυκύτητά τινα ἔχουσι, συμβαίνει θριπηδέστερας γίνεσθαι χρονιζομένας· ὅσαι δὲ δριμεῖαν, τοῦτο μὲν μὴ πάσχειν· ἀμαυροῦσθαι δ' αὐτῶν τὰς δυνάμεις μανθανόντων καὶ κενουμένων· τῶν δ' ἔξω θρίων ἄλλο μὲν οὐδὲν ἅπτεται ῥίζης, ἡ δὲ σφονδύλη πασῶν. Ergo θρὶψ non eſt τῶν ἔξω, ſed in ipſa radice naſcitur. De ſimili beſtiola narrat Proclus ex Plutarchi Commentario in Heſiodum Ἔργ. 428. p. 103. —εἶναί τι θηρίδιον, ὃ καλεῖται κὶς, διεδίον τὰ ξύλα·—ἐγγίνεται δ' οὖν τὰ τοιαῦτα θηρίδια τοῖς γλυκέσι καὶ μαλακοῖς ξύλοις. Theophraſtus Cauſ. Plant. IV. 16. eas vocat τοὺς κίας. Cæterum comparationi accommodatur a Menandro ap. Cleric. p. 218:—Ὑπὸ τῆς ἰδίας ἔκαστα κακίας σήπεται, Καὶ πάντα τὰ λυμαινόμεν' ἔνεστιν ἔνδοθεν· Οἷον, ὁ μὲν ἰὸς τὸν σίδηρον, ἂν σκοπῇς, Τὸ δ' ἱμάτιον οἱ σῆπες, ἡ δὲ θρὶψ ξύ-

λον. Quo loco notandum genus ἡ θρίψ: et pro σῆπες, quod eſt genus *ſerpentum*, corrigendum σῆτες, *tineæ:* reliqua emendatio petatur a Bentleio p. 80.

49. B. Οὐ λακύθῳ ὀπαδεῖν] Præter libros, Vulcob. Schott. Collat. Muret. etiam Fulvius Urſinus in Fragmentis Lyricorum hunc locum referens p. 179. exhibet Ζακύνθῳ: et probat eamdem lectionem Valckenarius in Notis ad Orationem ſuam de Philippo Maced. p. 258, 259. comparans hoc dictum cum Homerico Od. Δ. 600—608. et Horatiano inde ducto Epiſt. I. 7. 41: *Non eſt aptus equis Ithacæ locus, ut neque planis Porrectus ſpatiis, nec multæ prodigus herbæ.* Idem in Zacynthum poterat valere, Ulyſſis item inſulam, dictam Homero Od. A. 24. ὑλήεσσα Ζάκυνθος, Virgilio Æn. III. 170. *nemoroſa Zacynthus.* Et fortaſſe verſus hujuſmodi fuerit Οὐδὲ Ζακύνθῳ ὀπαδεῖ, πυροφόροισι δ' ἀρούραις, Ἱππότροφος—. Cæterum in vulgata conſentiunt omnes cæteri libri, niſi quod D. habet πυροφόροισιν. Λήκυθος, *ampulla olearia, unguentaria, pigmentaria,* non ſatis recte in ſignum paupertatis et humilitatis adhibetur: rectiuſque *tritico* opponatur λέκιθος, *piſum in litore maritimo creſcens, tenue ac vile,* de quo Plutarchus Sympoſ. IV. p. 638. B. Stephanus Theſ. L. Gr. T. II. p. 675. Niſi forte Simonides frumenti et olei proventum comparare, et terras alterutro abundantes, veluti Atticam et Siciliam, ſignificare voluit.

49. C. πραγμάτων μεγάλων ὀλίθημα] Notandus verborum delectus Plutarcheus. Lyſandro p. 442. F: —τὰ καθ' ἕκαστον ὀλιθήματα καὶ πάθη τὰς πόλεις ἀναπίμπλησι πραγμάτων πονηρῶν. Conſolat. ad Uxor. p. 611. A: αἱ δὲ ἀπὸ τῆς τύχης τροπαὶ μεγάλας ἀποκλίσεις οὐ ποιοῦσιν, οὐδὲ ἐπιφέρουσι συντυχικὰς ὀλιθήσεις τοῦ βίου. Sympoſ. VIII. p. 731. E: αἱ τοῦ σώματος κράσεις ὡρισμένας ἔχουσι τὰς ὀλιθήσεις. *Opes, imperium,* ſæpe dicuntur πράγματα, ut Latinis *res:* Opp. Mor. p. 37. A. 85. C. 176. D. 182. A. 337. C. 338. D. 403. C. 467. D. 766. D. Vitarum p. 33. B. 34. B. 39. A. 205. D. F. 209. E. 212. E. 236. C. D. 240. B. 242. B. 259. C. 277. A. 292. A. 293. C. 338. C. 370. B. C. 386. A. 389. C. 398. E. 400. A. E. 434. D. 435. E. 436. E. 440. D. 445.

A. 621. C. 622. A. 626. B. 629. E. 641. A. 669. D. 670. B. 687. D. 700. B. 747. E. 775. E. 782. D. 788. B. 791. D. 820. E. 903. D. 909. B. 911. B. 913. A. 917. E. 927. A. 929. B. 940. D 942. A. 957. D. 961. C. 964. D. 983. B. C. 997. D. 1006. E. 1034. C. 1040. E. 1049. C. D. F. 1058. B. 1066. C. 1067. A. 1068. D.

49. C. περίφωρος] *Deprehenſus in facto, facilis cognitu.* Plutarchus Apophth. Lac. p. 234. B: κρεῖττον ἐν ταῖς ἀλγηδόσι τελευτᾶν, ἢ περίφωρον γενόμενον, διὰ μαλακίαν τὸ ζῆν αἰσχρῶς περιποιήσασθαι. Alia compoſita, ibid. 238. F: μὴ εὐπερίφωρον τοῖς πολεμίοις εἶναι: ut recte citat Steph. Theſ. L. Gr. T. IV. p. 312. quamquam in ejus editione Plutarchi eſt vitioſe εὐπερίφορος. Sic κατάφωρος Quæſt. Gr. p. 305. B. Catone Min. 785. E: alia exempla attulit Abreſchius ad Ariſtænet. Epiſt. I. 6. p. 34.

49. C. οἱ μὲν γὰρ φθεῖρες] Ex Ariſtotele refert Apollonius Dyſcolus Hiſtoriæ Commentitiæ Cap. XXVII: Ἀριστοτέλης δὲ ἐν τοῖς Ζωϊκοῖς· δύο γάρ εἰσιν αὐτῷ πραγματεῖαι, ἡ μὲν Περὶ Ζώων, ἡ δὲ Περὶ τῶν Ζωϊκῶν· οἱ φθεῖρες, φησὶν, ἐν τῇ κεφαλῇ, ἐν ταῖς μακραῖς οὐ φθίνυσι νόσοις, μελλόντων τελευτᾶν τῶν πασχόντων, ἀλλ' ἐπὶ τὰ προσκεφάλαια εὑρίσκονται, προλελοιπότες τὴν κεφαλήν. Alexander Aphrodiſienſis Problem. II. 30: Διὰ τί ἐν τῷ ἀπόλλυσθαι οἱ φθεῖρες ἀφίστανται, ἐν οἷς ἂν ὦσι τόποις; Ὅτι δέονται καὶ θάλψεως καὶ τροφῆς ἐκ τοῦ αἵματος· τοῦτο δὲ καὶ καταψύχεται καὶ ἐκδαπανᾶται· ζητοῦντες οὖν ἕτερον τόπον ὅμοιον τοῦ προτέρου, ἀφίστανται. Conferatur S. Bochartus, Hierozoici IV. 18. T. Opp. II. p. 583. Codex Venetus in margine exhibet Scholion: καὶ ἐν ἑτέροις λόγοις ταυτὸ τοῦτο εἴρηκεν, ἀλλ' ἐκεῖ μὲν τὴν αἰτίαν παρέλιπεν, ἐνταῦθα δὲ καὶ τέθεικεν. Hæc qui ſcripſit, neceſſe eſt, plures habuerit Plutarchi libros quam nunc ſuperſunt, in quibus nil tale nos legere meminimus.

49. C. πράγμασι ξηροῖς καὶ κατεψυγμένοις] Elegans metaphora Plutarcho et alibi uſurpata. De Exilio p. 600. B: καὶ σοὶ τοίνυν παρ' ὀντιναοῦν ἐστι τὸ κατεψυγμένον τοῦτο τοῦ βίου μέρος ἀναζωπυρεῖν καὶ ἀναθάλπειν: *exilium* ita vocat. An Seni Ger. Reſp. p. 787. A: δόξης καὶ φλόγος οὐ χαλεπὴ σωτηρία καὶ τήρησις, ἀλλὰ μικρῶν ὑπεκκαυμάτων δεομένη, κατασβεσθὲν δὲ καὶ

καταψυχθὲν, οὐδέτερον ἄν τις ἀπραγμόνως πάλιν ἐξάψειεν. 793. B: μήτε δὴ τελέως ἡμᾶς ἐκπαγέντας ἑαυτοὺς καὶ καταψυχθέντας ἀπραξίᾳ περιΐδοιμεν. Pompeio p. 643. D: ὁ δὲ (Λεύκολλος) —ἀμβλὺς ἦν ἤδη καὶ κατέψυκτο τὸ πρακτικόν—. Item ξηρός: An Seni Ger. Reſp. p. 786. E: δεῖ μὴ περιορᾶν, ὥσπερ ἀσθλητικὸν σέφανον, ἐν γήρᾳ ξηρὰν γενομένην τὴν δόξαν. Adv. Epicur. p. 1095. A: τῆς δὲ ἄλλης αὐτῶν πραγματείας ἀτερποῦς καὶ ξηρᾶς, ὥσπερ αὐτοὶ τὴν ἀρετὴν λέγουσιν, οὔσης—.

49. D. Ἀλλὰ τὴν τότε πεῖραν οὐ δεῖ περιμένειν—κατανόησιν τοῦ κόλακος] Cicero De Amicitia XVII: —*judicare difficile eſt ſane, niſi expertum. Experiundum autem eſt in ipſa amicitia. Ita præcurrit amicitia judicium, tollitque experiendi poteſtatem.* XXII: (*virtute*) *vero neglecta, qui ſe amicos habere arbitrantur, tum ſe denique erraſſe ſentiunt, cum eos gravis aliquis caſus experiri cogit. Quocirca, dicendum eſt enim ſæpius, cum judicaveris, diligere oportet; non, cum dilexeris, judicare.* Hoc a Theophraſto ſumtum et a Plutarcho memoratum De Frat. Am. p. 582. B. ibi notabimus. Philemon ap. Stob. Serm. XXX. p. 210. Grot. p. 135: Εὔχε μὴ λαβεῖν πεῖραν φίλων, *Periculum facere amicorum, eorum animum ipſo facto et uſu* (τῇ χρείᾳ) *cognoſcere.* Euripidi tribuit Plutarchus in Fabio Max. p. 184. B: Οὐ μόνον δ' ἦν ἄρα τὸ φίλων πεῖραν λαβεῖν, ὡς Εὐριπίδης φησὶν, οὐ σμικρὸν κακὸν, ἀλλὰ καὶ τὸ φρονίμων στρατηγῶν: hinc in Fragmentis Incertarum Tragœd. poſitum CXIII. Idem Heraclid. 310: Ὦ παῖδες, εἰς μὲν πεῖραν ἤλθομεν φίλων. Ex hac proverbiali fere poteſtate interpretandum eſt illud Ciceronis ad Lentulum Ep. Diverſ. I. 5: —*adficior ſummo dolore, ejuſmodi tempora poſt tuam profectionem conſecuta eſſe, ut meam et cæterorum erga te fidem et benevolentiam abſens experirere. Te autem videre et ſentire, eamdem fidem eſſe hominum in tua dignitate, quam ego in mea ſalute ſum expertus, ex tuis literis intellexi.* Ubi Cortius vim Verbi *experiri* bene explicat, at minus recte retinet *in meam ſalutem.* Item ſimile in Epiſtola ad Appium III. 10: *Nollem accidiſſet tempus, in quo perſpicere poſſes, quanti ego te, quanti Pompeium—, quanti Brutum facerem: quamquam in conſuetudine quotidiana perſpexiſſes, ſicuti perſpicies.*

49. E. τῷ προγεγεῦσθαι τῶν θανασίμων φαρμάκων, εἰς τὴν κρίσιν ἀπολλύντες ἑαυτὲς καὶ διαφθείροντες] Senſus non ſatis per ſe expeditus, ita expediendus: εἰς τὴν κρίσιν ἀπολλύντες ἑ. κ. δ. *perdentes ſe in judicium, perdentes ipſi ſe eo propoſito, ut poſſint judicare.* Simile adhibuit dictum Plutarchus De Curioſitate p. 517. A: πάντα πράγματα ζητεῖ, τὰ ξένων, τὰ ἡγεμόνων, οὐδὲ ἀκινδύνως ταῦτα ζητῶν, ἀλλ' οἷον εἴ τις ἀκονίτου γεύοιτο πολυπραγμονῶν τὴν ποιότητα, φθάσει τῆς αἰσθήσεως προανελὼν τὸν προαισθόμενον: qui locus vano acumine friget et forte corrigendus ita, ut legatur, προανελὼν τὸ αἰσθησόμενον. Igitur, ut hic ſe perdit in αἴσθησιν, ut eam appetat, nec conſequatur: ſic φθείρει καὶ ἀπόλλυσι ſe in κρίσιν, qui eam appetit, nec conſequitur. Accipiendum ex uſu dictionis φθείρεσθαι εἴς τι: ut Opp. Mor. p. 392. C, D. 717. F. 729. B. 948. F: ἡ φθορὰ μεταβολή τις ἐστὶ τῶν φθειρομένων εἰς τἐναντίον ἑκάστῳ. 951. A. 1075. B. 1130. A.

49. E. τὸν φίλον εἰς τὸ καλὸν τιθέμενοι καὶ ὠφέλιμον—κόλακας εἰλημμένους] Tres enim ſunt cauſſæ, tria propoſita et genera amicitiæ, *bonum, jucundum, utile*, τὸ ἀγαθὸν καὶ καλὸν, τὸ ἡδὺ, τὸ ὠφέλιμον: ſic Plutarchus De Amicor. Multitud. p. 94. A. Ariſtoteles Ethic. Nicomach. VIII. 3: Adulator jucunditatem amico, at ſibi ipſi utilitatem quærit, ib. 3—10. Rhetoric. I. 11: igitur ſuavis et jucundus non continuo adulator cenſendus eſt: quod Plutarchus mox monebit p. 66. B. Cicero De Amicitia XVIII: *Accedat huc ſuavitas quædam oportet ſermonum atque morum, haudquaquam mediocre condimentum amicitiæ. Triſtitia autem et in omni re ſeveritas, habet illa quidem gravitatem: ſed amicitia remiſſior eſſe debet, et liberior, et dulcior, et ad omnem comitatem facilitatemque proclivior.*

49. F. χάριτές τε καὶ Ἵμερος οἱκί' ἔθεντο] Heſiodi Theogon. 64: Παὶ δ' αὐτῆς Χάριτες καὶ Ἵμερος οἰκί' ἔχουσιν—. Obſecuti ſumus plurimorum codicum ſcripturæ; nam Baſ. Xyl. Harl. magis cum exemplo Heſiodeo congruunt, uno integro verſu exhibentes, Παὶ δ' αὐτῇ χ. τ. κ. Ἵ. ὁ. ἔ.

49. F. κατ' Εὐριπίδην] In Ione 744. Muſgr. Εἰς ὄμματ' εὖνις φωτὸς εἰσβλέψαι γλυκύ. Eodem dicto utitur Plutarchus in hoc ipſo libro p. 69. A. ubi item eſt ἐμβλέψαι: Stobæus

Serm. CXII. p. 583: idque probat Valckenarius Diatrib. p. 178.

p. 50. A. Εὔηνος εἶπε, τῶν ἡδυσμάτων τὸ πῦρ εἶναι κράτιστον] Idem dictum alibi ter citatur a Plutarcho Opp. Mor. p. 126. D. 697. D. 1010. C. Senſus eſt: *Ignis per ſe ipſe maximum eſt cibi condimentum.* Dicitur enim ἥδυσμα proprie de *cibi* condimento, id eſt, *carnis* et *piſcis*, ὄψου, *obſonii*: quorum præcipuum eſt condimentum, ne ſint cruda, ſed ignem ſubierint. Huc ſpectat Hegeſander ap. Athen. XIII. p. 564. A: Ἡγήσανδρος δ' ἐν τοῖς ὑπομνήμασι τῶν ἡδυσμάτων φησὶν ἐρᾶν πάντας, οὐ τῶν κρεῶν οὐδὲ τῶν ἰχθύων· ἀπογενομένων γοῦν τούτων (τῶν ἡδυσμάτων), ἀδεὶς ἡδέως ἔτι προσφέρεται τὸ κρέας οὐδὲ τὸν ἰχθῦν, οὐδὲ ἐπιθυμεῖ τῶν ὠμῶν καὶ τῶν ἀνηθώντων.

50. A. οὐκ ἔστιν εἰπεῖν] Fere abundat, poſt interrogationem πῶς ἄν, quæ jam per ſe ipſa negat. Sic Plutarchus, Pyrrho p. 389. E: πῶς ἂν ἁπλόμενοι καὶ ψαύοντες ἀλλήλων ἀτρεμοῖεν, ἐν τοῖς παροῦσι μὴ ἀδικοῦντες, οὐκ ἔστιν εἰπεῖν. An Seni Ger. Reſp. p. 790. D, E: ἢ πλοίων μὲν ἄρχοντας οὐ ποιεῖ γράμματα κυβερνητικά—πόλιν δὲ μεταχειρίσασθαι καὶ πεῖσαι δῆμον ἢ βουλὴν δύναιτ' ἂν ὀρθῶς νέος ἀναγνοὺς βίβλον—ἂν μὴ—μετὰ κινδύνων καὶ πραγμάτων λάβῃ τὴν μάθησιν; οὐκ ἔστιν εἰπεῖν. Adv. Colotem p. 1114. E: καίτοι πῶς ἂν ἀπέλιπεν αἴσθησιν καὶ δόξαν, αἰσθητὸν μὴ ἀπολιπὼν, μηδὲ δοξαστόν, οὐκ ἔστιν εἰπεῖν. Compoſitio ita eſt accipienda, quaſi ſit qui reſpondeat: veluti in Muſonii diſputatione ap. Stob. Serm. XLVI. p. 339: ἆρ' ἐνδέχεται ὅπως βασιλεὺς ἀγαθὸς εἴη τις ἄν, μὴ ἄνθρωπος ἀγαθὸς ὤν; οὐκ ἔστιν εἰπεῖν. In ſimili conſtructionis forma etiam οὐκ ἔστιν ponitur: de quo alibi dicemus.

50. A. γάνωμα] Vide notam ad p. 42. B. 48. C.

50. B. ὑπομένεσι] Ab hac ſcriptura quidem codices abeunt: E. Moſc. 1. 2. Voſſ. Harl. Turneb. ὑπομενέσης, quod hujus loci ſententia repudiat: C. ſuperſcripto ὑπομενέσης, et ſine ſuperſcriptione D. Venet. Vulcob. ὑπομένομεν. Sed tertiam perſonam præferam: quippe qua et Græci et Latini ſæpe ita utuntur, ut non apponant nomen, quod addendum erat: ut recte animadvertit C. A. Dukerus ad Thucyd. VII. 69. ubi ad ὅπερ πάσχουσιν, Scholiaſtes vere an-

notat οἱ ἄνθρωποι, δηλονότι. Est vero hic usus tertiæ personæ pluralis Indicativi Præsentis, pars proprietatis Plutarcheæ, ut fere significet, *solent facere*. Sic Opp. Mor. p. 66. E. οἴονται, *solent putare*: 74. B. ἀπελαύνεσι, *depellere solent*: 78. C. ἐπιγαυροῦσιν ἑαυτούς: 153. D. ἀπαγορεύεσθιν: 622. E. ἐγκωμιάζουσι: 627. E. 631. C. ἀνατρέπεσιν, *homines solent subvertere*: 640. F. παραπηγνύεσι, *homines solent adfigere*: similiter, 669. A. 702. A. 709. F. 759. A. 795. E. 856. C. 966. D. 981. D. 1104. D. Vit. 742. F.

50. B. τὴν φιλίαν ὑπὸ τῆς κολακείας παρατρεχομένην] Seneca Epist. XLV. p. 112: *Adulatio quam similis est amicitiæ? Non imitatur tantum illam, sed vincit et præterit: apertis et propitiis auribus recipitur et in præcordia ima descendit, eo ipso gratiosa, quo lædit. Doce, quemadmodum hanc similitudinem dignoscere possim.*

50. C. Τί δὲ οὐ μέλλει;—ἂν τὸν ἀληθινὸν κόλακα καὶ μετὰ δεινότητος καὶ τέχνης ἀπιόμενον τοῦ πράγματος διώκωμεν] Adulator, qui peritia et arte adulandi valet, notatus est a nobis p. 13. B. Hic non prætereundus est Isocrates Ad Nicoclem p. 35: Διόρα καὶ τοὺς τέχνῃ κολακεύοντας καὶ τοὺς μετ' εὐνοίας θεραπεύοντας, ἵνα μὴ πλέον οἱ πονηροὶ τῶν χρηστῶν ἔχωσιν. Dion Chrys. Or. LXXVIII. p. 660. B, C: Μύριοι μὲν γάρ εἰσιν, οἳ ἔκοντες καὶ πάνυ προθύμως θεραπεύεσι τοὺς πλουσίους καὶ δυνατούς· καὶ μεσὰ πάντα κολάκων ἐσὶ, καὶ μετ' ἐμπειρίας καὶ τέχνης αὐτὸ πρατίοντων. Animadvertendus etiam usus verborum. Τί δ' οὐ μέλλει; *Quidni? Quare hoc non ita futurum sit?* Expositum Vigerius et Hoogeveenius De Idiotism. Gr. L. Cap. V. Sect. VIII. p. 264. Plutarchea exempla legantur Opp. Mor. p. 98. A. 149. D. 156. A. 170. E. 184. C. 422. A. 831. B. 1100. A. Ἀληθινὸν κόλακα, *verum adulatorem*: dicitur ἀληθινὸν, quidquid in suo genere satisfacit, sui generis munus numerosque explet: sic mox p. 59. E. ἀληθινῶν ἁμαρτημάτων. Δεινότης, *peritia, scientia, facultas usus, artis*, est vocabulum medium, ut item τέχνη: simpliciter positum plerumque bono, nonnumquam malo sensu usurpatur: exempla aliis passim locis proferemus. Διώκειν τι, *aliquid disputando persequi*, Plutarch. Quæst. Rom. p. 269. D: τῶν ἡμερῶν τὸν ἀκριβέσατον ἀριθμὸν διώκειν. De Orac.

Def. p. 435. F: τὸ κατ' ἀγάγκην—μετιὼν ἀεὶ καὶ διώκων, *neceſſarias cauſſas quærens ac perſequens.* Hæc eſt una ex formis illius generis, quo διώκειν univerſe ſignificat *aliquid petere, conſectari*, de qua alio loco dicemus.

50. C. αὐτοληκύθους] *Qui lecythum*, id eſt, *ampullam unguentariam, ipſi, non per ſervum, geſtant; ea offerenda ſtipem ab aliis colligunt: pauperes et edaces aſſectatores divitum.* Vox a Demoſthene uſurpata Or. adv. Cononem p. 729. B. indeque notata docteque explicita a Lexicographis, Harpocratione, Polluce IX. 62, Heſychio, Suida, horumque recentioribus interpretibus, noſtram non deſiderat operam, qui ab aliis occupata repetere nolumus. Illud non alienum ſit addere: Plautum iſtos αὐτοληκύθους ſignificaſſe inducentem Paraſitos ita loquentes: Perſa I. 3. 43: *Cynica eſſe e gente oportet Paraſitum probe: Ampullam, ſtrigilem, ſcaphium, ſoccos, pallium, Marſupium habeat, inibi paulum præſidii, Qui familiarem ſuam vitam oblectet modo.* Sticho II. 1. 77: *Rubiginoſam ſtrigilem, ampullam tubidam, Paraſitum inanem, quo condas reliquias.* Codex C. in margine hæc habet: Καὶ Φιλόστρατος ἐν τοῖς βίοις περὶ τῶ Φαβωρίνω ὅτι ἐπιτήδειος Ἡρώδῃ τῷ Σοφιστῇ ἐγένετο· ὅθεν καὶ τελευτῶν κληρόνομον Ἡρώδην ἀπέφηνεν βιβλίων καὶ τοῦ οἰκέτου τοῦ Αὐτοληκύθου· ἦν δὲ οὗτος καὶ ἱκανῶς μέλας, ἄθυρμα Ἡρώδου καὶ Φαβωρίνου· ξυμπίνοντας γὰρ αὐτοὺς διῆγε, ἐγκαταμιγνὺς ἑνοικα Ἀτθικὰ, καὶ περιπλανημένη τῇ γλώττῃ βαρβαρίζων: quæ aliquot verbis integriora exſtant apud Philoſtratum Vit. Sophiſt. I. 8. p. 490.

50. C. τραπεζέας] Heſychius: Τραπεζεύς· παράσιτος ἄκλητος. Τραπεζῆες· οἱ πρὸς τὰς τραπέζας λιχνεύοντες· καὶ οἱ ἐπιτραπέζιοι, καὶ οἰκεροί· refertur poſterior gloſſa ad Homer. Odyſſ. P. 309. τραπεζῆες κύνες. Simili cognomine Pollux VI. 123. τραπέζης φίλος.

50. C. μετὰ τὸ κατὰ χεῖρας ὕδωρ] *Poſteaquam ad cœnam euntibus et accubituris aqua præbita eſt ad lavandas manus.* Forte χειρὸς rectius ſit, quod tamen ſoli habent Anon. Vulcob. Turneb. Plutarchus videtur aliquod Comici dictum ſpectare. Athenæus IX. p. 408. E: Φιλύλλιος δὲ ἐν Αἴγῃ κατὰ χειρῶν εἴρηκεν οὕτως—Ἔπειτα κατὰ χειρῶν ἑκάστῃ καὶ

μύρον τι δοῦναι. Μένανδρος Ὑδρίᾳ, Οἱ δὲ κατὰ χειρῶν λαβόντες περιμένουσι φίλτατοι. Ἀριστοφάνης δὲ ὁ Γραμματικὸς ἐν τοῖς πρὸς τοὺς Καλλιμάχου πίνακας, χλευάζει τοὺς οὐκ εἰδότας τὴν διαφορὰν τοῦ τε κατὰ χειρὸς, καὶ τοῦ ἀπονίψασθαι· παρὰ γὰρ τοῖς παλαιοῖς τὸ μὲν πρὸ ἀρίστου ἢ δείπνου λέγεσθαι κατὰ χειρὸς, τὸ δὲ μετὰ ταῦτα ἀπονίψασθαι: adfert et Homericum Odyff. A. 146. ἐπὶ χεῖρας, et Sophronis Τάλαινα Καικόα, κατὰ χειρὸς δοῦσα, ἀπόδος ποχ' ἁμῖν τὰν τράπεζαν: ita in exemplo Gronoviano e codice Florentino adfcriptum eft pro ποθ' ἡμῖν τὴν τράπεζαν. Conferatur et Philoxenus ap. eumdem XV. p. 685. D. Pollux VI. 92. ibique Seberus. Utitur et Plutarchus, ut proverbiali, in Phocione p. 745. B: ἀξιοῦσι τὲς βασιλεῖς τοῖς κόλαξι χρῆσθαι μετὰ τὸ κατὰ χειρὸς ὕδωρ: ubi Salmafius ad fuum exemplum adfcripfit: *poft manualem aquam, ut Tertullianus:* locus eft in Apologetico Cap. 39. Eodem Comici moris exemplo dixit Plautus Perfa V. 3. 16: —*Hoc age, accumbe: hunc diem fuavem Meum natalem agitemus amœnum: date aquam manibus: apponite menfam.*

50. C. Μελάνθιον τὸν Ἀλεξάνδρου τοῦ Φεραίου παράσιτον] Melanthium iftum ejufque dictum apud alios Antiquos legere me non memini. Alexandri Pheræ, Theffaliæ civitatis, tyranni, ejufque et crudelitatis et cædis multi meminerunt, Plutarchus in primis, Pelopida p. 292—297. Xenophon Hellenic. VI. p. 601. Diodorus Siculus XV. 61. 71. 75. 80. XVI. 14. aliique complures citati N. Heinfio ad Ovid. Epift. ex Ponto II. 9. 43. et L. C. Valckenario ad Orationem fuam de Philippo Macedone p. 259.

50. D. τοὺς ἀμφὶ πλουσίαν τράπεζαν ἐγκυκλουμένους, οὓς οὔτε ὦρ, οὐ σίδηρος, οὐδὲ χαλκὸς εἴργει μὴ φοιτᾶν ἐπὶ δεῖπνον] Eft Eupolidis Comœdia Κόλακες, unde idem dictum profert Plutarchus in libello, cujus eft argumentum Philofophandum effe cum Principibus p. 778. D: τοὺς Καλλίου κωμῳδουμένους κόλακας λέγουσιν, Οὐ ὦρ, οὐ σίδηρος, οὐδὲ χαλκὸς εἴργει μὴ φοιτᾶν ἐπὶ δεῖπνον, καὶὰ τὸν Εὔπολιν. Scholiaftes Ariftophanis ad Aves 284: Ὁ Ἱππονίκου Καλλίας ἐδόκει τὰ πατρῷα διεσπαρκέναι εἰς ἀσέλγειαν, ὡς ληφθεὶς μοιχεύων καὶ ἀποτίσας χρήματα· κεκωμῴδηκε δὲ αὐτὸν ἱκανῶς Εὔπολις ἐν τοῖς Κόλαξι. Maximus Tyrius Diff. XX. 7. Καλλίαν μὲν ἐν Διονυσίοις ἐκωμῴδει Εὔ-

πολις, ἰδιώτην ἄνδρα ἐν συμποσίοις κολακευόμενον, ὅπου τῆς κολακείας τὸ ἆθλον ἦν κύλικες, καὶ ἑταῖραι, καὶ ἄλλαι ἀνδραποδώδεις ἡδοναί. Est fere proverbialis forma: v. c. M. Antoninus VIII. 41: τούτου γὰρ οὐ πῦρ, οὐ σίδηρος, οὐ τύραννος, οὐ βλασφημία, οὐχ ὁτιοῦν ἄπλετον. Zenobius Proverb. III. 19: Διὰ μαχαιρῶν καὶ πυρὸς ῥίπτειν δεῖ· Ἐπὶ τῶν παραβαλλομένων καὶ ῥιψοκίνδυνα ποιούντων: ubi alia attulit A. Schottus. Ex eodem Comico fonte fluxit Terentianum Eunuch. III. 2. 38: *Tace tu, quem ego esse infra infimos omnes puto Homines: nam qui huic animum assentari induxeris, E flamma petere te cibum posse arbitror.* Ἐγκυκλούμενοι, *tamquam globo facto irruentes in convivium*, vix dicam Plutarchi sit an Eupolidis, cujus fortasse hic modus fuerit: —οὓς φοιτᾷν ἐπὶ δεῖπνον Οὐ πῦρ, οὐ σίδηρος, οὐδὲ χαλκὸς εἴργει. Neque quid hujus verbi hoc loco subesse videtur corruptelæ, quod suspicabatur P. Wesselingius ad Diodor. Sic. T. I. p. 269. ubi plura de hoc verbo: quibus adjungantur ea, quæ dudum prodidit H. Stephanus Thes. L. Gr. T. II. p. 506.

50. E. κλιμακίδας] Videtur a Clearcho sumsisse, cujus de hac re narrationem servavit Athenæus VI. p. 256. D: —Γεγόνασι δὲ παρ' ἡμῖν, καὶ ἐπὶ Γλοῦ τοῦ Καρὸς, γυναῖκες ὑπὸ τὰς ἀνάσσας, αἱ προσαγορευθεῖσαι κολακίδες· ἀφ' ὧν ὑπολιπεῖς τινες εἰς τὸ πέραν ἀφικόμεναι μετάπεμπτοι πρός τε τὰς Ἀρταβάζου καὶ τὰς Μέντορος γυναῖκας, κλιμακίδες μετωνομάσθησαν ἀπὸ τοιαύτης πράξεως· ταῖς μεταπεμπομέναις ἀρεσκευόμεναι κλίμακα κατεσκεύαζον ἐξ ἑαυτῶν οὕτως, ὥστε ἐπὶ τοῖς νώτοις αὐτῶν (ita leg. pro αὐτῷ) τὴν ἀνάβασιν γίγνεσθαι καὶ τὴν κατάβασιν ταῖς ἐπὶ τῶν ἁμαξῶν ὀχουμέναις. In Cypro reges dicebantur βασιλεῖς, eorum fratres et filii ἄνακτες, sorores et filiæ ἀνάσσαι: quod et Isocratis indicio constat in Evagora p. 350. Alia ad intelligendum Clearchi locum petantur a Dalecampio et Casaubono. Ejusdem adulationis memoriam prodidit Valerius Maximus IX. 1. Extern. 7: *Sed tamen effeminatior multitudo Cypriorum: qui reginas suas mulierum corporibus veluti gradibus constructis, quo mollius vestigia pedum ponerent, currus conscendere æquo animo sustinebant.* Conferatur et J. Meursius in Cypro II. 8. hoc etiam solerter monens, Clearchum illo παρ' ἡμῖν significare, *apud nos in Cypro*;

fuit enim Solenſis, ex urbe Solis Cypri, non ex altera Ciliciæ. Harl. 2. et Vulcob. ὑποκλινόμεναι, minus frequens, minuſque rei præſenti conveniens, quam vulgatum; de quo poſtea dicemus.

50. E. περὶ τοὐπτανεῖον] Uſitata in hoc argumento notatio. Plutarchus De Amicor. Multitud. p. 94. B: εὐδαιμονίζεσι τοὺς πολυφίλες· καίτοι πλείονάς γε μυίας ἐν τοῖς ὀπιανείοις αὐτῶν ὁρῶσιν. Reip. Ger. Præcept. p. 823. E: μηδὲ ἐκπεπλῆχθαι τὴν ἐκ θεάτρων ἢ ὀπιανείων ἢ πολυανδρίων προσισαμένην τοῖς ὄχλοις δόξαν. Adv. Epicur. p. 1093. F: οὐκ ἄξιον οὐδαμῆ τὰς ἐκ τῶν ὀπιανείων ἢ μαγρυλλίων ἐκείνας ἡδονὰς παραβάλλοντα ταύταις καὶαισχύνειν τὸν Ἑλικῶνα ἢ τὰς Μέσας. Proprio ſenſu adhibetur in Craſſo p. 547. D. et Antonio 928. B.

50. E. σκιὰν μετρῶν ἐπὶ δεῖπνον.] Hoc in Comœdiis uſitatum paraſitis, umbra Scioterici tempus cœnæ obſervare. Videatur Caſaubonus ad Athenæum VI. p. 243. A. Animadverſ. p. 425. et ſeq. Heſychius Δεκάπεν ςοιχεῖον· οἱ ἐπὶ δεῖπνον κληθέντες τὰς ὥρας οὕτως ἐξελάμβανον πρὸς τὴν σκιὰν ἀναμετρῶντες· ubi conſulantur interpretes. Idem in Δωδεκάποδος et Ἐπίαπες σκιά. J. Kuhnius ad Pollucem I. 72.

50. E. Πλάτων φησὶν, ἐχάτης ἀδικίας εἶναι, δοκεῖν δίκαιον, μὴ ὄντα] Republ. II. p. 423. A: ἐχάτη γὰρ ἀδικία, δοκεῖν δίκαιον εἶναι μὴ ὄντα. Plutarchus idem adhibet, Sympoſ. I. p. 613. F: De Herodoti Malign. p. 854. E. Cicero Off. I. 13. fin. ex eodem fonte: *Totius autem injuſtitiæ nulla capitalior eſt, quam eorum, qui, cum maxime fallunt, id agunt, ut viri boni eſſe videantur.*

50. E. συνεμπίπλεσαν] Videtur corrigendum vel συνεμπίπλεσα ſcil. ἡ κολακεία; vel, ut Collat. Muret. et Mez. notant, συνεκπίπλεσαν: refertur enim ad alterutram proximarum comparationum, vel ad συνεισπεσὼν, vel p. 51. A. συνεκπίπλει.

50. E. Γωβρύης—Δαρεῖον ἐκέλευσεν ὠθεῖν—] Sumtum ex Herodoto III. 78: ἦν γὰρ δὴ θάλαμος ἐσέχων ἐς τὸν ἀνδρεῶνα· εἰς τοῦτον καταφεύγει (ὁ Μάγος) θέλων αὐτοῦ προθεῖναι τὰς θύρας· καί οἱ συνεισπίπλεσι τῶν ἐπὶα δύο, Δαρεῖός τε καὶ Γωβρύης· συμπλακέντος δὲ Γωβρυέω τῷ Μάγῳ, ὁ Δαρεῖος ἐπεςεὼς ἠπόρει, οἷα ἐν σκότει, προθυμεόμενος μὴ πλήξῃ τὸν Γωβρύην· ὁρέων δέ μιν

ἀργὸν ἐπεσεῶτα ὁ Γωβρύης, εἵρετο ὅ, τι οὐ χρῆται τῇ χερί· ὁ δὲ εἶπε, Προμηθεόμενος σέο, μὴ πλήξω· Γωβρύης δὲ ἀμείβετο, Ὦθει καὶ δι' ἀμφοτέρων τὸ ξίφος. Δαρεῖος δὲ πειθόμενος, ὡσέ τε τὸ ἐγχειρίδιον, καὶ ἔτυχέ κως τοῦ Μάγου. Præter citatos Weſſelingio ſcriptores, hinc ſua duxerunt Valerius Maximus III. 2. Ext. 2. qui temere facta duorum virorum confundit: *Age, Darii quantus ardor animi? qui cum ſordida et crudeli Magorum tyrannide Perſas liberaret, unumque ex iis obſcuro loco abjectum corporis pondere urgeret, præclari operis ſocio plagam ei inferre dubitanti, ne, dum Magum petit, ipſum vulneraret: Tu vero, inquit, nihil eſt quod reſpectu mei timidius gladio utaris: vel per utrumque illum agas licet, dum hic quam celerrime pereat.* Imitatur Ariſtides Or. Athen. ad Theb. T. I. p. 502: ὁμοιότατον πείθων (Φίλιππος), ὥσπερ ἂν εἰ δυοῖν ἀνδροῖν ἐχθρῶν ἐπιὼν, τὸν μέσον καὶ πρὸς αὐτοῦ τοῦτ' ἀνέπειθε, ὅτι δι' αὐτοῦ τὸ σιδήριον ὥσας ἀποκτενεῖ τὸν ἕτερον, αὐτοῦ δὲ ἀφέξεται. Or. Platon. II. p. 236: ἀλλ', ὦ πάντων θαυμάσιε Πλάτων, μὴ δι' ἀμφοῖν ὦθει, καὶ ταῦτ' οὐ διὰ τῶν φίλων ἑνὸς καὶ τῶν ἐχθρῶν, ἀλλὰ διὰ σαυτοῦ τε καὶ τούτων, οὓς φίλους εἰκὸς ἦν μᾶλλον ἡγεῖσθαι.

50. F. Ἐρρέτω φίλος σὺν ἐχθρῷ] Verſus Tragici incerti, quem in Metrica Proverbia retulit A. Schottus, 1283: eumdem Latine poſuit Cicero in Orat. pro Rege Dejotaro Cap. IX: *De Domitio dixit verſum Græcum eadem ſententia, qua etiam nos habemus Latinum,* " *Pereant amici, dum* " *una inimici intercidant.*" Videatur et Eraſmus Adag. p. 1883.

p. 51. B. ὑπάγεται ἡδοναῖς] Ita omnes libri, excepto Turn. ἐπάγεται: quod fere eodem redit. Recte vertit Xylander, *delinit voluptatibus.* Ita Plutarchus frequens eſt in hoc verbi et ſignificationis uſu, ut ſit vel in bonam partem *conciliare ſibi quem*; vel etiam in malam, *ſibi quem ſubjicere:* veluti Vitar. p. 337. A. 398. C. 479. C. 492. B. 495. C. 655. B. 915. D. 941. B. 926. F.

51. B. πυρὸς καὶ ὕδατος ὁ φίλος ἀναγκαιότερος—] Proverbium etiam a Cicerone laudatum De Amicitia Cap. VI: *Itaque non aqua, non igne, ut aiunt, pluribus locis utimur, quam amicitia.* Notavit etiam Eraſmus Adag. p. 112.

51. C. Οὐ παῖς Ἀχιλλέως—] Proverbiale, quo utitur Plutarchus in Alcibiade p. 203. D: ἐν γοῦν τῇ Λακεδαίμονι πρὸς τὰ ἔξωθεν ἦν εἰπεῖν, Οὐ παῖς Ἀχιλλέως, ἀλλ' ἐκεῖνος εἴη ἂν αὐτὸς, οἷον Λυκοῦργος ἐπαίδευσε. Retulit in Proverbia Metrica A. Schottus, 757. Iambus Tragici esse videtur, Οὐ παῖς Ἀχιλλέως, ἐκεῖνος δ' αὐτὸς εἶ, ad Neoptolemum dictus; quali sensu fere ipse dicit apud Sophoclem Philoctete 355: —καί μ' εὐθὺς ἐν κύκλῳ στρατὸς Ἐκβάντα πᾶς ἠσπάζετ', ὀμνύντες βλέπειν Τὸν ἀκέτ' ὄντα ζῶντ' Ἀχιλλέα πάλιν.

51. C. τὴν παῤῥησίαν—] De hac per totum hunc librum præcipitur, v. c. p. 55. B. 59. A—E. 60. B. D. 61. A—C. 66. A—E. 67. E. 68. B—F. 69. A. C. E. 70. B. E. 71. B. D. 72. B. E. F. 73. A. B. D. 74. A—E. Isocrates Epist. ad Philipp. p. 712: παῤῥησίαν, οὐχ ἣν οὐ προσῆκεν, ἀλλὰ τὴν εἰκότως ἂν μέγιστον γιγνομένην σημεῖον τῆς εὐνοίας τῆς πρὸς τοὺς φίλους. Philo Jud. Quis Rer. Div. Hæres p. 484. C: παῤῥησία δὲ φιλίας συγγενές· ἐπεὶ πρὸς τίνα ἄν τις ἢ πρὸς τὸν ἑαυτοῦ φίλον παῤῥησιάσαιτο. Ib. p. 485. C: μήτε ἄνευ εὐλαβείας παῤῥησιάζεσθαι, μήτε ἀπαῤῥησιάστως εὐλαβεῖσθαι.

51. C. ἐπιλλώπησαν] *Superciliis adnictantem*, non male reddidit Xylander. A primitivo ἴλλω, *volvo*, unde ἴλλος, *oculus*, est ἐπιλλίζειν, *volubiles oculos cui adjicio*: et compositum pleonasticum ab ὄπω, ὄπιω, *video*, ἰλλώπιω. Videatur præter Stephanum Thes. L. Gr. T. I. p. 1919. Hemsterhusius ad Pollucem II. 52. et uberrime ad Hesychium voc. ἰλλώπιειν T. II. p. 42; aliquid etiam J. Marklandus Explicat. Vet. Loc. p. 246. In margine codicis A. est ab eadem manu scholion, et item in E. et C: ὀφθαλμοῖς διανεύσαν· ἴλλος γὰρ ὁ ὀφθαλμὸς, ἔπιλλος δὲ ὁ διάστροφος τοῖς ὀφθαλμοῖς: mutilum exstat in Voss. et Mosc. 1.

51. D. δυσφώρατος] Ter in hoc libro occurrit, ubique magna cum varietate. Hic plurimi libri δυσφωρότατος, C. E. F. Mosc. 1. 2. Voss. at Harl. 1. Turneb. δυσφορώτατος: tum Venet. a prima manu δυσφωράταλος, vitiose: deinde D. et Venet. a secunda manu δυσφωρατότατος: reliqui cum vulgata consentiunt. Δύσφωρος item probum est vocabulum, ut εὔφωρος, κατάφωρος, περίφωρος: nec minus δυσφώραλος probum, et usurpatum in Positivo quidem gradu, sed in

Superlativo magis δυσφωρότατος a δύσφωρος, quam δυσφωρατότατος a δυσφώρατος uſitatum fuiſſe dicam. Idque in aliis vocabulis factitatum reperimus, ut ſimilium ſyllabarum una omitteretur, ne ingratus ſonus aures offenderet. Sic in Plutarcho Sympoſ. IV. p. 660. C: εὐτυπωτάτων dicitur, quaſi ſit ab εὔτυπος, quamquam ſenſus requireret εὐτυπωτοτάτων ab εὐτύπωτος. Craſſo p. 556. C. εὐχειρώτατον, ubi codex Moſc. habet εὐχειρότατον ſaltem ad proſodiam rectius, at ſententia loci requirit εὐχειρωτότατον, *facillimum ad ſubigendum* ab εὐχείρωτος. Artaxerxe p. 1024. C: τῶν θηρίων τὰ ἀτιθάσσευτα καὶ δυσεξημερώτατα, debebat vel Poſitivus eſſe δυσεξημέρωτα, vel Superlativus δυσεξημερωτότατα. In Xenophonte Cyropæd. I. p. 35. B. εὐχειροτάτης, et Œcon. VIII. 4. εὐχειρότατον: ubi quod Stephanus corrigi volebat, εὐχειρωτοτάτης et εὐχειρωτότατον, tamquam certiſſimas emendationes recepit Zeunius: perperam illi quidem. Strato Epigram. LXXXVIII. apud Brunckium Analect. ad apem: —Οὐ παύσῃ βομβεῦσα, καὶ ἀνθολόγοισι θέλουσα Ποσσὶν ἐφάψασθαι χρωτὸς ἀκηρατάτης: pro ἀκηρατωτάτης ab ἀκήρατος, *incorruptus*, *immortalis*, ſumſit Superlativum nominis ἄκηρος, itaque duplici ſignificatione vim acuminis auxit; eſt enim et *ſine cerâ*, *non idoneus ceræ*, a κηρὸς, et *incorruptus*, *immortalis*, a κὴρ, *fatum*, *corruptio*. Eodem modo ab ἀλλόκοτος Plato Comicus fecit ἀλλοκώτερον et ἀλλοκάτατον, teſte Lexico Sangermanenſi, quod Ruhnkenius citavit ad Timæum p. 24. Τραγῳδιδάσκαλος, Κωμῳδιδάσκαλος, pro Τραγῳδιοδιδάσκαλος, Κωμῳδιοδιδάσκαλος, de cujus ſcriptura et Sylburgius et T. Hemſterhuſius ad Plut. Ariſtophanis p. 89. dubitant. Latini a *pœnitet* Futurum Participii fecerunt *pœniturum*, non *pœnititurum*: de quo Forcellinus in Lexico. Ergo decurtatæ hujus formæ uſus ſatis extra dubium poſitus eſt. Quamquam et plena forma in uſu manſit, apud eos præſertim, qui tantum auribus non dandum cenſerent: ex quo genere eſt apud Pſeudo-Plutarchum Placit. Philoſ. III. 3. p. 893. E. πολυσωματωτέρῳ: Galenum Protreptico Cap. IV. T. II. p. 4. D: πάντων σχημάτων ἑδραιότατόν τε καὶ ἀμεταπτωτότατον ἔχει τὸν κύβον.

51. D. ὑλήμασι] Habet Plutarchus Quæſt. Nat. p. 911.

E: ἐν τῇ ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ βλαστάνειν ὑλήματα καὶ φυτά. Ibid. p. 917. E: τῶν φυτῶν καὶ τῶν ὑλημάτων ὀσμαί. Alia ex Theophrasto apponit H. Steph. Thes. L. Gr. T. IV. p. 741. Cæterum hoc loco significantur polypodis conversiones, de quibus nominatim dicitur mox p. 52. F.

51. D. ἦ φησιν ὁ Πλάτων] Phædro p. 341. G. reprehendens *amatorem* ἀλλοτρίοις τε χρώμασι καὶ κόσμοις, χήτει οἰκείων, κοσμούμενον. Philo Jud. De Merced. Meretric. p. 862. A. in rhetorica amplificatione exempli Xenophontei de Virtute et Voluptate, Memor. Socr. II. 1: μύρων εὐωδεστάτων ἀποπνέουσα, τὴν ἀγορὰν οἰκίαν νομίζουσα, τριοδῖτις σοβᾷς, χήτει γνησίου κάλλους τὸ νόθον μεταδιώκουσα. Synesius imitando variavit ad tyrannos transferens, Or. de Regno p. 20. A: τύραννοι δὲ εἰ θαυματοποιοῦσι κρυπτόμενοί τε καὶ σὺν ἐκπλήξει φαινόμενοι, φθόνος ἐδεὶς, χήτει σεμνότητος ἀληθινῆς ἐπὶ προσποίησιν καταφεύγειν. Damascius MS. citatus Th. Galeo ad Jamblichum, De Mysteriis Ægypt. p. 196: αἱ νύμφαι ἀλλοτρίῳ κόσμῳ κοσμούμεναι χήτει οἰκείων. Alia de Platonis dicto notavit Ruhnkenius ad Timæi Gloss. Platon. voce Χητεῖ.

51. E. Γέρων γέροντι—πειρωμένῳ] Primum versum habet Sextus Empiricus Advers. Mathem. I. 298. p. 282. ubi Fabricius hunc Plutarchi locum citans, ait se suspicari Menandri esse hos versus: at conjectura magis probabili tribuit Euripidi Valckenarius Diatrib. p. 148.

51. E, F. ὥσπερ ἔν τισι νομαῖς θηρίου—τιθασὸς γένηται καὶ συνήθης] Suavis imago, quam a Platonis exemplo venisse dicam, qui adulatorem populi, demagogum hac disciplina institutum dicit, Republ. VI. p. 472. F: οἷόν περ ἂν εἰ θρέμματος μεγάλου καὶ ἰσχυροῦ τρεφομένου τὰς ὀργάς τις καὶ ἐπιθυμίας καταμάνθανεν, ὅπη τε προσελθεῖν χρὴ, καὶ ὅπῃ ἅψασθαι αὐτοῦ, καὶ ὁπότε χαλεπώτατον ἢ πραότατον καὶ ἐκ τίνων γίγνεται· καὶ φωνὰς δὴ ἐφ' οἷς ἑκάστοις (ἑκάστοις forte leg.) εἴωθε φθέγγεσθαι, καὶ οἵαις αὖ ἄλλου φθεγξομένου ἡμεροῦταί τε καὶ ἀγριαίνει· καταμαθὼν δὲ ταῦτα πάντα ξυνουσίᾳ τε καὶ χρόνου τριβῇ, σοφίαν τε καλέσειε, καὶ ὡς τέχνην συστησάμενος ἐπὶ διδασκαλίαν τρέποιτο. Cui loco geminus est hic in Epistola V. p. 710. F: ἔστι γὰρ δή τις φωνὴ τῶν πολιτειῶν ἑκάστης, καθαπερεί τινων ζώων· ἄλλη μὲν δημοκρατίας, ἄλλη δ' ὀλιγαρχίας, ἡ δ' αὖ μοναρχίας. Huic in simili argumento

convenit ſententia Ariſtotelis Ethic. Nicomach. IX. 9: συναιθάνεθαι ἄρα δεῖ τὸ φίλε ὅτι ἐσί· τοῦτο δὲ γένοιτ' ἂν ἐν τῷ συζῆν καὶ κοινωνεῖν λόγων καὶ διανοίας· οὕτω γὰρ ἂν δόξειε τὸ συζῆν ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων λέγεθαι, καὶ οὐχ, ὥσπερ ἐπὶ τῶν βοσκημάτων, τὸ ἐν τῷ αὐτῷ νέμεθαι. Conferendus ipſe Plutarchus in eadem comparatione verſans hac pagina, C. et 57. A. ἀψοφητὶ οἷον θρέμματος ἐπιψαύων καὶ ἀποπειρώμενος. Dione p. 965. C. De Verbo συναναχρώννυθαι diximus p. 4. E. 16. F.

51. E—52. A. ὑπερβάλλειν σὺν ἐκπλήξει] Sic eos notat Juvenalis Sat. III. 100:

Natio comœda eſt: rides? majore cachinno
Concutitur: flet, ſi lacrymas conſpexit amici,
Nec dolet: igniculum brumæ ſi tempore poſcas,
Accipit endromidem: ſi dixeris, Æſtuo, ſudat.
Non ſumus ergo pares: melior qui ſemper et omni
Nocte dieque poteſt alienum ſumere vultum,
A facie jactare manus, laudare paratus
Si bene ructavit, ſi rectum minxit amicus,
Si trulla inverſo crepitum dedit aurea fundo.

p. 52. A. ὁμαλότητα] *æquabilitatem.* Vox propria in hac re, et neceſſaria in hoc loco: et aliis et Plutarcho frequens. Videatur Opp. Mor. p. 620. F. 649. D. 695. F. Plato Leg. VI. p. 622. C, D, E. et 624. G. cum ὁμοιότης jungitur. Eſt autem ὅμοιος, *alii ſimilis*, ὁμαλὸς, *ſibi ipſe ſimilis, æquabilis, non mutabilis nec varius.* Conferatur Ariſtoteles Poetic. Cap. 15.

52. A. ὁμοιοτρόπου] Altera ſcriptura ὁμοιοτρόπῳ ſi probetur, cum ἐλευθέρῳ tamquam ſubſtantivum jungenda ſit: Opp. Mor. p. 542. C: ὁμοιοτρόπους ἐπαινοῦντες, *qui laudant alios ſimilibus, atque ipſi ſunt, moribus præditos.* p. 1137. B. et ὁμοιοτρόπως, 896. A.

52. A. ἐσίαν ἤθες—βίον ζητῶν] Hujuſmodi hominis deſcriptionem poſuit Plutarchus De Amicor. Multitud. p. 97. A. ubi item dicitur ἰδίαν ἤθες ἑσίαν οὐκ ἔχειν: eleganter ſane, ſiquidem et paraſitus eſt ἄοικος καὶ ἀνέσιος. Pro ζητῶν Pol. Jannot. Mez. habent ζῶν: utrumque habet, quo ſe tueatur.

52. B. μεταιρόμενον] *Aqua e loco in alium locum ſublata:*

aliud tamen, quodvis eorum quæ in Emendationibus posui, malim. Aliter occurrit apud Plutarchum Adv. Epicur. p. 1089. D. —εὐπάθειαν ἄνω καὶ κάτω μεταίροντες ἐκ τοῦ σώματος εἰς τὴν ψυχὴν, εἶτα πάλιν ἐκ ταύτης εἰς ἐκεῖνο, τῷ μὴ ῥέγειν ἀποῤῥέουσαν καὶ περιολισθαίνουσαν: hoc enim loco notio fluendi et liquoris non est a μεταίρω, sed ab *anima tamquam pertuso vase:* et plane conveniat cum comparatione ægrotantis e loco in alium locum translati, ut est in Ephemeridibus Alexandri p. 706. D. μεταρθὲις κατέκειτο παρὰ τὴν μεγάλην κολύμβηθραν. Simpliciter Demosthenes De Falsa Legat. p. 222. C: τὸ ψήφισμα ἐπεχείρησαν κινεῖν καὶ μεταίρειν. Dion Chrys. Or. XLVII. p. 527. B: ἐψηφίσαντο τὰ μνήματα μεταίρειν.

52. B. πίθηκος] Quod quidem libri habent ὦτος, vel a Plutarcho est, vel a perito correctore: hoc enim ipsum de Oto, avi e genere noctuarum, tradit Plutarchus De Animal. Solert. p. 961. E: ὁ δὲ ὦτος αὖ πάλιν ἁλίσκεται γοητευόμενος, ὀρχουμένων ἐν ὄψει μεθ' ἡδονῆς ἅμα ῥυθμῷ γλιχόμενος τοὺς ὤμους εὖ διαφέρειν. Aristoteles Hist. Animal. VIII. 12: eadem fere: Ὁ δὲ ὠτὸς ὅμοιος ταῖς γλαυξὶ, καὶ περὶ τὰ ὦτα πτερύγια ἔχων· ἔνιοι δὲ αὐτὸν νυκτικόρακα καλοῦσιν· ἔστι δὲ κόβαλος καὶ μιμητὴς, καὶ ἀντορχούμενος ἁλίσκεται, περιελθόντος θατέρου τῶν θηρευτῶν, καθάπερ γλαύξ. Hinc sua habet Athenæus IX. p. 390. F.

52. B. συγκονιούμενος] Vel hoc, vel συγκονιόμενος, probandum: Stephanus receptæ lectionis, pro vetere falsa συγκινούμενος, rationem reddit in Thes. L. Gr. T. II. p. 340: et συγκονίω forma est proba, de qua idem p. 338. et firmatur simplicis verbi κονίειν auctoritate frequentis in re palæstrica. Nam hoc ipsum συγκονιεῖσθαι vel συγκονιοῦσθαι, alibi semel legimus idque in Plutarchi loco gemino, de homine ad multorum se mores componente, in libro De Amicor. Multitud. p. 97. A. φιλολόγοις συναναγινώσκοντος, καὶ παλαισταῖς συγκονιόμενον, καὶ φιλοθήροις συγκυνηγετοῦντος, καὶ φιλοπότοις συμμεθυσκομένου, καὶ πολιτικοῖς συναρχαιρεσιάζοντος, ἰδίαν ἦθος ἕξιν οὐκ ἔχοντος. Simplex κονίεσθαι habet idem, Amatorio p. 752. A: κονίεται καὶ ψυχρολουτεῖ, *luctatur in palæstra, et lavat frigida:* Solert. Animal. p. 966. C: ταύ-

ρων ἐπὶ μάχῃ κονιομένων, *taurorum ad pugnam se pulvere conspergentium.* 980. E: ὥσπερ ἀθλητὴν κονιόμενον. Philo Jud. ap. Euseb. Præp. Evang. VIII. p. 388. A: ἄν τι κερδανεῖν ἐπελπίσωμεν, κοινώμεθα καθάπερ τυφλοὶ, præstat alterius MS. lectio κονιόμεθα, *pulvere nos respergimus, ut athletæ, et ita cæci ad lucrum ruimus.* Strabonis X. p. 745. A. κωνειάζεσθαι, *cicutam bibere,* Stephanus Byzant. voc. Ἰουλὶς mutavit in ἀγωνίζεσθαι, quod forte in libro suo haberet κονίεσθαι vel κονίζεσθαι, quod est *luctari, certare in palæstra:* sic recte suspicatur Casaubonus, nec opus ἀκονίζεσθαι comminisci cum J. Kuhnio ad Ælian. Var. Hist. III. 38. Galenus Protrept. Cap. XIII. p. 14. A: τοὺς οἰκοδόμους οἵοί τ' εἰσὶ καταβάλλειν ἐν παλαίστρᾳ τε καὶ σαδίῳ· τάχ' οὖν ἐπὶ τῷ δι' ὅλης ἡμέρας κονίεσθαι δικαιοῦσιν—: *forte justum putant et concessum sibi esse gloriari, quia per totum diem pulvere conspergantur.* Aristides Orat. pro IV. viris T. II. p. 174. Miltiadem vocat, ἄνδρα οὕτως αὐχμῶντα καὶ κεκονιμένον κάλλιον ἢ τῶν παλαισάντων καὶ τῶν γυμνασικῶν ὁσισοῦν. Addatur et Pollux III. 153. P. Faber Agonistico I. p. 58. J. Kuhnius Indice Æliani Var. Hist. voce Κόνις. L. Kusterus ad Aristoph. Eccles. 291.

52. B. παλεύει] *allicit ut aviculas.* Scholion idem in A. C. F. Voss. Venet. παλεύειν, τὸ ἐξαπατᾶν· καὶ παλεύτριαν περισερᾶ, αἱ ἐξαπατῶσαι. Vid. Hesychium in voce. Verbum diligenter expositum et exemplis confirmavit H. Stephanus Indice Thes. L. Gr. p. 1576. Plutarchus Sylla p. 469. E. eadem in tralatione ponit: Σύλλας δὲ ταῖς εἴκοσι σπείραις, ὥσπερ ἠθάσιν ὄρνισι, τεσσαράκοντα τὰς τῶν πολεμίων παλεύσας, ἀπήγαγεν εἰς τὸ στρατόπεδον ἅπαντας· *viginti per cohortes, tamquam per cicures aviculas, quadraginta hostium cohortes allicions, omnes in sua castra abduxit.* Plautus idem in animo habuit Bacchid. I. 1. 17: *Duæ unum expetitis palumbem.* Pœnulo III. 3. 63: *Nos tibi palumbem ad aream usque adduximus: Nunc te illum melius capere, si captum esse vis.* Atque a Græca origine verbi venit Latinum *palumbes.* Unus Mosc. 1. habet πολεύει, minus aptum huic loco, nec tamen non probum, *tractat, versat, agitat,* unde αἴπολος, *caprarius.* Hesychius in Πολεύειν. Valckenarius Diatrib.

in Euripid. Fragm. p. 246. Philoni Judæo De Somniis I. p. 598. C. —τερατοσκόποι δεινοὶ πάλεῦσαι, καὶ κατεπᾴσαι, καὶ γοητεῦσαι, recte ex Med. codice reſtituit Mangeyus pro παλαῖσαι.

52. B. τὰ τῆς Φαίδρας] Euripidis in Hippolyto 218. Eamdem dictionem reponit Plutarchus De Solert. Animal. initio p. 959. B. Imitati ſunt poetæ: Tibullus Carminis IV. 3. 11. *Sed tamen, ut tecum liceat, Cherinte, vagari, Ipſa ego per montes retia torta feram: Ipſa ego velocis quæram veſtigia cervæ, Et demam celeri ferrea vincla cani. Tunc mihi, tunc placeant ſilvæ; ſic, lux mea, tecum Arguar ante ipſas concubuiſſe plagas.* Jamque antea certius, Ovidius Heroid. Ep. IV. 41. Phædræ ad Hippolytum: *In nemus ire libet, preſſiſque in retia cervis, Hortari celeres per juga ſumma canes.* Scriptor Oraculi relati ab Œnomao in Euſebii Præp. Evang. V. p. 192. B: Καὶ βαλίαις σκυλάκεσσι βαθυσκοπέλους ἀνὰ πρῶνας, Θῆρας ὀρειονόμους (μέλει) ἐλάειν Λητώϊδι κούρῃ.

52. C. οὐδὲν αὐτῷ πρᾶγμα πρὸς τὸ θηρίον] De hac dictionis forma egit Valckenarius ad Herodot. V. 33. Demoſthenes Midian. p. 412. B.

52. C. πώγων ποδήρης καθεῖται] Notum in vulgus philoſophorum inſigne barba. Plutarchus de vere philoſophantibus, in libro De Progreſſu in Virtute p. 81. C: παυόμενοι τοῦ διὰ πώγωνα καὶ τρίβωνα φρονεῖν μέγα, τὴν ἄσκησιν ἐπὶ τὴν ψυχὴν μεταφέρουσι. Phœnicidas ap. Stob. Serm. VI. p. 80. meretricem narrantem faciens: Τρίτῳ συνέζευξ' ἡ τύχη με φιλοσόφῳ, Πώγων' ἔχοντι, κἠ τρίβωνα, κἠ λόγον. Elegans conſtructio nominis cum hoc verbo. Lyſandri p. 433. E. ſtatua, πώγωνα καθειμένα γενναῖον. Sic de Laconibus in Phocione p. 746. B: Ἀρχιβιάδης ἐπικαλούμενος Λακωνιστὴς, πώγωνά τε καθειμένος ὑπερφυῆ μεγέθει καὶ τρίβωνα φορῶν ἀεὶ καὶ σκυθρωπάζων. Antonio p. 923. C: βαθὺς πώγων—καθειμένος. Ibidem p. 953. A. Philoſtratus haberi ſe volens Academicum πώγωνα πολιὸν καθείς. Epictetus Diſſert. II. 23: Νῦν δὲ τί ἐστιν, Ἐπίκτητε,—τὸ τὸν πώγωνα καθεικός; IV. 8: οἱ καλούμενοι φιλόσοφοι ἀπὸ τῶν κοινῶν τὸ πρᾶγμα μετίασιν· εὐθὺς ἀναλαβόντες τρίβωνα, κἠ πώγωνα καθέντες, φασὶν, Ἐγὼ

φιλόσοφός εἰμι. Lucianus T. I. p. 214. 579. III. p. 33. Interpretes ad Thomam Mag. p. 482.

52. C. καὶ τριβωνοφορία τὸ σχῆμα καὶ ἀδιαφορία, ἢ διὰ σώματος οἵ τε ἀριθμοὶ—Πλάτωνος] Numeri, rectangula, triangula Platonis, nil huic loco adferunt difficultatis: ſed ἀδιαφορία utrum jungi debeat cum σχῆμα, an cum διὰ σώματος, non ſatis in promtu eſt. Si prius valet, ſenſus hic ſit, *habitus conſtat geſtatione pallii et indifferentiæ ſpecie:* ſin alterum, *in ore ſunt indifferentia et numeri figuræque Platonis*, ſed καὶ ante διὰ σώματος delendum: et hoc equidem malim. Sed utrumvis verum ſit, certe Plutarchus paronomaſiæ gratiam quæſivit in vocibus ejuſdem formæ ac terminationis τριβωνοφορία et ἀδιαφορία. Philoſophorum non minus notum fuit inſigne *pallium* quam *barba:* itaque in illorum ſignificatione ac notatione, utrumque ſæpe conjungitur; ut in locis modo antecedente animadverſione appoſitis vidimus. Sic idem Epictetus Diſſ. III. 1. p. 352: Ἀλλ' ὅμως ἐπείπερ κατακρίθην πώγωνα ἔχειν πολιὸν καὶ τρίβωνα, καὶ σὺ εἰσέρχῃ πρὸς ἐμὲ ὡς πρὸς φιλόσοφον—. IV. 8. p. 633. Οὗτος φιλόσοφος. Διὰ τί; Τρίβωνα γὰρ ἔχει καὶ κόμην. Plutarchus Ad Principem Indoct. p. 782. A. *Diogenis Cynici* Ἀλέξανδρος ζηλοτυπῶν τὸν τρίβωνα καὶ τὴν πήραν. De Ære Alieno p. 831. E: Κράτης ὁ Θηβαῖος—τρίβωνα καὶ πήραν ἀναλαβὼν εἰς φιλοσοφίαν ἢ πενίαν κατέφυγεν. De Eſu Carn. p. 995. D. De Orac. Defect. 413. B. Alexandro 695. B. Lucianus Piſcat. T. I. p. 579. Muſonius ap. Stob. Serm. LXXVII. p. 460. ταῦτα μὲν ποιῶν, εὐθὺς φιλοσοφοίης ἄν, ἢ οὔτε τρίβωνα πάντως ἀμπέχεσθαι δεήσει σε, οὔτε ἀχίτωνα διατελεῖν, οὔτε κομᾶν, οὐδ' ἐκβαίνειν τὸ κοινὸν τῶν πολλῶν· πρέπει μὲν γὰρ ἢ ταῦτα τοῖς φιλοσόφοις· ἀλλ' οὐκ ἐν τούτῳ τὸ φιλοσοφεῖν ἐστιν, ἀλλ' ἐν τῷ φρονεῖν ἃ χρὴ καὶ διανοεῖσθαι. Neque tamen fuit hoc omnium conſtans philoſophorum veſtimentum, ſed inde fere a Socrate in primis eorum, qui corporis duritiem conſectarentur, Antiſthenis, Cynicorum, et Stoicorum qui Cynicis ſimiles fieri vellent: non item continuo Platonicorum, Ariſtotelicorum, Cyrenaicorum et reliquorum: quo in cultu quam diverſa fuerit ratio diſcipulorum Xenocratis ac Theophraſti a ratione Cratetis, jucundum eſt legere in

disputatione Teletis apud Stob. Serm. XCV. p. 523, 524. De Cynicorum cultu seu potius nuditate, qui, sine tunica et calceis, solum habebant pallium duplex, alibi dicendi erit locus. Nomen τριβωνοφορία, præter hunc, uno loco apud Plutarchum est Isid. et Osir. p. 352. C: οὔτε γὰρ φιλοσόφους ϖωγωνοτροφίαν, ὦ Κλέα, καὶ τριβωνοφορίαν ϖοιοῦσιν: et verbum τριβωνοφορέω, mox hac pagina, E. Alia etiam hac de re possunt legi apud O. Ferrarium De Re Vestiaria Part. II. Lib. IV. et Cl. Salmasium ad Tertullianum De Pallio p. 65. 82. Ἀδιαφορία etiam *in ore est*, indifferentia erga res externas, nec bonas nec malas, Aristoni Stoico erat summum bonum, teste Cicerone, Academ. II. 42: *Huic summum bonum est in his rebus in neutram partem moveri.* Quo loco *Huic* accipiendum *Aristoni*, non *Zenoni*, ut fecit J. Uptonus Indice Epicteti, ubi cæterum de Philosophorum professione ἀδιαφορίας complura notat: conferatur Diogenes Laertius VII. 160. ibique Menagius. Σχῆμα præferam alteri lectioni, quamquam ne illi quidem spernendæ χρῆμα, *totum negotium est pallii gestatio et jactatio indifferentiæ ac numerorum triangulorumque Platonis.* Sed σχῆμα proprium fere est de habitu et vestitu Philosophorum. Sic in De Profectu Virtut. p. 81. B: τῶν φιλοσοφεῖν βουλομένων νέων οἱ μάλιστα κενοὶ καὶ βάρος οὐκ ἔχοντες, θράσος ἔχουσι καὶ σχῆμα καὶ βάδισμα καὶ ϖρόσωπον ὑπεροψίας καὶ ὀλιγωρίας μεστόν· item 84. E. Alciphron in Epistola Thaidis ad Euthydemum I. 34: Ἐξ οὗ φιλοσοφεῖν ἐπενόησας, σεμνός τις ἐγένου, καὶ τὰς ὀφρῦς ὑπὲρ τοὺς κροτάφους ἐπῆρας· εἶτα σχῆμα ἔχων καὶ βυβλίδιον μετὰ χεῖρας, εἰς τὴν Ἀκαδημίαν σοβεῖς: ubi videatur St. Berglerus. Athenæus XI. p. 509. elegantem apponit Ephippi Comici locum, unde apparet Platonis discipulos cum barba delicatiorem habitum conjunxisse, nec τρίβωνα, sed χλανίδα indutos fuisse: quem locum emendatiorem edidit H. Grotius Excerpt. Comic. p. 677. ita tamen ut aliis aliquid expurgandum relinqueret: veluti certe hac in posteriore parte, quæ imaginem adolescentis Philosophi ad dicendum surgentis continet:

Εὖ μὲν μαχαίρᾳ ξύς' ἔχων τριχώματα,
Εὖ δ' ὑποκαθιεὶς ἄτομα ϖώγωνος βάθη,

Εὖ δ' ἐν πεδίλῳ πόδα τιθεὶς ὑπόξυρον
Κνήμης ἱμάντων ἰσομέτροις ἑλίγμασιν,
Ὄγκῳ τε χλανίδος εὖ τεθωρακισμένος,
Σχῆμ' ἀξιόχρεων ἐπικαθεὶς βακτηρίᾳ,
Ἀλλότριον οὐκ οἰκεῖον, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ.

Verſu tertio Cod. Flor. Gronovii habet ὑπόξηρον: vulgata Athenæi lectio, ὑπὸ ξυρὸν, aliud videtur latere: verſu quarto ἱμάντων pro vulgato ἱματίων idem ille exhibet codex. Equidem ita conjeci:

Εὖ δ' ἐν πεδίλῳ πόδα δεθεὶς ὑπὸ σφυρὸν
Κνήμης ἱμάντων ἰσομέτροις ἑλίγμασιν.

Beneque in calceo ligatus pedem ſub malleolo Cruris, vinculorum æqualibus voluminibus. In ultimo verſu dicam alludi ad nobile illud Platonis dictum —ἀλλοτρίοις χρώμασι καὶ σχήμασι χήτει οἰκείων κοσμούμενον: de quo diximus modo ſupra p. 51. D. Epictetus Diſſ. IV. 8. cui inſcriptio eſt Πρὸς τοὺς ταχέως ἐπὶ τὸ σχῆμα τῶν φιλοσόφων ἐπιπηδῶντας. p. 634: Καὶ ποία ἄλλη τέχνη ἀπὸ σχήματος ἀναλαμβάνεται ἢ κόμης: *eſt enim philoſophi profeſſio non illa*, ἔχειν τρίβωνα καὶ κόμην, *ſed hæc*, ἀναμάρτητον εἶναι: *hanc qui non ſervat, is* ἀσχημονεῖ. Dion Chryſ. Or. XXXIV. p. 413. D: τοὺς ἐν τούτῳ τῷ σχήματι, συνήθες μέν ἐστι τοῖς πολλοῖς Κυνικοὺς καλεῖν. XLIX. p. 539. C: ὁπόταν δὲ ταῦτα διεξίω περὶ τῶν φιλοσόφων, μηδείς με ἡγείσθω πρὸς τὸ σχῆμα ἀφορῶντα λέγειν καὶ πρὸς τὸ ὄνομα. Lucianus Dialog. Mort. T. I. p. 368. Mercurium philoſopho involucra detrahentem his verbis utentem inducit, Κατάθου σὺ τὸ σχῆμα πρῶτον: hoc *veſtimentum* modo dixerat ſub perſona Menippi ad Mercurium dicentis: Φιλόσοφός τις (ἐστὶ), ὦ Ἑρμῆ· μᾶλλον δὲ γόης, καὶ τερατείας μεστός· ὥστε ἀπόδυσον καὶ τοῦτον· ὄψει γὰρ πολλὰ καὶ γελοῖα ὑπὸ τῷ ἱματίῳ κρυπτόμενα. Philoſtratus Vita Apollon. VII. 4. p. 282: de expulſis ſub Domitiano philoſophis: φιλοσοφία δὲ οὕτω τι ἔπληξεν, ὡς ἀποβαλόντες τὸ σχῆμα, οἱ μὲν ἀποδράναι σφῶν εἰς τὴν Κελτῶν Ἑσπέραν, οἱ δὲ εἰς τὰ ἔρημα Λιβύης τε καὶ Σκυθίας. Herodianus Hiſtor. I. 9. 8: ἀνὴρ φιλοσόφου φέρων σχῆμα· βάκτρον γὰρ ἦν αὐτῷ μετὰ χεῖρας, ἡμιγύμνου τε αὐτῷ ἐκκρεμὴς πήρα· εἰσοδραμὼν, καὶ σὰς ἐν μέσῃ τῇ σκηνῇ—.

52. C. Αὐτὰρ ὁ γυμνώθη—] Odyſſ. X. 1.

52. D. κατακείρεται δ' ὁ κώγων ὥσπερ ἄκαρπον θέρος] Pleraque et facta et dicta Adulatoris Plutarchum e Comœdiis ſumſiſſe credibile eſt, non ſolum quod in pleriſque veſtigia modorum apparent, ſed quod res ipſa comicam habet formam. Veluti hic, Κατακείρεται κώγων ὥσπερ ἄκαρπον θέρος: et idem imitatus eſt Mich. Pſellus in Laudatione Simeonis §. 5. apud Fabricium Biblioth. Gr. Vol. VI. p. 515. de philoſophis dicens: ἀλλὰ μακροὺς μὲν ἐξέθρεψαν κώγωνας, ὥσπερ ἄκαρπα θέρη, καὶ σκύθρωποι τοῖς προσώποις γεγόνασι. Simile quid in clientibus notat Juvenalis Sat. III. 186: *Ille metit barbam, crinem hic deponit amati: Plena domus libis venalibus.*

52. D. ψυκτῆρες δὲ καὶ φιάλαι, καὶ γέλωτες ἐν περιπάτοις] ψυκτὴρ quale ſit vas compotatorium, videantur citati a Ruhnkenio ad Tim. Gloſſ. Plat. in voce: et φιάλη nobis explicita in Annotat. ad Selecta Hiſt. Gr. p. 374. Riſus in ambulationibus oppoſiti ſunt philoſophorum modeſtiæ.

52. D. Ὥσπερ ἐν Συρακούσαις—ἐν Κίρκης] Plutarchus in Dione p. 963. C. de eadem re: αἰδὼς δὲ συμποσίων, καὶ σχηματισμὸς αὐλῆς, καὶ πραότης αὐτοῦ τοῦ τυράννου περὶ ἕκαστα τῶν χρηματιζομένων θαυμαστὰς ἐνέδωκεν ἐλπίδας μεταβολῆς τοῖς πολίταις· φορὰ δέ τις ἦν ἐπὶ λόγους καὶ φιλοσοφίαν ἁπάντων· καὶ τὸ τυραννεῖον, ὥς φασι, κονιορτὸς ὑπὸ πλήθους τῶν γεωμετρούντων καλεῖχεν. In Emendatione Toupii ad Longin. p. 175. noſtra editio Plutarchi vitioſe habet ἐν Κίρκης, pro ἐκ Κίρκης: ſic enim Toupius legi voluit.

52. E. τὰ τῶν μεγάλων ἔργα κολάκων, καὶ τὰ τῶν δημαγωγῶν.] Demagogos eſſe populi adulatores, fere eſt argumentum Gorgiæ Platonis: quod compluribus Orationibus confutandum ſibi propoſuit Ariſtides Sophiſta. Ab eadem ſimilitudine magnam feſtivitatis partem invenit Ariſtophanis fabula Equites. Et Ariſtoteles idem attigit exemplum, Politic. IV. 4: καὶ ὁ δημαγωγὸς καὶ ὁ κόλαξ οἱ αὐτοὶ καὶ ἀνάλογον· καὶ μάλιστα δ' ἑκάτεροι παρ' ἑκατέρων ἰσχύουσιν, οἱ μὲν κόλακες παρὰ τυράννοις, οἱ δὲ δημαγωγοὶ παρὰ τοῖς δήμοις τοῖς τοιούτοις. Dion Chryſ. Or. XXXVIII. p. 468. C, D: —πάσαις μὲν ταῖς πόλεσι, μᾶλλον δὲ ταῖς μεγάλαις, δεῖ μὲν καὶ τῶν πλουσίων, ἵνα καὶ χορηγῶσι καὶ φιλοτιμῶνται ταυτὶ τὰ νενομι-

σμένα δαπανήματα· δεῖ δὲ καὶ κολάκων ἀνδρῶν, ἵνα δημαγωγῶσιν αὐτοῖς ἥδωνται.

52. E. Ἀλκιβιάδης—] Notatio hæc Alcibiadis fere eſt locus communis in ſignificando ingenio ad omnem vitæ morem alienamque conſuetudinem ſequendam verſatili. Auctor notationis videtur fuiſſe Theopompus, a quo eam et alii ſumſerunt et Timæus: certe utriuſque Hiſtorici auctoritate eam refert Cornelius Nepos in Alcibiade Cap. IX: —*poſtquam inde* (*Athenis*) *expulſus Thebas venerit, adeo ſtudiis eorum inſerviſſe, ut nemo eum labore corporiſque viribus poſſet æquiparare. Omnes enim Bœotii magis firmitati corporis quam ingenii acumini inſerviunt. Eumdem apud Lacedæmonios, quorum moribus ſumma virtus in patientia ponebatur, ſic duritiæ ſe dediſſe, ut parſimonia victus atque cultus omnes Lacedæmonios vinceret. Fuiſſe apud Thracas, homines vinolentos, rebuſque Venereis deditos: hos quoque in his rebus anteceſſiſſe. Veniſſe ad Perſas, apud quos ſumma laus eſſet fortiter venari, luxurioſe vivere: horum ſic imitatum conſuetudinem, ut illi ipſi eum in his maxime admirarentur. Quibus rebus effeciſſe, ut apud quoſcumque eſſet, princeps poneretur, habereturque cariſſimus.* Satyrus apud Athenæum XII. p. 535: Περὶ δὲ τοῦ καλοῦ Ἀλκιβιάδη Σάτυρός ἱστορῶν, Λέγεταί, φησὶν, ὅτι ἐν Ἰωνίᾳ μὲν ὢν Ἰώνων ἐφαίνετο τρυφερώτερος· ἐν Θήβαις δὲ σωμασκῶν καὶ γυμναζόμενος, τῶν Θηβαίων αὐτῶν μᾶλλον Βοιώτιος· ἐν Θετταλίᾳ δὲ ἱπποτροφῶν καὶ ἡνιοχῶν, τῶν Ἀλευαδῶν ἱππικώτερος· ἐν Σπάρτῃ δὲ καρτερίαν καὶ ἀσφάλειαν (leg. ἀφέλειαν) ἐπιτηδεύων, ἐνίκα τοὺς Λάκωνας· ὑπερῆρε δὲ καὶ τὴν τῶν Θρᾳκῶν ἀκρατοποσίαν· τὴν δ' Ἄγιδος γυναῖκα πειρῶν ὡς ἑταῖραν, ἔπεμψεν αὐτῇ χιλίους Δαρεικούς—. Ultima ſic Dalecampius correxit: vulgo ita leguntur, τὴν δ' αὐτοῦ γυναῖκα πειρῶν, ὡς ἕτερος ἔπ. αὐ. χ. Δ. fortaſſe ſana, quippe ſenſum habent, licet rem non alibi proditam; et omnes noſtræ collationes in ea ſcriptura conſentiunt: de Agidis uxore ab ipſo vitiata alii produnt, et Athenæus p. 535. C. et XIII. p. 574. D, E. Plutarchus in Alcibiade p. 203. qui ab eodem auctoritatis fonte illam ingenii ejus ſolertiam ad mores aliorum imitandos retulit: εὐδοκιμῶν δὲ (ἐν Λακεδαίμονι) δημοσίᾳ καὶ θαυμαζόμενος οὐχ ἧττον ἰδίᾳ, τοὺς πολλοὺς τοῦ

ἐδημαγώγει καὶ κατεγόητευε τῇ διαίτῃ λακωνίζων· ὥδ' ὁρῶντας ἐν χρῷ κειριῶντα, καὶ ψυχρολουτοῦντα, καὶ μάζῃ συνόντα, καὶ ζωμῷ μέλανι χρώμενον, ἀπιστεῖν καὶ διαπορεῖν, εἴποτε μάγειρον ἐπὶ τῆς οἰκίας οὗτος ἀνὴρ ἔσχεν, ἢ προσέβλεψε μυρεψὸν, ἢ Μιλησίας ἠνέσχετο θίγειν χλανίδος. Ἦν γὰρ, ὥς φασι, μία δεινότης αὕτη τῶν πολλῶν ἐν αὐτῷ καὶ μηχανὴ θήρας ἀνθρώπων, συνεξομοιοῦσθαι καὶ συνομοπαθεῖν τοῖς ἐπιτηδεύμασι καὶ ταῖς διαίταις ὀξυτέρας τρεπομένῳ τροπὰς τοῦ χαμαιλέοντος· πλὴν ἐκεῖνος μὲν, ὡς λέγεται, πρὸς ἓν ἀδυνατεῖ χρῶμα τὸ λευκὸν ἀφομοιοῦν ἑαυτόν· Ἀλκιβιάδῃ δὲ διὰ χρηστῶν ἰόντι καὶ πονηρῶν ὁμοίως, ἁδὲν ἦν ἀμίμητον οὐδ' ἀνεπιτήδευτον· ἀλλ' ἐν Σπάρτῃ γυμνασικὸς, εὐτελὴς, σκυθρωπός· ἐν Ἰωνίᾳ χλιδανὸς, ἐπιτερπὴς, ῥάθυμος· ἐν Θράκῃ μεθυσικὸς, ἱππασικός· Τισαφέρνῃ δὲ τῷ σατράπῃ συνὼν, ὑπερέβαλλεν ὄγκῳ καὶ πολυτελείᾳ τὴν Περσικὴν μεγαλοπρέπειαν—. Ælianus Var. Hiſt. IV. 15: Τίς δὲ οὐκ ἂν νοῦν ἔχων συνηύξατο καὶ Ἀλκιβιάδῃ νόσον, καὶ Κριτίᾳ, καὶ Παυσανίᾳ τῷ Λακεδαιμονίῳ, καὶ ἄλλοις· Ἀλκιβιάδῃ μὲν καὶ Κριτίᾳ, ἵνα μὴ ἀποδράντες Σωκράτους, ὁ μὲν ὑβριστὴς γένηται, καί ποτε μὲν φιλολάκων, ποτὲ δὲ βοιωτιάζῃ τὸν τρόπον, καὶ αὖ πάλιν θετταλίζῃ, καὶ τοῖς Μήδων καὶ Περσῶν ἀρέσκηται ἐν Φαρναβάζου γενόμενος· τυραννικώτατος δὲ καὶ φονικώτατος ὁ Κριτίας γενόμενος καὶ τὴν πατρίδα ἐλύπησε πολλὰ, καὶ αὐτὸς μισούμενος τὸν βίον κατέσρεψε. Julianus Imp. Or. I. p. 13. B: Πυνθάνομαι δὲ καὶ Ἀλκιβιάδην μόνον ἐξ ἁπάντων Ἑλλήνων οὕτως εὐφυῶς μεταβολὰς ἐνεγκεῖν, ὡς καὶ μιμήσασθαι μὲν τὴν Λακεδαιμονίων ἐγκράτειαν, ἐπειδὴ Σπαρτιάταις αὐτὸν ἐδεδώκει· εἶτα Θηβαίοις καὶ Θρᾳξὶ ὕστερον, καὶ ἐπὶ τέλει τὴν τῶν Περσῶν τρυφήν. Ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν τοῖς χωρίοις συμμεταβάλλων καὶ τὸν τρόπον ἀνεπίμπλατο πολλῆς δυσχερείας (f. εὐχερείας) καὶ τὸ πάτριον ἐκινδύνευσε παντελῶς ἀποβαλεῖν. Hæc loca viſum eſt apponere, ut et imitationum veſtigia, et varietas in exornanda eadem re, cognoſceretur.

52. E. ἐν δὲ Λακεδαίμονι κειρόμενος ἐν χρῷ, καὶ τριβωνοφορῶν καὶ ψυχρολουτῶν] Lacedæmonii ἐν χρῷ ἐκείροντο. Sic modo allatis verbis ex Vita Alcibiadis eum cognovimus p. 203. B. ἐν χρῷ κειριῶντα καὶ ψυχρολουτοῦντα, ut placeret Lacedæmoniis. Lycurgo p. 50. B: ἐν χρῷ τε κείροντες, καὶ βαδίζειν ἀνυποδήτους. Videatur Cragius de Rep. Lacedæm. III. 4. Pollux II. 33: —ἐν χρῷ κειριδίοισιν (leg. κειριῶσιν), οἱ ἐν χρῷ

κεκαρμένοι. Plautus Bacchid. II. 3. 8. —*tondebo auro uſque ad vivam cutem:* idem nominat *ſtrictim*, cui opponitur *interpoſito pectine*, apud eumdem Captivis II. 2. 18: *Sed utrum ſtrictimne attonſurum dicam eſſe, an per pectinem, Neſcio:* ubi videndus A. Turnebus. Τριβωνοφορεῖν Lacedæmoniis præ cæteris Græcis propter frugalitatem ac duritiem ſolemne fuit: Plutarchus Nicia p. 535. E. de Gylippo Syracuſanis auxiliatum veniente, τῶν δὲ στρατιωτῶν τινες καταγελῶντες ἠρώτων εἰ διὰ παρρησίαν ἑνὸς τρίβωνος καὶ βακτηρίας Λακωνικῆς οὕτως ἰσχυρὰ τὰ Συρακουσίων ἐξαίφνης γέγονεν—. Ibid. 536. A. ἐν γὰρ τῇ βακτηρίᾳ καὶ τῷ τρίβωνι τὸ σύμβολον καὶ τὸ ἀξίωμα τῆς Σπάρτης ὁρῶντες συνίσαντο. Cleomene p. 812. E. Aratus alienus a Spartanorum fœdere dicitur, φεύγων τὴν μάζαν καὶ τὸν τρίβωνα. Phocione p. 746. B: Ἀρχιβιάδης ἐπικαλούμενος Λακωνιστὴς, πώγωνά τε καθειμένος ὑπερφυὴ μεγέθει, καὶ τρίβωνα φορῶν ἀεὶ καὶ σκυθρωπάζων—. Comparetur Meurſius Miſc. Lacon. I. 16. p. 76. Ψυχρολουτεῖν proba eſt forma, prior ψυχρολουτρεῖν vitioſa: ſic Plutarchus Opp. Mor. p. 131. B. 752. A. Alcibiade p. 203. B. loco ſupra allato, ubi hoc inſtitutum Lacedæmoniis proprium notatur. Julianus Or. VI. p. 180. D. Pollux VII. 168. ψυχρολουτρεῖν citat ex Ariſtophanis Dætalenſibus, ubi equidem alteram reponam formam. H. Stephanus Theſ. L. Gr. T. IV. p. 746. utramque probat, at nobis non probat.

52. F. πολύποδος τροπὰς] Proverbii vim habet. Et alibi memorat Plutarchus De Multitud. Amic. p. 96. F. ubi plura dabimus.

p. 53. A. Βραδέως πεφώρακας—ταπεινόν·] Hæc adulatoris reſponſa redolent quid Menandreum et oratione et modorum reliquiis: Βραδέως πεφώρακας τὸν ἄνθρωπον—. Πάλαι γ' ἐχρῆν ἡμᾶς ἀπηλλάχθαι φθόνων Θορύβων τε— quocum conferri poteſt Ariſtophanis illud apud Stob. p. 368: Οἰκεῖν μὲν ἐν ἀγρῷ τοῦτον ἐν τῷ γηδίῳ Ἀπαλλαγέντα τῶν κατ' ἀγορὰν πραγμάτων. Denique ultimum forte hujuſmodi fuerit, Ἀξιά γε σοῦ φρονεῖς· ἀπραγμοσύνη γλυκὺ Πρᾶγμ' ἐς', ἄδοξον δ' αὖ ταπεινόν τε—.

53. B. Ἀλλοῖός μοι ξεῖν'] Odyſſ. Π. 181. parodiæ quoque adhibet Julianus Imp. Cæſar. p. 309. D.

53. B. ἡ σκιὰ ταῦτα ποιεῖ μᾶλλον] Epictetus in Sentent. Antonii et Maximi p. 247. inde ab J. Uptono relatum p. 776: Ἀποδέχε τοὺς τὰ χρησὰ συμβουλεύειν ἐθέλοντας, ἀλλὰ μὴ τοὺς κολακεύειν ἑκάστοτε σπεύδοντας· οἱ μὲν γὰρ τὸ συμφέρον ἐν ἀληθείᾳ ὁρῶσιν, οἱ δὲ πρὸς τὰ δοκοῦντα τοῖς κρατοῦσιν ἀφορῶσι, καὶ τῶν σωμάτων τὰς σκιὰς μιμούμενοι τοῖς παρ' αὐτῶν λεγομένοις συννεύουσιν: habet propemodum characterem Isocrateum. Sed a Plutarcho quid traxisse videtur Theophylactus Institutionis Regiæ Part. II. Cap. XV. p. 71. de amico regis: οὐκ ὑποκλινόμενος τοῖς τοῦ βασιλέως θελήμασιν, οὐδὲ σκιᾶς ἔργον ποιῶν, καὶ συνεπινεύων τοῖς νεύμασι, καὶ συγκινούμενος τοῖς κινήμασιν· ἀληθὴς δὲ ὢν καὶ αὐθέκαστος, καὶ τὰ τοῦ φίλου δι' ἀγάπην ἐξιθυόμενος.

53. C. Οὐ γὰρ συνεχθεῖν—] Sunt Antigonæ Sophoclis versus 533: Οὐ γὰρ συνεχθεῖν, ἀλλὰ συμφιλεῖν ἔφυν.

53. C. ὀφθαλμίας ἀποῤῥοὴ—] Comparatio fluxit a Platone, Phædro p. 348. E. de amante et amato: οἷον ἀπ' ἄλλου ὀφθαλμίας ἀπολελαυκὼς, πρόφασιν εἰπεῖν οὐκ ἔχει· ὥσπερ δὲ ἐν κατόπτρῳ ἐν τῷ ἐρῶντι ἑαυτὸν ὁρῶν λέληθε. Dion Chrysost. Orat. XXXVI. p. 440. B: τοῦτο μὲν, ἔφην, ἀπολελαύκασιν οἱ ποιηταὶ αὐτῶν ἀπὸ Ὁμήρου, ὥσπερ ἀπὸ ὀφθαλμίας. XLVIII. p. 533. A: ἀλλὰ ἴσως βραχεῖά τις ὑποψία, καθάπερ ὀφθαλμίας, παρὰ τῶν ἐγγὺς ἀπελαύσαμεν. Philostratus Vit. Sophist. II. p. 598: Οἰνόμαρχος—πρόσοικος ὢν τῆς Ἀσίας, τῆς Ἰωνικῆς ἰδέας οἷον ὀφθαλμίας ἔσπασε, σπουδαζομένης μάλιστα τῇ Ἐφέσῳ. Porphyrius De Abstin. I. 28: μὴ ὥσπερ ὀφθαλμίας οἱ εἰς τοὺς ὀφθαλμιῶντας βλέποντες, ἢ χάσμης καθάπερ οἱ συνόντες τοῖς χασμωμένοις, οὕτως νυσταγμῶν ἐμπλησθῶμεν. Plutarchus Sympos. p. 681. D: τῶν δὲ ἄλλων νοσημάτων μάλιστα καὶ τάχιστα τὰς ὀφθαλμίας ἀναλαμβάνουσιν οἱ συνόντες.

53. C. Πλάτωνος—Ἀριστοτέλους—Ἀλεξάνδρου—] De Platonis incurvo habitu, Aristotelis balbutie, supra diximus p. 26. B. Alexandri memorat Plutarchus in Ejus Vita p. 666. B. τὴν ἀνάτασιν τοῦ αὐχένος εἰς εὐώνυμον ἡσυχῇ κεκλιμένου: et De Fortun. Alex. II. p. 335. B.

53. D. τὸ τοῦ χαμαιλέοντος—] Idem in Alcibiadis adulatione notavit Plutarchus in Ejus Vita p. 203. B, C. loco supra appositio ad p. 52. E. De Chamæleonte Aristoteles

Hiſt. Animal. I. 11. Part. Animal. IV. 11. Theophraſtus Eclog. ap. Photium edit. Ariſtot. Sylburg. T. VIII. p. 329: μεταβάλλει δὲ ὁ χαμαιλέων εἰς πάντα τὰ χρώματα· πλὴν τὴν εἰς τὸ λευκὸν καὶ τὸ ἐρυθρὸν οὐ δέχεται μεταβολήν. Plinius Hiſt. Nat. VIII. 51: *Et coloris natura mirabilior: mutat namque eum ſubinde, et oculis, et cauda, et toto corpore, redditque ſemper quem proxime attingit, præter rubrum candidumque.* Ælianus Natur. Animal. II. 14. Plutarchus Quæſt. Nat. p. 916. F.

53. D. οἱ φαῦλοι ζωγράφοι—] Baſilius M. Homil. De Invid. T. I. p. 387. C: ὥσπερ οἱ πονηροὶ τῶν ζωγράφων ἀπὸ τῆς ἐνδιαζρόφε ῥινὸς ἢ ἀπό τινος ὕλης ἢ κολοβώματος, ἐκ φύσεως ἢ ἐκ πάθες ἐπισυμβάντος, τὰς μορφὰς τῶν γραφομένων ἀποσημαίνοντες.

53. E. πρὸς τὰ χείρονα κατάντης ἐςὶ—] Plane ita dicitur ut Latinis *proclivis*, pronus ad aliquid vel faciendum vel patiendum: itaque Plutarchus Opp. Mor. p. 530. B. 623. D. Vitarum p. 452. B. 742. D. 767. E: et reſtituendum in Pompeio p. 644. D: δελεαθεὶς ὁ δῆμος εἰς πᾶσαν ἤδη τιθασὸς αὐτοῖς ἐγεγόνει καὶ κατ' ἀντείσπραξιν, οὐδὲν πολυπραγμονῶν· legendum enim κατάντης πρᾶξιν pro illo monſtroſo κατ' ἀντείσπραξιν.

53. E. οἱ τὰ βελτίω ζητοῦντες] Habet quidem ſenſum probabilem et omnium omnino auctoritatem codicum: tamen huic loco magis accommodatum cenſeam ζηλοῦντες, quod et Reiſkio placuit.

53. E. Σάμιον Φιλίππῳ] Philippus Macedoniæ rex penultimus, Demetrii filius, pater Perſei, ſodalem habuit Samium, eumdem poetica facultate clarum: cujus facultatis exſtant monumenta, duo Epigrammata in Anthologia Græca: eumdem poſtea cum aliis aulicis et amicis interfecit. Hiſtoria eſt apud Polybium, cui *Samus* dicitur V. 9. et Fragm. XXIV. 8.

53. E. Κλεομένη Πτολεμαίῳ διέβαλε] Cleomenes, Rex Spartæ, cujus vitam Plutarchus conſcripſit, victus ab Antigono Doſonte Macedoniæ rege ad Sellaſiam, Olymp. 139. 3. Alexandriam confugit ad Ptolemæum III. Euergetem, deinde, hoc mortuo, ejus filium ac ſucceſſorem Ptolemæum Philopatorem ſibi minus benevolum expertus ab

eoque in cuſtodiam traditus, inde erumpens ac fruſtra populum ad libertatem vocans, ſibi ipſe mortem conſcivit. Polybius rem prodidit V. 35—39. et copioſius Plutarchus Vita Cleomenis, Phylarchum, ut opinor, ſecutus.

53. E. Ὁ δὲ βελόμενος εἶναι—] In Emendatione contextui noſtro ſubjecta, verba *Altera lectio eſt codicis* carent ſigno ſuo, legendumque *codicis D.*

53. F. οἱ Διονυσίου κόλακες ἀμβλυοποῦντος—] Athenæus hac de re citat auctores Theopompum, Ariſtotelem, Theophraſtum, X. p. 435. E: φιλοπότας δὲ καὶ μεθύσους καταλέγει Θεόπομπος, Διονύσιον τὸν νεώτερον Σικελίας τύραννον, ὃν τὰς ὄψεις ὑπὸ τοῦ οἴνου διαφθαρῆναι. Ἀριστοτέλης δὲ ἐν τῇ Συρακουσίων πολιτείᾳ, καὶ συνεχῶς φησιν αὐτὸν εὐθ' ὅτε ἐπὶ ἡμέρας ἐνενήκοντα μεθύειν· διὸ καὶ ἀμβλύτερον γενέσθαι τὰς ὄψεις· Θεόφραστος δὲ ἔφησε, καὶ τοὺς ἑταίρους τοὺς κολακεύοντας τὴν τυραννίδα, προσποιεῖσθαι μὴ βλέπειν, καὶ ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Διονυσίου χειραγωγεῖσθαι, ἵνα μήτε τὰ παρατιθέμενα τῶν ἐδεσμάτων, μήτε τὰς κύλικας ὁρᾷν, διὸ κληθῆναι Διονυσοκόλακας· hoc loco verba τοὺς τὴν τυραννίδα abſunt in codice Flor. Idem VI. p. 249. F. ex eodem, ut videtur, Theophraſto: πλείους δ' εἶχεν καὶ ὁ υἱὸς αὐτοῦ Διονύσιος τοὺς κολακεύοντας, οὓς ἵνα προσηγόρευον οἱ πολλοὶ (Cod. Flor. οἱ παλαιοὶ) Διονυσιοκόλακας· οὗτοι δὲ προσεποιοῦντο μήτε ὀξὺ ὁρᾶν παρὰ τὸ δεῖπνον, ἐπεὶ ὁ Διονύσιος οὐκ ἦν ὀξυώπης· ἔψαυόν τε τῶν παρακειμένων ὡς οὐχ ὁρῶντες, ἕως ὁ Διονύσιος τὰς χεῖρας πρὸς τὰ λεχάνια προσῆγεν· ἀποπλύοντος δὲ τοῦ Διονυσίου πολλάκις, παρεῖχον τὰ πρόσωπα καταπλύεσθαι· καὶ ἀπολείχοντες τὸν σίαλον, ἔτι δὲ τὸν ἔμετον αὐτοῦ, μέλιτος ἔλεγον εἶναι γλυκύτερον· hac in narratione item, ut in priore, legendum Διονυσοκόλακας quaſi dicantur *Bacchi adulatores*; nam alterum Διονυσιοκόλακες, *Dionyſii adulatores*, nil habet argutiæ, contra etiam friget. Actores ſcenici honeſto nomine dicebantur οἱ περὶ Διόνυσον τεχνῖται, per contemtum Διονυσοκόλακες, ut eſt ap. Ariſtotelem Rhetor. III. 2: ubi conſulatur P. Victorius p. 470. Neque eſt cur Mangeyus in Philone Jud. Adv. Flaccum p. 968. A. Διονύσιοι velit mutari in Διονυσιοκόλακες· quaſi hæc vera ſit forma, ac non ipſa collocatio nominum ſignificet, aliquem *Dionyſium* in ſodalibus Flacci fuiſſe. Cæterum hæc ſunt ex Theophraſti libro περὶ κολακείας, unde et ſua

ſumſit Plutarchus. Juſtinus XXI. 2: *Sublatis deinde æmulis in ſegnitiam lapſus, ſaginam corporis ex nimia luxuria oculorumque valetudinem contraxit; adeo ut non ſolem, non pulverem, non denique ſplendorem ferre lucis ipſius poſſet.* Similia ex Theopompo narrat Ælianus Var. Hiſt. VI. 12. Ex eodem genere adulationis eſt, quod refert Plinius Hiſt. Nat. XX. 57: *Ita certe ferunt Porcii Latronis, clari inter magiſtros dicendi, adſectatores ſimilitudinem coloris ſtudiis contracti imitatos: et paulo ante, Julium Vindicem, adſertorem illum a Nerone libertatis, captatione teſtamenti ſic lenocinatum.*

53. F. ἄχρι τῶν ἀποῤῥήτων] Locus alibi attingitur, v. c. p. 63. B. 70. F. in Philippidis dicto ad Lyſimachum p. 183. E. 508. C. 517. B. Juvenalis Sat. III. 112. —*aulam reſupinat amici. Scire volunt ſecreta domus, atque inde timeri.* IX. 96: *Qui modo ſecretum commiſerat, ardet et odit, Tamquam prodiderim quidquid ſcio.*

p. 54. A. αἰτίας τινὰς ἀποῤῥήτους ἐξαγορεύοντες] Verbum ſolenne in prodendis arcanis, quorum confeſſio vel dolore corporis vel vi conſcientiæ extorquetur. Plutarchus De Profectibus Virt. p. 82. D. De Superſtit. p. 168. D: ἐξαγορεύει τινὰς ἁμαρτίας αὑτοῦ ἢ πλημμελείας. Adverſ. Colotem p. 1124. D: ἐξαγορεύων τὰ ἑαυτοῦ κακά. De Garrulitate p. 510. A: ὑπὸ τῆς αὑτῶν γλωσσαλγίας, ὥσπερ ἐρινύος ἢ ποινῆς, βιαζόμενοι ἐξαγορεῦσαι τὸν φόνον. Eumene p. 586. D: Porphyrius De Abſtinent. II. 1. hinc explicandus, καὶ ὅσα δυνατὸν ἐξαγορεύειν, ἐροῦμεν: nec enim recte Latinus interpres —*dicemus quæ enunciari a nobis pro viribus poſſint:* vertendum, *dicemus ea quæ licet in vulgus edere, quæ non ſunt arcanæ religionis.*

54. B. Γαστὴρ ὅλον τὸ σῶμα—] Incerti Poetæ: nec ſatis probabiliter tribui poſſunt Eupolidi, cujus eſt quod mox ſequitur.

54. B. Τῶν περὶ τάγηνον—] Ælianus Animal. Nat. III. 46. videtur hinc profeciſſe: Ὦ ἄνθρωποι πονηροὶ, καὶ περὶ τράπεζαν μὲν καὶ ταγήνου ψόφον ἀεὶ ἐπ' ἄριστά τε χορεύοντες· ἐν δὲ τοῖς κινδύνοις προδόται, καὶ μάτην καὶ εἰς οὐδὲν τὸ τῆς φιλίας ὄνομα χραίνοντες. Nec tamen huc pertinet Pollucis annotatio X.

98: Καὶ τάγηνον δέ· ἀλλὰ μὴν καὶ τήγανον ἔχοις ἂν εὑρεῖν εἰρημένον ἐν Εἴλωσιν Εὐπόλιδος, ᾗ ἐν Τηλεκλείδῃ Ἀψευδέσι—. Nam hic verſus quin ex ejus Κόλαξι ſumtus ſit, vix dubium eſt.

54. C. τὰ δεύτερα λέγειν] *Secundas partes agere dramatis.* Eadem metaphora Plutarchus De Frat. Am. p. 468. A: Ἀντίοχοι καὶ Σελευκοὶ, καὶ πάλιν Γρυποὶ καὶ Κυζικήνοι, τὰ δεύτερα λέγειν οὐ μαθόντες ἀδελφοῖς, ἀλλὰ πορφύρας καὶ διαδήματος ὀρεγόμενοι, πολλῶν μὲν αὑτοὺς κακῶν καὶ ἀλλήλους, πολλῶν δὲ τὴν Ἀσίαν ἐνέπλησαν. Pompeio p. 660. A: —ἀνδρὶ κηδεστῇ γενομένῳ τὰ δεύτερα λέγοντα, *agentem ſecundas partes a viro qui ipſius fuerat ſocer.* Menander ap. Stob. p. 437. Grot. 316. Cleric. 244: Τὰ δεύτερ' αἰεὶ τὴν γυναῖκα δεῖ λέγειν, Τὴν δ' ἡγεμονίαν τῶν ὅλων τὸν ἄνδρ' ἔχειν. Ubi Grotius e conjectura, τὰ δευτερεῖα τὴν γ. ut ſcilicet elegantius edidit. At uſus aliud poſtulat; nam dicitur τὰ δευτερεῖα ἔχειν, vel φέρεσθαι: at λέγειν τὰ δεύτερα. Sic eſt τὰ τρίτα λέγειν, ut repoſuimus pro τ. τρία λέγειν, in Plutarchi Præcept. Polit. p. 816. F.

54. C. ὑφίεται τῇ ὁμοιότητι τῆς ἰσότητος] Ad verbum, *per ſimilitudinem cedit æqualitatem: ſimilitudinem retinens, magnitudine vinci ſe patitur.* De hoc conſtructionis genere diximus ad p. 40. A. Ratio ſententiæ redditur a Plutarcho De Frat. Amor. p. 487. A: τοὺς μὲν ἐξομοιοῦσθαι βουλομένους ἀγαπῶσι· τοὺς δὲ ἐξισοῦσθαι, πιέζουσι καὶ χαλέπτουσι. Conſtructio uſitata Verbi cum Genitivo rei, et Dativo perſonæ, ὑφίεσθαί τινί τινος, *alicui homini aliquam rem cedere, in aliqua re ſe alicui homini ſubmittere:* atque, ut abſtractum pro concreto ponitur, ἰσότης et ὁμοιότης, pro ἴσος et ὅμοιος, ſic hoc loco ὁμοιότης pro *ſimili homine* accipi poteſt; ut fere ſenſus ſit, *ſimili homini ſubmittit ſe in æqualitate, recuſat æqualitatem, non vult ei æqualis haberi.* Conſtructione illa ſæpe utitur Plutarchus: v. c. Opp. Mor. p. 376. A. 410. C. τοῖς μαθηματικοῖς οὐχ ὑφήσονται τῆς ἀκριβείας, *in accurata diligentia non cedent Mathematicis.* p. 629. A. 988. B. Vitarum p. 29. A. 217. E. 387. A. 526. E. τῷ φθόνῳ τῆς δόξης ὑφιέμενος, *invidiæ*, id eſt, *hominibus invidentibus, concedens gloriam, gloria recuſanda invidiam fugiens.* 605. D. 710. C. 759. E. 766. C. 1062. A. Eſt etiam magis compoſita ratio ὑφίεσθαί τινί τινος πρός τι p. 455. A. 1011. A.

54. C. θεοφόρητον] *A diis agitatum, divino inſtinctu percitum:* Plutarchus Themiſtocle p. 124. E: Ὄλβιος ὁ τῶν τέκνων τοῦ Νικογένους παιδαγωγὸς, ἔκφρων γενόμενος καὶ θεοφόρητος, ἀνεφώνησε μέτρῳ ταυτί—. Sulla p. 469. B: οἰκέτην Ποντίῳ θεοφόρητον ἐντυχεῖν αὐτῷ. Sic θεοφορήτως acclamatio oratoribus exhibita Opp. Mor. p. 45. F: θεοφόρησις p. 278. B: θεοφορία Euſebius Præp. Evang. IV. 122. D: θεοφορεῖσθαι Dion Chryſ. Orat. XI. p. 166. B.

54. D. Βροντᾷν δ' οὐκ ἐμὸν, ἀλλὰ Διός.] Pentameter exſtat apud Hephæſtionem De Metris p. 54: Τίκτεσθαι· βροντᾷν δ' οὐκ ἐμὸν, ἀλλὰ Διός.

54. E. ἄλλως εὐῶδές ἐστιν] *Non dedita opera, præter propoſitum, non de induſtria, natura ipſum ſua.* Plutarchus Opp. Mor. p. 132. D: ἂν οὐ διψῶντες, ἄλλως δὲ θερμὸν ὕδωρ πίωμεν. 325. B. ἄλλως τὸν τόπον περιϊὼν, *temere, non certo propoſito locum obiens.* Conferatur J. Uptonus Indice Epicteti in voce Ἄλλως. Sunt alii in hoc genere uſus hujus Adverbii, de quibus aliis locis dicemus; et dixit Ruhnkenius ad Tim. p. 198.

54. F. Μύθοισιν τέρποντο—] Iliad. Λ. 642.

54. F. οὐδέ κεν ἄλλο—] Odyſſ. Δ. 178. ubi editur: —οὐδέ κεν ἡμέας Ἄλλο διέκρινεν φ. τ. τ. τ. Sed Plutarchus ſibi conſtat alio loco De Amic. Multitud. p. 95. A.

p. 55. A. λόγον ἐφ' ἡδονῇ καὶ πρὸς ἡδονὴν ὀψοποιεῖν ᾗ καρυκεύειν] Metaphora profecta ex Platonis Gorgia, ubi demagogi, ut populi adulatores, cum coquis et conditoribus comparantur. Iteratio ejuſdem nominis cum alia Præpoſitione minime otioſa eſt: πρὸς ἡδονὴν, *ad voluptatem*, refertur ad rem ipſam, quæ ita apparatur, ut ſit ἡδεῖα: at ἐφ' ἡδονῇ refertur ad facientem ejuſque *conſilium, voluptatis cauſſa:* igitur, ut vulgo aiunt, hoc eſt *ſubjectivum*, illud *objectivum:* hoc *efficientem cauſſam*, illud *effectum*, propius attingit. Et convenit fere illud Ciceronis in Epicureos dictum, Nat. Deor. I. 40: *nullam enim noviſtis niſi profectam a corpore, et redeuntem ad corpus, animi voluptatem.* Sic adulatoris omnia conſilia a voluptate proficiſcuntur, et ad voluptatem redeunt. Uſus utriuſque Præpoſitionis frequens eſt, nec exempla deſiderat. Πρὸς ἡδονὴν alio etiam

ſenſu uſurpatur, quo valet *ſponte, libenter*, eique opponitur ὠρὸς βίαν: quod alibi notabimus. Idem Nomen cum diverſis Præpoſitionibus iterare placuit ſubinde Plutarcho: v. c. Opp. Mor. p. 97. C. ἐκ τύχης καὶ διὰ τύχην. 719. A. 877. D. 882. E. 888. A. 911. A. 950. E. 1076. D. 1085. A. 1114. B. Vitarum p. 497. C. 505. B. Nota noſtra ad Ser. Num. Vind. p. 559. D.

55. A. Ἢ πόλιον βαρύοσμον—] Verſus eſt Nicandri Theriac. 64. De *polio* Plinius Hiſt. Nat. XXI. 84. ubi J. Harduinus non omiſit hunc verſum.

55. B. Τεῦκρε, φίλη κεφαλὴ—] Iliad. Θ. 281.

55. B. Πῶς ἂν ἔπειτ' Ὀδυσῆος—] Iliad. K. 243. Odyſſ. A. 65.

55. B. Ἀφραίνεις, Μενέλαε—] Iliad. H. 109.

55. C. Μενέδημος Ἀσκληπιάδῃ τῷ φίλῳ—] Menedemi Eretrienſis Philoſophi rebus locum dedit Diogenes Laertius II. 125. ſeq. ejuſque cum Aſclepiade amicitiam ac diſciplinæ ſocietatem memoravit: at nil ibi, nec alibi, de hujus facto erga illius filium. Ex hoc loco retulit Menagius II. 127.

55. C. Βάτῃῳ τὴν σχολὴν ἀπεῖπεν Ἀρκεσίλαος—] Et hæc ſingularis eſt mentio. Baton Comicus compluribus Veterum memoratus: ex ejus fabula Ἀνδροφόνῳ locum retulit Athenæus IV. p. 163. qui certe locus contra Stoicos valet; ut fortaſſe in hac ipſa fabula Baton aliquid dicterii in Cleanthem conjecerit. Apud Stobæum ſcribitur *Bathon*, apud Suidam *Batton*. Fortaſſe hoc loco aliquis librarius *Battum* fecit, inductus nomine *Arceſilai*; ſiquidem in ſucceſſione veteris regni Cyrenæi utrumque nomen celebratum fuit. Comicum recenſens Fabricius Biblioth. Gr. T. I. p. 749. hunc Plutarchi locum citat.

55. D. ἀφ' ἑνὸς διαγράμματος—ὑποκρέκειν] Διάγραμμα, *figura mathematica*, ad Muſicorum artem traducta, proverbialem peperit dictionem. Similiter Plutarchus in Demoſthene p. 852. A: ὥσπερ ἐφ' (forte ἀφ') ἑνὸς καὶ ἀμεταβλήτου διαγράμματος τῆς πολιτείας ἕνα τόνον ἔχων ἐν τοῖς πράγμασιν ἀεὶ διετέλεσε. Conferatur Iſ. Caſaubonus ad Athenæum VIII. 12. p. 617. Et μεταβολὴ Muſicis eſt tritum: Antiphanes

ap. Athen. XIV. p. 643. C. Plutarchus De Muſica p. 1134. B. 1137. F. 1142. E. Ex eadem officina eſt ὑποκρέκειν. Pollux IV. 63 : λυρίζειν, κιθαρίζειν, ψάλλειν—βαρβιτίζειν· καὶ κρέκειν δὲ καὶ κρεγμός—. Ariſtophanes Avib. 772. et 683. —καλλιβόαν κρέκεσ' αὐλόν—· ubi Scholiaſtes uſum notat: Κρέκεσα νῦν ἀντὶ τοῦ λαλοῦσα· κυρίως δὲ τὸ τὴν κιθάραν κρούειν. Pindarus citatus Plutarcho De Sui Laude p. 539. C. ex Olympic. IX. 58. Τὸ καυχᾶσθαι παρὰ καιρὸν Μανίαισιν ὑποκρέκει, *Gloriari intempeſtive Inſaniis ſuccinit.* Lucianus Dialog. Meretric. T. III. p. 323 : ἐγὼ μὲν ὑπέκρεκόν τι τῶν Λυδίων.

55. D. Ἀγεσίλαον ὁ Ξενοφῶν] In eo qui nunc fertur Xenophontis Ageſilao XI. 5. p. 673. C. edit. Leunclav. ἐπαινούμενος δὲ ἔχαιρεν ὑπὸ τῶν καὶ ψέγειν ἐθελόντων τὰ μὴ ἀρεσκά, ἢ τῶν παῤῥησιαζομένων οὐδένα ἤχθραινε—.

55. E. Χαρίλλῳ τῷ βασιλέως—] Archidamidæ tribuitur in Apophthegm. Lacon. p. 218. B: refertur ut dictum de Charillo ab ejus collega, in libro De Vitioſo Pudore p. 537. D. ubi filius fratris Lycurgi dicitur. Fuit ex familia Proclidarum, habuitque ex Euryſthenidarum familia collegam Archelaum: ut conſtat e Pauſania Lacon. III. 2: cui nomen aliter etiam ſcribitur *Charilaus:* videatur Meurſius De Regno Laced. Cap. XVI. p. 75. Sigonius De Lacedæmoniorum Temp. LXX. Tom. Opp. V. Ipſius Charilli ſunt quædam acute dicta in Plutarchi Apophth. p. 189. F. et Apophthegm. Lacon. p. 232. B. Conferatur Th. Gataker. ad M. Antonin. IX. 5.

55. E. ταύροις τὸν οἶστρον ἐνδύεσθαι—καὶ τοῖς κυσὶ τὸν κρότωνα.] Xylander bene utrumque reddidit, Οἶστρος, *aſilus:* Virgilius Georg. III. 146. Plinius Hiſt. Nat. XI. 34. Ælianus Nat. Anim. VI. 37. Heſychius, Οἶστρος—καὶ εἶδος πίηνοῦ, ὑφ' οὗ κεντιζόμεναι αἱ βοῦς σκιρτῶσιν, ὃ μύωψ καλεῖται. Dion Chryſ. Or. VII. p. 101. C. Κρότων, *ricinus:* Ariſtoteles Hiſt. Anim. V. 31. Plinius Hiſt. Nat. XXX. 24. Conferatur S. Bochartus Hierozoic. P. II. p. 553. Denique, ἐνδύεσθαι omnes libri confirmant, neque cum Mez. mutandum in ἐμφύεσθαι.

55. F. ἐπὶ τοῖς ὁμοίοις, μὴ νῦν μὲν ταῦτα—] Aliquanto ple-

nius et melius D. ἐπὶ τοῖς ὁμοίοις ἐπαινῶσιν, ἂν μὴ νῦν μὲν ταῦτα—.

p. 56. B. ὑπὸ χεῖρα] *præsentia, quæ sub manu et in potestate nostra sunt:* expositimus in Animadversionibus ad librum De Sera Num. Vind. p. 548. E.

56. B. μὴ ἀπὸ τοῦ σωροῦ κλέπτωσιν, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ σπέρματος] Cum vetere præcepto, *Segetem ne defruges*, comparavit J. M. Gesnerus ad Catonem de Re Rust. 5. 4. Plutarchus τὸ ἦθος similibus alibi cognominibus ornat. De Virtute et Vitio p. 100. C: ὁ ἄνθρωπος τοῖς περὶ αὐτὸν πράγμασιν ἡδονὴν καὶ χάριν ὥσπερ ἐκ πηγῆς τοῦ ἤθους προσίθησιν. De Animi Tranq. p. 477. A: τὴν τοῦ βίου πηγὴν τὸ ἦθος ἀτάραχον ἔχουσα. Est autem a Zenone Stoico, qui sic definivit, teste Stobæo, Eclog. Ethic. p. 159. ed. Canter. p. 36. edit. Heeren. οἱ δὲ κατὰ Ζήνωνα τὸν Στωϊκὸν τροπικῶς (ὁρίζονται), ἦθός ἐστι πηγὴ βίου, ἀφ' ἧς αἱ κατὰ μέρος πράξεις ῥέουσι. Philo Jud. De Propædeum. p. 431. E: τὸ ἦθος, τὴν τοῦ ἀνθρωπείου βίου πηγήν, ἄμεινον καταζήσασθαι· sic enim legendum, addito βίου, ut monuit Mangeyus, nil tamen de Stoico fonte monens.

56. B. Θουκυδίδης—] III. 82: καὶ τὴν εἰωθυῖαν ἀξίωσιν τῶν ὀνομάτων εἰς τὰ ἔργα ἀντήλλαξαν τῇ δικαιώσει· τόλμα μὲν γὰρ ἀλόγιστος, ἀνδρία φιλέταιρος ἐνομίσθη· μέλλησις δὲ προμηθὴς, δειλία εὐπρεπής· τὸ δὲ σῶφρον, τοῦ ἀνάνδρου πρόσχημα· καὶ πρὸς ἅπαν ξυνετὸν, ἐπίπαν ἀργόν· τὸ δ' ἐμπλήκτως ὀξὺ, ἀνδρὸς μοῖρα προσετέθη· ἀσφάλεια δὲ τὸ ἐπιβουλεύσασθαι, ἀποτροπῆς πρόφασις εὔλογος κ. τ. λ. De quo dicemus alia ad p. 99. C. Eodem spectavit Philo Jud. p. 739. E: εὐλάβειαν μὲν τὴν δειλίαν, τὸ δὲ φοβεῖσθαι προμηθὲς, ἀσφάλειαν δὲ τὴν ἀνδρίαν εἰώθασι καλεῖν. Plutarchus Gryllo p. 988. C: ἀναφαίνει ὑμῖν ἡ μὲν ἀνδρεία δειλία φρόνιμος οὖσα, τὸ δὲ θάρσος φόβος ἐπισήμην ἔχων τῶ δι' ἑτέρων ἕτερα φεύγειν. Basilius M. Homil. De Invidia T. I. p. 387. C: δεινοὶ δὲ ταῖς εἰς τὸ χεῖρον παρατροπαῖς τὸ ἐπαινετὸν διαπλύσαι—θρασὺν μὲν γὰρ λέγουσι τὸν ἀνδρεῖον· ἀνάλγητον δὲ τὸν σώφρονα· τὸν δίκαιον ἀπηνῆ· κακοῦργον τὸν φρόνιμον· καὶ τὸν μεγαλοπρεπῆ μὲν ὡς βαναῦσον διαβάλλουσι, τὸν ἐλευθέριον δὲ ὡς ἄσωτον· πάλιν τὸν οἰκονομικὸν, φειδωλόν—. Similis euphemismi exempla sunt infra p. 57. C, D. 66. C. E. Plato Rep. V.

p. 466. E. VIII. 498. B, C. Aristoteles Rhet. I. 9. 3. Philo Jud. p. 162. B.

56. C. ἐν δὲ ταῖς κολακείαις—ταπεινόν.] Virtutum nomina vitiis addere, et virtutibus vitiorum, negotium est adulatorum, calumniatorum, corruptorum. Sic Dionis virtutes nominibus vitiorum adficiebantur ab adulatoribus Dionysii: quod refert Plutarchus, in Dione p. 961. B: διὸ καὶ πιθανὰ κακιῶν προσρήματα ταῖς ἀρεταῖς ἐπιφέροντες αὐτοῦ διέβαλλον, ὑπεροψίαν τὴν σεμνότητα, καὶ τὴν παῤῥησίαν αὐθάδειαν ἀποκαλοῦντες· καὶ νηθετῶν κατηγορεῖν ἐδόκει, ἢ μὴ συνεξαμαρτάνων καταφρονεῖν. Similia sunt proxime p. 57. D. 66. C. Est vero etiam hic locus oratoriæ artis, unde ducatur laudatio vel reprehensio: Aristoteles Rhetoric. I. 9. 3: Ληπτέον δὲ καὶ τὰ σύνεγγυς τοῖς ὑπάρχουσιν ὡς ταὐτὰ ὄντα, καὶ πρὸς ἔπαινον καὶ πρὸς ψόγον· οἷον τὸν εὐλαβῆ καὶ εὔψυχον, δειλὸν καὶ ἐπίβουλον· ἢ τὸν ἡλίθιον, χρηστόν· καὶ τὸν ἀνάλγητον, πρᾷον. Καὶ ἔκαστον δὲ ἐκ τῶν παρακολουθούντων ἀεὶ κατὰ τὸ βέλτιστον· οἷον, τὸν ὀργίλον ἢ τὸν μανικὸν, ἁπλοῦν· καὶ τὸν αὐθάδη, μεγαλοπρεπῆ καὶ σεμνόν. Καὶ τοὺς ἐν ταῖς ὑπερβολαῖς, ὡς ἐν ταῖς ἀρεταῖς ὄντας· οἷον, τὸν θρασὺν, ἀνδρεῖον· ἢ τὸν ἄσωτον, ἐλευθέριον·— ubi plura de hoc argumento docet eruditissimus interpretum P. Victorius p. 144. Juncus apud Stob. Serm. CXVI. p. 597. seq. ἡδοναὶ—πάντα τὰ δεινὰ κελεύουσαι δρᾶν—καλλωπίζουσί τε καὶ ἐπισκιάζουσιν ἑτέροις ὀνόμασιν· εἰ μὲν θυγατρὸς ἐρᾷ τις ἢ μητρὸς, τὸν ἔρωτα συνήγορον λαμβάνουσαι· εἰ δὲ ἀλλοτρίᾳ μέν τινος, οὐκ ἐξὸν δὲ ὅμως, τὰ τῶν Βοιωτῶν ἢ τὰ τῶν Ἰώνων νόμιμα σημαίνουσιν (leg. ἐπαινοῦσιν), ὑπὸ κάλλους καὶ ἡδονῆς περιαιρεθῆναι λέγουσαι τὸν ἄνδρα, καὶ ὅτι νέῳ δέ τε πάντ' ἐπέοικεν· (Iliad. X. 71.) αἱ δὲ θάρσος ἐμποιοῦσαι καὶ ἀλογιστίαν, ἀνδρείαν ταῦτα ἐκάλουν.— Seneca Epistola XLV: *Venit ad me pro amico blandus inimicus: vitia nobis sub virtutum nomine obrepunt: temeritas sub titulo fortitudinis latet: moderatio vocatur ignavia: pro cauto timidus accipitur. In his magno periculo erratur: his certas notas imprime.* Aristides Orat. Platon. I. p. 112: —διήρηται σοφία καὶ κακουργία, σωφροσύνη καὶ βλακεία, δικαιοσύνη καὶ εὐήθεια, ἀνδρία καὶ θρασύτης· ἑκάτερόν γε ἔστε καλὸν, οὔτε χαλεπὸν, οὔτε προσῆκον, οὔτε τὰς κακίας ὑποκορίζεσθαι τῷ τῆς ἀρετῆς ὀνόματι, οὔτε τὰς ἀρετὰς φαυλίζειν τὰ τῆς κακίας ἐκάστῃ

παρατιθέντα (forte περιτιθέντα). Alia de re et nomine ὑποχορίζεσθαι dabimus mox ad E.

56. D. Πλάτων φησὶ τὸν ἐραστὴν—] Republ. V. p. 466. E. Notavimus supra p. 44. F.

56. E. τὴν Πτολεμαίου θηλύτητα—λατρείαν] Hæc ad Ptolemæum IV. Philopatorem referri debent: de cujus luxuria prodiderunt Polybius V. 34. Excerptis Valef. ex libro XIV: Juſtinus XXX. 1: —*omnem magnitudinem nominis ac majeſtatis oblitus, noctes in ſtupris, dies in conviviis conſumit. Adduntur inſtrumenta luxuriæ, tympana et crepundia: nec jam ſpectator rex, ſed magiſter nequitiæ, nervorum oblectamenta modulatur. Hæc primo laborantis regiæ tacitæ peſtes et occulta mala fuere.* Dixerim, ex eodem fonte hauſiſſe Plutarchum atque Trogum: et quod in hujus prologo eſt, *mortuo Ptolemæo Utruſphonæ, filius ejus Philopator regem Antiochum vicit*, ubi vitioſum nomen *Utruſphonæ* homines docti certatim mutarunt *Tryphone*; nobis aliud latere videtur, certe cognomen *Tryphonis* potius aſſignandum Philopatori, ut Plinius habet Hiſt. Nat. VII. 56. *Ptolemæum Philopatorem, qui Tryphon cognominatus eſt:* et probat J. Perizonius ad Ælianum Var. Hiſt. XIV. 31. Et pater Euergetes diligentiæ prudentiæque laudem habuerat: quo mortuo, filii regiæque mores ad luxuriem converſi ſunt, ut diſerte ipſe prodit Plutarchus in Cleomene p. 820. D: ὁ μὲν γὰρ βασιλεὺς αὐτὸς οὕτω διέφθαρτο τὴν ψυχὴν ὑπὸ γυναικῶν καὶ πότων, ὥστε, ὁπότε νήφοι μάλιστα καὶ σπουδαιότατος αὐτοῦ γένοιτο, τελετὰς τελεῖν, καὶ τύμπανον ἔχων ἐν τοῖς βασιλείοις ἀγείρειν—· uterque alteri loco locus lucem adfert. Apparet enim, Ptolemæum Deæ Cybelæ cultum ejuſque ſemiviros Gallos ſacerdotes imitatum circum Deam cum ululatu ſaltantes, et ſtipem a ſpectatoribus corrogantes, id eſt, ἀγείροντας, *mendicantes*. Eodem pertinet Plutarchi notatio ſucceſſorum Alexandri, De Virt. Alex. p. 338. C. τυμπανισμοὺς ἐν ἀνδρογύνοις. Etymolog. M. Γάλλος· ὁ Φιλοπάτωρ Πτολεμαῖος· διὰ τὸ φύλλα κισσοῦ κατεσίχθαι, ὡς οἱ Γάλλοι· ἀεὶ γὰρ ταῖς Διονυσιακαῖς τελεταῖς κισσῷ ἐστεφανοῦντο: ubi κατεσίχθαι in κατεστέφθαι mutare jubet Jac. Tollius ad Lucian. De Calumn. §. 2. T. III. p. 127. non perſuadens

nobis; ſiquidem Galli corpora ipſi ſua quibuſdam notis vel florum vel aliarum rerum compunxiſſe videntur. Cultum Lucretius diſerte deſcripſit II. 598—643: ex quo pauca ponamus—618:

Tympana tenta tonant palmis, et cymbala circum
Concava, rauciſonoque minantur cornua cantu,
Et Phrygio ſtimulat numero cava tibia mentes,
Telaque præportant violenti ſigna furoris,
Ingratos animos, atque impia pectora vulgi
Conterrere metu quæ poſſint numine Divæ.
Ergo quum primum magnas invecta per urbes
Munificat tacita mortales muta ſalute,
Ære atque argento ſternunt iter omne viarum
Largifica ſtipe ditantes, ninguntque roſarum
Floribus, umbrantes Matrem, comitumque catervas.
Hic armata manus, Curetas nomine Graii
Quos memorant Phrygios, inter ſe forte catenas
Ludunt, in numerumque exſultant ſanguine fleti: et
Terrificas capitum quatientes numine criſtas
Dictæos referunt Curetas.

Cæterum in hoc Plutarchi loco non una eſt difficultas. Κρίνων ſi quis cum H. Stephano Theſ. L. Gr. Append. p. 1297. pro genere ſaltationis accipiat; tamen conſtructio verborum laborabit: item laborabit, ſi κρίνων, *liliorum*, intelligas *liliorum florumque aliorum ſparſionem*: aut ſi omnino omittatur, auctoritate plurimorum codicum, tamen τυμπάνων ἐγχαράξεις non recte dicantur: quippe *tympanorum* eſt *pulſatio, concuſſio*, ἀραγμὸς, ἐνάραξις: cujuſmodi nomen hic locus deſiderat. Si ἐγχάραξις germanum eſt, ſignificatur inſculptio, qua corpori figuræ impungerentur, et forte vera lectio fuerit καὶ κρίνων ἐγχαράξεις καὶ τυμπάνων ἐναράξεις. At hoc forte longius a ſimilitudine vulgatæ ſcripturæ abeſſe judicetur. Neque probatur nobis Meziriaci ἐγκράξεις, *inclamationes*. Itaque, ſi legatur κρίκων καὶ τυμπάνων ἐναράξεις, *annulorum tympanorumque concuſſiones*, habebimus, niſi veram lectionem, at eam, in cujus probabilitate nobis acquieſcere liceat: ſiquidem κρίκοι ſint annuli catenarum, quibus illi ſacerdotes quatiendis ſe invi-

cem lædunt, ſanguinemque fundunt et ululant; ut Lucretii verſu 631. ponendum putemus —*inter ſe forte catenas Lidunt.* Frequens mentio iſtius religionis. Catullus totum Carmen LXIII. in ejus argumento conſumſit. Propertius II. 22. 15: *Cur aliquis ſacris laniat ſua brachia cultris? Et Phrygis inſanos cæditur ad numeros?* Tibullus I. 4. 69: *Et tercentenas erroribus expleat urbes, Et ſecet ad Phrygios vilia membra modos.* Ovidius Faſt. IV. 180. ſeq. 221. 244. Alcæus Epigrammate Anthолog. I. p. 70. Antiſtius ap. Brunck. Analect. T. II. p. 284. Erycius ibid. p. 295. Dioſcorides III. p. 314. edit. Brodæi, Brunckii T. I. p. 503. quem fuit quum corrigendum cenſerem:

Βάλλεϑ' ὑπὲρ τύμβϑ πολιὰ κρίνα, καὶ τὰ συνήϑη
Τύμπαν' ἐπὶ ϛήλῃ ῥήσσετ' Ἀναξιμένϑς,
Καὶ περιδινήσαϑε μακρῆς ἀνελίγματα χαίτης
Στρυμονίην ἄφετοι ϑυάδες ἀμφὶ πόλιν,
Ἣ γλυκερὰ πνεύσαντος ἐφ' ὑμετέροισιν ἀδάπῖαις
Πολλάκι πρὸς μαλακὸς τοῦδ' ἐχόρευσε νόμϑς.

Verſu quinto pro ἀδάπῖαις ſubſtituebam ἀραγμοῖς, vel ὑμετέροις ἀλαλαγμοῖς: primo legebam, Βαίνεϑ' ὑπὲρ τύμβϑ σκολιὰ κρίνα, *Saltate ſuper ſepulcro ſinuoſas ſaltationes:* in eadem re Euripides Cyclope 204: τί βακχάζετε· οὐ Διόνυσος τάδε, Οὐ κρόταλα χαλκοῦ, τυμπάνων τ' ἀράγματα. Ibidem 65: Οὐ τάδε Βρόμιος, οὐ τάδε Χόροι, Βάκχαι τε ϑυρσοφόροι, Οὐ τυμπάνων ἀλαλαγμοί—. Ἀλεξιμένϑς et Ἀμφίπολιν dedit Brunckius: quorum hoc non requiram: *Strymonia urbs* per ſe notat Amphipolim, et magis poeticum eſt quam nomen proprium. Senſus hujuſmodi apparet, *Thyadibus clamantibus, iiſque accinente tibicine, ad hujus dulcem ſonum molleſque nomos reliqua civitas ſaltavit.* Poeta non nominatus in Gallijambis apud Hephæſtionem p. 40: Γαλλαὶ Μητρὸς ὀρείης φιλόϑυρσοι δρομάδες, Αἷς ἔντεα ϖαταγεῖται ϗ χάλκεα κρόταλα. Stipem Matri Deorum propriam reliquit Cicero De Legibus II. 16. Hoc eſt ἀγείρειν, *mendicari:* hinc ἀγύρτης, μητραγύρτης, *Matris Deorum Sacerdos, Gallus, Matri ſtipem colligens.* Sed hæc verbo monuiſſe ſufficit. Plura qui vult, adeat Th. Dempſterum ad Roſini Ant. Rom. p. 99. et quos laudat Th. Galeus ad Jamblich. De Myſt. Æg. p. 224.

56. E. τὰ Ῥωμαίων ἤδη τηνικαῦτα—ὑποκοριζόμενος.] Antonii et ante et in triumviratu vita fuit diſſoluta et luxurioſa: ſed hæc Plutarchi notatio pertinet ad poſteriorem vitæ partem, quam cum Cleopatra conſumſit: de utraque et aliunde conſtat et ex Plutarcho in Ejus Vita p. 920. A—C. 926. C: ubi diſerte de ipſius adulatoribus dicitur. Pervulgata de eo fuit opinio, ſive vera, ſive falſa, eum Cleopatræ obſequentem ſibi propoſuiſſe, ſiquidem Octavianum Cæſarem viciſſet, Romæ patriis moribus abolitis, Ægyptios mores inſtituere. Igitur non improbem lectionem ἤδη τηλικαῦτα, *mores tam veteres*: dicitur τηλικοῦτος fere de certo ætatis modo: neque magis improbem τὰ Ῥωμαίων ἤδη τηλικαῦτα, *Romanum imperium jam tantum*, ſubaudiendo πράγματα: veluti Plutarchus locutus eſt in Pyrrho p. 400. C: προσλαβὼν δὲ ὁ Πύῤῥος τηλικαῦτα, *Pyrrhus tantis copiis potitus*. Ad argumentum præſens convenit diſputatio Senecæ Epiſt. LXXXIII. p. 269: *M. Antonium magnum virum et ingenii nobilis quæ alia res perdidit, et in externos mores ac vitia non Romana trajecit, quam ebrietas, nec minor vino Cleopatræ amor? Hæc illum res hoſtem reipublicæ, hæc hoſtibus ſuis imparem reddidit: hæc crudelem fecit, cum capita principum civitatis cœnanti referrentur: cum inter apparatiſſimas epulas luxuſque regales ora ac manus proſcriptorum recognoſceret: cum vino gravis ſitiret tamen ſanguinem.* Horatius Carmin. I. 37: Epod. 9. Propertius III. 11. 31. Similia de Nerone Plutarchus in Antonio p. 955. F: οὗτος ἄρξας ἐφ' ἡμῶν, ἀπέκτεινε μὲν τὴν μητέρα, καὶ μικρὸν ἐδέησεν ὑπὸ ἐμπληξίας καὶ παραφροσύνης ἀνατρέψαι τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν, πέμπτος ἀπὸ Ἀντωνίου κατ' ἀριθμὸν διαδοχῆς γενόμενος. Jam in ultima loci parte aliquid impediti videtur ineſſe vulgatæ lectioni. Hoc vel ita leniendum interpretando —ἔπαινος—ὑποκοριζόμενος τὰς Ἀντωνίου τρυφὰς—ἱλαρὰ πράγματα δυνάμεως καὶ τύχης χρωμένης αὐτῷ ἀφθόνως: *Laudatio iſta adulatoria propemodum ſubvertit Romanas res, dum Antonii luxuriem et effuſionem blando nomine appellaret læta et liberalia facta potentiæ ac fortunæ ipſi indulgentis:* χρῆται ἡ τύχη καὶ ἡ δύναμις ἐμοὶ ἀφθόνως, *fortuna ac potentia utitur me copioſe, ſine invidia*, idem eſt atque *habeo fortunam et*

potentiam largam, fortuna mihi largas opes suppeditat: quod non quidem ipsis his verbis apud Plutarchum usurpatur, tamen ex generali dictione χρῆσθαί τινι φιλανθρώπως et similibus ad præsentem locum accommodari potest: veluti hæc similesque sunt Opp. Mor. p. 88. C. 178. A. 694. C. 815. F. Vitarum 193. E. 514. B. 562. F. 623. D, E. Vel recipienda lectio Meziriaci αὑτῇ pro αὐτῷ, ut sit, *liberalia facta fortunæ ac potentiæ se ipsa utentis largiter et sine invidia:* et id sane malim, utpote usitatum Plutarcho, apud quem sæpe est χρῆσθαι ἑαυτῷ cum adverbiis εὖ, κακῶς, similibus in utramque partem: Opp. Mor. p. 811. D. Vitar. p. 61. E. 161. B. 278. E. 405. C. 510. E. 691. A. 889. A. 897. B. Deinde semel notanda dictio exquisita παρ' οὐδὲν ἦλθε ἀνατρέψαι, *parum abfuit quin subverteret:* exempla Plutarchea sunt Vitar. p. 133. C. παρ' οὐδὲν ἐλθόντας ἀπολέσθαι. 331. A. 391. D. 663. B. 700. A. 743. A. 764. A. 770. B. 880. D. Opp. Mor. p. 325. F. 809. C. In eodem genere sunt παρ' ἐλάχιστον ἔρχεσθαι cum Infinitivo Vit. p. 167. E. ex Thucydide VIII. 76. ubi videatur Dukerus. Item παρὰ μικρὸν Vit. p. 834. E. 727. A: et παρὰ τοσοῦτον Vit. p. 282. A. 945. D. Denique ὑποκορίζεσθαι animadvertendum: est illud quidem proprie Grammaticum, *nomen verbumve Diminutiva forma et significatione efferre:* translate, *duritiem rei verborum lenitate commendare aut excusare, vitio virtutis nomen addere:* ut diserte Aristides Orat. Platon. I. p. 112: οὔτε τὰς κακίας ὑποκορίζεσθαι τῷ τῆς ἀρετῆς ὀνόματι, οὔτε τὰς ἀρετὰς φαυλίζειν τὰ τῆς κακίας ἐκάστῃ περιτιθέντας: quem locum supra C. apposuimus, ubi de re ipsa agebatur. Igitur in illo vexato dicto Xenophontis Mem. Socr. II. 1. 2. 6. Voluptatis ad Herculem loquentis, —οἱ μὲν ἐμοὶ φίλοι, ἔφη, καλοῦσί με Εὐδαιμονίαν, οἱ δὲ μισοῦντές με ὑποκοριζόμενοι ὀνομάζουσί με Κακίαν: hic igitur ὑποκορισμὸς inesse nequit, et dudum est cum corrigendum putavi ὑποκνιζόμενοι, *æmulatione et invidia punCti:* quod de *amatoria stimulatione* est apud eumdem Xenophontem Mem. Socr. III. 11. 3: Plutarchum Sulla p. 474. C. Suidas Ὑποκνισθέντες· λυπηθέντες, παροξυνθέντες: idem in voce Ὑποκοριζόμενοι hunc ipsum Xenophontis locum adferens,

teſtis certe de lectionis vel corruptelæ antiquitate: ſed corruptum eſſe locum, facile perſuadent Valckenarius, et Ruhnkenius, quorum ſententiæ exſtant apud Erneſtum ad l. c. Xenophontis, Pierſonum ad Mœrin Attic. p. 380. et ad Timæum Lex. Plat. p. 266. Verbo ſubinde utitur Plutarchus illo ſenſu; veluti De Virtute Mor. p. 449. A: ὅταν—προθυμίας τὰς ἐπιθυμίας ὑποκορίζωνται, σοφιστικὰς δοκοῦσιν οὐ φιλοσόφους δικαιώσεις καὶ ἀποδράσεις ἐκ τῶν πραγμάτων μηχανᾶσθαι διὰ τῶν ὀνομάτων. De Ira Cohibenda p. 462. E: οὐ καλῶς ὑποκοριζόμενοι μισοπονηρίαν (τὴν ὀργήν)· ἀλλ' ὥσπερ οἶμαι τῶν ἄλλων παθῶν ψυχῆς καὶ νοσημάτων, τὸ μὲν πρόνοιαν, τὸ δὲ ἐλευθεριότητα, τὸ δὲ εὐσέβειαν καλοῦντες. De Vitioſo Pudore p. 528. E: τὴν ὑπὸ τῶν ἀναισχύντων ἧτταν, αἰσχύνην ὑποκοριζόμενος. De Exilio p. 607. D: Ἐμπεδοκλῆς—ψυχῆς ἀλλαχόθεν ἡκούσης δεῦρο τὴν γένεσιν ἀποδημίαν ὑποκορίζεται τῷ πραοτάτῳ τῶν ὀνομάτων. Sympoſiac. VI. p. 692. D: ψυχὴν καὶ κεφαλὴν τὸν ἄνθρωπον εἰώθαμεν ἀπὸ τῶν κυριωτάτων ὑποκορίζεσθαι. Solone p. 86. C: ἃ δ' οὖν οἱ νεώτεροι τοὺς Ἀθηναίους λέγουσι τὰς τῶν πραγμάτων δυσχερείας ὀνόμασι χρηστοῖς καὶ φιλανθρώποις ἐπικαλύπτοντας, ἀσείως ὑποκορίζεσθαι, τὰς μὲν πόρνας ἑταίρας, τὰς δὲ φόρους συντάξεις, φυλακὰς δὲ τὰς φρουρὰς τῶν πόλεων, οἴκημα δὲ τὸ δεσμωτήριον καλοῦντες, πρῶτον Σόλωνος ἦν, ὡς ἔοικε, σόφισμα, τὴν τῶν χρεῶν ἀποκοπὴν σεισάχθειαν ὀνομάσαντος. Arato p. 1045. A: ipſe dicitur Macedonas ἐπάγεσθαι δεσπότας ταῖς πόλεσι, συμμάχους ὑποκοριζόμενος. De nomine proprio immutato ad blanditiam, aut inſtituto ad commendationem: Sympoſ. I. p. 624. B: τὸν πύκτην Ἡρακλείδην—Ἡρακλῆν Ἀλεξανδρεῖς ὑπεκορίζοντο. Adverſ. Colotem, initio p. 1107. D: Κολώτης, ὃν Ἐπίκουρος εἰώθει Κολωτάραν ὑποκορίζεσθαι καὶ Κολωτάριον—. Theſeo p. 6. B: τὴν Ἑκάλην ἐτίμων, Ἑκαλήνην ὑποκοριζόμενοι. Numa p. 65. D: ἀπ' ἐκείνης δὲ καὶ τὸν Αἰμυλίων οἶκον ἀναμιχθέντα τοῖς πατρικίοις ὀνομασθῆναί φασιν οὕτως, ὑποκοριζομένης τοῦ βασιλέως τὴν ἐν τοῖς λόγοις τῆ ἀνδρὸς αἰμυλίαν καὶ χάριν. Ariſtides Sophiſta T. I. p. 493: ταῦτ' οὖν πότερον δωρεᾶς καὶ φιλανθρωπίας, καὶ κέρδη τῶν λαβόντων, καὶ ὡς ἄν τις εὐφήμως ὑποκορίσαιτο, ἢ δέλεαρ, καὶ πάγην, καὶ πραγμάτων θήραν, καὶ τιμὴν τῶν ἀτίμων—ἄμεινον καλεῖν; Ibid. p. 527. τὴν αὐθάδειαν ὑποκοριζόμενος ἀνδρείαν. T. II. p. 189: Θεμιστοκλῆς Εὐρυβιάδην

—ὑποχοριζόμενος τῷ τῆς ναυαρχίας ὀνόματι. Eadem eſt vis in vocabulis εὐφημία, εὐφημισμὸς, περιπέτειν, περιαμπέχειν, de quibus in ſequentibus dicemus.

56. E. Πτολεμαίῳ δὲ τί περιῆψεν ἄλλο φορβειὰν καὶ αὐλάς;] Hic ut diverſus a modo dicto Ptolemæo debebat addito quodam cognomine diſtingui, idque a Plutarchi diligentia exſpectabatur, niſi forte librariorum errore illa ſignificatio excidit. Fuit autem XI. Ptolemæorum, cognomine *Auletes*, et *Dionyſus*: de quo ſunt Ciceronis Epiſtolæ ad Lentulum, libro primo Ad Diverſos: expulſus a ſuis, ab A. Gabinio reductus in regnum. De flagitioſa ejus luxurie et inſana tibicinii cupiditate Strabo XVII. p. 1146. Lucianus De Calumnia §. 16. T. III. p. 146. ubi videatur Moſes Solanus. Φορβειὰ, *capiſtrum tibicinis*: Plutarchus De Ira Cohib. p. 456. B: καὶ ὁ Μαρσύας, ὡς ἔοικε, φορβειᾷ τινι καὶ περιϛομίοις βίᾳ τοῦ πνεύματος τὸ ῥαγδαῖον ἐγκαθεῖρξε—. Sympoſ. VII. p. 713. C. Tritum apud Veteres dictum Sophoclis memorant Cicero Attic. II. 16: Longinus De Sublim. III. p. 16: Φυσᾷ γὰρ οὐ σμικροῖσιν αὐλίσκοις ἔπι, Ἀλλ' ἀγρίαις φύσαισι φορβειᾶς ἄτερ. Imaginem et vetere ſigno exhibitam ab A. Schotto ad Proverbia Vatic. p. 272. ad φορβειὰν refert etiam G. Cuperus Obſerv. I. 12. p. 102. Conſulantur et interpretes ad Heſychium T. II. p. 1519: Φορβειὰ ἡ αὐλητικὴ ϛομίς· λέγεται δὲ καὶ ὁ χειλωτήρ.

56. F. Νέρωνι τραγικὴν ἐπήξατο σκηνὴν,] Suetonius in Nerone 21. Philoſtratus Vit. Apollon. V. 7. p. 193. Dio Caſſius LXIII. 9: alii.

56. F. μινυρίσωσι] Vide dicta ad p. 42. B.

p. 57. A. ἂν μὲν εὐπαρύφῳ τινὸς ἢ ἀγροίκῳ λάβηται—ἐνηθούμενος.] Characteriſmos ac dicta adulantium fere ex Comœdiis, maxime Menandreis, ſumſit Plutarchus. Hoc loco verſum priorem diſerte habet Athenæus X. p. 434. C: Μένανδρος δ' ἐν Κόλακί φησι,

Β. Κοτύλας χωροῦν δέκα
Ἐν Καππαδοκίᾳ κόνδυ χρυσοῦν, Στρεθία,
Τρὶς ἐξέπιον μεϛόν γ'. Στρ. Ἀλεξάνδρῳ πλέον
Τοῦ βασιλέως πέπωκας. Β. Οὐκ ἔλαττον, οὐ
Μὰ τὴν Ἀθηνᾶν. Στρ. Μέγα γε.—

Ita ex Bentleii ratione legendum, Emendat. Menandr. et Philem. p. 37. Nunc ex hoc Plutarchi loco intelligimus alteram Menandream perſonam eſſe Biantem: eumdem εὐπάρυφον ſignificant Scholia in margine codicum E. et Voſſ. ubi ad nomen Βίαντι adſcriptum eſt τῷ εὐπαρύφῳ: quamquam E. habet Βύαντι. In altero verſu, quem item a Plutarchea oratione diſtinximus, verbum ἐνηθούμενος certe nihili eſt, nec a Lexicographis aut ullo, quod ſciam, Scriptore proditum: itaque legi et verti ἐκθανούμενος, *emoriturus riſu*, comparatione Terentiani Gnathonis in Eunucho adulantis Thraſoni ac ridentis ad ipſius jocum quamvis frigidum, III. 2. 44:

GN. *Ha, ha, he!* THR. *Quid rides.* GN. *Iſtud, quod dixti modo:*
Et illud de Rhodio dictum in mentem venit.

Sane Terentius perſonam adulatoris et militis glorioſi ex Menandri Colace ſumſiſſe ſe fatetur Prolog. verſu 30. Igitur mea quidem opinione, apud Menandrum Struthias adulator irriſit Biantem adulando: cumque Bias ei narraſſet ſe aliquem Cyprium dicterio perculiſſe, in riſum ſe effudit Struthias laudans illud dicterium et affirmans ſe propemodum riſu emori. Sed hæc ejuſmodi eſt conjectura, ut, licet probabilis, tamen falſa eſſe poſſit. Πρὸς τὸν Κύπριον eſt *ad illud dicterium tuum, quod mihi narraſti te in Cyprium conjeciſſe, pœne riſu emorior*; ita πρὸς cum Accuſativo valet *propter, per*. Sic apud alios et Plutarchum Opp. Mor. p. 653. E. 722. A. 863. D. 916. B. 990. A. 942. E. Vitarum p. 21. F. 100. B. 135. E. 171. C. 230. D. 293. C. 295. B. 296. A. 311. B. 372. F. 405. E. 465. F. 532. C. 630. F. 667. E. 680. A. 706. A. 727. C. 739. C. 743. E. 788. B. 823. A. 908. A. 923. D. 936. E. Item Latini eadem ratione dicunt *ad:* qua de conſuetudine tradiderunt R. Bentleius ad Horat. Sat. I. 6. 87. G. Cortius ad Salluſtium p. 971. Γέλῳ ἔκθανον notum ex Odyſſ. Σ. 99. illuſtravit Abreſchius ad Heſych. voc. Ἐξέθανεν· ἐλειποθύμησεν: et nos monuimus ad Ser. Num. Vind. p. 563. D. Notum etiam nobis ex hoc ipſo libro dictum adulatoris dominum laudantis p. 54. C: Ἀκαίρως, φησὶν,

ἐγέλας· ἐγὼ δ' ἐξέθνησκον ὑπὸ τοῦ γέλωτος, ipſum quoque Menandreum colorem habet. Struthias, perſona Menandrei adulatoris memoratur ab Æliano De Nat. Animal. IX. 7 : Καὶ ὁ μὲν τοῦ Μενάνδρου Θήρων μέγα φρονεῖ, ὅτι ῥινᾶν ἀνθρώπους, φάτνην αὐτοὺς ἐκείνους εἶχε· καὶ ὁ Στρουθίας τοιοῦτος. Κλείδημος δὲ ὁ Φιλίππου, καὶ τῶν ὀφθαλμῶν τὸν ἕτερον δεσμῷ καὶ-ελάμβανε, Φιλίππῳ χαριζόμενος ἐν τῇ τῆς Μεθώνης πολιορκίᾳ τὸν ἕτερον ἐκκοπέντι. Ejuſdem Æliani eſſe videntur, quæ habet Suidas vocibus Κλείσοφος, Διώνυμον, Βομβοῦσι, ubi Struthiæ nomen in famoſis adulatoribus numeratur. Porro Comicum eſt, quod duo contrarii generis homines εὐπάρυφος et ἄγροικος memorantur, quos nactus adulator tractet. Εὐπάρυφος, *bene veſtitus, prætextatus*, a παρυφὴ, *prætexta*, habuit locum in Comœdia. Pollux VII. 46 : χλαμὺς—ὡς ἡ νέα κωμῳδία, εὐπάρυφος : IV. 148. Plutarchus alicubi, (locum perperam notavi p. 516. B :) εὐπάρυφος ἐκ κωμῳδίας. Hujuſmodi divites adulatoribus jactant ſua facta, narrant iis εὐπάρυφα καὶ σοβαρὰ διηγήματα, id eſt, quæ conveniunt hominibus εὐπαρύφοις καὶ σοβαροῖς, *prætextatis et jactatoribus*, De Sui Laude p. 547. E. Simpliciter in Æmilio Paulo p. 273. A : νεανίσκοι περιζώμασιν εὐπαρύφοις ἐξαλμένοι. Lucianus Somnio T. I. p. 20 : ἀλλ' ἐμοὶ ἐδόκουν εὐπάρυφός τις ἐπανήκειν : non temere reddit interpres, *ſed videbar omnino mihi in amictu honoratiore et prætextato redire.* De Mercede Conductis p. 664 : ξυνεῖναι εὐπατρίδαις καὶ εὐπαρύφοις ἀνδράσιν. Demonacte T. II. p. 382. ib. 389 : Ἰδὼν δέ τινα τῶν εὐπαρύφων ἐπὶ τῷ πλάτει τῆς πορφύρας μέγα φρονοῦντα—. T. III. Dialog. Meretric. I. p. 280. Alciphron. III. 42. Ariſtænetus I. 27. Suidas et Heſychius in voce, et hic J. Albertius. Ἀγροίκου φορίνην παχεῖαν φορῶνίος Xylander reddidit, *agreſtem ſuilla cute craſſa amictum.* Fuit ſane φορίνη tegumentum agreſtium ex cute ſuilla factum : Pollux VI. 55 : τὸ δὲ δέρμα τοῦ χοίρου φορίνην καλοῦσι. Sic fuit ruſtici Strepſiadis κυνῆ apud Ariſtophanem Nub. 267 : quod Scholiaſtes exponit : περικεφάλαιαν, ἀγροίκων φόρημα· οὕτω δὲ ἐκλήθη, ἐπειδὴ πρῶτον ἀπὸ κυνείων δερμάτων ἦν. Sed poteſt etiam valere *hominem craſſa cute præditum*, ſiquidem φορίνη *cutem hominis* quoque ſignificat, ut eſt in Harpocratione et Suida in

voce. Itaque opportune Salmaſius in Notulis MSS. ad hunc locum comparavit illud Plauti in Milite Glor. II. 2. 80: *Herus meus Elephanti corio circumtentus eſt, non ſuo: Neque habet plus ſapientiæ quam lapis.* Alia petantur a P. Leopardo Emend. I. 9. et Interpretibus ad Heſychium voc. Φορίνη. Vocem in Steph. Theſ. L. Gr. omiſſam repoſuit D. Scottus in Appendice. Ὅλῳ τῷ μυκτῆρι χρῆται, *toto naſo utitur*, bene vertunt Eraſmus et Cruſerius: μυκτὴρ, *naſus*, *irriſio*, *ironia*, Plutarchus De Malignit. Herodoti p. 860. E. Longinus De Subl. Sect. XXXIV. ibique Ruhnkenius. Sic *Naſus* Latinis dicitur, non ſolum ea *irriſio*, quæ ſerio fit, ita ut irriſus eam agnoſcat; ſed adulatoria quoque, quæ ita alteri per laudes adhibetur, ut is eam non agnoſcat: quod diligenter expoſitum eſt in Lexico Latino Facciolati et Forcellini: *Deriſor vero plus laudatore movetur* apud Horatium Art. Poet. 433. eſt qui per adulationem laudat. Animadvertendum etiam in Cicerone Off. I. 26: —*homines inflati opinionibus turpiter irridentur, et in maximis verſantur erroribus:* recte interpretatur J. M. Heuſingerus, *Decipiuntur ab iis, a quibus ſe laudari putant.* Eodem nomine εἰρωνείας ſignificat adulationem Philo Jud. De Plantat. Noe p. 228. E: εὔνοια γάρ ἐστι βούλησις τοῦ τῷ πλησίον εἶναι τὰ ἀγαθὰ αὐτῷ (ita leg. pro αὐτὰ) χάριν ἐκείνου· αἱ δέ γε χαμαιτύπαι, καὶ οἱ κόλακες αὐτῶν ἕνεκα σπουδάζουσι, αἱ μὲν τοῖς ἐρασταῖς, οἱ δὲ τοῖς κολακευομένοις τὰ ἀγαθὰ προσάγειν· τὰς οὖν εἰρωνείας καὶ γοητείας, καθάπερ ἐπιφυομένας κῆρας τῷ φιλίας φυτῷ, περικοπτέον. Hæc eſt εἰρωνεία, quam et μυκτῆρα Ἀττικὸν appellat Lucianus Prometheo T. I. p. 24: notavit Theophraſtus Char. I: egregie ibidem interpretatus eſt Iſ. Caſaubonus: cujus interpretationi addatur Latinum vocabulum *Deriſionis et irridendi.* Ἐμπεριπατεῖν ad verbum reddidit Plautus *inambulare*, Aſinaria III. 3. 93: *Inambulandum eſt: nunc mihi viciſſim ſupplicabunt:* id eſt, *inſultandum eſt his hominibus:* ab interpretibus Plauti non notatum. Sic Plutarchus mox p. 65. F: οὐ πάνυ ῥᾴδιος ἐμπεριπατεῖν τοῖς κόλαξιν ἑαυτὸν παρέξομεν. De Vitioſo Pudore p. 531. B: παρέχεις ἐμπεριπατεῖν φλυάρῳ σαυτὸν, *nugatorem tibi inſultare pateris.* Similiter dicitur ἐπεμβαίνειν τινὶ, et

κατατρέχειν τινός· καθιππάζεσθαί τινος, *inequitare alicui*: item quod Plutarchus hoc loco habet κατορχεῖσθαί τινος, *insultare cui, saltando quem eludere*. Hesychius et Suidas in voce. Budæus Comment. L. Gr. p. 1079. Stephanus Thes. T. II. p. 1486.

57. A. οὐκ ἀπ' εὐθείας ἐπανάγει τὸν ἔπαινον] ἐπάγει D. Rodolph. Schott. Jannot. *adducit*: vulgatum aliquanto significantius est, *superadducit*, sed minus aliquanto accommodatum huic loco. De hoc alibi. T. V. B. ἐπ' εὐθείας: reliqui omnes vulgatum tenent: utrumque notat *in recta via*; sed ἀπ' εὐθείας magis initium significat, *a recta via*: ἐπ' εὐθείας progressum *in recta via*: hoc est apud Plutarchum Opp. Mor. p. 564. A. 592. D. 1004. C: illud ἀπ' εὐθείας frequentius exstat, p. 408. E. 614. C. 632. D. 818. F. 856. C. Vit. p. 175. D. Similia sunt, ἀπὸ τῆ εὐθέος λεγόμενα. Thucyd. III. 43. Dion Chrys. Or. XI. p. 158. A. C. ἐκ τοῦ εὐθέως λέγειν: quæ notavit Valckenarius ad Euripid. Hippol. 491. Quibus adde Aristidem T. I. p. 237. 531. T. II. p. 365: Pausaniam VIII. 8. p. 613. ἐκ τοῦ εὐθέος λέγειν τὰς λόγας.

57. A. προσεισιν, οἷον ἀψοφητὶ θρέμματος—] Iambus est: quod et Meziriacus monuit. Fortasse ad Comici dictum pertinet glossa Hesychii: Ἀψοφητί· ῥέμα· ἡσύχως· κολακεία. Saltem scribatur cum J. Albertio κολακείᾳ. De fonte comparationis diximus supra ad similem descriptionem p. 51. E.

57. B. ξένοις λέγων ἢ προσβυτέροις—] In nostra editione perperam expressum est ξένων. Cæterum eadem notatio est in Theophrasti Charactere Κολακείας, narrantis amico adulatoris: Ἐνθυμῆ ὡς ἀποβλέπουσι πρός σε οἱ ἄνθρωποι· τοῦτο οὐδενὶ τῶν ἐν τῆ πόλει γίνεται πλὴν σοί· εὐδοκίμεις χθὲς ἐν τῆ στοᾷ· πλειόνων γὰρ ἢ τριάκοντα ἀνθρώπων καθημένων, καὶ ἐμπεσόντος λόγου τίς εἴη βέλτιστος, ἀπ' αὐτοῦ ἀρξαμένους πάντας, ἐπὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ κατενεχθῆναι.

57. B. Ἐγὼ δ' ἐθαύμαζον—] Et hoc dictum Iambico versu ligatum fuisse videtur: Ἐγὼ δ' ἐθαύμαζόν γε σοῦ κακῶς τινα Λέγοντος—.

57. D. ῥᾳθύμοις καὶ σχολαστικοῖς—κενοδοξίαν] ῥᾴθυμος, *remissus*,

piger, malum habet ſenſum: σχολαστὴς ſæpe bonum; eſt enim proprie otioſus, *ſuas res agens, non alienas, a republica gerenda abſtinens:* horum genus eſt eorum, qui doctrinæ ſtudio dediti ab aliis rebus otiantur: unde σχολὴ, *otium, ſchola*, σχολάζειν, *otium literatum ſequi*, σχολαστὴς, σχολαστικός: de quibus nunc videatur Cicero Off. I. 9: nos alibi dicemus. Hoc loco vitium notatur, non σχολάζω ſimpliciter, ſed ῥᾳθυμοι σχολαζοὶ, *inertes otiatores*, id eſt, *otiatores, qui iidem ſunt inertes:* poſita particula καὶ per figuram ἓν διὰ δυοῖν copulative, non disjunctive. Atqui illorum, qui in doctrinæ et philoſophiæ ſtudio degunt, vetus eſt reprehenſio, *eos medias urbis partes*, id eſt, *hominum celebritatem, fugere.* Sic apud Platonem in Gorgia p. 296. H: ὑπάρχει τούτῳ τῷ ἀνθρώπῳ, κἂν πάνυ εὐφυὴς ᾖ, ἀνάνδρῳ γενέσθαι, φεύγοντι τὰ μέσα τῆς πόλεως καὶ τὰς ἀγορὰς, ἐν αἷς ἔφη ὁ ποιητὴς τοὺς ἄνδρας ἀριπρεπεῖς γίγνεσθαι. Et vero *Juſtitia* ponebatur ab eodem in τῷ τὰ ἑαυτοῦ πράττειν, Republ. IV. p. 450. E. dicitur οἰκειοπραγία p. 451. B: contra Injuſtitia eſt πολυπραγμοσύνη. Item Chryſippus volebat ſapientem eſſe, ἰδιοπράγμονα, ἀπράγμονα, ὀλιγοπράγμονα, apud Plutarch. Adv. Stoic. p. 1043. A. ubi plura dicemus. Igitur Virtuti ἰδιοπραγίᾳ opponitur vitium ἀλλοτριοπραγία.

57. D. ῥήτορός ἐστιν ὅτε κολακείᾳ] Legendum κολακεία Caſu recto: *eſt aliquando oratoris adulatio:* id eſt, *aliquando et oratori adhibent hanc adulationem, ut philoſophos irrideant.* Diſſidium philoſophos inter et oratores notum inde a Platonis Gorgia, *quo patrono, ut Plato voluit, philoſopho ſuccubuit orator*, quod ait Cicero De Orat. III. 32.

57. D. τὰς μονολεχεῖς καὶ φιλάνδρους] Μονολεχὴς *mulier, unum lectum amans, ſola cubans*, rara vox, nec facile alibi obvia. Φίλανδρος γυνὴ in laude dicitur, *mariti amans*, non *virorum amans*. Sic Plutarchus De Conjug. Præcept. p. 142. A. Amatorio 769. C. Solert. Animal. p. 983. A. Theſeo p. 12. B. Alcib. p. 195. C. Pompeio 647. B. Bruto 989. D.

57. E. Ἀνδράποδόν εἰμι—] Et hæc dictio veſtigia Iambica prodere videtur.

57. E. ἴδιος ἄνθρωπος] *Singularis homo:* in laude ponitur;

ut *homo rarus*. Plutarchus fere jungit περιτὸς, *eximius*. De Stoic. Repugn. p. 1051. A. 1068. B. Theſeo B, C. Catone Maj. 351. C.

57. E. αὐθέκαστος] Vide ad p. 11. D.

57. E. Τυδείδη,] Iliad. K. 249.

57. F. ὅ, τι ἂν εἴπῃ, χρησμὸν εἰληφέναι φήσας, οὐ γνώμην—] F. ἐπίῃ loco εἴπῃ. Ita Demetrio Poliorcetæ adulabantur Athenienſes. Plutarchi narratione De Fortun. et Virt. Alexandri p. 338. A: Δημήτριος δὲ, ᾧ τῆς Ἀλεξάνδρου δυνάμεως ἡ τύχη σμικρὸν ἀποσπάσασα προσέθηκε, καταιβάτης καλούμενος ἐπήκοος· καὶ προέσθεις πρὸς αὐτὸν οὐκ ἔπεμπον, ἀλλὰ θεωροὺς αἱ πόλεις· καὶ τὰς ἀποκρίσεις χρησμοὺς προσηγόρευον. Adhibeatur altera Ejuſdem in Vita Demetrii p. 893. E.

p. 58. A. Μιθριδάτῃ—φιλιατροῦντι—] Simile de Alexandro prodit Plutarchus in Ejus Vita p. 668. C: δοκεῖ δέ μοι καὶ τὸ φιλιατρεῖν Ἀλεξάνδρῳ προστρίψασθαι μᾶλλον ἑτέρων Ἀριστέλης· οὐ γὰρ μόνον τὴν θεωρίαν ἠγάπησεν, ἀλλὰ καὶ νοσοῦσιν ἐβοήθει τοῖς φίλοις, καὶ συνέτατλε θεραπείας τινὰς καὶ διαίτας, ὡς ἐκ τῶν ἐπιστολῶν λαβεῖν ἐστιν. Mithridatis medicinæ ſcientia multis memorata Veterum, quos citat J. A. Fabricius Bibl. Gr. Vol. XIII. p. 339. Verbum φιλιατρεῖν habet Plutarchus De Sanit. Tuenda p. 122. C: τῷ μὴ φιλιατροῦντι χαλεπαίνεις φιλοσόφῳ.

58. A. Πολλαὶ μορφαὶ τῶν δαιμονίων] Euripidis in exitu complurium fabularum, Alceſt. 1159: Androm. 1284: Bacch. 1386: Helen. 1704.

58. A. ἐκτάττοντα τὰς—] Vulgo legebatur ἐκτάττον τὰς, quod ex Emendatione noſtra Græco contextui ſubjecta non intelligitur; quippe in ea errore excuſum eſt *Vulc.* pro *Vulg.* id eſt *Vulgata*. Ἐκτάττειν, *exponere, proponere, adſcribere* eſt apud Plutarchum De Animæ Procreat. p. 1024. C: Θεόδωρος—ἐπὶ μιᾶς εὐθείας ἐφεξῆς τούς τε διπλασίους ἐκτάττων καὶ τοὺς τριπλασίους, *Theodorus—una linea recta deinceps duplos triploſque numeros exponens*. Reddendum Hierocli ap. Stobæum Serm. LXXXIII. p. 482. 1. τούτων δὴ τεθεωρημένων κατὰ τὸν ἐντεταμένον ἐστὶ περὶ τὴν δέουσαν ἑκάστων χρῆσιν τὸ ἐπισυνάγειν πως τοὺς κύκλους· fortaſſe corrigendum κατὰ τὸ ἐκτεταγμένον, ἐχόμενόν ἐστι περὶ τ. δ. ἑ. χ. τ. ἐ. π. τ. κ.

His ita intellectis ſecundum expoſitam rationem, proximum eſt circulos contrahere. Sed totum locum plenum illum mendis emendavimus in margine noſtri exempli Stobæani, quas nunc emendationes prodere, longum et a propoſito alienum eſt. In re militari ἐκτάττειν *milites*, eſt *eos certa in acie collocare:* ſic Plutarchus utitur in Vitis p. 307. A. 593. C. 818. C. 895. D. 1040. A. E.

58. A. βοῶν παρ' ἕκαστον ὡς εὖ καὶ ἱκανῶς] Simili characteriſmo adulatorem carmina amici laudantem deſignavit Horatius Art. Poet. 427:

Nolito ad verſus tibi factos ducere plenum
Lætitiæ: clamabit enim, Pulcre! Bene! Recte!
Palleſcet; ſuper his etiam ſtillabit amicis
Ex oculis rorem: ſaliet, tundet pede terram.
Ut qui conducti plorant in funere, dicunt
Et faciunt prope plura dolentibus ex animo: ſic
Deriſor vero plus laudatore movetur.

58. B. Σύνθημ' ἐρωτῶν, ἄλλο μαχεύων χρέος] Tragici eſſe videtur, certe eſt juſtus Iambicus; quo magis miror Eraſmum et Cruſerium proxima verba ἐπαινέσαι ᾗ συνεπιτυχῶσαι βελόμενος, quæ mere ſunt Plutarchea, tamquam Senarium accepiſſe et antecedenti continuaſſe. Ille reddidit: *Rogare ſtudio, cæterum aliud perſequens Hoc agere, ut laudet ac laudatum magis exoculet.* Cruſerius: *Signum petere, aſt aliud requirere debitum, Ut laudibus celebret inflet que ſpiritus.* Xylander bene, quod Plutarchea non verſui implicavit: minus bene, quod Σύνθημ' ἐρωτῶν vertit *Rogaſſe compoſito.* Rectius in Græco-Latina ultima anni 1624. quam nos repetivimus, *Rogare teſſeram, aliud autem quærere:* quæ Amyotum ſecuta videtur bene reddentem, *Le mot du guet il nous va demandant, Mais autre choſe il cherche cependant.* Σύνθημα, *teſſera militaris*, apud omnes Scriptores frequens eſt vocabulum.

58. B. τὴν ζωγραφίαν σιωπῶσαν ἀπεφήναντο ποιητικήν,] Simonides, quod notavimus ad p. 17. F.

58. D. Ἀπελλῆς μὲν—Μεγαβύζου—] Partem hujus diſputationis reponit Plutarchus De Anim. Tranqu. p. 471. F: Μεγάβυζον δὲ τὸν Πέρσην εἰς τὸ ζωγραφεῖον ἀναβάντα τῶν

Ἀπελλοῦ, καὶ λαλεῖν ἐπιχειρήσαντα περὶ τῆς τέχνης, ἐπεσόμισεν ὁ Ἀπελλῆς εἰπών, Ἕως μὲν ἡσυχίαν ἦγες, ἐδόκεις τις εἶναι διὰ τὰ χρυσία καὶ τὴν πορφύραν, νυνὶ δὲ καὶ ταυτὶ τὰ τρίβοντα τὴν ὤχραν παιδάρια κατεγελᾷ σε φλυαροῦντος. Zeuxidi tribuit Ælianus, Plutarchum, ut ſolet, ſequens, nec attente deſcribens Var. Hiſt. II. 2: Μεγαβύζῳ ποτὲ ἐπαινοῦντος γραφὰς εὐτελεῖς καὶ ἀτέχνως, ἑτέρας δὲ σπουδαίως ἐκπεπονημένας διαψέγοντος, τὰ παιδάρια τὰ τοῦ Ζεύξιδος τὴν μηλίδα τρίβοντα κατεγέλα. Ὁ τοίνυν Ζεῦξις ἔφατο, Ὅταν μὲν σιωπᾷς, ὦ Μεγάβυζε, θαυμάζει σε τὰ παιδάρια ταῦτα· ὁρᾷ γὰρ σοῦ τὴν ἐσθῆτα καὶ τὴν θεραπείαν τὴν περί σε· ὅταν γε μὴν τεχνικόν τι θέλεις εἰπεῖν, καταφρονεῖ σε. Φύλαττε τοίνυν σεαυτὸν εἰς τοὺς ἐπαινουμένους, κρατῶν τῆς γλώσσης, καὶ ὑπὲρ μηδενὸς τῶν μηδέν σοι προσηκόντων φιλοτεχνῶν. At Apellem hoc Alexandro reſpondiſſe prodit Plinius Hiſt. Nat. XXXV. 36. 12: *Fuit enim et comitas illi (Apelli), propter quam gratior Alexandro Magno erat, frequenter in officinam ventitanti. Nam, ut diximus, ab alio pingi se vetuerat edicto. Sed et in officina imperite multa differenti silentium comiter suadebat, rideri eum dicens a pueris, qui colorem tererent. Tantum erat auctoritati juris in regem alioqui iracundum*—. Fortaſſe bifariam traditam rem Plutarchus, ut Græcorum et Alexandri amans, ab hoc in Megabyzum transferendam cenſuit; ſiquidem et hunc pinxit Apelles nobili tabula, teſte Plinio, ibid. XXXV. 36. 16: *Pinxit et Megabyzi, sacerdotis Dianæ Ephesiæ, pompam.* Erat enim hoc nomen ſacerdotibus illis, jactatum in Comœdiis, de quo multi multa: Caſaubonus et Menagius ad Diog. Laert. II. 51: Interpretes ad Plautum Bacchid. II. 3. 74: Dalecampius et Harduinus ad Plinium l. c. in primis Perizonius ad Ælian. Var. Hiſt. II. 2. T. Hemſterhuſius ad Luciani Timon. p. 134. ſeq. J. Albertius ad Heſych. voc. Μεγαβύζοι.

58. E. Σόλων Κροίσου] Sermo Solonis ad Crœſum de felicitate, Tello, Cleobi et Bitone, ab Herodoto proditus, ſive verus, ſive fictus, certe prudentiſſime elegantiſſimeque ſcriptus, exſtat, I. 30—33. Juvenalis Sat. X. 274: —*Crœsum, quem vox justi facunda Solonis Respicere ad longæ jussit spatia ultima vitæ.*

58. E. οἱ δὲ κόλακες τοὺς βασιλεῖς—] Juvenalis Sat. IV. 70: —*nihil eſt, quod credere de ſe Non poſſit, cum laudatur Diis æqua poteſtas.*

58. E. τῶν μὲν Στωικῶν—τὸν σοφὸν ὁμοῦ πλούσιον, καλὸν, εὐγενῆ, βασιλέα προσαγορευόντων·] Nobile Stoæ Paradoxum. Cicero Fin. III. 22. ex perſona Catonis: *Sapiens—ſemper ſit neceſſe eſt beatus, vereque omnia iſta nomina poſſideat, quæ irrideri ab imperitis ſolent. Rectius enim appellabitur rex, quam Tarquinius—: rectius dives, quam Craſſus:— Recte ejus omnia dicentur, qui ſcit uti ſolus omnibus. Recte etiam pulcher appellabitur; animi enim lineamenta ſunt pulchriora, quam corporis. Recte ſolus liber, nec dominationi cujuſquam parens, neque obediens cupiditati. Recte invictus: cujus etiam ſi corpus conſtringatur, animo tamen vincula injici nulla poſſint—.* In eodem argumento ſunt Paradoxa V. et. VI. Horatius ridet Epiſtol. I. 1. 106: *Ad ſummam, ſapiens uno minor eſt Jove: dives, Liber, honoratus, pulcher, rex denique regum; Præcipue ſanus, niſi cum pituita moleſta eſt.* At Plutarchus et hanc rationem, cum exemplo Apellis reprehendentis Megabyzum, gemino expoſuit loco De Anim. Tranq. p. 472. A: Ἀλλ' ἔνιοι τοὺς μὲν Στωϊκοὺς οἴονται παίζειν, ὅταν ἀκούσωσι τὸν σοφὸν παρ' αὐτοῖς μὴ μόνον φρόνιμον ἢ δίκαιον καὶ ἀνδρεῖον, ἀλλὰ καὶ ῥήτορα ἢ στρατηγὸν καὶ ποιητὴν καὶ πλούσιον ἢ βασιλέα προσαγορευόμενον· αὐτοὺς δὲ πάντων ἀξιοῦσι τούτων· κἂν μὴ τυγχάνωσιν, ἀνιῶνται.

58. F. Κρίσσων ὁ Ἰμεραῖος ἀπελείφθη διαθέων πρὸς Ἀλέξανδρον] Item loco illo gemino Plutarchus De Animi Tranq. p. 471. F: οὐ τοιοῦτος Ἀλέξανδρος· ἀλλ' ἐπεὶ Κρίσσων ὁ σασιοδρόμος ἀμιλλώμενος αὐτῷ περὶ τάχους, ἔδοξεν ἑκὼν παρεῖναι, σφόδρα διηγανάκτησεν· ita ibi edidimus pro vulgato Βρίσων; quod item hoc loco habet unus, iſque e correctione, Moſc. 1. Non eſt dubium, quin Plutarchus nobilem illum Criſſonem Himeræum curſorem Olympionicum ſignificaverit, quamquam errorem ſecutus alicujus Scriptoris hoc de Alexandro tradentis; nam nec ipſe in Ejus Vita, nec alius quiſquam, hoc de eo prodidit: *magnum* autem hic *Alexandrum* dici, res ipſa loquitur. Atque ita fere judicavit Jac. Palmerius Exercit. ad Gr. Auctores p. 214.

Criſſon vero Himeræus antiquior eſt Alexandro, quam ut cum eo decurrere potuerit; quippe memoratus Platoni in Protagora p. 203. G: Κρίσωνι τῷ Ἱμεραίῳ δρομεῖ, ἀκμάζοντι ἕπεσθαι, ἢ τῶν δολιχοδρόμων τῳ, ἢ τῶν ἡμεροδρόμων διαθεῖν τε καὶ ἕπεσθαι. Leg. VIII. p. 647. C. Diodorus Siculus XII. 42. aliique eum memorant citati Weſſelingio, et Ed. Corſino in Indice Olympionicarum, Diſſ. Agoniſt. p. 126. Et victor inſcriptus Olympiade LXXXIII—LXXXV. cum Alexandro M. quadraginta annis poſtea nato haud facile degere potuit. Διαθεῖν, *curſu certare*, exquiſitior ſignificatio. Ita Plato, l. c. Theæteto p. 116. G. Reſtituendum Ariſtidi Orat. Plat. II. p. 245: ὁ γοῦν Νέςωρ—τῷ Ἀντιλόχῳ μέλλοντι τὸ ἅρμα καθιέναι—ὑποτίθεται καὶ παραδείκνυσιν αὐτῷ τινα τῶν εἰς τὸν δρόμον, καὶ ὅπως διαθεύσεται τὸν ἀγῶνα: vulgo legitur διαθήσεται. Sic διατρέχω Dion Chryſ. Or. VIII. p. 132. C: διατρέχοντας, ἢ παλαίοντας, ἢ διαπηδῶντας, οὐδὲ πυκτεύοντας καὶ ἀκοντίζοντας καὶ δισκεύοντας. Cognata eſt ſignificatio de aliis ludis feſtis: v. c. Plutarchus Solone p. 79. B: οἱ τὴν ἱερὰν λαμπάδα διαθέοντες. De Lupercis, in Romulo p. 31. C: Cæſare p. 736. D: Antonio p. 921. B: διαθέουσι δὲ τῶν εὐγενῶν νέων πολλοὶ καὶ τῶν ἀρχόντων, ἀλειλεμμένοι λίπα, σύτεσι λευκοῖς (leg. λυκείοις) καθικνούμενοι μετὰ παιδιᾶς τῶν ἐντυγχανόντων· priore loco eſt λασίοις, quod nec mutare, nec ad mutandum λευκοῖς adhibere velim. De hac vi Præpoſitionis διὰ Verbis notionem certaminis adjungendi monuerunt Kuſterus ad Ariſtoph. Eq. 1400: Salmaſius ad Solin. p. 29. 6. A: Valckenarius ad Theocrit. p. 95. quos laudavimus ad locum Xenophontis Cyropæd. I. 4. 4. in Selectis Hiſt. Gr. p. 379. Alia exempla alibi in Plutarcho notabimus. Frequentiore poteſtate διαθεῖν eſt *diſcurrere*, idque in primis *trepidantem ac turbatum:* ita Plutarchus Vit. p. 615. D. 734. A. 788. C. 977. E. 987. E. 993. C. 1036. E. Dion Chryſ. Or. VII. p. 99. B. Ariſtides T. I. p. 420.

58. F. Καρνέαδης] Elegantiſſimum dictum, haud ſcio, an apud alium Scriptorem antiquum legerim: Menagius quidem ad Diog. Laert. IV. 66. et Baylius in Dictionar.

Hiſt. et Critic. T. II. p. 64. ut relatu dignum celebrantes, ſolum auctorem citant Plutarchum.

p. 59. A. Βίωνος] Bionis Boryſthenitæ ſal, acerbo ille felle ſuffuſus, in dicteriis omnibus hominis apparet, quæ multa Plutarchus aliique Veteres ſervarunt. Et hoc quidem dicterium adverſus Plutarchi reprehenſionem tuetur idem Baylius Dict. Hiſt. et Crit. T. I. p. 568; reprehendens viciſſim Plutarchum et hujus loci interpretes Latinum Xylandrum, et Gallicum Amyotum: poterat his addere et Eraſmum et Cruſerium. Non viderunt, Bionis dictum pertinere ab Εἰ τὸν ἀγρὸν ad πάμφορος. Eſt quædam varietas lectionis: Meziriacus, εἴ τις τὸν ἀγρὸν—ἐπαινῶν, εἴ τις ἐπαινέμενος ὠφέλιμός ἐϛι καὶ πάμφορος. D. reliqua vulgatæ ſervans, mediam partem ita habet —εὔκαρπον, εἶτ' οὐκ ἂν ἁμαρτάνειν ἐδόκει, τοῦτο μὴ ποιῶν μ.—. C. ſcabram nec facile dignoſcendam fert ſcripturam, cæterum ἂν δὲ ἁμαρτάνειν: nec majoris eſt momenti Vulcobianus ἔγκαρπον pro εὔκαρπον dans. Ad Plutarchi ſententiam accedit alia, quæ ſub Pythagoræ nomine exſtat in Stobæi Serm. XIII. p. 147: Ὥσπερ σωματικὸν πάθος οὐ κρυπτόμενον οὐδὲ ἐπαινούμενον ὑγιάζεται, οὕτως οὐδὲ ψυχὴ κακῶς φρονεμένη ϗ συναγορευομένη θεραπεύεται. De Bione diximus ad p. 22. A.

59. A. τὸ τῆς παῤῥησίας] Vide p. 51. C.

59. B. Βριθὺ, μέγα, ϛιβαρὸν—] Iliad. II. 141.

59. C. Μενάνδρου Ψευδηρακλῆς] Hujus fabulæ fragmenta quædam exſtant, a Clerico repetita p. 194: argumentum ignoratur. Falſum Herculem ad ſimilem formam compoſuit Bacchum Ariſtophanes Ranis 45. deque illo verum Herculem cum riſu dicentem: Ἀλλ' οὐχ οἷός τ' εἰμὶ ἀποσοβῆσαι τὸν γέλων, Ὁρῶν λεοντῆν ἐπὶ κροκωτῷ κειμένην. Τίς ὁ νοῦς; τί κόθορνος καὶ ῥόπαλον ξυνηλθέτην. In iſta ſpecie inſaniam Caligulæ notat Philo Jud. Legat. Ad Caj. p. 1003. B: ὥσπερ ἐν θεάτρῳ σκευὴν ἄλλοτε ἀλλοίαν ἐλάμβανε, τότε μὲν λεοντῆν καὶ ῥόπαλον, ἀμφότερα ἐπίχρυσα, διακοσμούμενος εἰς Ἡρακλέα—. A ſimili exemplo imaginem Sardanapali ductam adjungit Epicureis Cleomedes Cyclic. Theor. II. p. 476: εἴτις Σαρδανάπαλον ἐπινοήσειε περὶ καρτερίας τῷ Ἡρακλεῖ συγκρί-

νεθαι, καὶ ἐφαπλόμενον τῶ ῥοπάλω καὶ τῆς λεοντῆς ᾗ λέγοντα πρὸς αὐτὸν, ὡς ἐγὼ τούτων ἀξιώτερος, οὐκ ἀποφθερῇ κακὸν κάθαρμα ἐπὶ τὰς κροκωτὰς καὶ τὰς παλλακίδας—. Cæterum in hoc Plutarcheo loco Meziriacus Iambicum verſum notavit Ῥόπαλον κομίζων οὐ σιδαρὸν οὐδ' ἰσχυρὸν—.

59. D. κηδεμονικὸν τὸ λυποῦν, ὥσπερ τὸ μέλι τὰ ἡλκωμένα δάκνωσα καὶ καθαίρουσα] Comparatio placuit Plutarcho, qui aliquoties eam uſurpavit: in Phocione p. 742. B: καθάπερ τὸ μέλι λυπεῖ τὰ τετρωμένα καὶ ἡλκώμενα μέρη τοῦ σώματος, οὕτως πολλάκις οἱ ἀληθινοὶ καὶ νοῦν ἔχοντες λόγοι δάκνουσι καὶ παροξύνουσι τοὺς κακῶς πράττοντας, ἐὰν μὴ προσηνεῖς ὦσιν καὶ συνεικοντες. Apud Stobæum Serm. XIII. p. 147: ἴσως γὰρ, ὡς τὸ μέλι, δεῖ καὶ τὸν λόγον τοῦ φιλοσόφου τὸ γλυκὺ δηκτικὸν ἔχειν τῶν ἡλκωμένων· quem locum Themiſtii nomine perperam notatum Plutarcho tribuimus in Fragmentis Tomo V. p. 587. noſtræ editionis, formæ quartæ. Ariſtoni adſcribitur apud eumdem Stobæum p. 146: ὥσπερ τὸ μέλι τὰ ἡλκωμένα δάκνει, τοῖς δὲ κατὰ φύσιν ἡδύ ἐστιν, οὕτω καὶ οἱ ἐκ φιλοσοφίας λόγοι: iiſdem verbis ſub nomine Ariſtonymi legitur in Sententiis Anton. et Max. p. 253: et Demetrii Phalerei, ibidem p. 254. Eamdem comparationem copioſius ornat Dion Chryſ. Or. LVII. p. 571. C: Ἆρα εἰκῇ δοκεῖ ὑμῖν Ὅμηρος περιθεῖναι τοὺς λόγους τούτους Νέστορι, ὃν φησι δεινότατον εἶναι ἀνθρώπων, καὶ τὴν δύναμιν αὐτοῦ τῶν λόγων προσεικάζει τῇ φύσει τοῦ μέλιτος, ὃ τοῖς μὲν ὑγιαίνουσιν ἥδιστον καὶ γλυκύτατον ἁπάντων, τοῖς δὲ νοσοῦσι καὶ πυρέττουσιν, ὡς φασιν, ἀηδέστατον· ᾗ τὰ ἑλκωμένα καὶ πεπονθότα καθαίρειν ᾗ δάκνειν πέφυκε. Καὶ γὰρ ὁ τοῦ Νέστορος λόγος τοῖς ἄλλοις γλυκὺς φαινόμενος πικρὸς ἔδοξε τῷ Ἀχιλλεῖ καὶ τῷ Ἀγαμέμνονι, νοσοῦσι ᾗ διεφθαρμένοις ὑπὸ τῆς ὀργῆς, ὥστε οὐκ ἐπείθησαν αὐτῷ διὰ τὴν ἄνοιαν. Οὐκοῦν οὐδὲ τοῦτο εἶπε μάτην Ὅμηρος, οὐδὲ, ὥσπερ οἴονταί τινες, ἀπὸ τύχης. Ἆρ' οὐ δοκεῖ ὑμῖν τὰ παιδία, ὧν νέμεται τὸ σῶμα ᾗ διεφθαρμένον ἐστὶν ὑπὸ ἑλκῶν, οὐκ ἀγανακτεῖν καὶ βοᾶν, μέλιτος γευόμενα. In admonitione maximam habendam eſſe rationem τοῦ κηδεμονικοῦ, ut in admonente manifeſta eluceant indicia curæ ac benevolentiæ erga admonitum, eſt in hac philoſophiæ παραινετικῆς parte locus communis, et nomen ipſum ſolenne. Sic Plutarchus hoc ipſo libro p. 55. B. 66. D. F. De Pythagoricis

Jamblichus Vit. Pythag. 101. fortaſſe ex Ariſtoxeno: Τὰς ἐπανορθώσεις τε καὶ νεθετήσεις, ἃς δὴ παιδαρτήσεις ἐκάλεν ἐκεῖνοι, μετὰ πολλῆς εὐφημίας τε καὶ εὐλαβείας ᾤοντο δεῖν γίνεθαι παρὰ τῶν πρεσβυτέρων τοῖς νεωτέροις· καὶ πολὺ ἐμφαίνεθαι ἐν τοῖς νεθετοῦσι τὸ κηδεμονικόν τε καὶ οἰκεῖον· οὕτω γὰρ εὐχήμονά τε γίνεθαι καὶ ὠφέλιμον τὴν νεθέτησιν. Igitur in virtutibus patrum, magiſtratuum, regum, Deorum, cenſetur. Plutarchus De Superſtit. p. 167. E: δοξάζεσι φοβερὸν τὸ εὐμενὲς (τῶν θεῶν), καὶ τυραννικὸν τὸ παῖρικὸν, καὶ βλαβερὸν τὸ κηδεμονικόν—. Reip. Ger. Præcept. p. 796. E: τὸν δὲ κοινωνικὸν, καὶ φιλάνθρωπον, καὶ φιλόπολιν, καὶ κηδεμονικὸν, καὶ πολιτικὸν ἀληθῶς—. 823. A: τὸ κηδεμονικὸν καὶ φιλάνθρωπον—. Adverſ. Stoicos p. 1075. E: οὐ γὰρ ἀθάνατον καὶ μακάριον μόνον, ἀλλὰ καὶ φιλάνθρωπον καὶ κηδεμονικὸν καὶ ὠφέλιμον προλαμβάνεθαι καὶ νοεῖθαι τὸν θεόν. Romulo p. 24. E. Philo Jud. De Providentia ap. Euſeb. Præp. Evang. VIII. p. 386. D: ὃ γὰρ ἐν ταῖς συγγενείαις πρὸς τέκνα γονεῖς, τοῦτο βασιλεὺς μὲν πρὸς πόλιν, πρὸς δὲ κόσμον ὁ θεὸς, δύο κάλλιςα, φύσεως θεσμοῖς ἀκινήτοις, ἀδιαλύτῳ ἑνώσει ἁρμοσάμενος τὸ ἡγεμονικὸν μετὰ τοῦ κηδεμονικοῦ. Dion Chryſ. Or. LIII. p. 556. C: Ὅμηρος—τὴν δύναμιν αὐτοῦ (τοῦ Διὸς) καὶ τὴν διάνοιαν δηλοῖ πολλάκις ἀείποτε αὐτὸν ὅτως ὀνομάζων, "πα- "τὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε·" ὡς δέον τὴν τῶν βασιλέων ἐπιμέλειαν πατρικὴν καὶ κηδεμονικὴν εἶναι μετ' εὐνοίας καὶ φιλίας. Attigit hunc uſum etiam Th. Gatakerus ad M. Antonin. I. 9. p. 12.

59. D. περὶ ἧς ἴδιος ἔσαι λόγος] In hoc ipſo libro p. 66. E. ſequ.

59. D. περισπερχὴς] Exquiſitum vocabulum notavit Heſychius, illuſtravit ibidem J. Albertius. A noſtris reliquis conſentientibus diſſentiunt duo: Exempl. Turneb. περιμαχής: C. περιεχὴς, a correctore.

59. E. τῶν μὲν ἀληθινῶν καὶ μεγάλων ἁμαρτημάτων οὐδὲν εἰδέναι προσποιούμενος—] In eodem argumento verſatur Horatius notans fallaces amicos, amicorum parva errata reprehendentes, magna vitia negligentes, Epiſt. I. 1. 94. ſeq.

Si curtatus inæquali tonſore capillos
Occurro, rides: ſi forte ſubucula pexæ
Trita ſubeſt tunicæ, vel ſi toga diſſidet impar,

Rides. Quid, mea cum pugnat ſententia ſecum:
Quod petiit, ſpernit: repetit, quod nuper omiſit:
Æſtuat, et vitæ diſconvenit ordine toto:
Diruit, ædificat, mutat quadrata rotundis?
Inſanire putas ſolemnia me, neque rides,
Nec medici credis nec curatoris egere
A prætore dati; rerum tutela mearum
Cum ſis, et prave ſectum ſtomacheris ob unguem
De te pendentis, te ſuſpicientis amici.

Johannes Chryſoſtomus T. V. Homil. XIII. p. 165. D: Μέγα ἀγαθὸν ἐλέγχες δύναθαι φέρειν, μέγα ἀγαθὸν δύναθαι ἐλέγχειν, τοῦτο κηδεμονίας μεγίσης· νυνὶ δὲ, ἂν μὲν ἴδωμεν ἄνθρωπον τὸν χιτωνίσκον ἔχοντα παραλελυμένον ἐκ πλαγίων, ἢ τὴν ἄλλην ζολὴν κακῶς ϖερικειμένην, διορθοῦμεν ϗ ὑπομιμνήσκομεν· ἂν δὲ ἴδωμεν αὐτῆ τὴν ζωὴν ϖαραλελυμένην, οὐδὲ λόγον ϖροϊέμεθα· ἂν ἴδωμεν αὐτοῦ τὸν βίον ἀχήμονα ὄντα, ϖαρατρέχομεν. Καίτοι τὰ μὲν τῶν ἱματίων μέχρι γέλωτος, τὰ δὲ τῆς ψυχῆς μέχρι κινδύνε καὶ τιμωρίας ἐσίν. De hoc præcepto, adhibitis tribus his trium Scriptorum locis, egregie diſputavit M. A. Muretus Var. Lect. XI. 15.

p. 60. A. Πτολεμαίῳ—τῶν τοσούτων] Significatur Ptolemæus VII. cognomine *Euergetes* II. et *Phyſcon*: certe literarum ſtudium et crudelitas hujus maxime ſunt indicia: ſed τυμπανίζειν et τελεῖν, ſiquidem ſolita notione ſunt accipienda *tympana pulſare*, *ſacra facere*, ad Ptolemæum IV. *Philopatorem* pertinere videantur, de quo ſupra diximus p. 56. E: atque ſic reddiderunt Cruſerius et Amyotus *tympanum pulſanti et initiato*: partim Eraſmus, *tympanis utenti, vectigalibus oneranti populum*. Xylander τυμπανίζοντος vertit *atrocia ſupplicia exercentem*, τελοῦντος, ut mendi ſuſpectum, omiſit: dicens illius verbi ſignificationem a ſe expoſitam eſſe in animadverſione ad Plutarchi Dionem: qui locus eſt p. 970. C. οὗτοι μὲν οὖν ϖρῶτοι δίκην ἐδίδοσαν ὑπὸ τῶν ϖροστυγχανόντων τυμπανιζόμενοι: vertit *verberibus cæſi*, ac verbi vim compluribus Veterum exemplis declarat, quod poſtea uberius fecerunt H. Stephanus Theſ. L. Gr. T. III. p. 1696. et Interpretes ad Heſychium vocibus Τυμπανίζεται et Τύμπανον. Et in verbo τελοῦντος conſen-

tiunt codices, excepto Basil. qui habet τελεοῦντος, fortasse librarii errore; igitur nil mutem, nec secundum Gatakerum Adverss. p. 909. et Jo. Dan. Lennepium ad Phalarid. p. 73. legam σπεδλῶν, non quod minus bonum sensum fundat: sed quod similiora haud pejora excogitari possint, quae substituantur, τίλλων, τέμνων, τείνων, et nescio quid: tum quod vulgata probabiliter intelligi potest δαπανᾶν, *sumtus faciens, pecuniam profundens:* quod item insigne fuit istius Ptolemæi vitium, de quo ut de toto homine legantur collectanea J. Vaillantii Histor. Ptolemæorum p. 106. Τελεῖν pro δαπανᾶν est apud Plutarchum Dione p. 964. F: τόν τε χορὸν ἤσκησεν ὁ Δίων, καὶ τὸ δαπάνημα πᾶν ἐτέλεσεν παρ' ἑαυτοῦ. Pyrrho χρήματα τελεῖν. Eumene p. 584. B: χρήματα τελῶν εἰς τὴν τῶ τάφω κατασκευὴν ἀφειδῶς καὶ προθύμως. De Sanit. p. 125. A: Φρύνῃ δὲ τελέσαντες ἀργύριον ἢ Λαΐδι—. Porro μισθὸν τελεῖν frequens. Suidas Τελεῖν· ἐπιτελεῖν· πονεῖν· ἢ τὸ δαπανᾶν. Alia etiam in hanc rem adfert H. Steph. Thes. L. Gr. T. III. p. 1378. Ergo hæc omnia ad eumdem Ptolemæum Physconem referenda: cujus erga literas studium, et scriptos commentarios, sæpe memorat Athenæus, discipulum Aristarchi eum perhibens II. 71. B. et partim retulit J. A. Fabricius Bibl. Gr. Vol. I. 339. et XIII. 381. Elegans est usus verbi ἀποτείνω, *disputationem in longum tempus extrabo*; sic in Catone Min. p. 792. C: ἀπέτεινε πορρωτάτω τὸν λόγον. De Isid. et Osir. p. 358. F. Aristides T. I. p. 289: ποιῆσαι μέλη—καὶ τὴν σποφὴν ὡς ἐπὶ μήκιστον ἀπολεῖναι. p. 355: ἀπέτεινα τὴν ῥῆσιν τὴν κατὰ τῶν σοφιστῶν. Denique in τῶν τοσούτων animadvertenda vis articuli, *ex his tam multis*. Sic Vit. Graech. p. 837. D: πρὸς μηδὲν ἀποτρυόμενος τῶν τοσούτων καὶ τηλικούτων, *in nullo tot tantorumque negotiorum defatigatus*. Adv. Stoic. p. 1075. A: Χρύσιππος καὶ Κλεάνθης—οὐδένα τῶν τοσούτων (θεῶν) ἄφθαρτον οὐδὲ ἀΐδιον ἀπολελοίπασι. Eadem ratio valet in τηλικοῦτος; de quo alibi dicemus.

60. B. Ἄγις ὁ Ἀργεῖος] Unus ex Alexandri adulatoribus: memoratus Curtio VIII. 5. 6: *Non decrat talia concupiscenti pernicioſa adulatio, perpetuum malum regum, quorum opes sæpius adsentatio, quam hostis, evertit. Nec Ma-*

cedonum hæc erat culpa; nemo enim illorum quidquam ex patrio more labare ſuſtinuit: ſed Græcorum, qui profeſſionem boneſtarum artium malis corruperant moribus. Agis quidam Argivus, peſſimorum carminum poſt Chœrilum conditor—. Arrianus Expedit. IV. p. 262: —οὐκ ἐνδεῆσαι δὲ οὐδὲ πρὸς τοῦτο αὐτῷ (ſic leg. pro αὐτὸ) τοὺς κολακείᾳ ἐς αὐτὸ ἐνδιδόντας, ἄλλες τε τινὰς, καὶ δὴ καὶ τῶν σοφιστῶν, τῶν ἀμφ' αὐτὸν, Ἀνάξαρχόν τε καὶ Ἄγιν Ἀργεῖον ἐποποιόν—. Agis ὀψόφαγος notatus Hedylo ap. Athen. VIII. p. 344. F. idemne, an diverſus, ſit, haud definiam. De hoc egit J. A. Fabricius Bibl. Gr. Vol. II. p. 208.

60. B. Ἡρακλῆς Κέρκωψι—Σειληνοῖς ὁ Διόνυσος] Hæc Poetarum fabulis pervulgata fuerunt: Hercules et Cercopes ex Homerico carmine Cercopibus, et Piſandri ac Panyaſis epicis poematibus *Heracleidis* nomine inſcriptis; quibus perditis, quædam ſuſpicamur ex Harpocratione voce Κέρκωψ: Diodoro Siculo IV. 31: et laudatis ibidem a Weſſelingio. Hercules etiam paraſitos aluit: quod Diodorus Sinopenſis apud Athen. VI. p. 235. D. 239. B—F. in Grotii Excerpt. p. 837. prodit. Bacchus et Sileni e Satyricis dramatibus, quæ comparatio eo acerbior erat, quod hiſtriones per contemtum dicebantur διονυσοκόλακες, ut ſupra notavimus p. 53. F. Silenos pro Satyris dici notum: vid. Perizon. Ælian. V. H. III. 18.

60. C. μηδὲν ὑποσέλλεσθαι—τῶν συμφερόντων.] Formula oratoribus propria: de qua diximus ad Juliani Or. I. p. 10. A. Bibliothecæ Crit. Vol. III. Part. I. p. 56: allato illo Demoſthenis Or. Olynth. I. p. 3. A: οὐ χρὴ τὴν ἰδίαν ἀσφάλειαν σκοποῦντα ὑποσείλασθαί τι τῶν κοινῇ συμφερόντων.

60. D. Κάσσιον Σευῆρον] Celeber illa ætate liberæ acerbæque linguæ orator; de quo Veterum mentiones breviter tradidit G. J. Voſſius Hiſt. Lat. I. 21. J. Harduinus in Indice Scriptorum ad Plinii Hiſt. Nat. Sæpe eum citat Seneca Rhetor, cujus locos ſuis paginis notatos apponere juvat: Suaſor I. 6. p. 32. Controverſ. II. 12. p. 152. III. 18. p. 199. 200. IV. 25. p. 245. 26. p. 256. V. Exord. p. 282. 33. p. 302. ibid. p. 311. 34. p. 318. Excerpt. Lib. III. p. 346.

60. D, E. Ἱμέριος ὁ κόλαξ—Νέρωνα Τῖτος Πετρώνιος] Himerius iſte non aliunde cognitus, non ex Comœdia, ſed ex libro quodam de adulatione, ſive Theophraſti, ſive alterius cujuſdam, ſumtus videtur. Titus Petronius vix dubitari poſſit quin is ſit, quem C. Petronium, Neronis ſodalem, ab eoque mori juſſum, prodit Tacitus Annal. XVI. 18, 19. a Plinio *Titi* prænomine memoratum. Eumdem fuiſſe Satyricon, quæ ſuperſunt, auctorem, pervulgata fuit opinio: quam noſtra denique ætate confutavit eruditiſſimus vir N. Ignarra, oſtendens ſcriptorem illum extremis demum Antoninorum temporibus fuiſſe: in Commentario de Palæſtra Neapolitana—Neapoli edito A. 1764. cujus ſumma relata eſt Bibliothecæ Crit. Volum. II. Part. I. p. 77.

60. F. ὑπεροπλικῶς] Sic quidem Plutarchus Pompeio p. 649. B: ὁ δὲ παρῆλθεν ὑπεροπλικῶς. Sed hic non contemtus, ſed offenſio et ſuſpicio ſubeſt, et ὑπόπλως deſideratur: ſed ὑποπλικὸς, et ὑποπλικῶς, quod volebat Meziriacus, auctoritate caret. Plutarchus Reip. Ger. Præcept. p. 813. B: ὅταν ὑπόπλως ἔχωσιν οἱ πολλοὶ πρός τι πρᾶγμα. De Vitioſo Pud. p. 528. F. τοῦ πρὸς τὸν ψόγον ὑπόπλου, *metus reprehenſionis.* Habet enim fere notionem activam: Cleomen. p. 814. F: τοῖς βασιλεῦσι ὕποπλος καὶ διάφορος γενόμενος. ib. 821. F: hoc libro mox p. 61. E. Sympoſ. VIII. p. 728. A. Reip. Ger. Præcept. p. 800. C. θηρίον ὕποπλον, *bellua ſuſpicioſa.* Solert. Animal. p. 976. D, E. De ὑποψίᾳ diximus ad p. 38. C.

p. 61. A. κνησμός τις ἐξ ὀργῆς καὶ ζηλοτυπίας] κνισμὸς E. Voſſ. Harl. 1. Moſc. 1. a correctore: utrumque hac tralata notione uſitatum, ut item verba κνάω et κνίζω. Plutarchus De Vitioſ. Pud. p. 535. F: ὑπὸ κνησμοῦ καὶ γαργαλισμοῦ. De Sui Laude p. 546. C: τὸ φιλότιμον—δακνόμενον καὶ γαργαλιζόμενον οἷον ὑπὸ κνησμοῦ. De Sanit. Tuend. p. 126. B: ὥσπερ τὰ ψωριῶντα, κνησμῶν ἀεὶ δεῖσθαι καὶ γαργαλισμῶν. Adverſ. Epicur. p. 1094. A: ἐκεῖνα δὲ συῶν καὶ τράγων κνησμοῖς ἔοικε. Sympoſ. VI. p. 688. B. de ſtomacho. Quibus in locis fere κνησμὸς ejuſmodi metaphoram habet, quæ propius ad notionem propriam pruriginis accedit; præferam hoc loco κνισμὸς, quamvis apud Plutarchum alibi me le-

gere non meminerim: quod contra affirmat H. Stephanus, nullo tamen appoſito exemplo: qui conſulatur de utroque vocabulo Theſ. L. Gr. T. II. p. 277, 278.

61. A. πῦρ ἐπὶ πῦρ] Tritum ſermone Proverbium ſemel notetur. Notarunt Parœmiographi Zenobius V. 69. Suidas voc. Eraſmus Adag. p. 1222. et 1838. Habet Plutarchus De Sanit. p. 123. E. Præcept. Conjug. p. 143. F. in re ſimili de calumnia æmulationis amatoriæ: ὅταν αἱ πρὸς τὸς ἄνδρας διαφοραὶ καὶ ζηλοτυπίαι ταῖς τοιαύταις γυναιξὶ μὴ τὰς θύρας μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰς ἀκοὰς ἀνοίγωσι· τότε οὖν μάλιϛα δεῖ τὴν νοῦν ἔχουσαν ἀποκλείειν τὰ ὦτα, καὶ φυλάττεσθαι τὸν ψιθυρισμὸν, ἵνα μὴ πῦρ ἐπὶ πῦρ γένηται. Artaxerxe p. 1025. D. Plato Leg. II. p. 581. B. Ariſtocles ap. Euſeb. Præp. Evang. XI. p. 510. C. Philo Jud. p. 1009. E.

61. A. Ὦ δυσχάριϛε τῶν πυκνῶν φιλημάτων] Æſchyli nomine citat Plutarchus in Amatorio p. 751. C: προσλαβὲ δὲ τῷ Σόλωνι καὶ τὸν Αἰσχύλον λέγοντα—σέβας δὲ μηρῶν οὐ κατηδέσω, Ὦ δυσχάριϛε τῶν πυκνῶν φιλημάτων: ita ibi edidimus pro vulgato πικρῶν. Plenius apponit Athenæus, drama etiam prodens Myrmidonas XIII. p. 602. E: Αἰσχύλος τε καὶ Σοφοκλῆς ἀναφανδὸν ἔφασαν· ὁ μὲν Μυρμιδόσιν,

Σέβας δὲ μηρῶν ἅγιον οὐκ ἐπηδέσω,
Ὦ δυσχάριϛε τῶν πυκνῶν φιλημάτων.

61. A. Ἀντώνιον οἱ φίλοι τῆς Αἰγυπτίας ἐρῶντα—] Sic Plutarchus idem argumentum ponit in Vita Antonii p. 940. D: οἱ δὲ κόλακες σπεύδοντες ὑπὲρ αὐτῆς, ἐλοιδόρουν τὸν Ἀντώνιον ὡς σκληρὸν καὶ ἀπαθῆ καὶ παραπολλύντα τὸ γύναιον εἰς ἕνα καὶ μόνον ἐκεῖνον ἀνηρτημένον· Ὀκταβίαν μὲν γὰρ πραγμάτων ἕνεκα διὰ τὸν ἀδελφὸν συνελθεῖν, καὶ τὸ τῆς γαμετῆς ὄνομα καρποῦσθαι· Κλεοπάτραν δὲ τοσούτων ἀνθρώπων βασιλεύσαν, ἐρωμένην Ἀντωνίου καλεῖσθαι, καὶ τοὔνομα τοῦτο μὴ φεύγειν μηδ' ἀπαξιοῦν, ἕως ὁρᾷν ἐκεῖνον ἕξεσι καὶ συζῆν, ἀπελαυνομένην δὲ τούτου μὴ περιδιώσεσθαι. Τέλος δ' οὖν οὕτω τὸν ἄνθρωπον ἐξέτηξαν καὶ ἀπεθήλυναν, ὥϛε δείσαντα μὴ Κλεοπάτρα πρόηται τὸν βίον εἰς Ἀλεξάνδρειαν ἐπανελθεῖν—.

61. B. Σοὶ δέ τις ἐν ϛήθεσσιν—] Odyſſ. K. 329. ſunt Circes Ulyſſem precantis.

61. B. τὸν ἄκρατον ἄλλως βοηθοῦντα πρὸς τὸ κώνειον—] Plutarchus Sympoſ. III. p. 653. A: ἐὰν δὲ, ὅτι τὸ κώνειον ἐπιπινόμενος ἰάσασθαι δοκεῖ πολὺς ἄκρατος, οἴονται τοῦτο θερμότητος εἶναι τεκμήριον, ἡμεῖς αὖ φήσομεν ἀναῤῥέψαντες, ὅτι συγκραθὲν αὐτὸ τοῦτο, φάρμακον ἀνίατόν ἐστι, καὶ καθάπαξ ἀποκτείνει τοὺς πίνοντας. Hinc intelligitur illud De Garrul. p. 509. D: τοὺς ἱεροσύλους ἐπὶ τηλικοῦτον ἐλθεῖν κίνδυνον κώνειον ἐμπιόντας καὶ νομίζοντας οἶνον· ἵνα εἰ μὲν αὐτοῖς λαθεῖν ἐγγένοιτο, τῷ ἀκράτῳ πιθέντι σβέσαντες καὶ διαλύσαντες τὸ φάρμακον, ἀπέλθοιεν ἀσφαλῶς· εἰ δὲ ἁλίσκοιντο, πρὸ τῶν βασάνων ὑπὸ τοῦ φαρμάκου ῥᾳδίως καὶ ἀναδύνας ἀποθάνοιεν. Plinius Hiſt. Nat. XXV. 95: *Remedio eſt* (cicutæ), *priuſquam perueniat ad vitalia, vini natura excalfactoria: ſed in vino pota, irremediabilis exiſtimatur.* Conferatur H. Mercurialis Var. Lect. III. 4. J. A. Saracenus ad Dioſcoridem Mater. Med. IV. 79. ubi, quod Platonis dialogum Lyſidem memorat, voluit Phædonem, ubi de vi cicutæ mentio fit.

61. C. Βίας—τῶν δ' ἡμερῶν ὁ κόλαξ] Pittaco tribuit Plutarchus in Sap. Conviv. p. 147. B. Diogenis Cynici ſimile dictum prodidit Diogenes Laertius VI. 51: Ἐρωτηθεὶς τί τῶν θηρίων κάκιστα δάκνει; ἔφη, Τῶν μὲν ἀγρίων συκοφάντης, τῶν δὲ ἡμέρων κόλαξ. Ad hanc formam compoſitum eſt dictum Theocriti Chii ap. Stob. Tit. II. p. 31: Θεόκριτος ἐρωτηθεὶς ποῖα τῶν θηρίων ἐστὶ χαλεπώτατα, εἶπεν, Ἐν μὲν τοῖς ὄρεσιν ἄρκτοι καὶ λέοντες, ἐν δὲ ταῖς πόλεσιν τελῶναι καὶ συκοφάνται.

61. C. ὥσπερ πλεκτάνας] Subeſt ſignificatio polypodis, aliorumque aquatilium, *acetabulis*, id eſt, πλεκτάναις, et quaſi *forcipibus* præditorum, quibus tamquam laqueis alios piſces capiant. Ne alios citemus, Plutarchus et proprie et tralate uſurpat: v. c. De Solert. Animal. p. 978. D. E. 979. A. Adverſ. Stoic. p. 1059. E: de horum Dialectica, quæ ut polypus ſuas ipſa πλεκτάνας devorat: item horum ſententia de animi partibus ad externas corporis ſenſuumque partes extenſis, τοῦ ἡγεμονικοῦ ἔπλα εἰσὶ μέρη τῆς ψυχῆς ἐκπεφυκότα καὶ ἐκτεινόμενα εἰς τὸ σῶμα, καθάπερ αἱ τοῦ πολύποδος πλεκτάναι, in libro De Placit. Philoſ. IV. 4. 21.

61. D. τῆς ψυχῆς τὸ μὲν—λογικὸν ἐχούσης, τὸ δὲ ἄλογον—] Res pervulgata, forma ſaltem notanda ſimillima in Philone

Jud. De Propædeum. p. 428. A: τῆς γὰρ ψυχῆς ἡμῶν—τὸ μὲν λογικὸν, τὸ δὲ ἄλογον ἐχέσης, ἀρετὴν ἑκατέρᾳ εἶναι συμβέβηκεν—.

61. E. ἡδονήν τινα τιθασσεύων] Intelligo, *voluptatem mulcens, iram intendens, invidiam incitans, ſuperbiam inflans—:* ita in hac parium compoſitione concinnitatem ſuam tuetur τιθασσεύων, *alens, manſuefaciens, mulcens.* Plutarchus Reip. Ger. Præcept. p. 792. B. *de L. Lucullo*—Καλλιθένει τινὶ τῶν ἀπελευθέρων βόσκειν καὶ τιθασσεύειν παρέχων τὸ γῆρας, *præbuit ſe ſenem Calliſtheni liberto alendum et cicurandum*, id eſt, *demulcendum.*. De populo ſpe ac promiſſis beneficiorum lactando, Timoleonte p. 241. B: μετ' ἐλπίδων χρηστῶν καὶ φιλανθρώπων ὑποχέσεων εἰς μεταβολὴν δεσπότου καινὸν τιθασσευομένους. Alexandro p. 670. B: οὔτε τὴν Ἑλλάδα κρατήσας τοῖς ὅπλοις ὁ Φίλιππος οἷον καταζεῦξαι καὶ τιθασσεῦσαι χρόνον εἶχεν. Cæſare p. 710. A: τοῦτο πεῖραν εἶναι ἐπὶ τὸν δῆμον προμαλατλόμενον, εἴτε τιθασσεύεται ταῖς φιλοτιμίαις ὑπ' αὐτοῦ. Catone Min. p. 775. D: ταῖς χάρισι τιθασσεύσαντες τὸν ὄχλον. Demoſth. p. 848. B. Galba p. 1066. C. Demoſthenes Or. Olynth. III. p. 39. C: οἱ δ' ἐν αὐτῇ τῇ πόλει καθείρξαντες ὑμᾶς ὑπάγουσιν ἐπὶ ταῦτα καὶ τιθασσεύουσι, χειροήθεις αὑτοῖς ποιοῦντες, quod ſpectat Hermogenes De Invent. IV. 10: τιθασσεύουσιν, ἀντὶ τοῦ κολακεύουσιν. Philo Jud. De Somniis III. p. 1115. A: δελέατα ἀνακινήσαντες καὶ χυλῶν ἰδιότητας συσκευάσαντές τε καὶ διαθέντες ἐν κόσμῳ προσσαίνουσι καὶ τιθασσεύουσι γλῶτταν· quæ fruſtra tentat Mangeyus, nil deſiderantia niſi forte τὴν ante γλῶτταν. De Abrahamo p. 368. A: τὴν προσποίητον κολακείαν καὶ τιθασσείαν αὐτῶν δεδιότες. Iſtiuſmodi fallax plebis nutritor eſt apud Ariſtophanem in Veſpis 702. Ἵνα γινώσκῃς τὸν τιθασευλὴν—. Scholiaſtes exponit, τὸν θεραπεύοντά σε καὶ τρέφοντα καὶ κολακεύοντα. Sic τιθασσεύσεις τῶν ὄχλων. Plutarchus Reip. Ger. Præcept. p. 802. D. Hinc τιθασσὸς καὶ χειροήθης τινὶ γίνομαι, et ſimilia: de quibus alibi dicemus.

61. F. περὶ τὰ λοιπὰ λαθὴν παρέξει] Quandoquidem plurimi codices habent μικρὰ, idque aliquanto melius eſt ad ſententiam; credibile videatur λοιπὰ e ſimilitudine ſequentis vocabuli λαθὴν alicui deſcriptori obtigiſſe: qui eſt innu-

merabilium fons corruptelarum, quibus eluendis alium locum dabimus.

p. 62. A. ἀνατάσει] Recte vertit Xylander *abſtinentia*; quamquam hac notione per eſt rara vox, nec in Lexicis notata. Ita poſitum in Hippiatricis Cap. I. p. 1. ἀνατάσει ἀπὸ πάσης τροφῆς, *abſtinentia ab omni cibo*. Sic verbum ἀνατείνειν poſuit Epictetus Diſſert. II. 17. p. 267 : Ἐπεὶ τοιαῦτα λέγε καὶ πρὸς τοὺς ἰατρούς. Τίς γὰρ ἡμῶν οὐκ ἔλεγεν ὑγιεινόν τι καὶ νοσερὸν πρὶν Ἱπποκράτη γενέσθαι; ἢ κενῶς τὰς φωνὰς ταύτας ἀπηχοῦμεν; Ἔχομεν γάρ τινα καὶ ὑγιεινοῦ πρόληψιν, ἀλλ' ἐφαρμόσαι οὐ δυνάμεθα· διὰ τοῦτο ὃ μὲν λέγει, ἀνατείνον· ὁ δὲ λέγει, δὸς τροφήν· καὶ ὁ μὲν λέγει, φλεβοτόμησον· ὁ δὲ λέγει, σικύασον: ipſe nexus declarat, *abſtinentiam*, *jejunium*, ſignificari. Interpretes fluctuant: Uptonus malit corrigere ἀσίτησον, ſecundum Wolfium correctionem dubitanter proponentem his etiam verbis: *Sed ſive* ἀνάτεινον, *ſive* ἀσίτησον, *legendum, de ſententia ſatis conſtat. Utitur hoc verbo etiam libro quarto ſenſu eodem.* Atqui in hoc libro quarto, ſi recte memini, ſemel occurrit hoc verbum, ſed diverſo et pervulgato illo ſenſu Diſſ. 10. p. 652. πρὸς τὸν θεὸν ἀνατεῖναι τὰς χεῖρας. Addit Uptonus: —*at Schegkius, et ipſe Medicus, vertit,* "*Quo* "*ſit, ut quidam putet differendum, alius vero præbendum* "*cibum opinetur.*" Sane παρατείνειν, διατείνειν, *diſtendere, differre quem*, minus habent novitatis: nunc ἀνατείνειν, *differre cibum*, accipiendum quaſi *exſpectatione aliquem ſuſpendere, intendere*, ut modo, de illo oratore adulatorio p. 60. C. ἀνατείνας δὲ πάντας, *auditores ſuos exſpectatione erigens, intendens.* Sic Latinis *attentus, adſtrictus*, eſt parcus, genium ſuum defraudans. Atque eadem notione videtur uſus eſſe Hippocrates Prædict. II. 2. p. 89. D: χρὴ δὲ τὸν ὑπὸ τοῦ ὕδρωπος ἐχόμενον καὶ μέλλοντα περιέσεσθαι εὐσπλαγχνόν τε εἶναι καὶ ἀνατείνεσθαι—· redditur *contentis viribus eſſe*, et uberius explicat Fœſius Œcon. Hipp. voc. Ἀνατείνεσθαι, ex hoc tamen uno loco auctoritatem repetens —*contexta natura et totis viribus ſe ad morbum propulſandum erigente ac velut contra obtinente* (f. *obnitente*) : quæ eſt ex reliquis magis accommodata huic loco notio, ſed cum illa priore *abſtinentiæ* jungenda.

62. B. τῇ χείρονι ῥοπῇ προσιθεὶς ἑαυτὸν ὁ κόλαξ ἐπέῤῥωσε τὴν εἰς τὸ βαλάντιον γνώμην] Ita quidem omnes libri. Rectius tamen putem τῇ χείρονι γνώμῃ προσιθεὶς ἑ. ὁ. κ. ἐπέῤῥωσε τὴν εἰς τὸ β. ῥοπήν: est accommodatius cum proprietati, tum consuetudini: ῥοπὴ cum εἴς τι vel πρός τι usurpatur, non item γνώμη. Sic Plutarchus Opp. Mor. p. 570. E. 598. C. 882. F. 3. A. 12. D. Vitar. p. 233. C. 278. E. 478. B. 506. B. 748. A. 810. B. 972. F. Et cum γνώμῃ jungit in Aristide p. 321. A: Ἀριστείδης, καὶ τότε περὶ τῆς μάχης γνώμῃ τῇ Μιλτιάδου προσθέμενος, οὐ μικρὰν ἐποίησε ῥοπήν. Cicerone p. 871. A: οὔσης δὲ τῆς γνώμης ἐπιεικοῦς, ἢ τῶ λέγοντος εἰπεῖν δυνατωτάτου, ῥοπὴν ὁ Κικέρων προσέθηκεν οὐ μικράν.

62. B. ἐκβάσεις] *exitus, eventus*, huic loco non convenit: malui ἐνστάσεις, *cohibitiones*: estque vocabulum Medicorum, ut notat Fœsius Œcon. Hippocr. voc. Ἐνίστημι, p. 130. nec Plutarcho infrequens: De Sanit. p. 129. C: χρήσιμον δὲ πάλιν καὶ τὸ τοὺς φίλους ἐπισκεπτόμενον ἀσθενοῦντας ἐκπυνθάνεσθαι τὰς αἰτίας μὴ σοφιστικῶς μηδὲ περιέργως, ἐνστάσεις καὶ παρεμπλώσεις ἢ κοινότητας λαλοῦντα καὶ παρεπιδεικνύμενον ἰατρικῶν ὀνομάτων ἢ γραμμάτων ἐμπειρίαν—. De Affect. Animi et Corp. fin. p. 502. A: ποίων ταῦτα πυρετῶν ἔργα; ποίων ἡπιάλων; τίνες ἐνστάσεις, ἢ παρέμπλωσις, ἢ δυσκρασία θερμῶν, ἢ ὑπέρχυσις ὑγρῶν. Sympos. III. p. 652. D: τρόμοι, βαρύτητες, ὠχριάσεις, σάλοι τοῦ περὶ τὰ γυῖα πνεύματος, ἀσάφεια γλώττης, ἔνστασις τῶν περὶ τοῖς ἄκροις νεύρων καὶ ἀπονάρκησις. Defect. Orac. p. 424. A: ὡς μηδὲν ὑπολειπόμενον ἐκτὸς ἐνστάσεσιν ἢ πληγαῖς διαταράττοι τὴν τῶδε σύστασιν—. Placit. Philos. IV. 13. p. 901. A. Quibus omnibus in locis *cohibendi, resistendique* vis subest: veluti τὰ κατ' ἔνστασιν πραττόμενα, quæ per *oppositionem fiunt*, dixit Epictetus Diss. III. 14. p. 416. ut recte accepit Uptonus Indic. voc. Ἐνίστημι. Sic Plutarchus in ἐνστατικὸς, *prohibens*, Solert. Animal. p. 975. A: ἔνστημα, *impedimentum*, Adv. Stoic. p. 1056. D: ἐνίστασθαι, *prohibere, se cui opponere*, de quo alibi dicemus. Ἔνστασις alias multas habet significationes, de quibus consulantur principes recentioris ætatis Lexicographi. G. Budæus Comment. L. Gr. p. 108. et 223. Joach. Camerarius Comment. Utriusque Linguæ p. 482. H. Stephanus Thes. L. Gr. T. I. p. 1758.

Igitur in Xylandri interpretatione, quæ hoc loco a nobis intacta manſit, minus recte redditur *libereque nos, ut in his modum tranſgrediamur, monet:* nec melius cæteri, Eraſmus, Cruſerius, Amyotus: ſententia hujuſmodi —*et libertate loquendi in nobis reprehendendis utitur, quando nos cupiditatibus morbiſque animi noſtri non indulgere, ſed reſiſtere, volumus.*

62. C. Ὁ γὰρ τῦ φίλυ τρόπος—κατ' Εὐριπίδην—] D. plenius Ὁ μὲν γὰρ—. Euripidis nobiliſſima ſententia, Phœniſſ. 472:

Ἁπλοῦς ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἔφυ,
Κοὐ ϖοικίλων δεῖ τὰ ϟνδιχ' ἑρμηνευμάτων,
ϟΕχει γὰρ αὐτὰ καιρόν· ὁ δ' ἄδικος λόγος,
Νοσῶν ἐν αὐτῷ, φαρμάκων δεῖται σοφῶν.

62. E. τοῖς ϖρὸ ἡμῶν] Male reddit Xylander *majores noſtri*, nec melius Eraſmus et Cruſerius: rectius Amyotus, *ceux qui ont eſcrit paravant nous.* Formulam notavimus ad p. 1. D: ubi bene reddit Xylander, *qui ante nos hoc argumentum tractaverunt.*

62. E. Εἰ δύναμαι τελέσαι γε—] Iliad. Ξ. 195. Σ. 426. Odyſſ. E. 89: ubi uterque ab eadem perſona verſus pronunciatur:

Αὖδα ὅ, τι φρονέεις· τελέσαι δέ μ' ϑυμὸς ἄνωγεν,
Εἰ δύναμαι τελέσαι γε, καὶ εἰ τετελεσμένον ἐϛί.

Cum priore convenit Euripideus Ione 1020. —σὸν λέγειν, τολμᾷν δ' ἐμόν. Virgilii Æolus ad Junonem, Æn. I. 76: *Tuus, O regina, quid optes, Explorare labor: mihi juſſa capeſſere fas eſt.*

62. E. Ἐμὲ, Νικόμαχε—] Quin hæc e Menandri Colace ſint, vix dubitare licet: ſiquidem hinc perſonam Militis Glorioſi in Eunuchum tranſtulit Terentius, quod ipſe fatetur Prologi verſu 30. et ſeq. et adverſus hunc pugna inſtrui videtur ab adoleſcentibus Atticis, quorum unus Nicomachus his verbis a paraſito ſuo admonetur: cui ſcenæ fere congruit Terentii IV. 6. et 7: et Luciani Dialogus Meretric. IX. T. III. p. 304. Plauti Miles Glor. V. 31. Nil varietatis in libris, niſi quod μαϛιγῶν dedit Xylandrea editio. Πέπονα, *mollem, veluti pomum nimis maturum et*

fere putrescens; plura de vocabulo petantur ab H. Stephano Thes. L. Gr. T. III. p. 230. et Interpretibus ad Hesychium voc. Πέπον et Πέπων. Sic in eadem re Plautus Mil. Glor. V. 31: *mitis sum equidem fustibus*. Aululariae III. 2. 8: *Ita fustibus sum mollior, quam ullus cinædus*. Terentius Adelph. II. 2. 37: —*omnes dentes labefecit mihi: Præterea colaphis tuber est totum caput*. Σικυὸς πέπων, *cucumis maturus*, in similitudine mollitiei ponitur a Comicis apud Athenæum II. p. 68. D. in his a Theopompo —μαλακώτερα πέπονος ἢ σικυοῦ μοὶ γέγονε· ubi καὶ delendum cum codice Florentino in collatione Gronoviana. Alia etiam videantur apud Colvium ad Apuleii Metam. I. p. 53. edit. Oudend. qui hunc e Plutarcho locum Comici sub nomine Menandri adfert: Erasmum Adag. *Spongia mollior* p. 1273. Clericum, qui hunc locum in Fragmentis Menandri posuit, non reprehendimus: at quod Comœdiæ titulum præposuit, non probamus. Nam si fuisset Menandri Comœdia οἱ στρατιῶται, tamen hic locus magis in Colacem conveniret, ut modo monuimus eum illi plane convenire. Nunc ab uno eoque levissimo documento illius fabulæ et nominis auctoritas suspensa est: hoc nimirum, quod H. Grotius in Florilegio Stobæano Tit. IV. p. 26. uni loco Menandreum versum proxime sequenti, adscripsit *Idem, Militibus*: quam inscriptionem quoque reposuit in Excerptis p. 742. Atqui neque in ejus exemplo Gesneriano, cui sua ipse manu adscripsit varias lectiones duorum codicum Parisiensium, hoc additamentum Στρατιώταις exstat: neque in ulla editione alia reperitur, sive duabus prioribus, Trincavelliana et Gesneriana, sive novissima N. Schowii, cujus una pars continet Titulos septemdecim priores, reliquæ incendio conflagrarunt, quod et Literarum et eruditissimi editoris caussa vehementer dolemus. Sed fac, illud Grotianum additamentum στρατιώταις ex antiquo codice venisse; non tamen hoc uno argumento conficiatur, hujus nominis peculiarem fuisse Menandri fabulam. Nam et duo reliqua fragmenta a Clerico sub hoc fabulæ titulo posita, servata apud Plutarchum Opp. Mor. p. 547. sunt ex persona Militis Glorioši; igitur e fabula *Colace* sumta vi-

dentur: et titulus Grotianus στρατιώταις forte corruptus ſit ex vero στρατιώτῃ. Equidem fateri haud vereor, credibilius mihi videri, Θρασωνίδην, Θρασωνίδᾳ, Μῖσος, Μισάμενον, Στρατιώτην fuiſſe potius cognomina unius ejuſdemque fabulæ *Colacis*, quam diverſarum nomina fabularum.

62. F. συγκαταςήσῃ τὴν πρᾶξιν ἢ τὸ πρέπον—] Legendum εἰς τὸ πρέπον, ut diſerte eſt in D. Collect. Muret. Jun. Tale quid voluerunt T. V. B. exhibendo εἰς τὸ πρέπον, εἰς τὸ συμφέρον. Senſum bene reddidit Cruſerius, *compoſueritque una rem ad honeſtum et utile*, niſi quod *vel* pro *et* requirebatur. Dictio accipienda ex frequentiore καθίςημί τι εἴς τι: veluti Opp. Mor. p. 132. C: ἀπαιτεῖ μεταβολὴν τὴν εἰς τὸ μέσον ἡδονῆς ἢ πόνου καθιςᾶσαν. 71. A. πᾶν πάθος εἰς τὸ ἀναίςχυντον καθίςησι. Vitar. p. 365. D. 492. E. τὸν δῆμον αὐτὸν καταςήσῃ εἰς τύπον πολιτείας σώφρονος—.

62. F. συνεξορμᾷ τῇ ἐπιθυμίᾳ] Xylander probabiliter reddidit, cupiditati tuæ locum dat, *eamque ſua incitatione comitatur*: nam in noſtra editione manſit verſio exempli Gr. Lat. Anni 1624. Eraſmus, Cruſerius, Amyotus reddiderunt, ac ſi ſcriptum eſſet τὴν ἐπιθυμίαν. Sane Plutarchus hoc verbum ſæpe jungit quarto caſui, tertio rarius, nec niſi ſorte De Socr. Gen. p. 593. E: τοῖς ἐπὶ ταυτὸ γυμναζομένοις τέλος εὐμενεῖς ὄντες καὶ συμφιλοτιμούμενοι πρὸς τὴν ἀρετὴν, ἐγκελεύονται καὶ συνεξορμῶσιν. Attamen ſe tuetur eadem ratione, qua συνεκτρέχειν τινὶ, quod notavimus ad Ser. Num. Vindict. p. 558. B. et ſimilia ejuſdem formæ, de quibus ſuo loco dicemus. Et alii ita utuntur: Xenophon Œconom. XVII. 12: καὶ ὕλη δὲ πολλάκις ὑπὸ τῶν ὑδάτων δήπου συνεξορμᾷ τῷ σίτῳ. 14: ἢν ὕλη πνίγῃ συνεξορμώσα τῷ σίτῳ: *materia cum frugibus prorumpens*. Polybius I. 47: VIII. 16.

62. F. ῥᾳδίως] *fere, propemodum*. Vid. dicta p. 39. B.

p. 63. A. Ἐμοὶ γὰρ εἴη πλωχὸς—] Euripidis ex Inone, quod fabulæ nomen additum eſt in Stobæi noviſſima editione Schowiana p. 315. quum antea in Geſneriana S. XIII. p. 145. ſolum Euripidis nomen adſcriptum eſſet. Inter fragmenta incertarum retulit Muſgravius Num. XXI. Attigit et Valckenarius Diatrib. p. 221. Euripidea forma

apparet ex Iphig. Aul. 475. Ἦ μὴν μ' ἐρεῖν σοι τ' ἀπὸ καρδίας.

63. A. ἡ μὲν τραγικὴ Μερόπη—σέγης] Hi verſus cum aliis continuis leguntur apud Stobæum, addito titulo, *Euripidis Erechtheo*, S. III. p. 36. XIV. p. 148. Sed quomodo in illa fabula Merope loquatur, non ſatis apparet; quippe cujus præcipue partes fuerunt in Creſphonte: et Muſgravius miratur T. III. p. 563. Niſi Euripides hos verſus in duabus diverſis poſuit fabulis Erechtheo et Creſphonte; fortaſſe vera habenda ſit ſcriptura codicis perantiqui F. qui in contextu habet, ὁ μὲν Εὐριπίδης, in margine autem vulgatam, in qua reliqui omnes conſentiunt.

63. B. ἀφοσιοῦνται] Venet. Colleg. Nov. Pol. Jannot. Vulc. ἐξελαύνεσι. Vulgatum et exquiſitius et Plutarcho frequens: *repudiant, averſantur*, ſive ut *impium*, ſive ut *moleſtum*; utraque enim notio in illa *repudiandi averſandique* notione valet. Sic Opp. Mor. p. 203. A. 268. E. 286. D. 289. F. 358. F. 363. E. 367. E. 381. E. 549. E. 635. E. 665. B. 670. F. 683. F. 702. E. 727. D. 880. B. Vit. p. 63. C. 67. B. 124. A. 137. B. 157. E. 446. C. 665. D, E. 893. C. 928. D.

63. B. ἔστι μὲν ἐν τῷ συνδιαπορεῖν] Senſus, quem Latini interpretes reddiderunt, ex Græcis, ut nunc ſunt, extorqueri nequit: neque enim eo ſenſu, qui hic requiritur, dicitur εἶναί ἔν τινι; quippe requirebatur ἔστι μὲν πολὺς, vel ἔνεργος, vel ſimile, ἐν τῷ σ. Igitur in emendatione poſui ἔστη, *ſubſiſtit*. Verbum aliquoties Plutarcho adhibitum: v. c. Ser. Num. Vind. p. 51. C: ἐν τῷ κακῶς τὸν δεδρακότα ποιεῖν ἵστανται, περαιτέρω δὲ οὐκ ἐξικνοῦνται, *ſubſiſtunt in male faciendo ei, qui male fecit, nec ulterius progrediuntur*. Defect. Orac. p. 429. C. Placit. Philoſ. 883. D. Muſic. p. 1145. A. Alexandr. p. 678. A: εἰς μυρίας δραχμὰς προῆλθεν, ἐνταῦθα δὲ ἔστη, *cœnæ ſumtus ad decem mille drachmas progreſſus eſt, hoc autem in modo ſubſtitit*. Similiter Ariſtides Sophiſta T. I. p. 390. 402. 411. II. 212.

63. B. οἱ μαθηματικοὶ τὰς ἐπιφανείας—] Eadem comparatione utitur in Conjug. Præcept. p. 140. A: δεῖ δὲ, ὥσπερ οἱ γεωμέτραι λέγουσι τὰς γραμμὰς καὶ τὰς ἐπιφανείας οὐ κινεῖσθαι καθ'

ἑαυτὰς, ἀλλὰ συγκινεῖσθαι τοῖς σώμασι, οὕτω τὴν γυναῖκα μηδὲν ἴδιον πάθος ἔχειν, ἀλλὰ κοινωνεῖν τῷ ἀνδρὶ καὶ σπουδῆς, καὶ παιδιᾶς, καὶ συννοίας, καὶ γέλωτος.

63. C. εὐφώρατον] Vulgo erat εὐφορωτάτην. Videantur ſupra dicta ad p. 50. D. De confuſione vocum φορὰ et φωρὰ et cognatarum monuit etiam Menagius ad Diog. Laert. I. 96. Interpretes ad Heſych. voc. Αὐτοφορία.

63. C. ὥσπερ ζῶον ἐν βάθει τ. κ.—] Meziriacus appoſuit ᾠὸν; vertit Amyotus, et item corrigere juſſit Guellius ad Virgil. p. 91. nulla idonea de cauſſa. Utrumque dici poteſt: et *ovum*, et *animal*, præcipuas vires *intus* ἐν βάθει, non in ſuperficie, ſed in penetralibus quaſi penitus abditas habet: ſed hoc loco ζῶον eſt lectio omnium librorum. Fluxit hoc ſimile ex Stoicorum comparatione philoſophiæ cum animali et ovo, quam memorant Diogenes Laertius VII. 40: Εἰκάζουσι δὲ ζῴῳ τὴν φιλοσοφίαν, ὀστοῖς μὲν καὶ νεύροις τὸ λογικὸν προσομοιοῦντες, τοῖς δὲ σαρκώδεσι τὸ ἠθικὸν, τῇ δὲ ψυχῇ τὸ φυσικόν· ἢ πάλιν ᾠῷ· τὰ μὲν γὰρ ἐκτὸς εἶναι τὸ λογικὸν, τὰ δὲ μετὰ ταῦτα τὸ ἠθικὸν, τὰ δ' ἐσωτάτω τὸ φυσικόν—. Sextus Empiricus Adverſ. Mathematicos VII. 18, 19: οἱ δὲ ᾠῷ φασιν αὐτὴν εἶναι παραπλήσιον· ἐῴκει γὰρ τῇ μὲν λεκίθῳ, ἣν τινες νεοττὸν ὑπάρχειν λέγουσι, τὰ ἠθικά· τῷ δὲ λευκῷ, ὃ δὴ τροφή ἐστι τῆς λεκίθου, τὰ φυσικά· τῷ δὲ ἔξωθεν ὀστρακώδει τὰ λογικά· ὁ δὲ Ποσειδώνιος—ζῴῳ μᾶλλον εἰκάζειν ἠξίου τὴν φιλοσοφίαν, αἵματι μὲν καὶ σαρξὶ τὸ φυσικὸν, ὀστέοις δὲ καὶ νεύροις τὸ λογικὸν, ψυχῇ δὲ τὸ ἠθικόν. Partes corporis, quibus animal maxime continetur, principes vivendi effectores, hoc nomine ſæpe dicuntur τὰ κυρία Plutarcho, qui idem ſimilibus notionibus frequenter uſurpat: v. c. De Sanit. p. 130. A. laudat *exercitationem vocis*, σαρκοῦσαν καὶ πυκνοῦσαν οὐ τὴν ἐκτὸς ἰσχὺν —ἀλλὰ τοῖς ζωτικωτάτοις καὶ κυριωτάτοις μέρεσι ῥώμην ἐνδιάθετον καὶ τόνον ἀληθινὸν ἐμποιοῦσαν. Item alibi hoc ſenſu poſitum ἐν βάθει: v. c. ib. 130. D. *membra* τὰ ἐν βάθει opponuntur τοῖς ἄκροις. Adv. Colot. p. 1116. C. Coriolano p. 232. B.

63. C. διαλυσάμενος] *Creditoribus diſſolvens*: retinuimus interpretationem editionis Gr. Lat. 1624. ſic fere Amyotus, *ou lui appointe quelque querelle*: Cruſerius, *reconciliando gratiam*: aliter Eraſmus, *vel diſcedens*: ſimiliter ad

ſenſum Xylander, *ſua præſentia vel abſentia*. Linguæ quidem conſuetudo utrumque fert: at hujus loci ratio magis poſtulat prius: *tranſigens pro eo negotia, expediens eum ex difficultate, ſive creditoribus ſatisfaciendo, ſive reconciliando eum cum inimicis*. Sic De Fortitud. Al. p. 339. B: τῶν χρεῶν ἠλευθέρωε Μακεδόνας Ἀλέξανδρος, ϗ διελύετο τοῖς δανείσασιν ὑπὲρ πάντων: *ſolvit creditoribus*. Genio Socr. p. 585. D: αὐτὸς διάλυσαι πρὸς αὐτούς, *ipſe tranſige cum ipſis*. Pyrrho p. 388. C: ἐπεὶ μὴ ἐσχόλαζε πολεμεῖν πρὸς αὐτὸν, διαλυθεὶς ϗ θέμενος εἰρήνην, *in gratiam rediens et pacem faciens*. Lyſandro p. 436. D. Sylla p. 460. B. διαλύσασθαι πρὸς τὸν Σύλλαν, *pacem facere cum Sylla*. Ageſil. p. 601. B. ἠξίωε διαλυσάμενον ἀποπλεῖν οἴκαδε, *rogabat eum, ut pace facta domum abiret*. Ciceron. p. 878. A. Anton. p. 930. A. Opp. Mor. p. 194. C. 209. C. 218. D. 233. F. Dion Chryſ. Or. XLVI. p. 519. D: οὐδέπω μὲν καὶ νῦν τὸ ἐπιβάλλον αὐτῷ μέρος τῶν χρεῶν διαλέλυμαι, *nondum hucuſque debiti mei portionem ſolvi*. Jamblichus Vit. Pythag. §. 263: πρὸς τὲς ἐκπεπλωκότας διελύθησαν, *reconciliati ſunt cum exulibus*. Conjuncta eſt notio *diſcedendi e congreſſu*. Vitar. p. 118. B. 164. D. 369. F. 469. B. 788. D. Dion Chryſ. Or. XXXIII. 374. B. Hæc de Verbo Medio: alia alibi.

63. D. Τοιοῦτος Ἀρκεσίλαος—κλέμμα.] Sic in Ejus Vita Diogenes Laertius IV. 37: καὶ εὐεργετῆσαι πρόχειρος ἦν, καὶ λαθεῖν τὴν χάριν ἀτυφότατος· εἰσελθὼν οὖν ποτε πρὸς Κτησίβιον νοσοῦντα, καὶ ἰδὼν ἀπορίᾳ θλιβόμενον, κρύφα βαλάντιον ὑπέθηκε τῷ προσκεφαλαίῳ· καὶ ὃς εὑρὼν, Ἀρκεσιλάε, φησὶ, τὸ παίγνιον. Seneca De Beneficiis II. 10: *Arceſilaus, ut aiunt, amico pauperi, et paupertatem ſuam diſſimulanti, ægro autem, et ne hoc quidem confitenti deeſſe ſibi in ſumtum ad neceſſarios uſus, cum clam ſuccurrendum judicaſſet; pulvino ejus ignorantis ſacculum ſubjecit; ut homo inutiliter verecundus, quod deſiderabat, inveniret potius, quam acciperet*. Julianus Imp. Or. III. p. 103. D: Ἀρκεσίλαος δὲ καὶ διδοὺς τὸν λαβόντα ἐπειρᾶτο λαθεῖν· συνίει δὲ ἐκεῖνος ἐκ τῆς πράξεως τὸν δράσανλα. Apelles memoratur familiaris Arceſilai ab Athenæo X. p. 420. D. Verſus Empedoclis nobiliſſimus Πῦρ, καὶ ὕδωρ, καὶ γαῖα, ϗ αἰθέρος ἤπιον ὕψος, quem cum pluribus continuis citat

Sextus Empiric. Adv. Mathem. IX. 10. Clemens Alexandr. Strom. VII. p. 624. D. ἄπλετον ὕψος exhibet, item Simplicius in Ariſtotelis Phyſ. I. p. 6. 6. Inſignis eſt lepor in κλέμμα, *clandeſtinum factum, quaſi furtum.* Sic Plutarchus de ſervatis fratribus Romulo et Remo, De Fortun. Rom. p. 320. E. τύχης κλέμμα καὶ σόφισμα Quæſt. Nat. p. 917. E. ex Empedocle κλέμματα θηρείων, *ferarum latibula*, ut protulimus ex Veneto pro κέμματα. Sic fortaſſe accipiendum in Eueni Epigrammate, Analect. Brunck. T. I. p. 167. de *blatta libros rodente*, —λωβήτειρα Φωλὰς, ἀεὶ σοφίης κλέμματα φερβομένη, *occultas depaſcens ſapientiæ ſedes.* Thucydides V. 9. ex Braſidæ perſona: καὶ τὰ κλέμματα ταῦτα καλλίσην δόξαν ἔχει, ἃ τὸν πολέμιον μάλις' ἄν τις ἀπατήσας, τοὺς φίλους μέγις' ἂν ὠφελήσειεν. Sic Plautus dixit *furtum* Bacchid. I. 2. 60: *Edepol feciſti furtum in ætatem malum, Quum iſthæc flagitia me celaviſti et patrem:* ubi de hac notione monet Lambinus. De Verbi κλέπτειν, *celandi, tegendi, latendi*, notione dicemus alibi. Varietas lectionis hoc loco eſt: pro εἴκοσι δραχμὰς F. in margine, Collect. Muret. Schott. Jannot. Anon. Mez. T. V. B. τετράδραχμα: pro προσήγγειλε Moſc. 2. προσήνεγκεν: pro τετὶ Voſſ. Moſc. 2. Harl. 1. T. τοῦτο.

63. D. ἐοικότα γε τέκνα φύεται γονεῦσιν ἐν φιλοσοφίᾳ] Venuſta ſignificatio dicti Heſiodei Ἔργ. κ. Ἡμ. 235. ubi et inter dona Deorum juſtis hominibus tributa cenſetur, Τίκτουσιν δὲ γυναῖκες ἐοικότα τέκνα γονεῦσιν. Plutarchus Præcept. Reip. Ger. p. 824. C: εὐπορίαν δὲ γῆς ἄφθονον, εὐμενῆ τε κρᾶσιν ὡρῶν, ἢ τίκτειν γυναῖκας ἐοικότα τέκνα γονεῦσιν, σωτηρίαν τοῖς γεννωμένοις, εὐχόμενος ὅγε σώφρων αἰτήσεται παρὰ τῶν θεῶν τοῖς αὑτοῦ πολίταις. Hoc in munere divino celebrabatur, contrarium erat pars exſecrationis, teſte Æſchine, Orat. Adv. Cteſiphont. p. 289. C: —ἐπεύχεται αὐτοῖς μηδὲ γῆν καρποὺς φέρειν, μήτε γυναῖκας τέκνα τίκτειν γονεῦσιν ἐοικότα, ἀλλὰ τέρατα. Eodem ſpectat Theocritus Idyll. XVII. 44. —τέκνα δ' οὔποτ' ἐοικότα πατρί· ubi Iſ. Caſaubonus fontem ſententiæ oſtendit Lect. Theocrit. p. 276. Horatius Carm. IV. 5. 23. *Laudantur ſimili prole puerperæ:* opportune ac docte enarratus a Lambino. Libanius Epiſt. CCXLII.

p. 117: Καὶ δῆτα εὔχομαι τοῖς θεοῖς πᾶσι καὶ πάσαις, γῆν τε αὐτοῖς καρπὸν ὅτι πλεῖσον διδόναι καὶ ἀέρα μένειν ἐν τοῖς μέτροις, καὶ γυναῖκας τίκτειν ὁμοια γονεῦσιν· quæ J. Chr. Wolfius recte expoſuit. Fuit omnino etiam apud ignaros Heſiodei dicti vulgari opinione laudatum munus fortunæ: quod multis Veterum notatis locis docte oſtendit G. Cortius ad Ciceronis Epiſt. ad Diverſ. VI. 6. 26.

63. E. Λακύδης—φράσαντες] Lacydi, ſucceſſori Arceſilai, locum dedit Diogenes Laertius IV. 59—61. ſed nihil aut hic, aut alii, de Cephiſocrate ejuſque cauſſa. Dedimus ἀπ' εἰσαγγελίας pro vulgato ἀπεισαγγελίας: hæc enim et cauſſa et vox nuſquam memoratur, illa frequens apud Veteres et Scriptores et Grammaticos, in quibus maxime conſulatur Harpocration in voce, ad eumque H. Valeſius p. 23. Solemnis eſt forma ſine ἀπὸ, nude εἰσαγγελίας δίκη, ut in aliis cauſſarum nominibus: tamen et Æſchines bis ita locutus eſt Orat. Adv. Cteſiphont. p. 281. C: ἀπ' εἰσαγγελίας αὐτοῦ κρινομένου περὶ θανάτου. 285. C: Φιλοκράτης μὲν ἀπὸ τῶν αὐτῶν πολιτευμάτων Δημοσθένει φυγὰς ἀπ' εἰσαγγελίας γεγένηται: ita Wolfius, probante poſtea et confirmante Tayloro, reſtituit, cum antea conjunctim legeretur ἀπεισαγγελίας. Plutarchus Alcibiad. 200. E: ταῦτα γὰρ ἐν τῇ εἰσαγγελίᾳ γέγραπται Θεσσαλοῦ τοῦ Κίμωνος εἰσαγγείλαντος Ἀλκιβιάδην ἀσεβεῖν περὶ τὼ θεώ· quæ ipſa in accuſationis formula referuntur p. 202. E.

63. F. κατεσπευσμένης] κατεσπευμένης, Moſc. 1. Venet. Harl. 1: καὶ εσπασμένης Colleg. Nov. Pol. κατεσκευασμένης Jannot. et Var. Lect. Gr. Lat. ſine nomine. Vulgata probanda. Plutarchus De Curioſ. p. 522. D: ἐπιστολὴν κομισθεῖσαν μὴ ταχὺ μηδὲ κατεσπευσμένως λῦσαι. Ageſil. p. 616. A: κατασπεύδοντα τὴν δίωξιν. Longinus De Subl. XL. p. 222. τὴν ἁρμονίαν μὴ κατεσπεῦσθαι.

p. 64. A. —ἀναίδεσι φαρμάκοις] *Coloribus impudentibus* proprie reddidit Eraſmus: *coloribus faturis*, Cruſerius: *coloribus laſcivientibus*, Xylander: *colorum luxurie*, noſtra editio ex Græco-Latina 1624. Poteſt utcumque ἀναιδὲς φάρμακον, *impudens color*, per tralationem accipi: veluti Dionyſius Hal. De Iſæo p. 104. eum comparans pictoribus

novitiis, quorum γραφαὶ—εὔγραμμοι μὲν ἦτλον, ἐξειργασμέναι δὲ μᾶλλον, σκιᾷ τε καὶ φωτὶ ποικιλλόμεναι, ἐν τῷ πλήθει τῶν μιγμάτων τὴν ἰσχὺν ἔχουσαι.—ἦν δὲ περὶ αὐτὸ (τοῦ Ἰσαίου) δόξα παρὰ τοῖς τότε γοητείας καὶ ἀπάτης, ὡς δεινὸς ἀνὴρ τεχνιτεῦσαι λόγους ἐπὶ τὰ πονηρότερα. Sed in Philoſtrato Vit. Apollon. II. p. 75. ſimilis argumenti ſententia, ἀλλὰ καὶ γραμμὴν καὶ τὸ ἄνευ χρώματος, ὃ δὴ σκιᾶς (leg. διὰ σκιᾶς) τε ξύγκειται καὶ φωτὸς, ζωγραφίαν προσήκει καλεῖν· καὶ γὰρ ἐν αὐτοῖς ὁμοιότης τε ὁρᾶται εἶδός τε καὶ νοῦς, αἰδὼς καὶ θρασύτης, —*nam et in his ſimilitudo apparet, figura animuſque, pudor et protervia*: referuntur hæc non ad colores ipſos et pingendi rationem, ſed ad corporis effigiem. Itaque denuo mihi placet conjectura dudum concepta, poſtea repudiata vel neglecta, ut φαρμάκοις mutetur in μορφαῖς.

64. A. ἔπραξε πλάνας—ἀπεχθείας] Dictiones Platonicæ in hunc locum manarunt; ex Apologia Socr. p. 360. F: δεῖ δὴ ὑμῖν τὴν ἐμὴν πλάνην ἐπιδεῖξαι, ὥσπερ πόνους τινὰς πονῶν-τος—· et p. 361. B: ἐκ ταύτης ἤδη τῆς ἐξετάσεως, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πολλαὶ μὲν ἀπέχθειαί μοι γεγόνασι, καὶ οἵαι χαλεπώταται καὶ βαρύταται.

64. A. Οὐκ ἄξια ταῦτα ἐκείνων—] Fortaſſe Poetæ hujuſmodi dictum fuit, Οὐκ ἄξι' ἐστὶ ταῦτ' ἐκείνων·—

64. A. Πᾶσα μὲν γὰρ ὀνειδιζομένη χάρις—] Demoſthenes Orat. Pro Corona p. 517. B: τὸ δὲ τὰς ἰδίας εὐεργεσίας ὑπομιμνήσκειν καὶ λέγειν, μικροῦ δεῖν ὅμοιόν ἐστι τῷ ὀνειδίζειν. Terentius Andr. I. 1. 16: *Sed hoc mihi moleſtum eſt: nam iſthæc commemoratio Quaſi exprobratio eſt immemoris beneficii.* Haud ſcio, an hæc Plutarchus hauſerit ex Theophraſti vel Chryſippi libris περὶ φιλίας, certe ex fonte eodem, quo Cicero Amicit. 20: —*plerique aut queruntur ſemper aliquid, aut etiam exprobrant: eoque magis, ſi habere ſe putant, quod officioſe et amice, et cum labore aliquo ſuo factum queant dicere. Odioſum ſane genus hominum officia exprobrantium: quæ meminiſſe debet is, in quem collata ſunt, non commemorare, qui contulit.* Seneca De Beneficiis II. 10: *inter prima præcepta et maxime neceſſaria ſit, ne umquam exprobrem, immo ne admoneam quidem. Hæc enim beneficii inter duos lex eſt: alter ſtatim oblivi ſci debet dati, alter accepti*

numquam. Lacerat animum et premit frequens meritorum commemoratio.

64. B. Λακεδαιμόνιοι Σμυρναίοις δεομένοις σῖτον πέμψαντες—] Legitur in illo, qui fertur, Ariſtotelis Œconomicorum libro ſecundo, capite IX: Λακεδαιμόνιοι, Σαμίων δεηθέντων χρήματα αὐτοῖς εἰς τὴν κάθοδον δοῦναι, ἐψηφίσαντο μίαν ἡμέραν ἄγειν αὐτοὺς καὶ τοὺς οἰκέτας καὶ τὰ ὑποζύγια νησεῦσαι· ὅσον δὲ ἑδαπάνα ἕκαστος, τοσοῦτον δοῦναι τοῖς Σαμίοις. *Samii* et *Smyrnæi* a librariis potuerunt. Cæterum in apophthegmatibus et ſtrategematibus hoc pervulgatum eſt, ut eadem diverſis auctoribus tribuantur: veluti idem proditur Rheginorum erga Tarentinos ab Æliano Var. Hiſt. V. 20: Ταραντίνων πολιορκουμένων ὑπὸ Ἀθηναίων καὶ μελλόντων ἁλῶναι λιμῷ, οἱ Ῥηγῖνοι ἐψηφίσαντο μίαν ἡμέραν ἐν ταῖς δέκα νησεύειν, καὶ ἐκείνης τὰς τροφὰς ἐκχωρῆσαι Ταραντίνοις. Ἀποσάντων οὖν αὐτῶν ἐσώθησαν· καὶ μεμνημένοι τοῦ πάθους, ἑορτὴν ἄγουσι τὴν καλουμένην Νησείαν οἱ Ταραντῖνοι.

64. B. ὐχ ὥσπερ ἀπεφαίνετο Γοργίας—] Sententiam, ſine auctoris nomine, attigit Cicero De Amicit. Cap. XVI: *quam multa enim, quæ noſtra cauſſa numquam faceremus, facimus cauſſa amicorum? precari ab indigno, ſupplicare: tum acerbius in aliquem invehi, inſectarique vehementius: quæ in noſtris rebus non ſatis honeſte, in amicorum fiunt honeſtiſſime.* Atque ad eamdem facilitatem ſe inclinat, Cap. XVII: *etiam ſi qua fortuna acciderit, ut minus juſtæ voluntates amicorum adjuvandæ ſint, in quibus eorum aut caput agatur, aut fama, declinandum ſit de via, modo ne ſumma turpitudo ſequatur.* Cujus facilitatis aliud præceptum ponit Offic. II. 14. auctore Panætio: de quo videatur noſtris auſpiciis a doctiſſimo F. G. Lyndeno nuper habita Diſputatio p. 108.

64. C. Συσσωφρονεῖν—] Euripideum eſſe dictum ipſe habitus prodit. Simillimum huic eſt in Iphig. Aul. 407: Συσσωφρονεῖν σοι βούλομ', ἀλλ' οὐ συννοσεῖν. Utrum Euripides eum ita mutatum in alia fabula poſuerit, an Plutarchus ad ſuam diſputationem immutaverit, haud definiam: hoc videtur probaſſe Th. Gatakerus ad M. Antonin. V. 36. p. 169. Similem habuimus p. 53. C. Sophocleum Antigon.

539. Οὐ γὰρ συνεχθεῖν, ἀλλὰ συμφιλεῖν, ἔφυ. De utroque egit Valckenarius ad Eurip. Phœniſſ. p. 147. Talis etiam eſt formæ Scholion, quod ſub Alcæi nomine fertur in Lyricorum Fragmentis editionis Pauli Stephani p. 26. in Anacreonte Brunckii p. 105. Σύν μοι πῖνε, συνήθα, Συνέρα, συνστεφανοφόρει, Σύν μοι μαινομένῳ μαίνεο, Συνσωφρονήσω σώφρονι.

64. C. Φωκίωνος πρὸς Ἀντίπατρον—] Alibi quoque memorat Plutarchus, Conjug. Præcept. p. 142. B. Apophthegm. p. 188. F. Phocione p. 755. B. Agide p. 795. E.

64. C. Συνεργεῖν—συναδικεῖν] Prima ſententia, ni fallor, fuit poetæ, fortaſſe tetrametro catalectico, cujus forma ſit: Φίλον συνεργεῖν δεῖ φίλῳ, μὴ συμπανουργεῖν αὐτῷ. Et ſolet Plutarchus poſito Scriptoris proxima ſua accommodare eidem exemplo: ita hic deinceps ſimilem antitheſim ſecutus eſt. Qua in concinnitate ut oratio ſibi conſtaret, fuit quum pro συνεξαπατᾷν corrigendum putarem συγκαταμαρτυρεῖν ad Ser. Num. Vind. p. 549. B. rationem habens conſuetudinis Plutarcheæ. Ad quem locum quum pervenerimus, quædam nova adjiciemus.

64. D. Λακεδαιμόνιοι μάχῃ κρατηθέντες ὑπ' Ἀντιπάτρου] In Arcadia, ubi eorum rex Agis cecidit. Verbo memorat Plutarchus Ageſil. p. 604. B: uberius narrat Diodorus Sic. XVII. 65. 73: alii, Juſtinus XII. 1: Curtius VI. 1. Dictum aliter refertur in Apophth. Lac. p. 235. B.

64. D. Οὕτως ὁ φίλος ἢ τοιοῦτος] Poſſis etiam legere Οὕτως καὶ ὁ φίλος τοιοῦτος, *Sic et amicus eſt talis.*

64. D. Ἂν—χρεία καταλαμβάνῃ] *Si neceſſitas acciderit.* Ita hoc Verbum dicitur Neutre, fere in malam partem de ſubitis et inexſpectatis periculis et malis: quod T. Hemſterhuſius monuit ad Luciani T. I. p. 16. quia priores interpretes fugerat: ob eamdem cauſſam hic monendum videtur, et notatis Plutarchi locis confirmandum. Sic igitur Opp. Mor. p. 124. C: ἀποπληξίας καταλαβούσης εὐθὺς ἀπέθανε. 134. D: εἰ δ' ἀνάγκη ποτὲ καταλάβοι, *ſi autem aliquando neceſſitas inciderit.* 562. D. 581. F. Pelopid. p. 290. C. Plato Leg. VII. p. 639. H. Eſt etiam ubi ſimpliciter de tempore dicitur, v. c. καταλαμβάνει ἡμέρα, *advenit*

dies: est quoque ubi Accusativus additur, v. c. καταλαμβάνει ἡμᾶς χρεία: de quibus rationibus alibi exponemus.

64. D. κἂν διαπειρώμενος κρέσῃς, σαθρὸν—ὑπηχεῖ—.] Platonicus flosculus, ex Theæteto p. 130. B: σκεπτέον τὴν φερομένην ταύτην οὐσίαν διακρέοντα, εἴτε ὑγιὲς εἴτε σαθρὸν φθέγξεται. Philebo p. 90. D: εἴπῃ τι σαθρὸν ἔχει, πᾶν περικρέωμεν· ubi pro ἔχει haud scio an scriptum fuerit ἠχεῖ. Comparatio ducta a vasibus, quæ pulsantur ab inquirentibus integra an vitiosa sint, ut ex reddito sono cognoscantur. Eodem usus est Lucianus Parasito, 3. T. II. p. 841: Φέρε δὴ καθ' ἕκαστον τοῖς τῆς τέχνης εἴδεσιν ἐφαρμόζοντες τὴν παρασιτικὴν, εἰ συνᾴδει, σκοπῶμεν, ἢ ὁ περὶ αὐτῆς λόγος· ἀλλὰ μὴ καθάπερ αἱ πονηραὶ χύτραι διακρεόμεναι, μὴ σαθρὸν ἀποφθέγξηται· postrema ita legenda διακρεόμεναι σαθρὸν ὑποφθέγξηται. Damascius ap. Suid. voc. Πρόσοιτο. T. III. p. 207: ἦν δὲ ἱκανὸς ἰδεῖν ὅπη τε σαθρὸν φθέγξεται ὁ λόγος ἢ ὅπη ὑγιές. Sic in eadem similitudine Plutarchus De Utilit. ex Inimic. p. 88. C: ἐνδύσῃ τῇ ψυχῇ, περισκόπει τὰ σαθρὰ, μή τις καὶ σοὶ ποθεν ὑποφθέγγηται κακία τὸ τῶ τραγῳδῶ, Ἄλλων ἰατρὸς, αὐτὸς ἕλκεσι βρύων. Persius Sat. III. 20. *effluis amens. Contemnere: sonat vitium percussa, maligne Respondet viridi non cocta fidelia limo.* Ubi magnus Casaubonus et exemplum et imitatores notavit: huic addatur L. Kusterus ad Aristophanis Nub. 317: Plut. 814. de voce σαθρός: quæ *sono* corporis et hominis vitiosi elegantem habet usum, et item adhibita est a Dione Chrys. Or. XLVIII. p. 535. D: οὐ μέντοι παρ' ὑμῖν τυχὸν, οὐδείς ἐστι κηφὴν ἄγριος, βομβῶν σαθρὸν, γευόμενος τοῦ μέλιτος. Toupius ad Longin. p. 193. Sed quum ad Platonis illum locum Scholiastes Ruhnkenianus p. 27. hoc Scholion habeat, Διακρούοντα·] Ἐκ μεταφορᾶς τῶν διακωδωνούντων τὰ κεράμια, εἰ ἀκέραιά εἰσιν· non alienum est hic apponere ea, quæ Ruhnkenius in Adversariis scripta reliquit: sunt igitur hæc: " *Schol. ad Nub.* 317. *ibique Ku-*
" *ster. Plutarch. T. II. p.* 64. *Corrig. Diog. Laert. p.* 330.
" κομπεῖν *confirmat Eustath. ad Il. M. p.* 896. *Suid. v.*
" Κρῆσις. *Kust. ad Suid. T. III. p.* 207. *et* 245. *ad He-*
" *sych. I. p.* 336. *Phavor. qui sequens scholion conjungit.*
" *Themist. p.* 299. *ad Lucian. T. II. p.* 842. *Menag. ad*

" *Laert. p.* 112. *Philebo p.* 90. *D. Phrynich. MS. V.* " Περιχεχρωμένος. *Toup. ad Longin. p.* 192."

64. E. ἐν ταῖς ὑπὸ μάλης πράξεσιν] Xylander *ad ea quæ ſub axilla geruntur*, explicuit addito *id eſt, fœda et clandeſtina: ὑπὸ μάλης, ſub ala* quid facere, geſtare, eſt *clam, furtim.* Præcipuus eſt locus Demoſthenis Or. Adv. Aphob. III. p. 561. C: —οὐχ εἷς οὐδὲ δύο ταῦτ' ἴσασιν, οὐδ' ὑπὸ μάλης ἡ πρόκλησις γέγονεν, ἀλλ' ἐν τῇ ἀγορᾷ μέσῃ, πολλῶν παρόντων. Videatur Suidas voc. Ὑπὸ μάλης. Sæpe proprie dicitur de iis rebus, quas clam quis ſub mala geſtat: v. c. Plutarchus Sympoſ. V. p. 674. C: λαβόντα δελφάκιον ὑπὸ μάλης, προελθεῖν. Bruto p. 984. C: Servilius Ahala interfecturus Sp. Mælium, ἐγχειρίδιον λαβὼν ὑπὸ μάλης προῆλθεν εἰς ἀγοράν. Ariſtides Sophiſta T. I. p. 345: ἐγχειρίδιον ἔχει ὑπὸ μάλης. Et vero notat univerſe ſub veſtibus quid clam geſtare, idque ſive in manu ſive ulna: quod diſerte apparet in Platonis Leg. VII. p. 627. G. de coturnicibus, quas domini geſtando robuſtas faciunt, λαβόντες ὑπὸ μάλης, τοὺς μὲν ἐλάττονας εἰς τὰς χεῖρας, μείζους δ' ὑπὸ τὴν ἀγκάλην ἐντὸς, πορεύονται περιπατοῦντες—. Alia de hac dictione videantur apud H. Steph. Theſ. L. Gr. Indic. voc. Μάλη, p. 1410. ſeq.

64. F. περὶ λύσιν πόρνης ἀκριβὴς,] *Diligens adjutor in redimenda meretrice, quæ lenoni ſervit.* Sic λύσις αἰχμαλώτων, *redemtio captivorum*, Apophthegm. p. 194. F. Philopœmene 357. F. Verbum, in Fab. Max. p. 178. E. ἄνδρα ἀνδρὶ λύεσθαι τῶν ἁλισκομένων. Dione p. 979. B: λυσάμενος τοὺς ἑαλωκότας, *redimens captivos.* Hinc intelligitur jocus Theodori Athei ad Phocionis filium, in Vita Phocionis p. 759. C: τοῦτον ὅτε τἄλλα σπουδαῖον ἄνδρα γενέσθαι φασὶν, καὶ παιδίσκης ἐρῶντα παρὰ πορνοβοσκῷ τρεφομένης κατὰ τύχην Θεοδώρῳ τῷ ἀθέῳ παραγενέσθαι, λόγον ἐν Λυκείῳ διαλεγομένῳ τοιοῦτον· " Εἰ τὸν (legend. τὸ) φίλον λύσασθαι μὴ αἰσχρόν ἐστιν, οὐδὲ τὸ " φίλην ὁμοίως· εἰ δὲ μὴ τὸ ἑταῖρον, οὐδὲ τὸ ἑταίραν." Θέμενον " οὖν ἑαυτῷ πρὸς ἐπιθυμίαν τὸν λόγον ὡς εὖ ἔχοντα, λύσασθαι τὴν ἑταίραν. Hunc locum opportune comparavit A. Turnebus Adverſ. XVI. 17. cum Plauti Moſtell. I. 1. 22: *Amicas emite, liberate, paſcite Paraſitos, obſonate pollucibiliter.* Nil frequentius in Nova fertur Comœdia hujuſmodi exemplis:

veluti apud Plautum ibidem V. 2. 18. ad patrem ſervus de filio: *Fateor peccaviſſe: amicam liberaſſe abſente te: Fœnori argentum ſumſiſſe: id eſſe abſumtum prædico: Num quid aliud fecit niſi quod faciunt ſummis gnati generibus.* Epidico IV. 1. 69: *quis eam liberaverit, Volo ſcire—.* Pſeudolo I. 5. 5: *Eum velle amicam liberare, et quærere Argentum ad eam rem, hoc alii mihi renunciant.* Ibidem 19: *Quid mirum fecit? quid novum? adoleſcens homo ſi amat, ſi amicam liberat.* Ibid. 67: *—ecquam ſcis filium tibicinam Meum amare? —liberare quam velit?* Perſa III. 3. 14: *Scortorum liberator.* Ibid. 33: *—fac ſit mulier libera, Atque huc continuo adduce.* Captivis Epilog. 4. Et Terentius in Adelphis et Phormione eamdem induxit rem. Chæremon ap. Stob. S. XCVIII. p. 591: Οὐδεὶς τὰ πατρῶά πω γέρων κατεδήδοκε· Ἀλλ' οὐδὲ κατεμώραν', οὐδ' ἐλύσατο Πορνίδιον, οὐδὲ θυροκοπῶν ὤφλε δίκην. Sub nomine *Incerti* habet Grotius in Florilegio Stob. Tit. CXVII. p. 481.

64. F. ἐκκαθᾶραι λογισμὸν—] *Perpurgare rationes* computationis, ſumtus convivii deſcribere et ordinare. Exquiſitum dicendi genus, nec Latinis inuſitatum. Cicero Attic. XII. 12. *De dote, tanto magis perpurga.* Suetonius Caligula 29: *Decimo quoque die numerum puniendorum ex cuſtodia deſcribens, Rationem ſe purgare, dicebat:* ubi videatur Iſ. Caſaubonus. Baſilius M. Homil. De Divitiis et Paupertate T. III. p. 479. A: οἱ δανειζόμενοι, τόκους ἐκ τόκων, ἢ πρὶν ἐκκαθᾶραι τὰ πρῶτα δεύτερον ἐπεισάγοντες δάνεισμα, μικρὸν χρόνον τοῖς ἀλλοτρίοις ἐναβρυνόμενοι, ὕστερον ἢ τὰ οἰκεῖα ἀδύραντο. Varro Ling. Lat. V. p. 56: *Ideo antiqui purum, putum appellarunt. Ideo putator, quod arbores puras facit. Ideo ratio putari dicitur, in qua ſumma ſit pura:* quem locum Joſ. Scaliger item Conject. p. 85. exponit. Attigerunt eamdem verbi notionem J. Cujacius Obſ. XI. 9. Jo. Wouwerius Polymathiæ Cap. VII. p. 48. T. Hemſterhuſius in Addendis ad G. Arnaldi Var. Conject. p. 417.

64. F. ἄτεγκτος] Vide notata ad p. 44. A.

p. 65. A. πολύφιλος] De hoc argumento eſt libellus Plutarchi Περὶ Πολυφιλίας p. 93.

65. A. παράσημον] Vide ad p. 4. B.

65. B. παρὰ Λύδιον—μόλιβδον ἔχων.] Duo ſunt dicta. Prius παρὰ Λύδιον ἅρμα πεζὸς ἰχνεύων, Pindaro auctore, memoratur a Plutarcho, Nicia p. 523. D: οὐ μὰ Δία παρὰ Λύδιον ἅρμα πεζὸς ἰχνεύων, ὥς φησι Πίνδαρος, ἀλλ' ὅλως τις ὀψιμαθὴς—: eſtque proverbiale, notatum Diogeniano VI. 28: Apoſtolio Prov. XI. 38. illuſtratum ibidem a Schotto et Pantino, et a doctiſſimo Schneidero in Fragmentis Pindaricis p. 58: jam antea ab Eraſmo Adag. p. 481: forte imitando expreſſum a Luciano, ſeu quiſquis eſt ille ſcriptor Encomii Demoſthenis T. III. p. 494: τὴν ποιητικὴν ἔργον ἡγῇ μόνον, τὰς δὲ ῥητορικὰς λόγους καταφρονεῖς ἀτεχνῶς, οἷον ἱππεὺς παρὰ πεζὸς ἐλαύνων. Alterum, παρὰ χρυσὸν ἐφθὸν ἀκήρατον οὐδὲ μόλιβδον ἔχων, quod Simonidis ſub nomine apponitur, haud alibi me legere memini, et hac una Plutarchi auctoritate in Simonidis fragmentis retulit Fulvius Urſinus in Carminibus Novem Illuſtrium Fœminarum et Lyricorum p. 180. pro ἐφθὸν exhibens ὀρθὸν, fortaſſe errore operarum: pro quo ſi ἄπεφθον antiquitus ſcriptum fuerit, ſex erunt anapæſti; quo magis indicia poetæ exſtent. Vel ſic tamen potuit fieri, ut hæc ipſius Plutarchi fuerit dictio, et ſive Simonidis ſive Pindari nomen priori dicto antea adſcriptum, poſtea librarii errore ad hoc poſterius transferretur; ſiquidem diſputatio proxime antecedens comparationem ſpurii et ſubærati nummi habet: et auri plumbique oppoſitio fere proverbialis eſt: v. c. Ariſtides Or. Contra Prodit. Myſt. T. II. p. 403: οὔκουν χρυσόν γ' ἔχοντες ἠλλάττοντο μόλιβδον ἀντ' αὐτοῦ—οὐδὲ μελίνην ἀντὶ πυρῶν, οὐδ' ἀντὶ οἴνου τρύγα—. Petronius Satyric. 43: *Plane fortunæ filius: in manu illius plumbum aurum fiebat.* Ariſtænetus Ep. I. 10. de conjugio Acontii cum Cydippe: Κυδίππην Ἀκοντίῳ συναπλῶν, οὐ μόλυβδον ἂν συνεπιμίξαις ἀργύρῳ, ἀλλ' ἑκατέρωθεν ὁ γάμος ἔσαι χρυσοῦς: fluxit e Platonis commento de variis civium generibus, aureo, argenteo, æreo, cæteris, in Republ. IV. p. 443. H: quodque ipſum ab Heſiodeo fonte manavit, Ἔργ. 109—201.

65. B. ἐλαφρὸς ὢν καὶ ἐπίκτητος καὶ ἀπατηλὸς—πρὸς ἀληθινὴν καὶ ἐμβριθῆ φιλίαν καὶ σφυρήλατον οὐκ ἀναφέρων—] Opponuntur ἐλαφρὸς et ἐμβριθὴς, *levis* et *gravis*: ἀπατηλὸς et ἀληθινὸς,

fallax et *verax*: ἐπίκτητος et σφυρήλατος, *adscititius* et *solidus*: in postremis ratio non satis apparet. Σφυρήλατος, *malleo cusus*, dicitur de artis statuariæ et fabrilis operibus, in primis statuis solidis, quæ totæ sunt ex ære, v. c. auro, nec auro tantum inductæ, nec illitam modo superficiem et inauratam habent. Nobile est illud Platonis Phædro p. 340. D: παρὰ τὸ Κυψελιδῶν ἀνάθημα σφυρήλατος ἐν Ὀλυμπίᾳ στάθητι, *ponatur tibi statua solida Olympiæ juxta monumentum Cypselidarum*: qua de re luculentus est locus Suidæ voc. Κυψελιδῶν ἀνάθημα, sumtus ex aliquo in primis docto Platonis interprete. Pertinuit autem Phædri dictum ad Hippiam sophistam: *cui tantus honos habitus est a Græcia, soli ut ex omnibus Delphis non inaurata statua sed aurea statueretur*, ut Cicero dicit De Orat. III. 33. Sed de propria notione plura exponere non opus: nec alios aliorum locos ex illo Platonis exemplo ductos referre nunc attinet: de utroque genere notavit quædam Ruhnkenius noster ad Platonis Scholiastam. Notio metaphorica alibi a Plutarcho usurpatur. v. c. De Pythiæ Orac. p. 408. E: βραχυλογίαν, ὡς πυκνὸν καὶ σφυρήλατον νοῦν ἐν ὀλίγῳ περιέχουσαν ὄγκῳ. De Garrul. p. 511. B: θαυμάσαντες τῆς λέξεως τὸ εὔογκον καὶ τὸ λιτὸν ἐν βραχεῖ σφυρήλατον νοῦν περιεχούσης. Consol. Apollon. ex Pindaro p. 104. A: σφυρηλάτοις ἀνάγκαις. Lucianus Encomio Demosth. T. III. p. 501: μόνος γέ τοι τῶν ῥητόρων —ἔμψυχον οὐ σφυρήλατον παρεῖχε τὸν λόγον: assentiar Grævio οὐ mutanti in καὶ, siquidem σφυρήλατος semper in laude ponitur. Sed huic notioni rectius opponi videatur ἐπίτηκτος, *illitus, cui aliena species ac superficies illiquefacta*: cujus Adjectivi licet exempla desiderentur, tamen auctoritas se tuetur ratione, usu Verbi ἐπιτήκειν. Codices F. T. V. B. ὡς οὖν λαβρὸς ὢν καὶ ἐπιτηδευτικὸς, et paulum diversus C. in Marg. εἰ ἦν λαβρὸς ὢν καὶ ἐπιτήδευτος· quorum λαβρὸς falsum est, at ἐπιτηδευτικὸς aliquid speciei habere videatur: quod licet in Lexicis non proditum, tamen ratione tueatur significationem *simulatoris*, qui aliquid studio et arte, non ultro et a natura, habeat. Contrarium ἀνεπιτήδευτος laudatur: Dionysius Hal. De Compos. XXII. p. 22. τὸ ἀνεπιτήδευτον καὶ ἁφελὲς, *inaffectatum et simplex*. Lysia VIII. p. 84. ἐξ ἐπιτη-

δεύσεως opponitur τῷ ἀνεπιτηδεύτως καὶ οὐ κατὰ τέχνην: Demoſthenis Vi. II. p. 164. item eadem apparet oppoſitio. Lucianus De Hiſtoria Scrib. T. II. p. 57. Jamblichus Vita Pythag. §. 64: ἀνεπιτήδευτον καταφρόνησιν, *inaffectatum contemtum*: item §. 188. Alia dat H. Stephanus Theſ. L. Gr. T. I. p. 1219. Neque tamen ἐπίκτητος, *adſcititius*, improbem utpote et ſententiæ ſatis congruens, et uſu confirmatum, quo ſubinde in malam partem accipitur. Sic Galenus Protreptico T. II. p. 4. D: de Mercurii imagine, νεανίσκος ἐστὶν ὡραῖος, οὐκ ἐπίκτητον οὐδὲ κομμωτικὸν ἔχων τὸ κάλλος, ἀλλ' εὐθὺς ὥστε συνεμφαίνεσθαι τὴν τῆς ψυχῆς ἀρετὴν δι' αὐτοῦ· ubi εὐθὺς in ἐμφυὲς mutandum cenſuimus Bibl. Crit. Vol. II. Part. II. p. 102. Jamblichus Vit. Pythag. §. 205. ubi φυσικὸν laudatur, ἐπίκτητον reprehenditur: εἶναι δὲ τὰς πολλὰς τῶν ἀνθρωπίνων ἐπιθυμιῶν ἐπικτήτους καὶ κατεσκευασμένας ὑπ' αὐτῶν τῶν ἀνθρώπων—· τὸ μὲν γὰρ κενωθέντος τοῦ σώματος τῆς τροφῆς ἐπιθυμεῖν, φυσικὸν εἶναι· καὶ πάλιν τὸ ἀναπληρωθέντος, κενώσεως ἐπιθυμεῖν τῆς προσηκούσης, φυσικὸν καὶ τοῦτο εἶναι· τὸ δὲ ἐπιθυμεῖν περιέργου τροφῆς, ἢ περιέργου τε καὶ τρυφερᾶς ἐδῆτός τε καὶ στρωμνῆς, ἢ περιέργου τε καὶ πολυτελοῦς καὶ ποικίλης οἰκήσεως, ἐπίκτητον εἶναι. Et niſi in malam partem, certe φυσικῷ opponitur, quod frequens ſit: v. c. in diſputatione Callicratidæ Pythagorici ap. Stob. LXXXIII. p. 485: Platonis Phædro p. 341. B: duo illa in animo principia movendi, ἡ μὲν ἔμφυτος οὖσα ἐπιθυμία ἡδονῶν, ἄλλη δὲ ἐπίκλητος δόξα ἐφιεμένη τοῦ ἀρίστου· quod multi ſunt imitati, in his Dion Chryſ. Or. XII. p. 205. A: πρώτην μὲν ἀτεχνῶς πηγὴν ἐλέγομεν, τὴν ἔμφυτον ἅπασιν ἀνθρώποις ἐπίνοιαν—δευτέραν δὲ λεγομένην ἐπίκτητον, καὶ (δι' οὐδετέρων vulgo) διὰ δευτέρων ἐγγινομένην ταῖς ψυχαῖς (ἢ del.) λόγοις τε καὶ μύθοις καὶ ἔθεσι—· ita corrigendæ ſunt illæ corruptelæ. Pſeudo-Plutarchus item ἐπίκτησιν φύσει opponit Placit. Philoſ. III. 6. Senſu non multum diverſo dicitur ἐπίθετος, et ἐπείσακτος: de quo ſupra expoſuimus p. 38. C: illud alibi attingemus. Ἀναφέρειν ſignificatione neutra elegantis eſt uſus, de quo diligenter H. Stephanus Theſ. L. Gr. T. IV. p. 91. ut ſatis habeamus Plutarchi locos ſuis paginis notaſſe: eſt univerſe, *tueri ſe, non deprimi* veluti *immerſum*, ſed *emergere*, *convа-*

leſcere: Opp. Mor. p. 77. F. 148. E. 438. B. 473. E. 1026. F. Vitarum p. 141. B. 212. E. 327. B. 432. C. 510. B. 577. B. 588. C. 647. C. 794. A. 817. F. 889. C. 897. A. 936. A. 939. D. 1016. D. Ariſtides Soph. T. I. p. 289. 326. 426. 474. Iſidorus Peluſ. Ep. I. 69. Addatur et Er. Schmidius ad Pindari Nem. XI. 49.

65. C. ζωγραφήσαντι τοὺς ἀλεκτρύονας ἀθλίως] Hiſtoriola redolet argumentum Æſopicæ fabulæ. Ἀθλίως, *miſere*, pictum rarius de inanimatis et operibus artis dicitur, pro κακῶς, *male:* ſic tamen ſupra p. 60. A. σύγγραμμα ἄθλιον, *ſcriptum miſerum:* et p. 6. F: ζώγραφος ἄθλιος, *malus pictor.*

65. C, D. Κρυφίᾳ—βαρβαρικόν.] Poetæ fortaſſe tragici dictio apparet in Κρυφίᾳ λόγᾳ κνίσαντος ἕλκος. Simile præceptum ſibi ipſe ſuggerit Helicon, adulator Caligulæ apud Philonem Jud. Legat. ad Caj. p. 1016. D: προσεῇ σοι καὶ τὸ ϛωμύλον οὐκ ἀτερπές· ἐὰν δέ τι (ſic leg.) κέντρον ἐγκαταμίξῃς τοῖς τωθασμοῖς ὑποκακόηθες, ὡς μὴ γέλωτα κινεῖν μόνον, ἀλλὰ καὶ πικρίαν ἐκ τοῦ καχυπόνου, τὸν δεσπότην ὅλον ἥρπακας εὐφυῶς διακείμενον πρὸς ἀκρόασιν τῶν μετὰ χλεύης ἐγκλημάτων. *Medius*, Alexandri adulator, memoratur a Plutarcho De Fort. Alex. II. p. 338. D: De Tranq. An. p. 472. D. Vit. Alex. 706. C, D: Arriano Exped. Al. VII. 24. 25. 27: Strabone XI. p. 802. D. cui *Lariſſæus* a Lariſſa Theſſaliæ urbe dicitur, et ita Cyrſilo adjungitur, ut appareat utrumque de rebus Alexandri ſcripſiſſe, qua notitia index Scriptorum de Alex. Magn. auctus eſt a J. A. Fabricio Bibl. Gr. II. p. 215: τότε φασὶν ἐπώνυμον τὴν Ἀρμενίαν οἱ περὶ Κύρσιλον τὸν Φαρσάλιον, καὶ Μήδιον τὸν Λαρισσαῖον ἄνδρες συνεϛρατευκότες Ἀλεξάνδρῳ: Juſtino XII. 13. *Medius Theſſalus* dicitur: Athenæo X. p. 434. C: παρὰ Μηδείῳ τῷ Θεσσαλῷ δειπνῶν Ἀλέξανδρος. *Agnon* apud Plutarchum Alexandro p. 677. A. 688. C: Athenæum ex Phylarcho et Agatharchide XII. p. 539. B. unde ſua habet Ælianus Var. Hiſt. IX. 3. ubi videatur Perizonius: Plinium Hiſt. Nat. XXXIII. 14. *Demetrius* eſt is, qui Alexandrum adverſus Calliſthenem incitavit, Plutarcho Alex. p. 696. A. cognominatus ὁ Φείδωνος, *Phidonis filius*, Arriano IV. 12. ὁ Πυ-

Πύναχτος, *Pythonactis filius*. *Bagoas*, eunuchus, Alexandri amasius, cujus mentionem fecerunt Plutarchus Alex. p. 702. D: Athenæus XIII. 603. B: Curtius X. 1. 25: probe discernendus a seniore Bagoa, qui Darium Codomannum regem fecit, ab eoque interfectus est. *Agesias*, quod sciam, non alibi a me lectus in Alexandri adulatoribus: fortasse significatur *Agis Argivus*, de quo supra p. 60. B. et in hoc loco vera lectio Ἀγίσι perperam abiit in Ἀγησίαις: quamquam hoc in medio relinquimus. Sed de istis hominum pestibus, ut minus cognitis, debuimus dicere: de Callisthene, Parmenione, Philota, magnis et innocentibus viris, illorum calumnia nebulonum, indigno supplicio affectis, ut illustribus in historia, et ad omnium cognitionem celebratis, non est quod dicamus. Περὶ διαβολῆς fuit liber Plutarchi, et Theophrasti memoratus Diogeni Laertio indeque J. Meursio in Theophrasto CCXXII. quo in libro multa de Alexandri adulatoribus prodita fuisse putem. Est adhuc liber Luciani T. III. p. 125. Stobæi Titulus XL. p. 238. Antonii et Maximi p. 257. περὶ ψόγου καὶ διαβολῆς: unde plura de argumento petantur. Ad rem præsentem facit Seneca Epist. CXXIII. p. 495: *Horum sermo multum nocet: nam etiamsi non statim officit, semina in animo relinquit, sequiturque nos etiam cum ab illis discesserimus, resurrecturum postea malum.*—

65. E. τὸ γὰρ οἴεσθαι τὰ κάλλιστα μετὰ τοῦ βούλεσθαι.] Videatur ad p. 49. A.

65. E. Τῶν μὲν γὰρ τόπων—βάσιμόν ἐστι] ἀφυΐαν expressit Cruserius *vitiosa indole*: Erasmus vulgatum εὐφυΐαν, *formam*, minus ex usu vocabuli: Amyotus et corrector editionis A. 1624. quem nos reddidimus, fere consentiunt, *eximiam naturam*: Xylander, *natalium bonitate*, minus ipse quoque ad usum vocabuli convenienter. Et ἀφυΐαν quidem per se bonum dat sensum: at non item ad Alexandrum referri potest; cujus propria laus fuit εὐφυΐα, *naturæ bonitas*: hoc igitur retineam, et accipiam, *qui superbit sibi præsidens vel propter fortunæ prosperitatem, vel propter ingenii excellentiam*. In eadem oppositione φρονήματος et ὕψους positum est acumen sententiæ Demetrii Phalerei apud Dio-

genem Laert. V. 82 : τῶν τετυφωμένων ἀνδρῶν ἔφη τὸ μὲν ὕψος δεῖν περιαιρεῖν, τὸ δὲ φρόνημα καταλιπεῖν.

65. F. ὡς ἑτοίμους ὄντας] F. in margine ὥς τινας ὄντας, *tamquam ejuſmodi viros qui aliquid ſimus:* quod per breviloquentiam dictum accipi poteſt pro ὡς οἰομένους ἡμᾶς τινας εἶναι. Ac primum quidem dictio οἴομαί τις εἶναι, et οἴονται μέ τινα εἶναι, *puto me aliquem eſſe*, et *putant me aliquem eſſe*, et elegans et bonis Scriptoribus uſitata eſt. Plutarchus Apophthegm. p. 212. A. de Ageſilao, ὁρῶν δ' ἐνίους τῶν πολιτῶν ἀπὸ ἱπποτροφίας εἶναί τινας καὶ μεγαλοφρονοῦντας· item Ageſilao p. 606. D. De Tranquill. p. 472. A: ἐδόκεις τις εἶναι διὰ τὰ χρυσία καὶ τὴν πορφύραν. Galba p. 1058. D. Plura ſiquis deſideret, adeat Hoogeveenium ad Vigerium de Idiotiſm. Gr. L. III. 11. p. 156. et Wetſtenium ad Act. Apoſt. V. 36. At exquiſitior eſt breviloquentia ὥς τι ὄντας pro ὡς οἰομένους τινὰς εἶναι, *tamquam putantes ſe aliquid eſſe:* quam attigimus verbo in Annotatione ad Selecta Hiſt. Gr. p. 384. ad illud Xenophontis Anabaſ. II. 6. 5 : ἱκανὸς δὲ ᾖ ἐμποιῆσαι τοῖς παροῦσιν ὡς πειστέον εἴη Κλεάρχῳ, in ἐμποιῆσαι ſubaudiendum τὴν δόξαν, vel τὸ νομίζειν, *poterat in præſentium animos eam opinionem infigere, ut ſtatuerent parendum eſſe Clearcho.* Plura addidimus in Bibl. Crit. Vol. III. Part. IV : et nova Selectorum editione.

65. F. τὸ Γνῶθι σαυτὸν ὡς ἑκάστῳ τοῦ παντὸς ἄξιόν ἐστι—] Idem initio hujus libri p. 49. A, B. Niſi codices hanc lectionem recipere perſuaſiſſent, legiſſem ὡς εἰς ἕκαστα comparatione ſimilis conſtructionis p. 123. C. τὸ Ἑλλ βίον τὸν ἄριστον, ἡδὺν δὲ αὐτὸν ἡ συνήθεια ποιήσει, καὶ κατὰ μέρος ὡς ἕκαστα πειρωμένῳ χρήσιμόν ἐστι : ubi legendum videtur —κατὰ μέρος εἰς ἕκαστα π—. Cæterum Ἄξιος τοῦ παντὸς in proverbiis cenſetur a Zenobio II. 2 : Diogeniano I. 91 : Suida III. 1 : eſt tamen et ſimplex et vulgare : v. c. apud Xenophontem Œcon. VII. 41 : Dionem Chryſ. Or. I. p. 2. C : τοῦ παντὸς ἂν ἦν ἄξιον Ἀλεξάνδρῳ παρεῖναι—.

65. F. ἐμπεριπατεῖν—] Vide ad p. 57. A.

65. F. Ἀλέξανδρος] Plutarchus Sympoſ. VIII. p. 717. F : —καὶ Ἀλέξανδρος ὑπενόησεν, εἰπὼν μάλιστα θνητὸν καὶ φθαρτὸν ἐπιγινώσκειν ἑαυτὸν ἐν τῷ συγγενέσθαι γυναιξὶ καὶ καθεύδειν—.

p. 66. A. ψέγοντος ἡμᾶς ἰδίᾳ κακῶς πράττοντας] ἰδίᾳ sive jungas cum κακῶς πράττοντας, frigebit; sive jungas cum ψέγοντος, *qui nos privatim, non aliis præsentibus, reprehendat*, huic loco non satis conveniet; siquidem hic universe de necessitate reprehensionis dicitur, cautio de privatim adhibenda reprehensione est pars sequentis disputationis περὶ παῤῥησίας, ubi in aliis de ea præceptis exponitur; igitur præferam νὴ Δία, quod referatur ad ψέγοντος, *atque adeo vituperante*. Habet enim formula νὴ Δία hunc etiam usum, ut in pluribus nominibus aut verbis ultimo præposita, hujus vim intendat, ut καὶ δὲ, aut καί γε δὴ, *atque adeo*. Sic Plutarchus De Aud. Poet. p. 34. F: in hoc libro p. 54. E. 62. C. 64. C. συνεργεῖν γὰρ δεῖ τῷ φίλῳ, μὴ συμπανεργεῖν· μὴ συμβουλεύειν, μὴ συνεπιβουλεύειν· μὴ συμμαρτυρεῖν, μὴ συνεξαπατᾶν· καὶ συνατυχεῖν, νὴ Δία, μὴ συναδικεῖν. De Sanit. p. 124. A: προπαρασκευαστέον αὐτοὺς ἐπὶ τῶν ἀναγκαίων συμπεριφορῶν, μὴ ὄψῳ μὴ πέμματι, μὴ νὴ Δία μέθῃ, χώραν φυλάττοντας ἐν τῷ σώματι: p. 126. C: καὶ γὰρ φιλοσοφεῖν ἀῤῥωστίαι πολλοὺς παρέχουσι, καὶ στρατηγεῖν, νὴ Δία καὶ βασιλεύειν. Eadem ratio est formulæ ναὶ μὰ Δία, p. 152. F. Nil de hoc usu hujus particulæ doctissimus Hoogeveenius, ubi eam tractat Doctr. Partic. p. 794. et seq. Κακῶς πράττοντας, est *male affectos, vitiis laborantes*. Notum est, κακῶς ποιεῖν habere vim activam, *male facere*: κακῶς πράττειν, passivam, *male se habere*: attamen sæpe fit, ut in una harum dictionum utraque vis conjuncta videatur, veluti hic in κακῶς πράττειν, si qui *male faciendo in vitiositatem ac deteriorem conditionem incidit*. Atque eadem est ratio in εὖ ποιεῖν et εὖ πράττειν. Rarissime reperitur πράσσειν pro ποιεῖν: v. c. Plutarchus Catone Maj. p. 340. F: βέλεσθαι δ' ἔλεγε μᾶλλον εὖ πράξας ἀποσεσῆσθαι χάριν, ἢ κακῶς μὴ τυχεῖν κολάσεως, *dixit, se malle, dum bene faceret, fraudari gratia; quam, dum male faceret, non accipere pœnam:* quod dictum, ut Catonis, fortasse non exigendum est ad normam bene Græce loquentium. In forma altera, quæ pro adverbio habet neutrum plurale, veluti, κακὰ, πονηρὰ, ταπεινὰ, πράττειν, et similia, utraque notio valet. Cæterum cum præsente loco conferendus p. 56. A. ὅταν δ' ἁμαρτάνωσι μὴ πλημμελῶσιν, ὁ μὲν ἐλέγχῳ μὴ

ψόγῳ δηγμὸν ἐμποιῶν καὶ μετάνοιαν, ἐχθρὸς δοκεῖ καὶ κατήγορος· τὸν δ' ἐπαινοῦντα καὶ κατευλογοῦντα τὰ πεπραγμένα ἀσπάζονται καὶ νομίζουσιν εὔνουν καὶ φίλον. Verbum κατευλογεῖν, præter hos locos, bis habet Plutarchus; Amator. p. 750. C: ταῦτα—σεμνύνουσιν οὐ φαύλως οἱ νομοθέται καὶ κατευλογοῦσι πρὸς τοὺς πολλούς. Adverſ. Stoic. p. 1069. C: κατευλογοῦντες καὶ μεγαλύνοντες τὸ θεῖον. In Stephani Theſ. exſtat ſine exemplo.

66. B. πλαγίους] Vide ad p. 28. D.

66. B. δίκην ὕδατος ἀπολιθαίνοντας] Dicemus ad initium libri De Superſtit. p. 164. E.

66. B. δεῖ τὴν παῤῥησίαν ἤθει κεκρᾶσθαι] Admonendi libertas debet eſſe temperata *more*, id eſt, *ſignificatione bonorum morum*; id eſt, *cum habitu, geſtu, voce, vultu, oratione ejuſmodi, ut admonitus intelligat admonitionem ex benevolentia et cura ſui proficiſci.* Diximus ad p. 20. E. Præceptum in eadem re p. 68. C: ἡ δὲ παῤῥησία σπουδὴν ἐχέτω καὶ ἦθος. 71. E. παῤῥησία δὲ παντὸς ἀνδρὸς ἤθους ἴσως δεῖται. 73. E. παῤῥησιαζόμενον—ἐν ἤθει καὶ μετ' εὐνοίας. His in locis, et alibi ſæpe, ἦθος per ſe notat *bonos mores*, ut item a Latinis uſurpatur. Sic Plutarchus De Gerenda Seni Rep. p. 789. D. δόξαν ἤθους προστίθησι πολιὰ καὶ ῥυτίς, *ruga et canities ſenectuti addunt ſpeciem bonorum morum*, id eſt, *benevolentiæ et probitatis*. Præcept. Reip. Ger. 824. D. ἐπιεικείᾳ καὶ ἤθει, *lenitate et benevolentia*. Intempeſtivæ παῤῥησίας reprehenſio plane oratoria eſt ap. Philonem Jud. De Somn. III. p. 1119.

66. C. —κακίαν φευκτέον ἐστὶ δι' ἀρετῆς—] *Virtutem in medio eſſe*, tritum ſermone proverbium: in philoſophiæ decretis celebratum, auctore Ariſtotele Ethic. Nicom. II. 6. 7. et alibi. Inde Horatius Epiſt. I. 18. 9: *Virtus eſt medium vitiorum, et utrimque reductum.* Philo Jud. De Migr. Abrah. p. 410. D. De Immutabilit. Dei p. 316. E. Nec vitium depellendum eſt ita, ut contrarium vitium ſuſcipiamus, ſed ut virtutem in medio duorum poſitam vitiorum amplectamur: *Dum vitant ſtulti vitia, in contraria currunt*, ut idem ex eadem doctrina pronunciat, Sat. I. 2. 24. Harum oppoſitionum exempla fortaſſe ex ipſo illo fonte Ariſtotelis fluxerunt l. c. II. 7. v. c. —ἐν παιδιᾷ

ὁ μὲν μέσος εὐτράπελος, καὶ ἡ διάθεσις εὐτραπελία· ἡ δ' ὑπερβολὴ βωμολοχία, καὶ ὁ ἔχων αὐτὴν βωμόλοχος· ὁ δ' ἐλλείπων ἀγροικός τις, καὶ ἡ ἕξις ἀγροικία—. Sic in medio αἰσχυντηλίας et ἀναισχυντίας est ἡ αἰδώς· ibid. et IV. 9. Sed reliquorum vitiorum significatio satis constat, non item λαμυρίας. Et hoc quidem loco videtur opponi τῇ μαλακίᾳ, ut θρασύτης δειλίᾳ. Est autem μαλακία, τὸ φεύγειν τὰ ἐπίπονα, auctore Aristotele Nicom. III. 7: convenit ergo λαμυρία fere cum *protervia* ac *petulantia*. Nam quod Thomas Mag. voc. Λαμυρία, hoc ipso Plutarchi loco laudato, eam exponit εὐτραπελία, alienum est ab ipsa re; quippe hæc est virtus, illa vitium: sed de aliis etiam notionibus ipse legatur cum eruditissima Hemsterhusii animadversione: ex qua unum apponimus Etymologi M. locum auctiorem ab illo prolatum e codice Lugd. Bat. Λαμυρὸς, σωμυλὸς, λαλός· καὶ λαμυρία ἡ σωμυλία· ἢ λαμυρία ἡ ἀλόγιστος ἀνδρεία· καὶ λαμυρὰν τὴν θάλασσαν, οἷον πολλήν· καὶ λαμυρὸν πολίταν, τὸν ἀναιδῆ καὶ λαβρὸν, ἤγουν τὸν μεγαλόβουλον καὶ θορυβώδη· cui adhibeatur Ruhnkenii disputatio Ep. Crit. I. p. 89. Phrynichus Eclog. Nom. Attic. λάμυρος· οἱ νῦν μὲν τὸν ἐπίχαριν τῷ ὀνόματι σημαίνουσιν, οἱ δὲ ἀρχαῖοι τὸν ἰταμὸν καὶ ἀναιδῆ. Nunc Plutarchi consuetudinem videamus. Sympos. VI. p. 693. B: in mulieris ornatu, virtus est καθαρότης, *mundities*: vitium, nimius ornatus, qualis Junonis ad Jovem decipiendum se instruentis, περιεργία τὸ χρῆμα καὶ λαμυρία μὴ πρέπουσα γαμετῇ. Sylla p. 474. D. Valeriæ illecebris captus, ὄψει καὶ λαμυρίᾳ μειρακίου δίκην παραβληθεὶς, ὑφ' ὧν τὰ αἴσχιστα καὶ ἀναιδέστατα πάθη κινεῖσθαι πέφυκε, *visu et lasciva facetia ductus*: ita fere vertit Xylander: nec male. Lucullo p. 495. B: Πραικία τις ἦν ὄνομα, τῶν ἐφ' ὥρᾳ καὶ λαμυρίᾳ διαβοήτων ἐν τῇ πόλει, τὰ μὲν ἄλλα κρείττων οὐδὲν ἀναίδην ἑταιρούσης γυναικός—. *Præcia mulier forma et protervitate celebris*, sic rectius Xylander, quam Cruserius *forma et facetiis*. Antonio p. 925. F: βωμολοχίᾳ καὶ λαμυρίᾳ, Cruserius *facetia et dicacitate*: rectius Xylander, *procaci scurrilitate*. Adversus Colot. p. 1124. B: οὐ μῦθος οὖν οὐδὲ θήρα μειρακίων λαμύρων καὶ προπετῶν ὁ περὶ τῆς ἐποχῆς λόγος ἐστὶν—: *Academica retentio judicii non est fabula composita ad venandos capiendosque adolescentes pro-*

caces ac temerarios. Coriolano p. 218. E: in cognominibus regum, ἐνίοις δὲ βασιλέων καὶ σκώμματα παρέσχεν ἐπικλήσεις, ὡ Ἀντιγόνῳ τὸν Δώσωνα, καὶ Πτολεμαίῳ τὸν Λάμυρον: sed corrigendum Λάθυρον, cum codice Moſcuenſi. Compar. Alcib. et Coriol. p. 233. D. πολιτείαν δὲ τὴν μὲν Ἀλκιβιάδου τὴν ἄγαν λαμυρὰν, καὶ τὸ μὴ καθαρεῦον ἀναγωγίας ἢ βωμολοχίας ἐν τῷ πρὸς χάριν ὁμιλεῖν τοῖς πολλοῖς, οἱ σώφρονες ἐβδελύττοντο: Cruſerius, *actiones nimium blandas:* Xylander, *dicacitatem.* Mario oblatum omen p. 428. A. ὄνος προσβλέψας τῷ Μαρίῳ λαμυρόν τι καὶ γεγηθὸς, *intuens, oculos ei injiciens blandum et lætum.* Cæſare p. 731. B: Καίσαρα τῷ τεχνήματι τῆς Κλεοπάτρας ἁλῶναι, λαμυρᾶς φανείσης, καὶ τῆς ἄλλης ὁμιλίας καὶ χάριτος ἥβῶν γενόμενος, rurſus Xylander melius *protervitate* reddit, quam Cruſerius *lepidam.* Ergo Plutarchus utramque notionem veterem ἰταμὸν καὶ ἀναιδῆ, et novam ἐπίχαριν in unam conjunxit: ut ſit contrarium et *timiditatis* et *pudoris ac modeſtiæ*, omnino *grata protervitas*, qualem Horatius in Glycera ſua laudat, Carm. I. 19. 7. *Urit grata protervitas, Et voltus nimium lubricus adſpici.* Apud Xenophontem Sympoſ. VIII. 24. Socrates de Amore differens: εἰ δὲ λαμυρώτερον λέγω, μὴ θαυμάζετε· *ſi autem liberius ac ſolutius loquor*, verbis aliquanto laſcivioribus, ac minus, quam pro noſtra conſuetudine, aliquo decori obtentu velatis: quod mox ipſe honeſto verbo παῤῥησιάζεσθαι interpretatur. Et origo vocabuli *corripiendi, laceſſendi*, a primitivo λάω, *capio*, cum ſignificationis uſu conſentit, unde λάθω, λάπω, λάπῖω, λαπάζω, ἀλαπάζω; hinc λαρὸς, *acceptus, jucundus*, Odyſſ. B. 350. eadem ratione, qua Θ. 164. ἀρπάλεος, *expetitus, deſiderabilis, ſuavis*, ut Plutarchus exponit De Sanit. p. 126. D. Inde item Latina, *Lacio, Laceſſo, Laqueus, Illicio*, quorum in notionibus princeps poteſtas proferendi ſe, capiendi, alliciendi apparet.

66. C. καθάπερ ξύλον—διαστρέφοντες] Sic Baſilius M. Epiſt. XLI. T. III. p. 60. C: Dionyſium nimio ſtudio confutandi Sabellii in contrarium errorem incidiſſe arguens: εἰκὸς γοῦν ἀπεικάζειν τοῦτον φυτοκόμῳ, νεαροῦ φυτοῦ διαστροφὴν ἀπευθύνοντι, εἶτα ἀμετρίᾳ τῆς ἀνθολκῆς, διαμαρτόντι τοῦ μέσου καὶ πρὸς τὸ ἐναντίον ἀπαγαγόντι τὸ βλάσημα. Comparatio hujus

negotii cum educatione non infrequens: Plato Protagora p. 199. E: ὥσπερ ξύλον διαστρεφόμενον καὶ καμπτόμενον, εὐθύνεσιν ἀπειλαῖς καὶ πληγαῖς.

66. C, D. Αἰσχίση δὲ κολακείας ἄρνησις—ἐκ τοῦ μετρίως λαβεῖν] Amicitiæ, ut virtuti in medio positæ, duo adjacent contraria vitia, ab altero extremo adulatio et blanditia, ab altero difficultas et morositas: atque item horum oratio et consuetudo hanc diversitatem habet. Classicus est locus Aristotelis Ethic. Nicom. II. 7: περὶ δὲ τὸ λοιπὸν ἡδὺ ἐν τῷ βίῳ, ὁ μὲν ὡς δεῖ ἡδὺς ὢν, φίλος, καὶ ἡ μεσότης φιλία· ὁ δ' ὑπερβάλλων, εἰ μὲν οὐδενὸς ἕνεκα, ἄρεσκος· εἰ δ' ὠφελείας τῆς αὐτοῦ, κόλαξ· ὁ δ' ἐλλείπων καὶ ἐν πᾶσιν ἀηδὴς, δύσερίς τις καὶ δύσκολος. Meziriacus malit κακηγορίαν. Hujusmodi liberti maledicam personam in Veterum Comœdiis non videre nos meminimus.

66. E. αὐτὸς ἔοικεν ὁ λόγος—χορωνίδι.] In Latina Interpretatione perperam interpungitur, quasi per se ipsa sententia staret; est enim consequens antecedentis, itaque debebat scribi, —*sumendum*; *ipsa deinceps oratio videtur postulare*—. Cæterum sententia sic reddenda, *ipsa disputatio postulans sequentia, hoc argumentum perorationi libri subjicere videtur*. In lectione recepta nunc acquiescimus. Ἀπαιτεῖν in disputandi argumento frequens est: v. c. Opp. Mor. p. 402. B. ἐμοὶ δὲ ἀναγκαῖον τὴν πρώτην ὑπόσχεσιν ἀπαιτῆσαι, *ego autem debeo exigere primum propositum*. 675. A. C. 756. B. 936. E. 937. C. 960. D. 1120. A. Et cum ἐφεξῆς simili dictione 546. B: λείπεται δὲ ἡμῖν, τοῦ λόγου τὸ ἐφεξῆς ἀπαιτοῦντος καὶ παρακαλοῦντος, εἰπεῖν ὅπως ἂν ἕκαστος ἐκφύγοι τὸ ἐπαινεῖν ἀκαίρως ἑαυτόν. Ita τὸ et τὰ ἐφεξῆς de proxima parte institutæ orationis p. 1023. E. 1113. E. 8. E. 59. A. 131. D. Vitarum p. 565. A. Item ἑξῆς, Opp. Mor. p. 826. B. 948. A. προσάγωμεν ἐπὶ τὸν ἑξῆς λόγον. Plato Leg. X. p. 670. F: συνάψαντες τὸν ἑξῆς λόγον. Aristides T. I. p. 104. ἑξῆς ἀποδοῦναι, *proximam disputationis partem persequi*. Ὑποτιθέναι τι τῷ λόγῳ, *disputationi hypothesin quid facere, quid pro argumento substernere*, tuetur se analogia. Sic De Orac. Def. p. 425. E: τῆς διαμονῆς τοῦ κόσμου τῷ ἀνυπάρκτῳ μέσῳ τὴν αἰτίαν ὑποθεὶς, *causam durationis mundi fictitio medio tri-*

buens. Sympoſ. p. 721. D: τῇ δὲ φωνῇ τὸ κενὸν οὐκ ὀρθῶς πρὸς σωτηρίαν ϗ κίνησιν ὑποτίθεσθαι· (leg. ὑποτίθεσθε) *voci autem cauſſam, qua ſervetur et moveatur, inane non recte ſubjicitis.* Orator. X. 839. A: *Iſocrates Ephoro* τὴν ὑπόθεσιν τῆς χρείας ὑπεθήκατο, *argumentum ſcriptionis ſubjecit.* Pericle 155. D: τοῖς περὶ τὴν δίαιταν ἑτέραν τάξιν ὑπέθηκεν, *vivendi rationi alium ordinem ſubjecit.* Catone Min. 767. D. ταῖς ἀπεχθείαις ὑποτιθεὶς ἑαυτὸν ἀντὶ πάντων, *inimicitiis ſe* (tamquam materiam) *ſubjiciens pro omnibus.* Attamen ut ἐπιτιθέναι τέλος, ita κορωνίδα, *operi faſtigium imponere*, magis eſt uſitatum: de quo videatur H. Stephanus Theſ. L. Gr. Tom. II. p. 383. citans hunc ipſum Plutarchi locum in eoque ὑποτιθέναι, et vertens *imponere faſtigium*; quod requirebat alteram lectionem ἐπιτιθέναι. Sic de Mario, Vit. p. 407. A: εὐπρεπεστάταις στρατηγίαις ϗ πολιτείαις ἀμορφοτάτην ἐπέθηκε κορωνίδα. De libri fine Fort. Alex. II. p. 334. C: *Philoxenus tragœdiam Dionyſii corrigere juſſus:* εὐθὺς ἀπὸ τῆς ἀρχῆς ὅλην μέχρι τῆς κορωνίδος αὐτὴν περιέγραψεν, *eam totam ab initio ad finem delevit.* Adv. Stoic. p. 1066. A. item in comparatione *libri* et *vitæ*, πᾶς ὁ βίος εὐθὺς ἐκ παιδὸς καὶ ἀρχῆς ἄχρι κορωνίδος ἀχημονῶν. De Seni Rep. Ger. 789. A: ἐπὶ τὴν δᾷδα ϗ τὴν κορωνίδα τοῦ βίου προελθεῖν. Lucianus Charidemo T. III. p. 631. —ὥσπερ κορωνίδα τῶν τοῦ κάλλους καλῶν ἐπιθήσῃ τὸν λόγον: ubi ratio poſtulat τῷ λόγῳ. Martialis X. 1. Alia etiam Eraſmus Adag. p. 1463. Sed hæc forma verbi ἐπιτιθέναι ſi ex codice D. reciperetur, addendum fuiſſet ταύτην, hac dictione, ἐπιτιθέναι ταύτην τὴν κορωνίδα τῷ συγγράμματι.

66. F. τὸν Ἀχιλλέα παῤῥησιάζεσθαι δοκοῦντα μετρίως] παῤῥησιάζεσθαι aliquid dubitationis objiciat legentibus; ſiquidem modo in laude poſitum, et τῷ μέμφεσθαι oppoſitum, nunc in Achille reprehenſum; ut forte quis inducatur ad ſuſpicandum pro hoc illud ipſum μέμφεσθαι a Plutarcho ſcriptum fuiſſe. Quod cavebimus accipiendo δοκοῦντα, *ſibi viſum: Agamemnon non tulit Achillem quamvis viſum ſibi ipſum modice libertate loquendi uti.* Ita Plutarchus modo C: ὥσπερ ἔνιοι δοκοῦσιν, *ut nonnulli ſibi videntur.* Iſid. et Oſir. p. 383. C: οἱ ἰατροὶ πρὸς τὰ λοιμικὰ πάθη βοηθεῖν δο-

κοῦσι, *medici putant se auxilium ferre adversus affectiones pestiferas.* Sæpe in somniis et deorum apparitionibus, ἔδοξεν ἰδεῖν, *visus sibi est videre:* de quo alibi. Et Latini *videor videre,* pro *videor mihi videre,* v. c. Cicero Ep. Diverf. XIV. 4: *vale, mea Terentia, quam videre videor,* id est, *mihi videor:* ut plene dicitur IX. 15. Nat. Deor. I. 21. *videor audisse,* pro, *videor mihi audisse.* Amicit. 12: *Videre jam videor populum a senatu disjunctum.*

66. F. Οὐλόμεν', αἴθ'—] Iliad. Ξ. 84.

p. 67. A. δι' αὐτῶν] Est operarum vitium, pro quo ponendum δι' αὐτὸν et in contextu et in emendatione. Ad rem ipsam conferendus est Cicero Offic. I. 38: *Magna autem parte, clementi castigatione licet uti, gravitate tamen adjuncta; ut et severitas adhibeatur, et contumelia repellatur: atque etiam illud ipsum quod acerbitatis habet objurgatio, significandum est, ipsius caussa, qui objurgetur, susceptum esse.* Ibidem, 25: *omnis autem animádversio et castigatio contumelia vacare debet: neque ad ejus, qui punitur aliquem, sed ad reipublicæ utilitatem referri.* Uberius etiam hunc locum persequitur De Amicitia, 24, 25.

67. A. οὐ γλυκύθυμος ὧν οὐδ' ἀγανόφρων] Iliad. Υ. 467.

67. A. Δεινὸς ἀνὴρ οἷος] Versus confectus ex Iliad. Λ. 652, 653:

Εὖ δὲ σὺ οἶσθα, γεραιὲ διότρεφες, οἷος ἐκεῖνος
Δεινὸς ἀνήρ· τάχα κεν κ' ἀναίτιον αἰτιόωτο.

et N. 775:

Ἕκτορ, ἐπεί τοι θυμὸς ἀναίτιον αἰτιάασθαι.

67. A. παρεῖχε τῷ Πατρόκλῳ σιωπῇ καταφέρειν αὐτοῦ πολλὰ τοιαῦτα] *præbuit se Patroclo ingerenti ipsi talia multa:* de verbo καταφέρειν τινός τι, et conjuncto καταφορεῖν τινός τι, *ingerere in aliquem convicia,* diximus dudum ad Ser. Num. Vind. p. 548. C. In παρεῖχε subaudiendum ἑαυτόν: ita subinde Plutarchus Isid. et Osir. p. 372. F: Ἶσις—παρέχουσα γεννᾶν ἐκεῖνο καὶ κατασπείρειν εἰς ἑαυτήν, *præbet se ad generandum et conserendum in ipsam.* De Tranquill. p. 469. E: ἡ γῆ παρέχει γεωργεῖν, καὶ ἡ θάλασσα πλεῖν ἀδεῶς τοῖς βουλομένοις· *terra se præbet arandam, et mare tute navigandum, volentibus.* Ibid. 473. C. Sympos. 704. D: ᾐθάνετο τοὺς

πολλὰς ἐγκεκλικότας, καὶ παρέχοντας ὑφ' ἡδονῆς ὅ, τι βούλοιτο χρῆσθαι, *sentiebat plerosque victos seque præbentes ipsi utendos quomodocumque vellet.* De Solert. Animal. p. 970. B: 975. A. Gryllo p. 784. E.

67. A. Νηλεὲς—] Iliad. Π. 33.

67. A. Ὑπερίδου—] Plutarchus in Phocione p. 746. D: καίτοι φασὶν Ὑπερίδην τότε (leg. ποτὲ) εἰπεῖν πρὸς τὸν δῆμον, Ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μὴ σκοπεῖτε μόνον εἰ πικρὸς, ἀλλ' εἰ προῖκά εἰμι πικρὸς, *gratis acerbus*, id est, non donis ac mercede corruptus in republica gerenda, cujusmodi fere demagogi erant: ita exponitur in Cimone p. 485. B. qui solus cum Ephialte αὐτὸν ἀδέκαστον καὶ ἄθικτον ἐν τῇ πολιτείᾳ δωροδοκίας, καὶ πάντα προῖκα καὶ καθαρῶς πράττοντα καὶ λέγοντα διὰ τέλους παρέχε..

67. B. ἐπιτείνων τὸ πικρὸν—] Quod dixi, solam Reiskii mutationem verbi ἐπιτείνων in ἐπιλεαίνειν non sufficere constituendæ sententiæ, quippe requirenti utrumque hujusmodi fere compositione, ἐπιλεαίνων τὸ πικρὸν ᾗ αὐστηρὸν, ἐπιτείνει τὴν παῤῥησίαν: hoc igitur adhuc mihi videtur. Ἐπιλεαίνειν elegantis est notionis hac in re: et hujus libelli fine p. 74. D. recte utentibus admonitione ac deinceps eam lenientibus comparantur οἱ λιθοξόοι τὰ πληγέντα ᾗ περικοπέντα τῶν ἀγαλμάτων ἐπιλεαίνοντες καὶ γανοῦντες. Quæst. Nat. p. 915. A. *de oleo æstum maris sedante*, ὅταν οὖν τὴν ἀνωμαλίαν ἐπιλεαίνῃ πυκνότητι τὸ ἔλαιον. 938. F: ἥτε γὰρ δίνη πολλὴν ἔχουσα πραότητα καὶ γαλήνην ἐπιλεαίνει τὸν ἀέρα. De Stoic. Repugn. 1042. B: βουλόμενος οὖν ταύτην ἐπιλεαίνειν τὴν ἀτοπίαν. Herodotus VII. 9: Μαρδόνιος μὲν τοσαῦτα ἐπιλεήνας τὴν Ξέρξεω γνώμην, ἐπέπαυτο· ubi vide duumviros Wesselingium et Valckenarium. Lucianus Nerone T. III. p. 640: οἱ δέ γε τόνοι τῶν φθόγγων τοῦτο (sic enim legendum cum Th. M.), ἐπεὶ μὴ θαῤῥεῖ αὐτῷ: *soni musicorum accentuum hunc susurrum leniunt, quando sibi ipse non fidit Nero.* Aristides T. I. p. 233. *fluvius* ἐπιλεαίνων τὸ ῥόθιον, *leniens cursum suum.*

67. B. εὖ μὲν εἴρηται] Hac formula significat, se sententiam alterius auctoris eamque notam proferre: v. c. p. 123. C. 71. C. 75. F. 76. C. 129. F. 379. C. Diogenianus ap. Euseb. Præp. Evang. VI. p. 263. A. Sotion ap. Stob.

Serm. CXII. p. 584. Hæc ſumta videtur e Scriptore vetere περὶ φιλίας, Theophraſto, Chryſippo, aut alio.

67. C—E. Πλάτων—ἐπιμεληθῆναι] Venuſta narratio, plane Socratici characteris: quam Plutarchus e ſcriptore nunc perdito ſumſit, vel Socratico, vel qui de hac hiſtoriæ parte ſcripſerunt, Demetrio Phalereo, Panætio, aut ſimili. Ab eodem, certe, fonte argumentum et orationem hauſit Scriptor Epiſtolæ Socraticæ XXIII. p. 48. ex perſona ipſius Æſchinis ſcribens ſe recens Syracuſis advenam ab Ariſtippo adductum ad Dionyſium eique commendatum eſſe; referens etiam ipſum Ariſtippi cum Dionyſio ſermonem, breviorem quidem illum hoc Plutarcheo, ſed ejuſdem et materiæ et formæ Socraticæ. Idem narrat ſe mox a Platone quoque amantiſſime commendatum Dionyſio. Hac auctoritate facile confutatur maledicentia eorum qui prodiderant Æſchinem a Platone apud Dionyſium per invidiam preſſum obſcuratumque fuiſſe: cujus invidiæ duobus locis mentionem injiciens Diogenes Laertius II. 61. III. 36; φασὶ δ' ὅτι δή περ καὶ αὐτὸς εὐδοκίμει παρὰ Διονυσίῳ· ὃν ἐλθόντα δι' ἀπορίαν, ὑπὸ μὲν Πλάτωνος παροφθῆναι, ὑπὸ δ' Ἀριστίππου συναθῆναι; verba turbata ita conſtituenda, φασὶ δ', ὅτε περ καὶ αὐτὸς εὐδοκίμει παρὰ Διονυσίῳ, ἐκεῖνον (ſcil. Æſchinem) ἐλθόντα δι' ἀπορίαν, κ. τ. λ. auctorem videtur ſecutus eſſe Idomeneum, quem ut Epicureum, Platoni invidentem, credibile eſt laudem commendandi Æſchinem ab illo ad Ariſtippum tranſtuliſſe.

67. E. ὥσπερ ἐκκαθαίροντες ὕβριν ἅπασαν] Vix intelligatur, quam vim habeat ὥσπερ, niſi ſignificet comparationem cum Herculis præcipua laude, eaque fere proverbiali, qua celebrabatur tyrannidem et ὕβριν, hominesque tyrannicos, prædones, ὑβριστὰς, monſtra, ex hominum vita expurgaſſe. Porro Δεύτερον τοίνυν pertinet ad ſuperius p. 66. E. πρῶτον ἀφαιρῶμεν αὐτῆς τὴν φιλαυτίαν—. Igitur Herculis comparatio, ipſo ejus nomine omiſſo, per breviloquentiam ſignificata eſt, et locus ita propemodum reddendus: *Alterum eſt: ut, tamquam Herculis exemplo omnem contumeliam expurgantes, ſic a libera admonitione demamus omnem et riſum et dicacitatem et ſcurrilitatem mala admonitionis condimenta.*

Nolumus nunc reponere locos Veterum de illa Herculis laude, quos appoſuimus Biblioth. Crit. Vol. II. Part. I. p. 25. et Vol. III. Part. I. p. 48: unde ſatis apparet, in dictionibus καθαίρειν τι et ἐκκαθαίρειν τι, *purgare, expurgare quid*, illud τὶ poſſe utrumque eſſe, et *rem purgatam*, et *ſordes purgando ejectas*. Cæterum corruptelam ſuſcepit Epiſtola, quæ fertur Pæti Medici ad regem Artaxerxem, in Aldina, Lubini p. 11. et Charterii T. I. p. 10. D. qua in Epiſtola Hippocrates cum Hercule comparatur: καθαίρει δὲ οὐ θηρίων μόνον γένος, θηριωδῶν δὲ νοσημάτων καὶ ἀγρίων πολλὴν γῆν καὶ θάλατταν· διασπείρων πανταχοῦ ὥσπερ ὁ Τριπτόλεμος τὰ τῆς Δήμητρος σπέρματα: ita legendus hic locus: *purgat autem Hippocrates multam terræ mariſque partem, non ſolum Herculis exemplo, a feris beſtiis, ſed a feris et immanibus morbis: diſſeminans ubique, ut Triptolemus ſemina Cereris.* Eodem ſpectat Philo Jud. Legat. Ad Caj. p. 1003. D: Ἡρακλῆς ἐκάθηρε γῆν καὶ θάλατταν, ἄθλους ἀναγκαιοτάτους καὶ ὠφελιμωτάτους ἅπασιν ἀνθρώποις ὑποσὰς ἕνεκα τοῦ τὰ βλαβερὰ καὶ κακωτικὰ φύσεως ἑκατέρας ἀνελεῖν. Dion Chryſ. Or. LXXV. p. 647. B: οὗτος ὁ τὴν θάλατταν καθαίρων, ὁ τὴν γῆν ἥμερον ποιῶν.

67. E. Ὥσπερ γὰρ ἰατροῦ—ἀπεῖναι τῆς χειρὸς] Medicus in ſecando debet adhibere concinnitatem et munditiem operis, non ſaltatoriam ac temerariam et circumforaneam mobilitatem curioſitatemque manuum. Refertur ad medicos, qui publice in theatris artem oſtentando factitant: de quibus dicemus ad p. 71. A. Similem geſticulationem famulorum aves in cœna appoſitas ſecantium notat Seneca Ep. XLVII. p. 115: —*alius pretioſas aves ſcindit: pectus et clunes certis ductibus circumferens eruditam manum, in fruſta excutit: infelix, qui huic uni rei vivit, ut altilia decenter ſecet.* Juvenalis Sat. V. 120: *Structorem interea, ne qua indignatio deſit, Saltantem ſpectes et χειρονομοῦντα volanti Cultello; donec peragat dictata magiſtri Omnia. Nec minimo ſane diſcrimine refert, Quo geſtu lepores et quo gallina ſecetur.* Et ſimili notatione XI. 136. ἐπιτρέχειν τινὶ dicuntur ſpecies, quæ in ſuperficie apparent: Sympoſ. IV. p. 671. A: ψωρικῶν ἐξανθημάτων ὁρῶμεν, ἃ ἐὴ—ἐπιτρέχειν δοκεῖ

τοῖς σώμασιν. Amatorio p. 767. B: ἰταμοῦ μὲν ἤθους καὶ ἀκολάστου καὶ διεφθορότος σημεῖα τοῖς εἴδεσι τῶν γυναικῶν ἐπιπρέχει. De Facie Lunæ p. 934. E: —θαλάσσαις πολλαὶ μὲν ἀφ' ἡλίου μορφαὶ χρωμάτων ἐπιτρέχουσι. Malign. Herodoti p. 854. E. hujus λέξις δίχα πόνου καὶ ῥᾳδίως ἐπιτρέχουσα τοῖς πράγμασι, *quæ rerum argumenta facile et ſine labore pervagatur.* Cimone p. 480. A: τὰς δ' ἐκ πάθους τινὸς ἢ πολιτικῆς ἀνάγκης ἐπιτρεχούσας τοῖς πράγμασι ἁμαρτίας καὶ κῆρας ἐλλείμματα μᾶλλον ἀρετῆς τινος, ἢ κακίας πονηρεύματα νομίζοντας: *peccata et quaſi maculæ, quæ ex perturbatione animi aut civili neceſſitate in actionis tamquam ſuperficiem inciderunt,* opponuntur iis, *quæ a malo animo proficiſcuntur.* Odyſſ. Z. 45. —λευκὴ δ' ἐπιδέδρομεν αἴγλη. Υ. 357. —κακὴ δ' ἐπιδέδρομεν ἀχλύς. Ὀρχησικὸς, *ſaltatorius,* id eſt, *geſticulatorius,* eſt enim ὀρχεῖσθαι non modo pedum inceſſus et ſaltus, ſed manuum geſticulatio, χειρονομία. Quinctilianus Inſt. Or. I. 12. p. 124: *nec comœdum in pronunciando, nec ſaltatorem in geſtu facio.* Cicero Bruto, 62: *Sextus Titius—tam ſolutus et mollis in geſtu, ut ſaltatio quædam naſceretur, cui ſaltationi Titius nomen eſſet.* Ovidius Art. Am. I. 595: *Si vox eſt, canta: ſi mollia brachia, ſalta:* alibi idem. Huc pertinere videtur Ariſtides T. II. p. 395. de oratore, ἀλλ' ὀρχοῦμαι δίπτυχα, ὥσπερ ἕτεροί τινες, *at geſticulor bifariam, ut alii quidam?* Hinc ὀρχήστρα pars ſcenæ, in qua agebatur: et Latinis *actio* pro *geſticulatione.* Παράβολος, *audax, temerarius, repentinus,* utraque notione conjuncta, ſubinde apud alios et Plutarchum: v. c. Opp. Mor. p. 206. B. 756. A. 794. A. 968. C. 992. B. Vitar. p. 64. D. 123. D. 185. B. 229. D. 277. E. 319. D. 323. F. 343. D. 358. E. 392. A. 499. E. 507. C. 527. C. 529. B. 560. D. 630. F. 638. A. 744. B. 761. B. 784. A. 805. E. 816. F. 827. F. 926. B. 935. E. 948. C. 968. A. 1039. D. 1043. B. E. Περιτρέχουσα, *vulgaris,* non elegantium medicorum ac peritorum, de quibus modo dictum eſt, ſed circumforaneorum, et quaſi *circumcurrentium:* hinc exquiſitior notio *pervulgati* huic nomini addita eſt. Plato Epiſt. VII. p. 715. D: —Δίωνα ἀδελφὼ δύο προσλαμβάνει Ἀθήνηθεν, οὐκ ἐκ φιλοσοφίας γεγονότε φίλω, ἀλλ' ἐκ τῆς περιτρεχούσης ἑταιρείας ταύτης τῆς τῶν

πλείσων φίλων, ἣν ἐκ τοῦ ξενίζειν τε καὶ μυεῖν καὶ ἐποπτεύειν πραγματεύονται: quod ſpectavit Plutarchus in Dione p. 981. E. Sic Ariſtides T. II. p. 360: ὄνομα ἐμφερόμενον καὶ περιτρέχον, *nomen jactatum* et *pervulgatum*. At in Eunapii Libanio p. 133: καὶ ἡ κομψότης περιτρέχει παντοῦ διακονεμένη τοῖς λόγοις· legendum ἐπιτρέχει ex animadverſa modo hujus verbi poteſtate. Quædam annotavit H. Stephanus Theſ. L. Gr. T. III. p. 1663.

67. F. ὁ μὲν ψάλτης—ἐπεχόμισε τὸν Φίλιππον—] Philippum Alexandri M. patrem: idem refert Plutarchus Apophth. p. 179. B. De Fort. Alex. p. 334. D. Sympoſ. II. p. 634. D. Quibus omnibus locis ἵνα ταῦτα ἐμοῦ βέλτιον εἰδῇς poſitum eſt pro ὥστε βέλτιόν σε ταῦτα εἰδέναι ἐμοῦ, uſu minus probo: ſiquidem ἵνα εἰδῇς, *ut ſcias*, notat *propoſitum et conſilium*, ὥστε εἰδέναι *effectum eventumque* ſignificat uſu quidem probo. Sunt tamen paucæ quædam Plutarchi dictiones formæ illius minus probæ. Fort. Alex. p. 333. A: τί μοι πώποτε τοιοῦτο συνέγνως, ἵνα τοιαύταις με κολακεύσῃς ἡδοναῖς; pro ὥστε με κολακεῦσαι: *quid in me cognoviſti tale ut hujuſmodi voluptatibus mihi adulareris*. Adv. Colot. p. 1115. A: ποῦ γὰρ τῆς ἀοικήτου τὸ βιβλίον ἔγραφεν, ἵνα—μὴ τοῖς ἐκείνου συντάγμασιν ἐντύχῃς; pro ὥστε σε μὴ ἐντυχεῖν—: *qua parte terræ inhabitabilis ſcripſit librum ſuum, ut tu eum nanciſci non poſſes*. Simile eſt Apophthegm. p. 183. A: πείθωμεν τὴν Τελεσίππαν, ἵνα μένῃ μεθ' ἡμῶν, pro μένειν, *perſuadeamus Teleſippæ, ut nobiſcum maneat*: ſine ἵνα μένῃ, aut μένειν, idem dicitur in Vit. Alexandri p. 689. B. ὅρα δὲ ὅπως πείθωμεν ἢ δώροις ἢ λόγοις τὴν Τελεσίππαν—. Frequens in N. T. de quo uſu videatur H. Hoogeveenius Doctr. Partic. p. 524. et quos citat J. C. Bielius Novo. Theſaur. Philolog. voce Ἵνα. Utuntur tamen interdum Scriptores elegantiæ ſtudioſi. Teles ap. Stob. Serm. XCV. p. 524: ἵνα γένηται Ζεὺς ἐπιθυμήσει, *cupiet fieri Jupiter*. Libanius Declam. XVII. p. 472. A: οὐδείς ἐστιν οἰκέτης πονηρὸς, ἵνα κριθῇ τῆς Μακεδόνων δουλείας ἄξιος· pro ὥστε κρίνεσθαι: *nemo ſervus ita eſt improbus, ut dignus judicetur, qui Macedonibus ſerviat*. Leon Philoſophus, Anthолog. Epigramm. l. 1. p. 3: Εἰπὲ κασιγνήτῃ κρατεροὺς ἵνα θῆρας ἐγείρῃ, *Dic ſorori ut ro-*

buſtas feras excitet: i. e. *jube eam excitare feras robuſtas.*

p. 68. A. Ἐπίχαρμος—ἐκάλεσας] Et hoc eſt in ſemel memoratis habendum. Epicharmum ſub Hierone Syracuſis fuiſſe conſtat: et notabimus ad p. 175. D. Jamblichus Vit. Pythag. §. 266: τῶν δ' ἔξωθεν ἀκροατῶν γενέσθαι καὶ τὸν Ἐπίχαρμον· ἀλλ' οὐκ ἐκ τοῦ συςήματος τῶν ἀνδρῶν· ἀφικόμενον δὲ εἰς Συρακούσας, διὰ τὴν Ἱέρωνος τυραννίδα τοῦ μὲν φανερῶς φιλοσοφεῖν ἀποχέσθαι εἰς μέτρον δ' ἐνεῖναι (l. ἐντεῖναι) τὰς διανοίας τῶν ἀνδρῶν, μετὰ παιδιᾶς κρύφα ἐκφέροντα τὰ Πυθαγόρου δόγματα. Animadvertenda reſponſi ambiguitas, quod bifariam accipi poterat: *Atqui nuper cum immolares amicos, me non vocaſti*, ut fere Xylander, Cruſerius, Eraſmus: et, *Atqui nuper quum ſacrificares, non vocaſti amicos*, ut Amyotus et corrector Xylandreæ interpretationis in editione Gr. Lat. Anni 1624.

68. A. Ἀντιφῶν παρὰ Διονυσίῳ—ἀπέθανεν ὑπὸ Διονυσίου.] Plutarchus De Repugn. Stoic. p. 1051. C. Antiphontem a Dionyſio interfectum narrat. Hic fuit Antiphon Tragicus, probe diſtinguendus ab Antiphonte Attico oratore, ad quem perperam hanc rem retulerunt Pſeudo-Plutarchus in Vitis X. Orator. p. 833. B. ejuſque deſcriptor Photius Cod. CCLIX. p. 1453. Philoſtratus Vit. Sophiſt. I. 15. p. 500. De quo conſulatur Ruhnkenii noſtri Diſſertatio de Antiphonte Oratore Attico p. 48. Diogeni Cynico tribuit Diogenes Laert. VI. 50.

68. B. τὴν περὶ τὸ φρέαρ ὄρχησιν] Proverbium eſt Λύκος περὶ φρέαρ χορεύει, annotatum Zenobio IV. 100: Diogeniano VI. 21: Suidæ IX. 62. Ejus enarrationem poſuit M. A. Muretus Var. Lect. XVI. 16. hanc: *Quorum puteorum neque obſtructa ora ſunt, neque crepidines paulo altius exaggeratæ, neque denique quidquam eſt, quod objectu ſuo prohibeat, ne quis in eos incautior prolabatur: quales multos ruri videmus; ſi qui circa eos choreas agant, magnum periculum adeunt, ne, dum progrediuntur, regrediuntur, corpus in orbem movent, ſaltitant, in puteum delapſi mergantur.* Præmiſit diſertum exordium de argumento, cum reprehenſione iniquiore Eraſmi, æquiore compilatoris Florentini

qui Eraſmianum opus purgatum et circumciſum poſtea edidit, ſub nomine Pauli Manutii: idque nomen falſo huic compilationi impoſitum contendit Muretus. Qua de cauſſa conſulatur J. A. Fabricius Biblioth. Gr. Vol. III. p. 301.

68. B. Τιμαγένης ἐξέπεσε τῆς Καίσαρος φιλίας—] Timagenes, hiſtoriarum ſcriptor, Auguſto primum gratus, deinde exoſus propter linguæ procacitatem: cujus rei documenta exſtant in Seneca De Ira II. 23. Epiſtola XCI. p. 328. Controverſ. V. p. 319. Attigerunt ejus res G. J. Voſſius Hiſt. I. 24. J. A. Fabricius Biblioth. Gr. Vol. II. 230: et hunc ipſum Plutarchi locum M. A. Muretus Var. Lect. XIII. 6.

68. B. —ἀλλ' ὅ, τι οἱ εἴσαιτο—] Ut Therſites Iliad. B. 215.

68. B. αἰτίαν φιλίας] *reprehenſionem amicitiæ, ut occaſionem vituperandi, Auguſto adhibebat.* Senſum minus recte ceperunt Interpretes, qui hujuſmodi eſt: Timagenes numquam vera voce uſus, id eſt, numquam *Auguſtum de veris malefactis admonens, ſed* (αἰτίαν φιλίας) *criminationem amicitiæ ei adhibens eamque ut occaſionem vituperandi arripiens et ad mordacem dicacitatem convertens, excidit ex illius amicitia.* Criminatio amicitiæ, αἰτία φιλίας, hæc eſt interpretanda, ut quereretur et Auguſtum reprehenderet quaſi non ſatis magni ab eo habitus ſed neglectus, eumque hanc ob rem ridiculis dictis et ſalibus laceſſeret: quale eſt hominum genus quod Cicero notat De Amicitia, XX: *Ut igitur ii, qui ſunt in amicitiæ conjunctioniſque neceſſitudine ſuperiores, exæquare ſe cum inferioribus debent: ſic inferiores non dolere, ſe a ſuis aut ingenio, aut fortuna, aut dignitate ſuperari: quorum plerique aut queruntur ſemper aliquid, aut etiam exprobrant: eoque magis, ſi habere ſe putant, quod officioſe et amice, aut cum labore aliquo ſuo factum queant dicere.* Conjunguntur αἰτίαι et λοιδορίαι, atque ἐλέγχοις opponuntur, a Demoſthene Or. pro Coron. p. 314. C. et Adv. Androtion. p. 421. B, C.

68. C. καιρὸς—παῤῥησίας] Democritus ap. Stob. Serm. XIII. περὶ παῤῥησίας, unde retulit H. Stephanus in Poeſi

Philoſ. p. 166: Οἰκήϊον ἐλευθερίης παῤῥησίη, κίνδυνος δὲ ἡ τῦ καιροῦ διάγνωσις. Adhibeatur Philo Jud. De Somniis p. 1119. B—D.

68. C. Εὐδίᾳ γὰρ ἐπάγει νέφος—πρόσωπον] Εὐδία, *cæli ſerenitas*, metaphorice uſurpatur de *animi vultuſque hilaritate*. Conſol. Apollon. p. 118. E. Anim. Tranq. 477. A: εὐδίαν παρέχει βίῳ καὶ γαλήνην. Sanit. Tuend. p. 126. C: ἐν εὐδίᾳ σαρκὸς καὶ γαλήνῃ. Conſol. Uxor. 610. B. Symp. IV. p. 662. C. VI. 686. B. Adv. Epicur. 1090. B. At contra νέφος, *nubes*, *triſtitiam*, notat: de quo Eraſmus Adag. p. 189. Lambinus copioſe ad Horatii Epiſt. I. 18. 94. *Deme ſupercilio nubem*: brevius Valckenarius ad Euripidis Hippol. 173. Sic Nicoſtratus ap. Stob. Serm. LXVIII. p. 425: ὁ δέ γε συνάγων τὰς ὀφρῦς, σκαιός ἐσιν· καὶ ὅτῳ οὐκ ἐπανθεῖ ἐρύθημα ἀλλὰ σκότος τε καὶ νέφος, τότε τε ἡ ψυχὴ οὐδαμῆ οὐδαμῶς εὐφραίνεται. In convivio et vino qui ſermones congruant, jucunda eſt diſputatio Plutarchi Sympoſ. II. 1. et I. 1. alieni ſunt ſermones διαλεκτικῶν τὰς ὀφρῦς ἀνεσπακότων, III. 9. p. 657. C. Philippus ἐν Χαιρωνείᾳ πολλὰ ληρῶν ὑπὸ μέθης καὶ καταγέλαςος ὢν, ἅμα τῷ προσπεσεῖν αὐτῷ περὶ σπονδῶν καὶ εἰρήνης, ἔςησε τὸ πρόσωπον καὶ συνήγαγε τὰς ὀφρῦς—.

68. D. τῷ Λυδίῳ θεῷ, καὶ λύοντι—κατὰ Πίνδαρον.] Nil mutavi in Λυδίῳ, quod codices nil melius afferrent: quamquam mutandum in Λυσίῳ vel Λυαίῳ. Utrumque jungit Plutarchus loco gemino huic, Sympoſ. I. p. 613. B: εἰ δὲ πάντων μὲν ὁ Διονύσος Λύσιός ἐσι καὶ Λύδιος, μάλιςα δὲ ἀφαιρεῖται τῆς γλώτης τὰ χαλινὰ καὶ πλείςην ἐλευθερίαν τῇ φωνῇ δίδωσι, ἀβέλτερον οἶμαι καὶ ἀνόητον, ἐν λόγοις πλεονάζοντα καιρὸν ἀποζερεῖν τῶν ἀρίςων λόγων: ubi item Λύδιος mutandum in Λύαιος, ut jam ſuſpicatus erat J. Pierſonus Veriſimil. II. 8. p. 230. Nam quod hoc loco in Xylandri notula legitur, "Pauſanias in Boeticis aliam adfert cauſſam cur Bacchus "*Lydius* dicatur," operarum eſt vitium; ſiquidem in Pauſania IX. 16. Λυσίᾳ mentio fit. Dei cognomina Bacchi Λύσιος et ſimilia attigit J. Taylorus ad Lyſiam Adv. Theomneſt. p. 184. Λύσιος nunc malim, ut magis uſitatum Plutarcho et omnino proſæ Scriptoribus: v. c. Opp. Mor. p. 150. B. 671. E. 716. B. 1076. B. Pindari dictum ex

perdito carmine hæc una Plutarchi commemoratio ſervavit: hinc in Fragmentis poſuit Schneiderus p. 74. Quod in Emendatione contextui Græco ſubjecta notatur præfixo nomine Αυδίῳ: *Abeſt ab E. Venet. Voſſ. Moſc.* 1. 2. *Harl.* 1. referendum erat ad particulam ante μεριμνῶν, quam item omiſit Xylandrea editio: nam illud quidem Αυδίῳ in omnibus libris exſtat: dictum Pindaricum haud ſcio an ita conceptum fuerit, Λύει τὸ δύσροφον μεριμνῶν χοίνιον, *funem inique plexum.*

68. E. ὑπὸ χεῖρα] *Subjecti, dejecti ab animi ſuperbia, manu tractabiles:* videatur annotatio ad p. 43. F.

68. E. Εὐριπίδη] Oreſte 668:

Τὰς φίλας

Ἐν τοῖς κακοῖς χρὴ τοῖς φίλοισιν ὠφελεῖν.
Ὅταν δ' ὁ δαίμων εὖ διδῶ, τί χρὴ φίλων;
Ἀρκεῖ γὰρ αὐτὸς ὁ θεὸς ὠφελεῖν θέλων.

Ariſtoteles Ethic. Nicomach. IX. 9: Ἀμφισβητεῖται δὲ καὶ περὶ τὸν εὐδαίμονα, εἰ δεήσεται φίλων, ἢ μή· ἀδὲν γάρ φασι φίλων δεῖν τοῖς μακαρίοις καὶ αὐτάρκεσιν· ὑπάρχειν γὰρ αὐτοῖς τἀγαθά· αὐτάρκεις οὖν ὄντας, οὐδενὸς προσδεῖσθαι· τὸν δὲ φίλον, ἕτερον αὐτὸν ὄντα, πορίζειν ἃ δι' αὑτῷ ἀδυνατεῖ· ὅθεν τὸ, Ὅταν ὁ δαίμων εὖ διδῶ, τί δεῖ φίλων; Ἔοικε δ' ἀτόπῳ, τὸ πάντα ἀπονέμοντας τἀγαθὰ τῷ εὐδαίμονι, φίλους μὴ ἀποδιδόναι· ὃ δοκεῖ τῶν ἐκτὸς ἀγαθῶν μέγιστον εἶναι. Attigit Tragici locum Iſ. Caſaubonus ad Polybium IV. 21. Eadem ſententia ponitur verbis fere iiſdem, in Hercule Furente 1338: Θεοὶ δ' ὅταν τιμῶσιν, οὐδὲν δεῖ φίλων· Ἄλις γὰρ ὁ Θεὸς ὠφελῶν, ὅταν θέλῃ.

68. E. τὸ ἄγαν ὑφιέντων τοῦ φρονήματος] Senſus eſt, ac debet eſſe, *eorum, qui nimios ſpiritus ſuperbientis amici demant ac ſubducant:* quod requirit ὑφαιρούντων vel ὑφελόντων: hoc enim verbum ſuſcipit vim activam, *alteri quid auferre ac ſubducere:* at ὑφιέναι τινί τι eſt activa vi, *alteri quid ſubdere, ſubmittere: privandi* autem ſignificatione habet vim neutram, *remitto meum ipſe faſtum,* ὑφίημι τὸ φρόνημα. Sic Apophthegm. p. 218. E: ἢ τῇ δυνάμει πρόσθες, ἢ τῶ φρονήματος ὕφες, *aut adde viribus tuis quid, aut remitte aliquantum de animi elatione.* Amatorio p. 754. A: οὐδὲ ὑφῆκάν τι τοῦ φρονήματος, *neque quid remiſerunt de animi elatione.* Demetrio

p. 906. A: μικρὸν ὑφεὶς τῆς ποφείας, *iter paulisper cohibens, remittens aliquid ex festinatione itineris.* At ὑφαιρεῖν activa significatione frequens: De Sanit. Tuend. p. 131. C: οὐ γὰρ τοσοῦτον εὐτονίας ὑφαιρεῖ, *non enim tantum vigoris demit.* 132. C. et sæpissime apud quemvis alium Scriptorem: habet etiam in Activa forma ὑφαιρεῖν τι, ut ἀφαιρεῖν τι, notionem reciprocam, *sibi ipsi aliquid demere:* de qua alibi dicemus, et diximus ad p. 38. D.

68. F. οἱ δὲ πολλοὶ φρενῶν ἐπεισάκτων δέονται] Plutarchus hæc retulisse videtur ad Aristotelis de hoc argumento locum, unde modo partem attulimus Ethic. Nicomach. IX. 9: οἱ πολλοὶ φίλους οἴονται τοὺς χρησίμους εἶναι· τῶν τοιούτων μὲν οὖν οὐδὲν δεήσεται ὁ μακάριος, ἐπειδὴ τ' ἀγαθὰ ὑπάρχει αὐτῷ· οὐδὲ δὴ τῶν διὰ τὸ ἡδύ, ἢ ἐπὶ μικρόν· ἡδὺς γὰρ ὁ βίος ὢν, οὐδὲν δεῖται ἐπεισάκτου ἡδονῆς. Petrus Victorius citat hunc Plutarchi locum sub nomine Demosthenis ad Aristotelis Ethic. Nicomach. IV. p. 220: credo, quod in adversariis suis nomen auctoris addere oblito, ei deinde in mentem veniret non satis diserta recordatio Demosthenicorum similium: v. c. Or. Olynth. I. p. 4. A: τὸ γὰρ εὖ πράττειν παρὰ τὴν ἀξίαν ἀφορμὴ τοῦ κακῶς φρονεῖν τοῖς ἀνοήτοις γίνεται: de quo diximus ad Juliani Imp. Or. I. p. 35. C. Biblioth. Crit. Vol. III. Part. I. p. 50. Et ἐπείσακτος in nota illa sententia, Or. pro Coron. p. 487. A: σίτῳ πάντων ἀνθρώπων πλείῳ χρώμεθα ἐπεισάκτῳ, quam apposuimus ad p. 38. D. de hoc nomine differentes.

p. 69. A. Εἰς ὄμματ' εὖνιν φωτὸς ἐμβλέψαι γλυκύ.] Euripidis, notavimus p. 49. F.

69. A. ὁ Ξενοφῶν] Expedit. Cyri II. 6. 7: Ἐν μὲν οὖν τοῖς δεινοῖς ἤθελον αὐτοῦ ἀκούειν σφόδρα, καὶ οὐκ ἄλλον ἡροῦντο οἱ στρατιῶται· καὶ γὰρ τὸ συγνὸν τότε φαιδρὸν αὐτοῦ ἐν τοῖς προσώποις ἔφασαν φαίνεσθαι, καὶ τὸ χαλεπὸν ἐῤῥωμένον πρὸς τοὺς πολεμίους ἐδόκει εἶναι· ὥστε σωτήριον καὶ οὐκέτι χαλεπὸν ἐφαίνετο· ὅτε δ' ἔξω τοῦ δεινοῦ γένοιντο, καὶ ἐξείη πρὸς ἄλλους ἀρχομένους ἀπιέναι, πολλοὶ αὐτὸν ἀπέλειπον· τὸ γὰρ ἐπίχαρι οὐκ εἶχεν, ἀλλὰ ἀεὶ χαλεπὸς καὶ ὠμὸς ἦν· ὥστε διέκειντο πρὸς αὐτὸν οἱ στρατιῶται, ὥσπερ παῖδες πρὸς διδάσκαλον—. Plutarchus Sympos. I. p. 620. C: ὥσπερ γὰρ ὁ Ξενοφῶν ἔλεγε τοῦ Κλεάρχου τὸ σκυθρωπὸν καὶ ἄγροικον

ἄλλως, ἐν ταῖς μάχαις ἡδὺ ἢ φαιδρὸν ἐπιφαίνεσθαι διὰ τὸ θαῤῥάλεον, οὕτως ὁ μὴ φύσει πικρὸς, ἀλλὰ σεμνὸς καὶ αὐστηρὸς, ἐν τῷ πίνειν ἀνιέμενος, ἡδίων γίνεται καὶ προσφιλέστερος.

69. B. καὶ γυμνάσια] Alio loco poterat ferri, ubi exercitationis abuſus reprehenderetur: hic non item, præſertim quum in apodoſi ſententiæ καὶ γυναῖκας, hic ſimile poſtulari videatur. Itaque malim γυναιμανία, vel γυναικομανία, qua voce Chryſippus uſus eſt apud Athenæum XI. p. 464. D, E: vel γύναια, *mulierculas*, id eſt, *amores*, ut ſupra p. 52. D. 916. C.

69. B. Ὦ τῆς ἀκαιρίας—] Ex Comico, fortaſſe.

69. C. προσρέχθσιν] Editio noſtra formæ octavæ perperam habet προτρέχθσιν.

69. C. Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς—] A Demetrio Poliorcete Athenis potito, inde humaniter dimiſſus, Thebas conceſſit, quas Caſſander modo reſtituerat et tunc tenebat, Ol. 118. 2. Ante Chr. 307: quo mortuo ad Ptolemæum Lagi filium Alexandriam aufugit, Ol. 120. 3. Thebis habitabat eo tempore Crates Cynicus: cujus vitam a Plutarcho conſcriptam, ſi adhuc haberemus, non eſt dubitandum quin illud colloquium plenius accuratiuſque legeremus.

69. D. Λυπθμένῳ γὰρ μῦθος—] Uno verſu antecedente auctius citat Plutarchus Conſolat. Apollon. p. 102. B. Duos hic poſitos habet etiam Sotion ap. Stobæum Serm. CXII. p. 584. non addito poetæ nomine. Sub titulo Incerti poſuit Grotius in Florilegio p. 470. Euripidis nomine refert Th. Gatakerus Adverſar. Poſthum. Cap. VIII. p. 487. et in Fragmentis repoſiti ſunt ap. Muſgrav. Incert. CXVIII.

69. D. Δημοσθένης] Or. Olynth. II. p. 8. C: ἐν τοῖς σώμασιν ἡμῶν, ἕως μὲν ἂν ἐῤῥωμένος ᾖ τις, οὐδὲν ἐπαισθάνεται τῶν καθ' ἕκαστα σαθρῶν· ἐὰν δὲ ἀῤῥώστημά τι συμβῇ, πάντα κινεῖται, κἂν ῥῆγμα κἂν στρέμμα, κἂν ἄλλο τι τῶν ὑπαρχόντων σαθρὸν ᾖ—. Or. ad Philippi Epiſtolam p. 66. B: ἐν τοῖς σώμασιν ἡμῶν, ὅταν μὲν ἐῤῥωμένος ᾖ τις, οὐδὲν ἐπαισθάνεται τῶν καθ' ἕκαστα σαθρῶν, ἐπὰν δ' ἀῤῥωστήσῃ, πάντα κινεῖται, κἂν ῥῆγμα κἂν στρέμμα, κἂν ἄλλο τι τῶν ὑπαρχόντων ᾖ μὴ τελέως ὑγιαῖνον—. Or. pro Corona p. 341. C: ἀντέκρουσέ τι καὶ γέγονεν οἷον οὐκ ἔδει; πάρεσιν

Αἰσχίνης ὥσπερ τὰ ῥήγματα καὶ τὰ σπάσματα, ὅταν τι κακὸν τὸ σῶμα λάβῃ, τότε κινεῖται. Primum citat Stobæus Serm. XCVIII. p. 540. De nominibus videatur Fœsius Œcon. Hippocr. vocc. ῥῆγμα· σπάσμα· σρέμμα. Plinius Hist. Nat. XX. 18. vocat *rupta, convulsa* ex Dioscoride, ῥήγματα καὶ σπάσματα. Vide Harduinum.

69. E. Οὔτι καθ' ἡμέτερόν γε—] Iliad. I. 108.

69. E. ὕβρεως ἐπιλαβέσθαι φερομένης.] *ruentem cum impetu petulantiam cohibere*: φέρεσθαι, *ruere, ferri cupiditate*: Opp. Mor. p. 74. A. 205. A. 132. C. 136. C. 1144. A. Vit. p. 666. C. et alibi: et Latine frequens *ferri*.

69. E. κολοῦσαι] Propriam habet *amputandi, decurtandi*, notionem; tralatam ad animum, *spiritus ac superbiam, impetum alicujus circumcidere tamquam alas, reprimere*. A fonte verbi κέλω, ut et *excello, procella, celer*, κέλης, κελεύω, κωλύω, alia multa. Plutarcho frequens, sæpe a librariis in κωλύειν mutatum: ut hic vulgata ante nos lectio fuit κωλύσαι: atqui mox est Σωκράτης Ἀλκιβιάδην ἐκόλυε. Loci, ubi legitur vel legendum est, sunt hi: Opp. Mor. p. 15. E. 24. E. 34. F. 40. F. 71. C. 72. A. 73. E. 351. F. 380. E. 451. C. 463. D. 471. C. 485. A. 486. F. 487. B. 492. A. 521. E. 529. B. 552. C. 584. E. 755. F. 779. E. 795. A. 796. A. 800. B. 805. D. 816. C. 988. E. 1049. C. 1090. B. 1103. C. 1106. C. Vitarum p. 33. B. 102. E. 121. A. 168. C. 179. F. 210. D. 320. A. 352. A. 355. A. 361. A. 389. E. 433. B. 492. A. 526. D. 613. D. 643. C. 831. D. 832. B. 891. C. 1025. D. 1058. A. 1067. D. Euripidi fortasse restituendum in Fragm. Plisthenis ap. Stob. Serm. XLVI. p. 325. Musgrav. T. III. p. 583. Κόλασε δ' ἄνδρα παρὰ δίκην τιμώμενον· ubi nunc legitur Κώλυε. Sic Fragm. Alcmenæ p. 542. δῆμον κολούει, *deprimit plebem*. Plato Apolog. Socr. p. 368. E: μὴ τοὺς ἄλλους κολούειν ἀλλ' αὐτὸν παρασκευάζειν ὅπως ἔσαι ὡς βέλτιστος: quod præceptum etiam reponitur Leg. V. p. 606. A: φιλονεικείτω δὲ ἡμῖν πᾶς πρὸς ἀρετὴν ἀφθόνως· ὁ μὲν γὰρ τοιοῦτος τὰς πόλεις αὔξει, ἀμιλλώμενος μὲν αὐτὸς, τοὺς ἄλλους δὲ οὐ κολούων διαβολαῖς. Dion Chrys. Or. XIII. p. 221. D: —σολήν τε ταπεινὴν ἀναλαβὼν, καὶ τἆλλα κολάσας ἐμαυτὸν ἠλώμην πανταχοῦ: redditur, *me*

ipse attemperans: legendum κολέσας, *comprimens, circumcidens apparatum itineris, ubique vagabar.* Or. XXXIX. p. 489. B: τὸ μὲν ὑπόδημα δεῖ πρὸς αὐτὸν ἁρμόζειν καὶ τὸν αὐτοῦ πόδα, κἂν δοκῇ μεῖζον, περιτεμεῖν· πόλιν δὲ οὐδέποτε δεῖ κωλύειν, (lege κολούειν), οὐδὲ κατάγειν πρὸς αὐτὸν, οὐδὲ πρὸς τὴν ἑαυτῶ ψυχὴν μετρεῖν, ἐὰν τύχῃ σμικρὰν ἔχων καὶ ἀνελευθέραν. Aristides T. II. p. 329: τούτους μὲν διὰ τοῦτον κολούων: *Plato deprimens tragicos per Homerum*; quod hunc tragicorum principem vocasset. Jamblichus Vit. Pythag. §. 214: τὴν παρανομίαν παύων, ὕβριν τε καταλύων, καὶ τοὺς ὑβριστὰς καὶ τυραννικοὺς κολούων.

69. E. πρὸς ἕξιν ἀντιοχεῖν] Dixi, forte veram esse lectionem codicis D. ἀπροσεξίαν ἀναοχεῖν, *coercere negligentiam.* Utraque vox habet auctoritatem. Epictetus Dissert. IV. 12. p. 669: ἀλλὸ δέ τι τῶν μικροτέρων ἔργων ὑπὸ ἀπροσεξίας ἐπιτελεῖται κρεῖσσον. Eusebius Præp. Evang. VII. p. 316. B: δι' ἀπροσεξίαν καὶ τῆς θείας ἐντολῆς παράβασιν, τῆς τριποθήτου σερηθῆναι ζωῆς. Hesychius voc. Ἀπροσεξία et Ἐξ ἀπροσεξίας. H. Stephanus Thes. L. Gr. T. I. p. 1352. Ἀνέχω, *cohibeo vitium ne existat et erumpat.* Plutarchus Sympos. VII. p. 704. A: συσέλλειν καὶ ἀνέχειν τὴν ὄρεξιν. De Garrul. p. 514. A: ἀνέχειν ἑαυτὸν ἀπὸ τούτων καὶ ἀνακρούειν. De Aud. Poet. p. 31. C: ἀνέχει ἑαυτὸν θυμούμενον.

69. F. Σόλων πρὸς Κροῖσον] Herodotus I. 30—32.

69. F. Σωκράτης Ἀλκιβιάδην ἐκόλουε—ἀνέσρεφε—] Ex Platone sumtum, Sympos. p. 333. C. ubi Alcibiades de Socrate loquitur: ὅταν γὰρ ἀκούω (Σωκράτους), πολύ μοι μᾶλλον ἢ τῶν κορυβαντιώντων ἥ τε καρδία πηδᾷ, καὶ δάκρυα ἐκχεῖται ὑπὸ τῶν λόγων τῶν τούτου. Eumdem locum spectavit Plutarchus De Profect. Virt. p. 84. C: οὐ γὰρ δεῖ ὑπὸ τῶν λόγων τοῦ φιλοσοφοῦντος μόνον, ὥσπερ Ἀλκιβιάδης ἔλεγε, τὴν καρδίαν σρέφεσθαι, καὶ δάκρυα ἐμπίπλειν—. Alcibiade p. 194. B: ὁ δὲ Σωκράτους ἔρως—πῆ μὲν ἐκράτει τοῦ Ἀλκιβιάδου δι' εὐφυΐαν, ἁπλομένων τῶν λόγων αὐτοῦ καὶ τὴν καρδίαν σρεφόντων, καὶ δάκρυα ἐκχεόντων. Cicero Tusc. III. 32: —*non satis mihi videtur vidisse hoc Cleanthes, suscipi aliquando ægritudinem posse ex eo ipso, quod esse summum malum Cleanthes ipse fateatur. Quid enim dicemus, cum Socrates Alcibiadi persuasisset, eum nihil ho-*

minis esse, nec quidquam inter Alcibiadem summo loco natum et quemvis bajulum interesse: cum se Alcibiades adflictaret, lacrimansque Socrati supplex esset, ut sibi virtutem traderet, turpitudinemque depelleret—? Augustinus Civ. D. XIV. 8. citatus J. Davisio, qui cæteroquin sedem dicti perperam notavit Alcibiad. I. p. 38. Plutarchus suo judicio pro ψηδᾶν ἐποίει τὴν καρδίαν dixit ἀνέστρεφε τὴν καρδίαν, non quod aliam in exemplo suo haberet scripturam.

69. F. Κύρου πρὸς Κυαξάρην] Pertinet ad Xenophontis narrationem, Cyropædiæ V. 5. 8. et seq. quam item respexit Julianus Or. I. p. 44. A. ut monuimus Biblioth. Crit. Vol. III. Part. II. p. 69.

69. F. Δίωνα Πλάτωνος—δεδιέναι τὴν αὐθάδειαν ὡς ἐρημίᾳ ξύνοικον] Tono auctoritatis est apud ipsum Platonem Epist. IV. in fine, p. 710. E: μὴ οὖν λανθανέτω σε ὅτι διὰ τοῦ ἀρέσκειν τοῖς ἀνθρώποις καὶ τὸ πράττειν ἐστίν· ἡ δ' αὐθάδεια, ἐρημία ξύνοικος. Subinde usurpat Plutarchus v. c. Coriolano p. 234. D. de Volscis indignantibus illius fastum, τὸν ὄγκον αὐτοῦ καὶ τὴν ἐρημίαν σύνοικον, ὡς Πλάτων εἶπεν, αὐθάδειαν μὴ ὑπομείναντας. Ibidem p. 220. D: οὐδὲ τὴν ἐρημίαν ξύνοικον, ὡς Πλάτων ἔλεγεν, αὐθάδειαν, εἰδὼς ὅτι δεῖ μάλιστα διαφεύγειν ἐπιχειροῦντα πράγμασι κοινοῖς καὶ ἀνθρώποις ὁμιλεῖν. Dione p. 961. C: περὶ ὧν καὶ Πλάτων ὕστερον ὥσπερ ἀποθεσπίζων ἔγραψε πρὸς αὐτὸν, ἐξευλαβεῖσθαι τὴν αὐθάδειαν ὡς ἐρημίαν συνοικοῦσαν. Ibid. p. 981. B: Πλάτωνος ἐπιτιμῶντος, ὡς εἰρήκαμεν, καὶ γράφοντος, ὅτι ἡ αὐθάδεια ἐρημία σύνοικός ἐστιν.

p. 70. A. Σπεύσιππος—εὐκλεᾶ θήσει τὴν Ἀκαδημίαν] Speusippi in scriptis memorat Epistolas Diogenes Laertius IV. 5: Ἐπιστολαὶ πρὸς Δίωνα, Διονύσιον, Φίλιππον, ubi Casaubonus et Menagius hoc Plutarchi indicium non omittunt. In fine est Euripidea dictio, Phœniss. 1732: Οἰ. Φεῦ τὸ χρήσιμον τῶν φρενῶν. Ἀντιγ. Εἰς πατρός γε συμφορὰς Εὐκλεᾶ μὲ θήσει.

70. B. Εὔκτος καὶ Εὔλαιος—] Idem refert in Æmil. Paulo p. 267. B. D: Περσεὺς δὲ φυγῇ μὲν ἐκ Πύδνης εἰς Πέλλαν ἀπεχώρει—· ἐπεὶ δὲ νυκτὸς Πέλλαν εἰσελθὼν Εὔκτον καὶ Εὔδαιον, τοὺς ἐπὶ τοῦ νομίσματος, ἀπαντήσαντας αὐτῷ, καὶ τὰ μὲν ἐγκαλοῦντας περὶ τῶν γεγονότων, τὰ δὲ παῤῥησιαζομένους ἀκαίρως καὶ

συμβουλεύοντας, ὀργισθεὶς ἀπέκτεινεν αὐτὸς τῷ ξιφιδίῳ ἀμφοτέρους. Quæ, ut alia hujus hiſtoriæ, ex Polybii libro XXIX. petita videntur. Εὔλαιος an Εὔδαιος verior lectio ſit, non definiam: nam Εὔλαιος Ptolemæi aulicus ſpado apud Polybium Excerpt. Leg. LXXXII. p. 707. ab hoc diverſus eſt.

70. B. Δημάρατον εἰς Μακεδονίαν ἐκ Κορίνθου—] Plutarchus Apophthegm. p. 179. C: Ἐπεὶ δὲ διενεχθέντος αὐτοῦ πρὸς Ὀλυμπιάδα τὴν γυναῖκα καὶ τὸν υἱὸν, ἦκε Δημάρατος ὁ Κορίνθιος, ἐπυνθάνετο πῶς πρὸς ἀλλήλους ἔχουσιν οἱ Ἕλληνες· καὶ ὁ Δημάρατος, Πάνυ γοῦν, ἔφη, σοὶ περὶ τῆς τῶν Ἑλλήνων ὁμονοίας ὁ λόγος ἐστὶν, οὕτω πρός σε τῶν οἰκειοτάτων ἐχόντων· ὁ δὲ συμφρονήσας ἐπαύσατο τῆς ὀργῆς καὶ διηλλάγη πρὸς αὐτούς: idem factum repetit in Vita Alexandri p. 669. C. Attigit Valckenarius noſter in Orat. De Philippo p. 245. Hunc Demaratum Corinthium in illo indice proditorum Græciæ et civitatum ſuarum recenſuit Demoſthenes Or. pro Corona p. 354. C: ἑταῖρον Alexandri vocat Arrianus Expedit. I. 15. in deſcriptione pugnæ ad Granicum: Δημάρατος δὲ ἀνὴρ Κορίνθιος τῶν ἀμφ' αὐτὸν ἑταίρων, δίδωσιν αὐτῷ τὸ αὐτοῦ δόρυ. Eum vere et ex animo Philippi Alexandrique ſtudioſum fuiſſe, apparet ex ejus affectu et dicto Alexandrum videntis ſedentem in ſolio Darii: quod ter memorat Plutarchus: De Fort. Alex. II. p. 329. D: Δημάρατος μὲν οὖν ὁ Κορίνθιος, εἷς τῶν Φιλίππου ξένων καὶ φίλων, ὅτε Ἀλέξανδρον εἶδεν ἐν Σούσοις, περιχαρὴς γενόμενος καὶ δακρύσας, μεγάλης ἔφη χαρᾶς ἐστερῆσθαι τοὺς ἔμπροσθεν τεθνηκότας Ἕλληνας, ὅτι Ἀλέξανδρον οὐκ εἶδον ἐν τῷ Δαρείου θρόνῳ καθήμενον: item in Vita Alexandri p. 687. A. et 696. E.

70. C. Διογένης—διακυβεύσων.] Plutarchus De Exilio p. 606. B: Τί δέ; Διογένης οὐκ εἶχε παῤῥησίαν; ὃς εἰς τὸ τοῦ Φιλίππου στρατόπεδον παρελθὼν, ὁπηνίκα μαχούμενος ἐχώρει τοῖς Ἕλλησι, καὶ πρὸς αὐτὸν ἀναχθεὶς ὡς κατάσκοπος, Νὴ κατάσκοπος, ἔφη, τῆς ἁπλησίας ἀφῖχθαι αὐτῷ καὶ τῆς ἀφροσύνης, ἥκοντος ἐν βραχεῖ χρόνῳ διακυβεῦσαι περὶ τῆς ἡγεμονίας ἅμα καὶ τοῦ σώματος. Ejuſdem facti meminit Epictetus Diſſ. I. 24. p. 122. III. 22. p. 448: ad priorem locum videatur J. Uptonus p. 79. Diogenes Laertius VI. 43. ubi conſulendus eſt Menagius.

Quod pro διακυβεύσων dant T. V. B. Colleg. Nov. Pol. Rodolph. Schott. Jannot. Anon. διακινδυνεύσων, illius eſt interpretatio a deſcriptoribus invecta.

70. D. εἰ διὰ μηδὲν ἄλλο προσεκτέον ἐϛὶν αὐτοῖς, ὅπως γε μὴ θρασεῖς ὦσιν οἱ ἐχθροί·] Videtur ex eodem fonte fluxiſſe, unde illud Juvenalis Sat. IX. 119 :

Vivendum recte, cum propter plurima, tunc his
Præcipue cauſſis, ut linguas mancipiorum
Contemnas. Nam lingua mali pars peſſima ſervi.

70. E. Ὁ δ' ἡμέτερος καθηγητὴς Ἀμμώνιος—τὴν ἐπιτίμησιν.] De Ammonio Plutarchi præceptore alibi dicemus : nunc ejus cognoſcendi ſtudioſos ablegamus ad Jo. Rualdi Vitam Plutarchi, præmiſſam editioni Gr. Latinæ, formæ maximæ, Pariſiis A. 1624. T. I. Cap. VII. J. A. Fabricii Biblioth. Gr. Vol. III. p. 329. et IV. p. 172. Ed. Corſini Vitam Plutarchi præfixam ejus editioni operis ſpurii De Placitis Philoſophorum. Καθηγητὴς honeſtiore nomine dicitur pro διδάσκαλος. Sic Opp. Mor. p. 327. E. Ariſtoteles Alexandri καθηγητής : mox p. 71. C. Ariſtomenes Ptolemæi : 145. B. ἀτὰρ σύ μοι ἐσσὶ καθηγητὴς καὶ φιλόσοφος καὶ διδάσκαλος : 617. E. 717. B. 1069. A. 1100. A. Vita Alexandri p. 667. B. Leonidas Alexandri cognatus idemque ejus educationi præfectus, nomen et habitum pædagogi relinquebat Lyſimacho, ipſe διὰ τὸ ἀξίωμα καὶ τὴν οἰκειότητα τροφεὺς Ἀλεξάνδρῳ καὶ καθηγητὴς καλούμενος. Eadem vis eſt in vocabulis καθηγεμὼν et καθηγεῖσθαί τινος, de quibus alias agemus : et complectitur utrumque officium παιδαγωγοῦ et διδασκάλου, ſed ita ut præfecturam utrius rei et auctoritatem, majoremque dignitatem habeat. Sic *dux* : Cicero Fin. I. 21. *magiſtra ac duce natura.* Verrina V. 21. *dux et magiſter* : et recte Propertio III. 20. 26. *dux Epicure* reſtituit pro *docte Epicure* Jo. Broukhuſius, plura docens de uſu nominis. Δειλινὴ διατριβὴ, *ſchola pomeridiana.* Sic de Ariſtotele Gellius XX. 5 : *huic diſciplinæ, quam dixi* ἀκροατικὴν, *tempus exercendæ dabat in Lyceo matutinum, nec ad eam quemquam temere admittebat, niſi quorum ante ingenium et eruditionis elementa atque in diſcendo ſtudium laboremque exploraſſet : illas vero* ἐξωτερικὰς *auditiones, exer-*

citumque dicendi eodem in loco veſperi faciebat, atque eum δειλινὸν περίπατον *appellabat, illum alterum ſupra* ἑωθινόν: *utroque enim tempore ambulans diſſerebat.* Aliorum hac de differentia annotationes memoravimus in Præceptis Philoſophiæ Logicæ III. 1. 9. Diogenes Laertius in Theophraſti ſcriptis V. 46. recenſet Δειλινῶν, α, β, in quo ſubaudiendum περιπάτων vel διατριβῶν· non memoratum interpretibus nec Fabricio quidem Biblioth. Gr. Vol. II. p. 246. J. Meurſio nominatum in Theophraſto Num. CXVIII. p. 10. at nulla animadverſione explicitum. Et aliis hominibus vulgo pomeridiana ambulatio uſitata: Luciani huc ſpectat Jove Trag. T. II. p. 659: ἐγὼ δὲ, εὐθέπω γὰρ πάνυ ὀψὲ ἦν, ἀνῆλθον εἰς τὸ ἄστυ, ὡς περιπατήσαιμι τὸ δειλινὸν ἐν τῷ Κεραμεικῷ—. Æliani Var. Hiſt. II. 5: ἀκούσαντες οἱ ἔφοροι Λακεδαιμονίων τοὺς Δεκέλειαν καταλαβόντας περιπάτῳ χρῆσθαι δειλινῷ, ἐπέστειλαν αὐτοῖς Μὴ περιπατεῖτε. Ad Græcorum rationem philoſophorum item antemeridianas et pomeridianas ſcholas habere ſolebat Cicero, ſedens aut ambulans: Tuſc. I. 4: *Ponere jubebam, de quo quis audire vellet: ad id aut ſedens aut ambulans diſputabam. Itaque dierum quinque ſcholas, ut Græci appellant, in totidem libros contuli.* II. 3: *Itaque, cum ante meridiem dictioni operam dediſſemus, ſic ut pridie feceramus; poſt meridiem in Academiam deſcendimus—. Eſt igitur ambulantibus ad hunc modum ſermo ille nobis inſtitutus.* Ibid. fin. 26: *Cras igitur ad clepſydram* i. e. (ad declamandum) :—*et illud quidem ante meridiem: hoc eodem tempore:* (i. e. hoc, de philoſophia diſſerere, eodem tempore pomeridiano). III. 3: *Ut enim in Academiam noſtram deſcendimus, inclinato jam in poſtmeridianum tempus die, popoſci aliquem eorum, qui aderant, cauſſam diſſerendi.* IV. 4. V. 4. Leg. II. 1. De Or. I. 7. II. in fine. III. 5. 30: —*non eſt paucorum libellorum hoc munus —neque Tuſculani, atque hujus ambulationis antemeridianæ aut noſtræ pomeridianæ ſeſſionis.* Hoc ſatis eſt ad vindicandam vulgatam lectionem commendandamque præ altera ἐν Δελφοῖς διατριβῇ: quamquam et ibi cum diſcipulis diſſeruit Ammonius v. c. in libris De EI apud Delphos, et De Defectu Oraculorum. Juſſit igitur Ammonius libertum

ſuum, uni e ſuis ſervis (ἰδίῳ παιδὶ) verbera ingerere: hoc enim per libertum fieri ſolebat: veluti ex Polluce colligitur IV. 149. Hic igitur ſervus puniebatur eo nomine, quod in prandio adhiberet acetum, nec vellet poſſetve jam ſine aceto prandere: hoc enim per ſe ſolum ab Atticis condimenti inſtar habebatur: ut eſt apud Athenæum II. p. 67. C. Denique ἐπειπὼν animadvertendæ eſt notionis, *cauſſam præterea ſignificans*. Sic Opp. Mor. p. 208. C. 1044. C. Vit. 310. C. 460. F. 651. F. 771. F.

70. E. τὸ τοῦ Πλάτωνος—εἰπών;] Venuſti acuminis narratiuncula, ſumta ex aliquo deperdito vel Socratico vel ſcriptore de Socraticis. Interpretes, quod ſciam, omnes ἐπὶ ταῖς τραπέζαις reddiderunt, quaſi ſignificaret *in convivio, in cœna*: perperam. Nam Plutarcho quidem hoc ſenſu dicitur numero ſingulari ἐπὶ τῇ τραπέζῃ: et ἡ τράπεζα, de *communione cibi et potus in eadem menſa*: certe, ubi de ſingulari re ſermo eſt v. c. Opp. Mor. p. 61. C. 68. D. 99. E. 124. B. 128. B. 132. E. 133. A, B. 149. F. 158. C. E. 697. D. 707. C. 712. F. 816. B. 991. D. 997. C. Pluralis uſurpatur vel de convivio et cœna, *menſæ primæ, ſecundæ, apponuntur, tolluntur*, vel ubi omnino plures ſignificandæ ſunt. Hic quidem ἐπὶ ταῖς τραπέζαις eſt *ad menſas tabernariorum, opificum, nummulariorum*, ad quas Socrates accedere ſolebat, ut cum iis eoſque circumſtantibus hominibus diſſereret. Plato Apolog. Socr. p. 358. F: ἐὰν δὲ διὰ τῶν αὐτῶν λόγων ἀκούητέ με ἀπολογουμένου δι' ὧνπερ εἴωθα λέγειν καὶ ἐν ἀγορᾷ καὶ ἐπὶ τῶν τραπεζῶν, ἵνα ὑμῶν οἱ πολλοὶ ἀκηκόασι, καὶ ἄλλοθι, μήτε θαυμάζειν, μήτε θορυβεῖν τούτου ἕνεκα: ibi et Hippiam audivit diſſerentem, ut narrat in Euthydemo p. 231. G: ἐγώ ποτέ σου ἤκουον μεγαλαυχουμένου πολλὴν σοφίαν καὶ ζηλῶ τὴν σαυτοῦ, διεξιόντος ἐν ἀγορᾷ ἐπὶ ταῖς τραπέζαις. Dion Chryſ. Or. p. 557. C: ἦν δὲ τἄλλα τῷ τρόπῳ κοινὸς καὶ φιλάνθρωπος ὁ Σωκράτης, καὶ παρεῖχεν αὑτὸν τοῖς βουλομένοις προσεῖναι καὶ διαλέγεσθαι· περί τε τὴν ἀγορὰν τὰ πολλὰ διατρίβων, καὶ εἰς τὰς παλαίστρας εἰσιὼν, καὶ πρὸς ταῖς τραπέζαις καθεζόμενος. Ariſtides Orat. Plat. II. T. II. p. 134: Οὐδὲ γὰρ Σωκράτη φαίην ἂν ἔγωγε, ὡς ἐποίησεν Ἀθηναίους λαλὰς καὶ φιλονείκους, ὅτι πλεῖσα Ἀθηναίων ἐπὶ τῶν τραπεζῶν καὶ τῶν ἐργαστηρίων διελέγετο καὶ πρὸς

ἀγοὺς καὶ πρὸς ξένους. Themistius Or. XXVI. p. 318. B: αὐθάδη μὲν ταῦτα Σωκράτους· αὐθαδέστερον δ' ἔτι μᾶλλον, ὅτι τὰς λόγους τούτους οὐκ ἐν ἀπορρήτῳ ἐποιεῖτο, οὐδὲ πρὸς μόνους τοὺς μαθητὰς ἀλλὰ πρὸς πάντας ἀνθρώπους ὥς που αὐτός φησιν ἐκκεχυμένως (Euthyphr. p. 48. E.) καὶ ἐπὶ τῶν τραπεζῶν καὶ ἐν τοῖς ἐργαστηρίοις καὶ ἐν ταῖς παλαίστραις. Hæ in foro mensæ memorantur et Theophrasto Charact. V. καὶ τῆς μὲν ἀγορᾶς πρὸς τὰς τραπέζας προσφοιτᾷν. Romæ Plutarchus Bruto p. 993. C. Cæsare 740. C. Antonio 922. B. Et alibi ab aliis factitatum, ab Euphrate Sophista, quem hoc nomine reprehendit Apollonius ut ad mensas et differentem et fœnerantem apud Philostratum VIII. 11. p. 344. καπὶ τῶν τραπεζῶν ἤδη διαλέγεταί κάπηλος, ὑποκάπηλος, τελώνης, ὀβολοστάτης, πάντα γιγνόμενος τὰ πωλούμενά τε καὶ πωλοῦντα. Cæterum in Socratis responso est tempestivæ repetitionis aculeus: qualis fere in illo Plauti Pœnulo I. 2. 50. *A.* —*tace.* *M. Taceo.* *A. Si tacuisses, jam istud, taceo, non natum foret.*

70. F. Πυθαγόρας—] Singularis hæc est mentio hujus facti. Pythagoricorum in reprehendendis monendisque junioribus cautionem laudat Jamblichus Vit. Pythag. §. 101. M. Antoninus eamdem cautionem præcipit XI. 18: δεῖ δὲ μήτε εἰρωνικῶς αὐτὸ (τὸ παραινεῖν) ποιεῖν, μήτε ὀνειδιστικῶς, ἀλλὰ φιλοστόργως καὶ ἀδήκτως τῇ ψυχῇ· καὶ μὴ ὡς ἐν σχολῇ, μηδὲ ἵνα ἄλλος παρασὰς θαυμάσῃ· ἀλλ' ἀεί τοι πρὸς μόνον, καὶ ἐὰν ἄλλοι τινὲς περιεστήκωσι: ubi videatur Th. Gatakerus. Quædam ad hanc rem notavimus supra p. 10. C.

p. 71. A. μὴ πανηγυρικὴν] Vide animadversionem ad p. 6. A.

71. A. ἐνευδοκιμεῖν—ὥσπερ οἱ χειρουργοῦντες ἐν τοῖς θεάτροις ἰατροὶ πρὸς ἐργολαβίαν] Notavimus quædam ad p. 67. E, F. At publice etiam principes medicorum et differendo et factitando artem ostendebant: veluti Galenus, quod narrat De Suis Libris T. I. p. 37. C. 39. C. E. 40. A. Sic peritorum et vanorum differentiam medicorum notat Dion Chrys. Or. XXXIII. p. 395. D: ἡ μὲν οὖν τοιάδε ἀκρόασις θεωρία τις οὖσα καὶ πομπὴ παραπλήσιον ἔχει τι ταῖς ἐπιδείξεσι τῶν καλουμένων ἰατρῶν, οἱ προκαθίζοντες ἐν τῷ μέσῳ, ξυμβολὰς ἄρθρων, καὶ ὀστέων συνθέσεις καὶ παραθέσεις καὶ τοιαῦθ' ἕτερα ἐπεξίασι,

πόρους καὶ πνεύματα καὶ διηθήσεις· οἱ δὲ πολλοὶ κεχήνασι καὶ κεκήληνται τῶν παιδίων μᾶλλον· ὁ δὲ ἀληθὴς ἰατρὸς οὐκ ἔστι τοιοῦτος, οὐδὲ οὕτως διαλέγεται τοῖς ὄντως δεομένοις—. Est vero etiam ἐνευδοκιμεῖν elegans verbum. Demosthenes Or. Pro Corona p. 341. C: ὅτῳ τὰ τῶν Ἑλλήνων ἀτυχήματα ἐνευδοκιμεῖν ἀπέκειτο, ἀπολωλέναι μᾶλλον οὗτός ἐστι δίκαιος ἢ κατηγορεῖν ἑτέρου. Plutarchus loco gemino De Sui Laude p. 547. A: ἀνιαροῦ γὰρ ὄντος ἄλλως καὶ μόλις ἀνεκτοῦ τοῦ τῶν πλησίον ἐλέγχου, καὶ δεομένου πολλῆς εὐλαβείας, ὁ μιγνύων ἔπαινον ἴδιον ἀλλοτρίῳ ψόγῳ, καὶ δι' ἀδοξίας ἑτέρου δόξαν αὑτῷ θηρώμενος, ἐπαχθὴς πανταπασι καὶ φορτικός ἐστιν, ὡς ἐνευδοκιμεῖν ἀφημονοῦσιν ἄλλοις βουλόμενος. Lucianus De Domo T. III. p. 190. τίς—οὐκ ἂν ἐπιθυμήσειε λόγου ἐν αὐτῷ (τῷ οἴκῳ) διαθέσθαι—καὶ ἐνευδοκιμῆσαι καὶ ἐλλαμπρύνεσθαι—. Ælianus Var. Hist. VIII. 12: forte ex illo Demosthenis loco verbum fuscepit: ἐκπεσόντος Δημοσθένους ἐν Μακεδονίᾳ, Αἰσχίνης δὲ ὁ Ἀτρομήτου ὁ Κοθωκίδης καὶ ἐνευδοκίμει τοῖς Μακεδόσι, καὶ πάμπολυ περιῆν τῶν πρεσβέων τῷ φρονήματι. Denique illud ἐργολαβία, *opus faciendum mercede fuscipere*, in contemtu objicitur Sophistis ac Philosophis v. c. Isocrates Or. Ad Philippum p. 150: τοὺς δὲ (λόγους) πρὸς ἐπίδειξιν καὶ πρὸς ἐργολαβίαν γεγράφθαι. Æschinis Or. De Falsa Legat. p. 261. C: σοφιστοῦ τὰ τοιαῦτα νομίζων ἐργολαβοῦντος ἐγκώμια εἶναι. Alciphron Epist. I. 34: III. 55. Cæterum, notentur saltem loci Plutarchei: sic igitur Opp. Mor. p. 498. E. 809. A. Vit. 347. A. 481. A. 565. C. ἐργόλαβος Vit. p. 169. A. 837. E. 840. B. ἐργολαβεῖν Opp. Mor. p. 525. C. Vit. 160. A.

71. A. νοθευόμενος ἔρως μᾶλλον πιέζει κατ' Εὐριπίδην,] Fragmentum ex Sthenebœa apud Musgrav. T. III. p. 587: de quo et Valckenarius notavit ad Hippolytum, versu 444. Imitatur Menander ap. Stob. Gesneri p. 400. Grotii p. 265. Clerici p. 18. —φύσει γάρ ἐς' ἔρως τῶ νοθευθέντος κωφόν.

71. A. ἀλλ' ἐὰν νοθευτῇ τις—καθίσησιν] Qui alterum, præsentibus aliis, immoderate neque ei parcens reprehendit, hic ejus morbum et affectum non expellit, sed compellit ad impudentiam. Hanc sententiam attigi in Oratione de vi et efficacia Historiæ ad studium Virtutis p. 38. Pertinet huc Epicteti effatum p. 777: Τὸν νοθευόντα δεῖ, πρῶτον

τῆς τῶν νεθετημένων αἰδῆς τε καὶ φήμης ἐπιμελεῖσθαι· οἱ γὰρ ἀπερυθριάσαντες ἀδιόρθωτοι.

71. B. ὁ Πλάτων] Leg. V. p. 605. C: notavimus p. 14. C.

71. B. δυσωπημένη παῤῥησία δυσωπεῖ] De hujus verbi noniſque uſu dicemus ad Plutarchi librum περὶ δυσωπίας. Colleg. Nov. pro δυσωπημένη habet αἰσχυνομένη.

71. B. ὑπερείπει] *Subruit, fundamenta ſubducit.* Subinde in ὑπερείδει mutatum. Loci Plutarchei, ubi vel legitur, vel legendum eſt, ſunt hi: Opp. Mor. p. 341. C. 379. E. 446. A. Vitarum p. 173. A. 185. C. 658. F. 953. D. 987. C. 1067. D. Hoc loco ὑπερείπει jam ſuaſit Waſſius ad Thucydid. I. 70.

71. B. τὸν αἰδούμενον] Quod alii codices habent τὸ αἰδούμενον, eſt ex elegantiore uſu Neutrius pro reliquis Generibus, frequente in primis Thucydidi, nec Plutarcho infrequente: veluti Opp. Mor. p. 160. D. 556. B. 956. B. 1025. D. Vit. 537. D. Conferatur annotatio ad p. 160. D.

71. B. Ἄγχι χὼν κεφαλὴν—] Odyſſ. Λ. 157. Δ. 70. P. 592.

71. C. Κλεῖτος—Ἀλέξανδρον] Plutarchus Alexandro p. 693. C. ſeq. Arrianus VIII. 9: alii multi. Baſ. et Xyl. Κλεῖτον, rectius.

71. C. Ἀριστομένης ὁ Πτολεμαίου καθηγητὴς—] Ex Polybio ſumtum videtur, qui priora quædam ejus facta, et operam, qua Ptolemæum a Scopæ inſidiis liberavit, attigit: XV. 29. XVII. 35: indidem viri exitum refert Diodorus Siculus Excerpt. de Virt. et Vit. T. II. p. 573: Ὅτι Πτολεμαῖος ὁ τῆς Αἰγύπτου βασιλεὺς μέχρι μέν τινος ἐπῃνεῖτο· Ἀριστομένη δὲ τὸν ἐπίτροπον αὐτοῦ γεγεννημένον, καὶ πάντα καλῶς διῳκηκότα, τὴν μὲν ἀρχὴν ἠγάπα καθάπερει πατέρα, καὶ πάντα ἔπρατ[ε]ν ἀπὸ τῆς ἐκείνου γνώμης· μετὰ δὲ ταῦτα ὑπὸ τῶν κολακευόντων διαφθαρεὶς τὴν ψυχὴν, τόν τε Ἀριστομένη παῤῥησιαζόμενον ἐμίσησε, κ᾽ τέλος συνηνάγκασεν αὐτὸν πιόντα κώνειον τελευτῆσαι· ubi H. Valeſius hoc Plutarchi teſtimonium non neglexit. Fuit hic Ptolemæus V. Epiphanes, ad cujus annum XIX. hoc factum ac Diodori mentionem retulit J. Vaillant. Hiſt. Ptolemæorum p. 83.

71. C. κατηνέχθης] *in ſomnum delatus, delapſus es.* Conſol. ad Apollon. p. 107. E: Διογένης κατενεχθεὶς εἰς ὕπνον. De Sanit. p. 134. A: τὴν διάνοιαν μὴ καταφερόμενος μηδὲ ἀργῶν εὐθύς. Catone Min. p. 793. E: μικρὸν αὖθις κατηνέχθη πρὸς ὕπνον. Inde καταφορὰ, *ſomnus:* Aud. Poet. p. 15. F. Æmil. Paul. p. 275. A. Antonio p. 949. E.

71. D. Ἀριſοφάνης δὲ καὶ τὸν Κλέωνα—] Quod in emendatione poſui, *legendum* τῷ Κλέωνι, non erat opus: quamquam ita corrigere voluiſſe videntur ac reddiderunt Xylander et Cruſerius: at recte vulgatam expreſſerunt Eraſmus et Amyotus, quorum uterque ſequentia, ἡ παροξύνει τοὺς Ἀθηναίους, Ariſtophani tribuit, ſed diverſo modo: ille, ut verſum ipſius: hic, ut Plutarchi dictionem: forte hic rectius, ſed tum legere debebat παροξύνειν. Nam Cleon Ariſtophanem reprehenderat, quod præſentibus peregrinis male loqueretur de civitate. Pertinet hoc ad Acharn. 501: Οὐ γάρ με καὶ νῦν διαβαλεῖ Κλέων, ὅτι Ξένων παρόντων τὴν πόλιν κακῶς λέγω. Incertus Auctor Vitæ Ariſtophanis p. XIV. 1: διήχθρευσε δὲ αὐτῷ (τῷ Κλέωνι) ὁ Ἀριſοφάνης, ἐπειδὴ ξενίας γραφὴν κατ' αὐτοῦ ἔθετο, καὶ ὅτι ἐν δράματι αὐτοῦ Βαβυλωνίοις διέβαλε τῶν Ἀθηναίων τὰς κληρωτὰς ἀρχὰς παρόντων ξένων: quæ verba ut cum re et facto conveniant, ita ſunt ſupplenda —ἔθετο, καὶ ὅτι αὐτὸν διέβαλε, ὅτι ἐν δράματι αὐτοῦ Βαβυλωνίοις κακῶς ἔλεγε τῶν Ἀθηναίων τ. κ. α. π. ξ. Scholion ad illum verſum Acharn. 502: Διὰ τὸ ἐν τοῖς Βαβυλωνίοις πολλῶν παρόντων ξένων εἰρηκέναι κατὰ πολλῶν τὸν Ἀριſοφάνην· διὸ καὶ κατηγορήθη ὑπὸ τοῦ Κλέωνος· corrigendum εἰρηκέναι κακὰ πολλὰς τὸν Ἀριſοφάνην. Conferendum etiam plenius Scholion ad verſum 377. et Sam. Petitus Miſcell. I. 3. p. 16. Eamdem Comici dictionem ſignificavit Ariſtides T. II. p. 417: εἰ δ' ἀνέξεσθε ἀληθῆ λέγοντος, οὐ πάνυ μέμψεως ἄξιος ἡγήσομαι φανήσεσθαι· πάντως δὲ οὔτε παρρησία τοσαύτη ξένων, ἐν οἷς ἐξελεγχόμενοι δυσχερῶς οἴσεσθε· λέγω γὰρ οὖν ὡς πρὸς παρόντας τοὺς ἄνδρας· ἀλλ' ἐν ἐλάττοσιν ἢ ἐπὶ Ληναίῳ τὰ τῆς παῤῥησίας ἔσαι. Plena eſt prudentiæ et veritatis reprehenſio, quam populo Athenienſi adhibet Iſocrates Or. De Pace p. 280: Ἐγὼ δ' οἶδα μὲν ὅτι προσαντές ἐστιν, ἐναντιοῦσθαι ταῖς ὑμετέραις διανοίαις· καὶ ὅτι δημοκρατίας οὖ-

σης οὐκ ἔστι παῤῥησία πλὴν ἐνθάδε μὲν τοῖς ἀφρονεστάτοις καὶ μηδὲν ὑμῶν φροντίζουσιν· ἐν δὲ τῷ θεάτρῳ τοῖς κωμῳδοδιδασκάλοις· ὃ καὶ πάντων ἐστὶ δεινότατον, ὅτι τοῖς μὲν ἐκφέρουσιν εἰς τοὺς ἄλλους Ἕλληνας τὰ τῆς πόλεως ἁμαρτήματα τοσαύτην ἔχετε χάριν, ὅσην οὐδὲ τοῖς εὖ ποιοῦσι· πρὸς δὲ τοὺς ἐπιπλήττοντας καὶ νουθετοῦντας ὑμᾶς οὕτω διατίθεσθε, ὥσπερ τοὺς κακόν τι τὴν πόλιν ἐργαζομένους. Igitur Comici poetæ quamvis civitatem præsentibus peregrinis traducentes et ad publicam Græciæ cognitionem proferentes, tamen gratiosi erant apud Athenienses, neque illud quidem Cleonis adversus Aristophanem crimen quidquam eos movere poterat. Ad idem præceptum admonitionis peccanti adhibendæ pertinet sententia Cleobuli, ex Demetrii Phalerei Septem Sapientum Apophthegmatibus, apud Stobæum S. III. p. 45: γυναικὶ μὴ μάχεσθαι, μηδὲ ἄγαν φρονεῖν, ἀλλοτρίων πατρόντων· τὸ μὲν γάρ ἐστι χέρηον, τὸ δὲ μανίαν δύνασθαι παρέχειν. Grotius suo exemplo has lectiones adscripsit ex duobus codicibus Parisiensibus: Cod. A. σωφρονίζειν pro φρονεῖν: et χ' ἕγιον pro χέρηον: illud quidem mendosum, hoc in scriptione ad communem formam composita suspectum: ultimam partem Cod N. ita habet, τὸ μὲν γὰρ ἄνοιαν, τὸ δὲ μανίαν δύνασθαι παρέχειν. Schowius ex libris suis annotavit φιλοφρονεῖσθαι pro φρονεῖν: pro ultima parte, τὸ μὲν γὰρ ἄνοιαν, τὸ δὲ μανίαν σημαίνει. Unde probabilis lectio exstitit hæc: γυναικὶ μὴ μάχεσθαι, μηδὲ φιλοφρονεῖσθαι, ἀλλοτρίων πατρόντων· τὸ μὲν γὰρ ἄνοιαν, τὸ δὲ μανίαν, δύνασθαι.

71. D. τὸ μὴ παρεπιδείκνυσθαι μηδὲ δημαγωγεῖν—βουλομένους] Leniſſime orationem constituas mutando τὸ in τές: *debent hoc, quod dixi, cum aliis dictis præceptis, cavere illi, qui admonitionem utiliter et salutariter, non ad ostentationem et captandam popularem auram, aliis adhibere volunt.* Vidisse videtur et Cruserius. De verbo παρεπιδείκνυσθαι diximus ad p. 43. D: de δημαγωγεῖν p. 26. C.

71. D. ὁ Θουκυδίδης] I. 70: Καὶ ἅμα, εἴπερ τινὲς καὶ ἄλλοι, νομίζομεν ἄξιοι εἶναι τοῖς πέλας ψόγον ἐπενεγκεῖν.

71. E. Λύσανδρος—] Apophth. p. 190. E. Μεγαρέως δὲ ἀνδρὸς ἐν κοινῷ συλλόγῳ παῤῥησίᾳ χρησαμένου πρὸς αὐτὸν, Οἱ λόγοι σου, εἶπε, πόλεως δέονται: iisdem verbis repetitur in Apo-

phthegm. Lacon. p. 229. C. Sumtum ex Vita Lyſandri p. 445. D. Ageſilao tribuitur Apophth. Lacon. p. 212. E: Μεγαρέως δέ τινος περὶ τῆς πόλεως πρὸς αὐτὸν μεγαλαυχημένου, Μειράκιον, ἔφη, οἱ λόγοι σου πολλῆς δυνάμεως δέονται. Signiſicavit Syneſius De Regno p. 2. D: οἱ λόγοι δὲ οὐδὲ νῦν τι δέονται πόλεως, ὥστε ἐλευθεροσομῆσαι καὶ βασιλέα θαρρῆσαι. Themiſtius Or. XXVII. p. 334. C: ἀνδρὶ μὲν γὰρ, οἶμαι, πολιτικῷ δεῖ γενέσθαι πρῶτον, κατὰ τὸν ποιητὴν, τὴν πόλιν εὐδόκιμον· οἱ λόγοι δὲ οὐδὲν δέονται πατρίδος ἐνδόξου: poeta ille eſt ſive Euripides, ſive alius, ut inquit Plutarchus in Demoſthene initio, et nos monuimus in Biblioth. Crit. Vol. III. Part. II. p. 82.

71. E. ἤθους] Vide ad p. 66. B.

71. E. νοθετεῖν τῷ βίῳ τὸν Σπεύσιππον] Ante Stephanum et Xylandrum legebatur τὸν βίον male: in Ald. Baſ. quibuſcum conſentiunt E. C. Moſc. 1. 2. Harl. margo Voſſ. T. at plane omittit Colleg. Nov. ejus loco τῷ θείῳ præbent T. V. B. Anon. Cæteri τῷ βίῳ. Sumtum e perdito quodam ſcriptore de vita Platonis, relatum Plutarcho etiam De Fratern. Am. p. 491. F. Elegans eſt comparatio βίου et λόγου, ut alibi. v. c. Adv. Stoic. p. 1033. B: δεῖ τὸν βίον τοῦ φιλοσόφου τῷ λόγῳ σύμφωνον εἶναι. 1070. A. Philo Jud. De Propæd. p. 432. A, B. Speuſippum avunculo Platoni non parem fuiſſe animi magnitudine, et morum gravitate, Veteres ſubinde notarunt: de quo videatur Diogenes Laertius IV. 1. 2. ejuſque interpretes.

71. E. Πολέμωνα Ξενοκράτης—] Res a multis celebrata, Diogene Laertio IV. 16. aliiſque citatis in notis interpretum, præſertim Menagii. Epicteto Diſſert. III. 1. p. 348: Τινά ποτ' ἀκούω Πολέμωνα ἐξ ἀκολαστοτάτου νεανίσκου τοσαύτην μεταβολὴν μεταβαλεῖν: ubi alia adfert J. Uptonus. Origenes Adv. Celſum III. p. 492. A: τίς δὲ τὸν μετὰ αὐλητρίδος καὶ κωμαστῶν τῶν συνασωτευομένων εἰσβαλόντα εἰς τὴν τοῦ σεμνοτάτου Ξενοκράτους διατριβὴν, ἵν' ἐνυβρίσῃ ἄνδρα, ὃν καὶ οἱ ἑταῖροι ἐθαύμαζον, οὐ φήσει πάντων μιαρώταλον εἶναι ἀνθρώπων· quo loco, ante hæc ſex luſtra in Epiſtola Critica ad Ruhnkenium p. 61. corrigendum ſcribebam ἐχθροὶ pro ἑταῖροι: quod nunc minus neceſſarium videtur, modo legatur ἐκεῖ pro καί.

71. F. Ἄλλων ἰατρὸς—] Aliquoties in Opp. Mor. citat Plutarchus: veluti p. 88. C. 481. A. 1110. E. Suidas Euripidi tribuit voc. Εὐριπίδειον ἔπος·—ἔφη Εὐριπίδης, Ἄλλων ἰατρὸς, αὐτὸς ἕλκεσιν βρύων. In Metricis Proverbiis A. Schotti exſtat, 445. nulla ſub auctoritate. Notavit et Valckenarius Diatrib. in Fragm. p. 245. Inter Fragmenta Incerta relatum edit. Muſgr. CXI. Adhibuit quoque Gregorius Nazianzenus Orat. Stelit. I. p. 7. B: τῆς παροιμίας μὴ πόῤῥω ϑέωμεν, ἄλλως ἰατρεύειν ἐπιχειροῦντες, αὐτοὶ βρύοντες ἕλκεσι.

71. F. συμπεριλαμβάνων] Vide ad p. 14. C.

71. F. ἀμηγέπη] Timæus Gloſſ. Plat. p. 29. Ἀμηγέπη· ἐνί γε τρόπῳ· ἢ ὁπωσοῦν: ubi copioſe differit Ruhnkenius. Frequens eſt Plutarchus in altera forma, eaque minus Attica, uſurpanda ἄμως γέ πως, vel ἀμωσγέπως: hanc, quod ſciam, ſemel præterea habet, p. 44. F.

71. F. ἐν ᾧ λέλεκται καὶ τὸ—] D. ἐφ' ᾧ, magis ad conſuetudinis normam. Latinis quidem hoc uſu dicitur *in quo* pro *de quo*: v. c. Cicero Attic. VI. 1. p. 579: *ſed alter, uti dixit Iſocrates in Ephoro et Theopompo, frenis eget, alter calcaribus:* plura dant G. Cortius ad Salluſt. Jugurth. LI. 15. J. M. Heuſingerus ad Nepotis Eumen. XIII. 2. H. Turſellinus Particul. L. L. p. 333. Apud Plutarchum quidem non memini niſi ſemel legere Sympoſ. II. p. 638. B: ἀπολαύειν τὰ νεώτερα πράγματα κειμένων ἐν τοῖς παλαιοτέροις ὀνομάτων, *res novitiæ fruuntur nominibus, quæ impoſita ſunt rebus antiquioribus*, pro ἐπὶ τοῖς, prouti fortaſſe legendum eſt; ſiquidem ita omnes fere paginæ præbent: ex multis pauca dabimus, quæ ipſa multa erunt. Sic igitur Opp. Mor. p. 51. E. 70. B. 84. F. 129. D. 146. B. 684. E. 736. A. 738. B. 1111. F. Vitar. p. 53. A. 101. F. 133. B. 155. E. 156. B. 620. A. 674. B. 695. C. 750. C. 855. C. Plato Parmenid. p. 63. E, F.

71. F. Τυδείδη, τί παθόντε—] Iliad. Λ. 313. Supra p. 29. C.

p. 72. A. —νῦν δ' οὐδ' ἑνὸς ἄξιοι εἰμὲν Ἕκτορος] Iliad. Θ. 234: quod imitatus eſt Julianus Imp. in Cæſaribus p. 316. C. ut notavimus Epiſtolæ Criticæ p. 29: et Dion Chryſ. Or. LXXVIII. p. 658. A: τοὺς δὲ αὐτοὺς τούτους, ἑνὸς ἀνδρώ-

που κατατρέχοντος ϗ διώκοντος, προτροπάδην φεύγοντας ξύμπαντας, οὐ φαινομένους ἐκείνους ἀξίους· legendum ἑνὸς ἀξίους.

72. B. οὐχ ἁπλῶς·] Recte Xylander reddit *haud abs re*, et Cruſerius *haud temere*, Amyotus *non ſine cauſſa*. Sæpe et plerumque in bonam partem accipitur, hic non item. Sic Dion Chryſ. Or. VII. p. 129. C: παρ' οἷς ἂν καὶ τὰ περὶ τὰς κόρας οὕτως ἁπλῶς ἔχῃ, τί χρὴ προσδοκᾶν τοὺς κόρους: *apud quos negotium puellarum ita temere habetur ac negligitur, quid ſperandum eſt de pueris?* Reiſkius malit ἀμελῶς: perperam: ſic Or. LII. p. 551. A: ἥ τε τοῦ Εὐριπίδου σύνεσις καὶ περὶ πάντα ἐπιμέλεια, ὥστε μήτε ἀπίθανόν τι καὶ παρημελημένον ἐᾶσαι, μήτε ἁπλῶς τοῖς πράγμασι χρῆσθαι. Orat. XXXV. p. 429. C: ἐγὼ μὲν γὰρ ἁπλῶς πέφυκα καὶ φαύλως διαλέγεσθαι, *ſine arte ac meditatione*. LXI. p. 581. D: τί γὰρ ἐκ τῶν γινομένων περὶ αὐτὴν οὐκ ἄν τις συμβάλοι τὴν διάνοιαν, μὴ πάνυ ἁπλῶς μηδὲ εὐήθως σκοπῶν: *quid vero? ex ipſis factis, quæ Chryſeidi obtigerunt, nonne quis de ejus animo conjecturam facere poſſit, qui quidem non omnino negligenter et inepte rem conſideret*. Porphyrius De Abſtin. IV. 54: ταῦτα οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ πλήρους οὔσης τῆς ἱστορίας λέγομεν: *hæc dicimus non temere ac ſine documento, ſed ab hiſtoria plena exemplorum profecti*. Sopater Proleg. in Ariſtidem p. 4. Ed. Jebb. ἁπλῶς ϗ μάτην λέγουσιν οἱ τοῦτο λέγοντες, *qui hoc dicunt, falſo ac temere dicunt*. Maximus apud Euſeb. Præp. Evang. VII. p. 342. D: προσῆκε γὰρ ὡς ἀληθῶς ἕκαστον τῶν φιλομαθῶν, μὴ ἁπλῶς καὶ ὡς ἔτυχε συγκατατίθεσθαι τοῖς λεγομένοις, ἀλλ' ἀκριβῆ ποιεῖσθαι τὴν ἐξέτασιν τὴν λόγων: *oportebat enim unumquemque doctrinæ ſtudioſum non temere et fortuito aſſentiri dictis, ſed rationum diſquiſitionem accuratam facere*. Iſocrates Panegyrico p. 75: Ὅστις οὖν οἴεται τοὺς ἄλλους κοινῇ πράξειν ἀγαθὸν, πρὶν ἂν τοὺς προεστῶτας αὐτῶν διαλλάξῃ, λίαν ἁπλῶς ἔχει καὶ πόρρω τῶν πραγμάτων ἐστίν: *Quiſquis igitur putat, reliquis Græcis bene fore, anteaquam eorum principes Athenienſes et Lacedæmonios reconciliaverit: is et valde imperitus eſt, et procul a rerum uſu ac veritate abeſt*. Euphemiſmus inde ortus, quod ſimplicitas, niſi conjuncta ſit cum rerum uſu ac ſcientia, ad *temere* judicandum inducit: veluti aliis hominum moribus minus probandis tamen probabilia no-

mina ponuntur, veluti fatuo ac ſtulto, εὐήθης, γλυκὺς, ἡδὺς, χρηστὸς, ἀγαθὸς, θαυμάσιος, δαιμόνιος, alia: quorum partim notavit Ruhnkenius ad Timæum Gloſſ. Plat. p. 131. ſeq.

72. B. ἠθικῶς] Vide ad p. 27. E. 66. B.

72. B. ὁμοιοπαθεῖν] Sæpe, ut hoc loco, ita alibi et in aliorum ſcriptis, permutatum cum ὁμοπαθεῖν, ut ejuſdem formæ vocabula, ὁμόβιος et ὁμοιόβιος, ὁμογενὴς et ὁμοιογενὴς, multaque alia: in quam permutationem pronus fuit lapſus exſcribentibus, cum propter ipſam ſimilitudinem vocabulorum, tum quod ipſis, quippe hominibus ævi eccleſiaſtici, aures adhuc perſonarent jactata illa diſtinctione nominum ὁμοούσιος et ὁμοιούσιος. Sed quomodo differant hujus loci verba, in promtu eſt attendenti: ὁμοιοπαθεῖν, eſt *ſimiliter affici, iiſdem affectibus præditum eſſe*, idque huic loco magis convenit, quam ὁμοπαθεῖν, quod eſt, *ſimul et eodem modo, atque alium, affici*. Illud alibi apud Plutarchum non legitur: at cognata nomina: ὁμοιοπαθὴς, Opp. Mor. p. 51. E. 433. D. 626. C. 807. C: ὁμοιοπάθεια, 51. B. 53. F. 1006. B. 1117. B: eſt tamen apud Ariſtotelem Ethic. Nicom. I. 5: διὰ τὸ πολλὰς ἐν ταῖς ἀρχαῖς ὁμοιοπαθεῖν Σαρδαναπάλῳ: Sextum Empir. Adv. Mathem. VII. 302: δώσομεν τὸ ὁμοιοπαθεῖν τὴν ὅρασιν ἐκείνῃ· *concedemus, viſum ſimiliter affici atque auditum*. Alterum aliquoties legitur in Plutarcho: v. c. Opp. Mor. p. 96. D. in eodem argumento amicitiæ: τὰ ἄλογα τὰς μίξεις πρὸς τὰ ἀνόμοια ποιεῖται μετὰ βίας ἀναγκαζόμενα, καὶ ὀκλάζει καὶ ἀγανακτεῖ φεύγοντα ἀπ' ἀλλήλων, τοῖς δὲ συγγένεσι καὶ οἰκείοις ὁμοπαθεῖ κεραννύμενα καὶ προσίεται τὴν κοινωνίαν λείως καὶ μετ' εὐμενείας—· ubi non ineptum ὁμοιοπαθεῖ videatur, et tale quid voluit ſcriptor codicis C. qui vitioſum quamvis dat ὁμοπαθῆ. Subinde ejuſmodi eſt ſententia, ut vix definias, utrum ei verborum magis congruat: alia ſunt exempla p. 661. C. 737. E. Galba 1053. B: ὁ δὲ Πλάτων οὐδὲν ἔργον ὁρῶν ἄρχοντος ἀγαθοῦ καὶ στρατηγοῦ στρατιᾶς μὴ σωφρονούσης μηδὲ ὁμοπαθούσης· i. e. *exercitus, qui non conſpirat, conſentit, duci: non eodem modo afficitur atque ille*. Jamblichus Vit. Pythag. §. 167: ἀρχὴ τοίνυν ἐστὶ δικαιοσύνης μὲν τὸ κοινὸν καὶ ἴσον καὶ ἐγγυτάτω ἑνὸς σώματος καὶ μιᾶς ψυχῆς ὁμοπαθεῖν πάντας, καὶ ἐπὶ τὸ αὐτὸ (lege

τῷ αὐτῷ vel τοῦ αὐτοῦ) τὸ ἐμὸν φθέγξεσθαι καὶ τὸ ἀλλότριον. Verbum eſt in Plutarchi Opp. Mor. p. 96. E. Vit. p. 203. B. συνομοπαθεῖν. Adjectivum ὁμοπαθὴς habet Plutarchus Opp. Mor. p. 96. D. 491. A. 708. D. 921. D. Ariſtoteles Problem. V. 22. Cognatum eſt verbum συμπαθεῖν, et ſæpe promiſcue uſurpatum, ut alia ejuſdem compoſitionis, veluti ὁμοσκηνέω et συσκηνέω, et cætera: quamquam differunt et ratione differentiæ ipſarum præpoſitionum ὁμοῦ et σὺν, et uſu accurate loquentium. Et primum quidem in ὁμοῦ major eſt vis conjunctionis, eſt *ſimul pariter, eodem loco et tempore, eademque cauſſa*: σὺν, *cum*, nude habet *ſocietatem actionis, paſſionis, loci*. Ergo in his verbis hanc differentiam obſervavimus: ὁμοπαθεῖν dicitur de propinquis et conjunctis, illud etiam de remotis ac disjunctis: hoc de multis, illud etiam de paucis: in hoc una eſt vis per multas res diffuſa eaſque conjungens, in illo multæ res ad unam vim finemque conſpirantes: in hoc intelligitur certa cauſſa partes jungens et ad conſenſum movens, in illo ſubinde vel ſine certa cauſſa res etiam remotiſſimæ mutuo affectu continguntur, unde *ſympathiæ* nomen ſæpe pro inani opinionis commento habitum eſt. Denique quod eſt in *homonymia* et *ſynonymia* diſcrimen, idem ineſt his verbis: ὁμοπαθεῖν, ut *homonymum*, eſt nomen generis diverſas formas continentis et uno notionis nominiſque vinculo conjungentis: in συμπαθεῖν, ut ſynonymia, ſunt diverſæ formæ ejuſdem generis, diverſis nominibus appellatæ, ad eamdem generis nominiſque communionem contendentes.

72. C. Ὑμεῖς δ' ἐκέτι καλὰ—] Iliad. N. 116.

72. C. Πάνδαρε, ποῦ τοι τόξον—] Iliad. E. 171.

72. C. Ὁ δ' Οἰδίπους πᾶ—] Euripidis Phœniſſ. 1682.

72. C. Ὁ πολλὰ δὴ τλὰς—] Euripidis Hercul. Fur. 1250. et ſic longe major pars codicum, exceptis Schott. Jannot. πολὺ τλὰς, et T. V. πολύτλας, perperam ex Homerica lectione a librariis invectum cenſet Valckenarius ad Phœniſſ. locum modo notatum. Imitatus eſt Plutarchus Antonio p. 944. D: συναρπαζομένους ὁρῶν ἐκ τῆς πολλὰ δὴ τλάσης Ἑλλάδος ὁδοιπόρους—.

72. D. κελευστικὸν] Nolim mutare contra omnium codicum conſenſum: κέλευσις eſt *adhortatio cum reprehenſione*, quales ſunt hæ modo ex poetis memoratæ: veluti in Plutarcho De Aud. Poet. p. 32. C. In hac re, Iliad. N. 125. —κελευτιόων Γαιήοχος ὤρσεν Ἀχαιούς. Heſychius in voc. habet Κελευστιόων, reddens κελευστικῶς ἔχων. Alia dat H. Steph. Theſ. L. Gr. T. I. p. 1112. Quod voluit Reiſkius κολευστικὸν, tuerer, ſi major meliorque codicum pars præberet, quamquam in Lexicis non memoratum, tamen ab analogia commendatum et uſu verbi κολεύειν, de quo diximus ad p. 69. E.

72. D. Τί οὖν οὐκ ἄπει] Haud ſcio, an poetæ verſus lateat: Τί οὐκ ἄπει πρὸς τοὺς ἐμοῦ κρείττους—.

72. D. Ἢ ὀλίγον—] Iliad. E. 800.

72. E. ἐν τοῖς Σκυρίοις] Sophoclis: notavimus ad p. 34. D. Hoc loco Κυρίοις, Ald. Moſc. 2. Colleg. Nov. perperam: cæteri recte vulgatum ſervant: pro φῶς—γένους D. habet νῦν—γένος: pro καταιχύνων dant ἀποσβεννὺς Pol. Mez. Var. Lect. Græco-Latinæ, ſine nomine codicis: pro γεγὼς una Ald. γεγονώς.

p. 73. A. Θουκυδίδης] II. 64. in oratione Periclis: τὸ δὲ μισεῖσθαι καὶ λυπηροὺς εἶναι ἐν τῷ παρόντι, πᾶσι μὲν ὑπῆρξε δὴ ὅσοι ἕτεροι ἑτέρων ἠξίωσαν ἄρχειν· ὅστις δ' ἐπὶ μεγίστοις τὸ ἐπίφθονον λαμβάνει, ὀρθῶς βουλεύεται. Imitatur Plutarchus Craſſo p. 566. A: δεῖ γὰρ ἐπὶ μεγίστοις οὐ τὸ ἐπίφθονον ἀλλὰ τὸ λαμπρὸν ἐν τῇ πολιτείᾳ λαμβάνειν, μεγέθει δυνάμεως ἐξαμαυροῦντα τὸν φθόνον.

73. A. ὥσπερ ἰατρὸς θριμὺ φάρμακον—καὶ ἀκεχρημένος] διελὼν, ut notavimus, abeſſe poteſt. Operæ pretium referre idem præceptum, *indulgendi in parvulis erroribus, ut admonitio eo magis valeat in corrigendis majoribus perperam factis*, Reip. Ger. Præcept. p. 818. B. ὅπως ἡ τοῦ νουθετεῖν καὶ παρρησιάζεσθαι δύναμις, ὥσπερ φαρμάκου, μὴ κατακεχρημένη μηδ' ἕωλος, ἀλλ' ἀκμὴν ἔχουσα καὶ πίσιν, ἐν τοῖς μείζοσιν μᾶλλον καθάπτηται καὶ δάκνῃ τὰς πολλάς. Rariore uſu verbum καταχράομαι ponitur paſſiva poteſtate: alibi ſemper eſt active: et eſt fere *abuti, abunde uti*: v. c. Opp. Mor. p. 25. A. 430. B. 818. E. ἔσιν ὑμῖν, ἔφη, χρήματα· παρεσκευασάμην γὰρ εἰς

τοὺς χόας, ὧδ' ἕκαστον ὑμῶν λαβεῖν ἡμιμναῖον· εἰ δὲ εἰς ταῦτα βούλεσθε μᾶλλον, αὐτοὶ καταχρῆσθε τοῖς ἰδίοις. 1003. C. ex Platone Vit. p. 133. C. 152. D. Nicoſtratus ap. Stob. Serm. LXVIII. p. 427 : μηδέ μ᾽ ἐν καταγνώτω μηδείς, ἐπεὶ κοινότερον τῷ κάλλει καταχρήσομαι, συμβουλεύων αὐτὸ μεταθεῖν· *neque vero me quis reprehendat, quod ratione pervulgata præcipiam de pulcritudine et jubeam eam conſectari :* ita legenda hæc verba, in quibus de μεταθεῖν pro μεταθεῖναι reponendo videatur Epiſtola Critica noſtra p. 52. Ariſtides T. I. p. 378: χρήματα δ' ἡμῖν τὰ μὲν εἰς τὸν ἀπόσολον τὸν καλὸν ἐξανήλωτο, τὰ δ' ἐν τοῖς ἄνω καιροῖς κατεχρησάμεθα. Alia videantur apud H. Stephanum Theſ. L. Gr. T. IV. p. 616. et J. Wetſtenium ad N. T. 1 Cor. VII. 31.

73. B. τὸ συνεχὲς καὶ φιλαίτιον· ἑταίρᾳ δὲ μικρολογευμένῃ— ἐνδόσιμον ἕξει—] Reiſkius maluit τὸ συνεχὲς τῇ φιλαιτίᾳ : atqui vulgata hoc ipſum ſignificat; eſt enim ἓν διὰ δυοῖν : qua de forma notavimus ad p. 43. F. Et in parrheſia συνεχὴς, *aſſiduus*, laudatur p. 74. C. 62. D. Παρασυκοφαντοῦντος, quamquam eſt proba vox, et Lexicis vindicata a D. Schotto in Appendice, ex hoc altero Philonis loco; tamen hic nata videtur ex varia lectione παρὰ πάντα pro περὶ πάντα : illud præſtat: et eſt frequentiſſimus hic errorum fons: de utroque alibi dicemus. Simplex συκοφαντεῖν pro *reprehendere, incuſare*, eſt Opp. Mor. p. 409. C. 610. F. 611. E. 735. E. 1009. F. 1096. E. 1113. C. 1114. D. Vitar. p. 65. F. 664. F. Ἐνδόσιμον, *occaſio, incitamentum:* ſignum et adhortatio incipiendi in certaminibus et muſicis et gymnicis: tum ad alias res tralatum : qua de notione docte diſſeruit Th. Gatakerus ad M. Antonin. XI. 26. Plutarchus Opp. Mor. p. 70. B : καὶ ψόγος ὁμοίων ἐφ' ἑτέροις ἢ ἔπαινος ὥσπερ ἐνδόσιμον εἰς παῤῥησίαν ἐσίν. 131. C. 420. F : Πλάτων αὐτῷ παρέχε τὸ ἐνδόσιμον, 421. E. 442. C. 704. E. 1012. D. Vit. Homeri §. 136. Ariſtides T. II. p. 426. III. 439. Athenæus XIII. p. 556. A. Ælianus Var. Hiſt. XIV. 41. ubi quædam annotavit Jac. Perizonius.

73. C. Φιλότιμος] Diximus ad p. 43. A.

73. C. τι, Παιδιὰς] Fortaſſe ſubeſt Comici dictum, Τί παιδιὰς, πότους τε καὶ φλυάρους λέγεις ;

73. C. κατ' Εὐριπίδην] Phœniff. 532. Jocaftæ oratio ad filium Eteoclem:

Ὦ τέκνον, οὐχ ἅπαντα τῷ γήρᾳ κακὰ,
Ἐτεόκλεες, πρόσεστιν· ἀλλ' ἡ μπειρία
Ἔχει τι λέξαι τῶν νεῶν σοφώτερον.

quod multi vel memorarunt vel imitati ſunt laudati Valckenario ad hunc locum: quibus addatur Julianus Imp. Or. III. p. 124. B: *de lectione antiquorum ſcriptorum*, ὑφ' ἧς ἤδη καὶ νέοι πολλοὶ γερόντων μυρίων πολιὸν μᾶλλον ἐκτήσαντο τὸν νοῦν καὶ τὰς φρένας· καὶ τὸ δοκοῦν ἀγαθὸν ἐκ τοῦ γήρως ὑπάρχειν τοῖς ἀνθρώποις μόνον, τὴν ἐμπειρίαν, δι' ἣν ὁ πρεσβύτης ἔχει τι λέξαι τῶν νεῶν σοφώτερον.

73. C. ὥσπερ ὁ σίδηρος πυκνοῦται τῇ περιψύξει—] Placuit comparatio Plutarcho, ut eam ſæpe ad perſpicuitatem et ornatum diſputationis adhiberet. De Sanit. p. 136. A: ἐπιτρίβεσι τὸ σῶμα ταῖς μεταβολαῖς, ὥσπερ τὸν βαπτόμενον σίδηρον, ὅταν ἐνταθῇ καὶ πιεθῇ τοῖς πόνοις, αὖθις ἐν ἡδοναῖς τηκόμενον ἀμέτρως καὶ διαλειβόμενον: ita enim ultimum verbum corrigendum ex corrupto θλιβόμενον. De Orac. Defect. p. 433. A: περιψύξει τινὶ καὶ πυκνώσει τοῦ πνεύματος, οἷον βαφῇ σιδήρου, τὸ προγνωσικὸν μορίον ἐγγίνεσθαι (leg. ἐντείνεσθαι) καὶ ῥομοῦσθαι τῆς ψυχῆς οὐκ ἀδύνατόν ἐστι. Ibid. 436. A. Symp. I. p. 622. D: φαῦλος ἀνὴρ τε καὶ μικρολόγος, ἐμπεσὼν εἰς ἔρωτα, καθάπερ εἰς πῦρ σίδηρος, ἀνεθεὶς καὶ μαλαχθεὶς, ἁπαλὸς καὶ ὑγρὸς καὶ ἡδίων. De Primo Frig. p. 954. C. Gryllo 988. D: ἀνδρείας οἷον βαφή τις ὁ θυμός ἐστι καὶ ῥόμωμα.

73. D. Ἆρ' ἄξια ἐκεῖνα τούτοις παραβάλλειν] Eſt ex eorum genere, quæ veſtigia poetæ prodere videantur: quid ſi hujuſmodi dictum fuit? Ἆρ' ἄξι' ἐστ' ἐκεῖνα τάδε τοῖς συμβαλεῖν.

73. D. ἀποδιοπομπητέον] *abominanda, monſtri inſtar exportanda.* Egregie illuſtravit hanc vocem Ruhnkenius noſter ad Timæi Gloſſ. Platon. p. 40; ut pauca nobis, præter Plutarchi loca, addenda reliquerit. Defect. Orac. p. 435. A: ἐκ τῶν θεῶν τὴν μαντικὴν εἰς δαίμονας ἀτεχνῶς ἀποδιοπομπούμενοι. Sympoſ. VIII. p. 730. D: —παρ' Ἕλλησι γέγονεν ἀγνείας μέρος ἀποχὴ ἰχθύων, μετὰ τῶν δικαίων καὶ τὸ περίεργον, οἶμαι, τῆς βρώσεως ἀποδιοπομπουμένοις. De Herodot. Malign. p. 860. E: εὔρυθμός τε καὶ πολιτικὸς ὁ μυκτὴρ τοῦ συγγραφέως, εἰς Κᾶ-

ρας ὥσπερ εἰς κόρακας ἀποδιοπομπουμένου τὸν Ἰσαγόραν. Catone Maj. p. 349. F: ἔγνω μετ' εὐπρεπείας ἀποδιοπομπήσασθαι τοὺς φιλοσόφους ἅπαντας ἐκ τῆς πόλεως. Sylla p. 468. E: ἀλλὰ Σάτυρον—ἀχθέντα δὲ ὡς Σύλλαν—ἐκπλαγέντα τὸν Σύλλαν ἀποδιοπομπήσασθαι. Lyſandro p. 442. C: διεμαρτύραντο τοῖς ἐφόροις ἀποδιοπομπεῖσθαι πᾶν τὸ ἀργύριον καὶ τὸ χρυσίον. Cæſare p. 718. C: ἐπιτηδὲς γὰρ αὐτὸν (τὸν Κάτωνα) εἰς Κύπρον ἀπεδιοπομπήσαντο. Philo Jud. ap. Euſeb. Præp. Evang. VIII. p. 382. A: τὰς εἰς πλεονεξίας ἀφορμὰς ἀποδιοπομπούμενοι. Ib. p. 394. A: καὶ τί θαυμάζομεν, εἰ διὰ τυράννων ὁ θεὸς κακίαν ἀναχυθεῖσαν ἐν πόλεσι καὶ χώραις καὶ ἔθνεσιν ἀποδιοπομπεῖται. Attigerunt uſum verbi etiam Taylorus ad Lyſiam Or. Adv. Andocidem p. 130. et Pierſonus ad Mœrin p. 40. Plena eſt gravitatis oratio Platonis Leg. IX. p. 652. B: de avertendis improbis cogitationibus: ὅταν σοι προσπίπτῃ τι τῶν τοιούτων δογμάτων, ἴθι ἐπὶ τὰς ἀποδιοπομπήσεις, ἴθι ἐπὶ θεῶν ἀποτροπαίων ἱερὰ ἱκέτης· ἴθι ἐπὶ τῶν λεγομένων ἀνδρῶν ὑμῖν ἀγαθῶν ξυνουσίας. Quod repoſuit Epictetus Diſſert. II. 18. p. 279: εἶθ' ὅταν προσπίπτῃ σοί τις φαντασία τοιαύτη, Πλάτων μέν, ὅτι ἴθι ἐπὶ τὰς ἀποδιοπομπήσεις· ἴθι ἐπὶ θεῶν ἀποτροπαίων ἱερὰ ἱκέτης· ἀρκεῖ κἂν ἐπὶ τὰς τῶν καλῶν καὶ ἀγαθῶν ἀνδρῶν συνουσίας ἀποχωρήσας, πρὸς τούτῳ γένῃ—. Convenit illud ſub Zaleuci nomine proditum exordium, quod exſtat in Stobæi Serm. XLII. p. 279: ἐὰν δέ τῳ παραςῇ δαίμων κακὸς τρέπων πρὸς ἀδικίαν, διατρίβειν πρὸς ναοῖς καὶ βωμοῖς καὶ τεμένεσι, φεύγοντα τὴν ἀδικίαν ὡς δέσποιναν ἀσεβεςάτην καὶ χαλεπωτάτην, ἱκετεύοντα τοὺς θεοὺς συναποτρέπειν αὐτήν· ἰέναι δὲ καὶ πρὸς ἄνδρας δόξαν ἔχοντας ἐπ' ἀνδραγαθίᾳ ἀκουσόμενος περὶ εὐδαίμονος βίου καὶ κακῶν ἀνδρῶν τιμωρίας, ἵνα ἀποτρέπῃ τῶν ἀδίκων ἔργων.

73. D. Εἰς ὄρος ἢ εἰς κῦμα—] Iliad. Z. 347.

73. D. ἰατρὸς—καθορίῳ καὶ σκαμμωνίῳ] Eadem ſimili comparatione adhibuit ſupra p. 55. A. 69. B. In hoc argumento Cicero Off. I. 38: —*ut ad urendum et ſecandum, ſic ad hoc genus caſtigandi raro invitique veniemus: nec umquam, niſi neceſſario, ſi nulla reperietur alia medicina.*

73. E. ἐν ἤθει] Videatur annotatio ad p. 66. B.

73. E. ἀμωσγέπως] *Utcumque, aliquo modo:* non niſi forma differt ab ἀμηγέπη, de quo ſupra diximus p. 71. F.

Nunc ſemel hujus formæ, Plutarcho frequentiſſimæ, loci notentur. Sic igitur Opp. Mor. p. 32. E. 75. B. 86. F. 96. E. 199. F. 374. C. 423. B. 428. F. 455. B. 485. A. 508. F. 560. B. 614. A. 621. D. 634. B. 667. A. 709. B. 729. E. 793. D. 810. E. 818. F. 953. A. 934. D. 960. A. 975. E. 1022. E. 1050. C. 1112. A. Vitar. p. 139. A. 166. C. 204. E. 255. C. 305. D. 538. B. 550. D. 559. C. 590. A. 623. A. 629. C. 647. E. 654. B. 734. D. 771. A. 797. C. 846. E. 914. E. 1054. C. 1061. A.

73. E. ἀφιζαμένες] Referendum ad reprehendentes, non ad reprehenſos: *debent reprehendentes deſiſtere a deteriore cauſſa peccati reprehenſis objicienda, et ipſi excogitare illiſque præbere honeſtiorem cauſſam, qua ſe purgent.* Ἀφίζαθαί τινος, *deſiſtere incepto*: Vit. p. 320. B. 454. A. 614. D. 626. B. 649. A. Opp. Mor. 151. B. 185. A. 225. C. 239. E.

73. E. Δαιμόνι'—] Iliad. Z. 326.

73. F. —σὺ δὲ σῷ μεγαλήτορι—] Iliad. I. 109.

73. F. ἠθικώτερον] Reddidi, *magis ad mores valet*, i. e. *majorem vim placendi, majorem ſignificationem benevolentiæ, habet.* Videatur animadverſio ad p. 20. E. 66. B.

73. F. Οὐκ ἐπέζησας] *Non attendiſti.* Videtur eſſe proverbiale. Cicero Attic. XIII. 38: *ſed fortaſſe*, οὐκ ἐπέζησεν. De verbo diximus ad p. 32. B. 40. B.

p. 74. A. ἡ θεραπευτικὴ παῤῥησία—ἡ δὲ πρακτικὴ—] θεραπευτικὴ, *ſanans*, eſt modo memorata, quæ in ſanando vitio verſatur: πρακτικὴ, *activa*, eſt mox memoranda, quæ in avertendo peccato cernitur: ſed peccatum quum ſit duplicis generis, vel committendi male facti, vel omittendi bene facti; quomodo hæc pars magis πρακτικὴ parrheſia, quam illa modo dicta θεραπευτικὴ, non ſatis apparet; igitur Mez. pro πρακτικὴ malebat προθεραπευτικὴ, ex Amyoto ſuſceptum, credo, qui habet *pour la prevenir*. Cogitavi aliquando προτρεπτικὴ, *adhortatoria:* ſed quum hoc valeat magis ad incitandum, quam ad avertendum, alia circumſpexi, προνοητικὴ, προληπτικὴ, προκαταρκτική: quorum horum fortaſſe minime alienum ſit ab hoc ut conjunctum cum θεραπευτικὴ in eodem artis genere: v. c. Galenus De Suis Libr. T. I. p. 42. C: ἐκ τῶν προηγεμένων τῆς θεραπευτικῆς

πραγματείας ἐσί—καὶ τὸ περὶ τῶν προκαταρκτικῶν αἰτιῶν. Conferatur Fœsius Œcon. Hippocr. p. 320. Plutarchus Adv. Stoic. p. 1056. B: προκαταρκτικὴν μόνον ἐποιεῖτο τὴν εἱμαρμένην—.

74. A. ἱσαμένους] Hoc certe mutandum in ἵσασθαι: φερομένοις si codices darent, acciperem; non dantibus, acquiesco in φερομένην: interpretor, *et adversus quemdam eorum impetum, cum vehementia ruentem, contra obsistere*: φέρεσθαι, *ruere, cum impetu ferri*, frequens est, et supra attigimus: ἵσασθαι πρός τι, *resistere alicui*: Plutarchus Fragm. I. 4. p. 461: ἱσάμεθα πρὸς τὴν διάδοσιν τοῦ πάθους, *resistimus progressui mali*. Æmil. Paul. p. 259. C: πρὸς τὸν πόλεμον ἔστη, *bello restitit*, nisi accipiendum *applicuit se bello*, ut Demosthene 856. A. πρὸς τὸ κοινὸν ἱσάμενον, *applicantem se reipublicæ*: Eusebius Præp. Evang. XI. p. 509. A: ἵσαται πρὸς τοὺς διὰ τῶν Ἀριστοτέλους τὰ Πλάτωνος ὑπισχνεμένους: *opponit se iis, qui per Aristotelica placita doctrinam Platonis se tueri profitentur*. XIV. p. 737. A: πρὸς οὓς καὶ ἐριστικῶς ἱσάμενος, *quibus se contentiose opponens*. Addatur Abreschius Dilucid. Thucyd. p. 281. Jam ἐξ ἐναντίας, *adversus quem obsistere contra*, item usitata dictio Plutarcho: Solert. Animal. p. 978. C: μάχεται ἐξ ἐναντίας. Adv. Stoic. 1045. C. Alcibiad. 208. B: ἐξ ἐναντίας μετὰ τῶν ὅπλων ἐπιφερομένους. Pelopid. 286. D: συνέπιπλον ἐξ ἐναντίας αὐτοῖς. Eumene p. 587. B: τῶν ἵππων ἐξ ἐναντίας βίᾳ συμπεσόντων. Arato p. 1036. E. Aliquid monuimus etiam Bibl. Crit. Vol. III. Part. II. p. 34.

74. B. διὰ τὸ δεῖπνον] Quid sibi hoc velit, vellem item explicassent viri doctissimi, qui hunc Sophoclis locum tractarunt Toupius Ep. Crit. p. 133. et Brunckius in edit. Sophoclis T. II. Fragm. p. 10. Est quidem hic locus ex Sophoclis Συνδείπνῳ, *Convivio, Cœna*. Sed nil constat, in illa fabula Achillem inductum fuisse iratum διὰ τὸ δεῖπνον, *propter cœnam*: nisi ergo, ut in Satyrico dramate, hoc ridiculi caussa finxit poeta, pro celebrata illa iræ caussa propter raptam Bryseidem, frustrationem cœnæ aut similem jocularem caussam substituens: nisi, inquam, hoc fecerit poeta, de quo statuere non possumus, haud inepta sit

ſuſpicio, hæc verba vel a Plutarcho ita ἐν τῷ Δείπνῳ nomini Σοφοκλεῖ ſubjecta, vel a quodam librario profecta fuiſſe.

74. B. οὐ μένειν καλόν.] Ariſtides, qui hanc ad Achillem legationem Iliadis lib. IX. proditam in declamationem convertit, T. II. p. 425. item Sophoclis in animo habuiſſe videtur fabulam: certe duos habet locos, quorum altero alteram lectionem confirmes: veluti, ὃ μένειν, p. 435: ἀλλὰ τί φήσουσιν οἱ Τρῶες; ἀλλ' οὐ, φεύγειν σε φοβούμενον, ὁρῶντα οὐδεμίαν σωτηρίαν ἐὰν μένῃς: alterum θυμαίνειν p. 437: σὲ δὲ ἀπειλεῖ (Ἕκτωρ) καθεύδοντα λήψεσθαι· πάντως δὲ οὐδὲ τὸν Δάρδανον τὸν ἑαυτοῦ πρόγονον, οὐδὲν εἶναι χεῖρω τοῦ Αἰακοῦ τοῦ σοῦ· σέ τε σκήπτεσθαι τὴν μῆνιν, τὸ δὲ ἀληθὲς, αὐτὸν ὀρρωδεῖν.

74. B. παροτρῶσι] *Impellere ſolent*; ſæpe in laude ponitur tertia perſona pluralis indicativi præſentis activi: de quo uſu notavimus quædam ad p. 50. B.

74. B. ἐξεταζόμενοι] *præbentes ſe, exhibentes ſe.* Elegans uſus verbi inſerviens periphraſi, pro ὄντες, ſed ita, ut notio *famæ, cognitionis*, et *judicii apud alios homines*, ſubſit: *ſpectari, cenſeri in aliquo ordine, cognoſci, ſpectandum ſe præbere, oſtendere.* Plutarchus Adv. Stoic. p. 1069. C: ἐν τούτοις ἐξετάζονται τοῖς ἀδιαφόροις, *in his indifferentibus eorum ſtudium cognoſcitur.* Æmil. Paulo p. 275. B. *Alexandrum Perſei filium aiunt*, ὑπογραμματεύειν τοῖς ἄρχουσιν ἐπιδέξιον καὶ χαρίεντα περὶ ταύτην τὴν ὑπηρεσίαν ἐξεταζόμενον, *ſcribam fuiſſe magiſtratibus in eoque miniſterio dexterum et bonum cognitum eſſe.* Pompeio p. 626. C: ἔχαιρε γὰρ αὐτῷ ὁ δῆμος μετὰ θρίαμβον ἐν τοῖς ἱππικοῖς ἐξεταζομένῳ· *quod ſe in Equitibus cenſendum præberet:* quamquam hæc magis ad propriam ſignificationem accedit, ut p. 630. B. Ad rem præſentem pertinet Demoſthenes Orat. De Falſa Leg. p. 214. C: μετὰ τῶν μηδὲν ἠδικηκότων ἐξετάζεσθαι, *ſpectari, haberi inter innocentes*; item alibi ſæpius. Philo Jud. ap. Euſeb. Præp. Ev. VIII. p. 379. D: ἐπανίασι χαίροντες οὐχ ἧττον τῶν ἐν τοῖς γυμνικοῖς ἐξεταζομένων ἀγῶσιν· *quam ii, qui verſantur in gymnicis certaminibus.* Maximus ib. VII. p. 337. D: ἀδύνατον γὰρ ἐν διαστάσει ἐξετάζεσθαι ἀπό τινος, ἀπ' ὄντος ἑτέρου καθ' ὃ ἡ διάστασις ἑκατέρου γίνεται: *non poteſt quid in diſtantia ab alio*

intelligi, niſi ſit aliud, a quo alterius diſtantia fiat. Dion Chryſoſt. Or. XX. p. 262. B: εἴ τις ἄλλος, ἐν πόλει δέον ἐξετάζεσθαι, καὶ αὐτὸν ἄρχειν καὶ ἀρχαῖς ὑπηρετεῖν—μὴ βούλοιτο, *ſi quis, qui in civitate ſpectari debeat, civis haberi velit*—. Ariſtides T. I. p. 154: Ἐπιδαυρίων δὲ καὶ Σικυωνίων σὺν Κορινθίοις ἐξεταζομένων, *quum Sicyonii et Epidaurii cum Corinthiis conjuncti ſint:* ubi plane lepida eſt Jebbii emendatiuncula, ἐξεταιριζομένων legere jubentis: ibidem, p. 480. ὑμῶν—τῶν σὺν ἡμῖν τοῖς Ἕλλησιν ἐξεταζομένων—μηδένα ποιεῖσθαι λόγον, *nullam rationem habere veſtrum, qui nobiſcum Græcis conjuncti eſtis.* Sic T. II. p. 179. 234. Lucianus T. II. p. 237. Jamblichus Vit. Pythag. §. 223: ἐν παντοδαπαῖς τύχαις ἐξεταζόμενοι τὸ αὐτὸ ἦθος ἀδιάφορον διεφύλαττον· forte ἀδιάφθορον, *incorruptum.* Julianus Imp. Epiſt. XXV. p. 397. D: πέφυκε γὰρ τοὺς ἔν τινι μερίμνῃ ἐξεταζομένους περιδεῖσθαι τὴν διάνοιαν. Addatur Suidas in voce.

74. C. συνεχεῖς] Vide ad p. 73. B.

74. C. ὥσπερ Διογένης ἔλεγεν—] Diogenis auctoritate laudat iterum Plutarchus De Profectu Virt. p. 82. A: Διογένης ἔλεγε, τῷ σωτηρίας δεομένῳ ζητεῖν προσήκειν ἢ φίλον σπουδαῖον ἢ διάπυρον ἐχθρὸν, ὅπως ἐλεγχόμενος ἢ θεραπευόμενος ἀποφεύγῃ τὴν κακίαν. Antiſtheni tribuit De Capienda ex Inimicis Util. p. 89. B: —ὁ Ἀντισθένης εἶπεν, ὅτι τοῖς μέλλουσι σώζεσθαι ἢ φίλων δεῖ γνησίων, ἢ διαπύρων ἐχθρῶν· οἱ μὲν γὰρ νουθετοῦντες τοὺς ἁμαρτάνοντας, οἱ δὲ λοιδοροῦντες ἀποτρέπουσι. A Græco auctore ſumſit Cato Major, paulumque immutavit, Græcorum, ut videri volebat, contemtor: cujus hoc dictum refert Cicero De Amicitia XXIV: *Scitum enim eſt illud Catonis, ut multa: Melius de quibuſdam acerbos inimicos mereri, quam eos amicos, qui dulces videantur: illos verum ſæpe dicere, hos numquam.* Non injucundum ſit conferre admonitionem diſerti doctoris Chriſtiani ex hoc fonte ductam, Johannis Chryſoſtomi Homil. III. De Davide et Saule T. II. p. 871. C: ἵνα μάθητε ὅτι ὅσα οὐ ὠφελοῦσι φίλοι ἐπαινοῦντες καὶ χαριζόμενοι, τοσαῦτα ὠφελοῦσιν ἐχθροὶ κακῶς λέγοντες, κἂν ἀληθεύωσι, μόνον ἂν εἰς τὸ δέον ἡμεῖς ταῖς κατηγορίαις χρῆσθαι βουληθῶμεν· οἱ μὲν γὰρ φίλοι πολλάκις καὶ πρὸς χάριν κολακεύουσιν· οἱ δ' ἐχθροὶ τὰ ἁμαρτήματα εἰς μέσον ἄγουσιν· ἐπειδὴ

γὰρ ὑπὸ φιλαυτίας ἡμεῖς τὰ ἡμέτερα πλημμελήμαθ' ὁρῶμεν, ὑπὸ τῆς ἔχθρας ἐκεῖνοι πολλάκις ἡμῶν ἀκριβέστερον θεασάμενοι καὶ ὀνειδίσαντες, εἰς ἀνάγκην ἡμᾶς ἐνέβαλον διορθώσεως, ᾗ γέγονεν ἡμῖν ἡ ἔχθρα μεγίστης ὠφελείας ὑπόθεσις, οὐ μόνον ὅτι μιμνησκόμενοι παρ' ἐκείνων νοοῦμεν ἡμῶν τὰ ἁμαρτήματα, ἀλλ' ὅτι αὐτὰ καὶ ἀποτιθέμεθα. Eodem refertur dictum Philonis Jud. Quis Rer. Div. Hæres p. 503. C: ὁμοίως γὰρ οἵτε ἔπαινοι τῶν ἀγαθῶν, καὶ οἱ ψόγοι τῶν μοχθηρῶν ὠφελοῦσιν. Σώζεσθαι hanc habet notionem in hoc dicto, quæ convenit cum illa apud ecclesiasticos frequentata, *servare se, salutem ac felicitatem animo a vitiis vel purgando vel integro servando consequi.* Plutarchus De Ira Cohib. p. 453. D: καὶ μὴν ὧν γε μεμνήμεθα Μεσσηνίου καλῶν ἔν ἐστιν, ᾧ Σύλλα, τὸ δεῖν ἀεὶ θεραπευομένους βιοῦν τοὺς σώζεσθαι μέλλοντας. De Auditione p. 46. E: καλὴν ἀρχὴν πρὸς τὸ σωθῆναι, τὸ αἰδεῖσθαι παρὰ τῆς φύσεως ἔχοντας. De Profect. Virtut. p. 82. D: ὁ δὲ προκόπιων ἀληθῶς, καὶ τὸν Ἱπποκράτην παράδειγμα ποιεῖται, τὸ περὶ τὰς ῥαφὰς ἀγνοηθὲν αὐτῷ τῆς κεφαλῆς ἐξαγορεύσαντα καὶ γράψαντα, λογιζόμενος ὅτι δεινόν ἐστιν ἐκεῖνον μὲν, ὅπως ἂν ἕτεροι μὴ τὸ αὐτὸ πάθωσιν, αὑτοῦ τὴν ἁμαρτίαν κατειπεῖν· αὐτὸν δέ τινα μέλλοντα σώζεσθαι μὴ τολμᾶν ἐλέγχεσθαι μηδ' ὁμολογεῖν τὴν ἀβελτηρίαν καὶ τὴν ἀμαθίαν. Æmil. Paulo p. 257. E: ταῦτα μὲν οὖν ἡ ἱστορία λογίζεσθαι καὶ παρεπισκοπεῖν δίδωσι τοῖς σώζεσθαι βουλομένοις. Fluxit a Platonis consuetudine: Theætet. p. 128. G: οὐ λῆροί εἰσι, γῆς ἄλλως ἄχθη, ἀλλ' ἄνδρες οἵᾳς δεῖ ἐν πόλει τοὺς σωθησομένους. Leg. IX. p. 662. F: χρὴ περὶ τῶν τοιούτων πάντα ἄνδρα καὶ γυναῖκα καὶ παῖδα ἀεὶ διανοεῖσθαι, τὸ πρεσβύτερον ὡς οὐ σμικρῷ τοῦ νεωτέρου ἐστὶ πρεσβευόμενον, ἔν τε θεοῖσιν καὶ ἐν ἀνθρώποις μέλλουσιν σώζεσθαι καὶ εὐδαιμονεῖν. VI. p. 616. B: ταῦτα οὕτω διὰ ταῦτα, ὦ φίλοι, ἀναγκαῖον τὴν μέλλουσαν σώζεσθαι δρᾶν πόλιν. Apolog. Socr. p. 365. B: οὐ γάρ ἐστιν ὅστις ἀνθρώπων σωθήσεται ἔτε ὑμῖν ἔτε ἄλλῳ ἑδενὶ πλήθει γνησίως ἐναντιούμενος καὶ διακωλύων πολλὰ ἄδικα καὶ παράνομα ἐν τῇ πόλει γίγνεσθαι· ἀλλὰ ἀναγκαῖόν ἐστι τῷ ὄντι μαχούμενον ὑπὲρ τοῦ δικαίου, εἰ μέλλει ὀλίγον χρόνον σωθήσεσθαι, ἰδιωτεύειν, ἀλλὰ μὴ δημοσιεύειν. Jamblichus Vita Pythag. §. 201: ἀναγκαῖον εἶναι τὰς σωθησομένους τῶν νέων προσέχειν ταῖς τῶν πρεσβυτέρων καὶ καλῶς βεβιωκότων ὑπολήψεσί τε καὶ δόξαις.

74. D. ἐνέβρεξαν—καὶ κατηόνησαν] *irrigant—ac perfundunt.*

De priore verbo notavimus ad p. 42. C: ibidem citatus Antyllus ap. Stob. p. 550. pro καταιονήσεις posuit καταντλήσεις. Athenæus I. 24. D: ἐκ τῶν κατὰ κεφαλῆς καταιονήσεων, *ex perfusionibus capitis:* quem locum repoſuit Suidas in voce. Philo Jud. De Providentia ap. Euſeb. Præp. Evang. VIII. p. 395. A: —ἀνθ' ὕδατος ἐλαίῳ καταιονούμενοί τινες τῶν ἀπειροκάλων, εἰς τοὔδαφος ῥανίδας ἀποσάζουσιν. Dion Chryſ. Or. XVII. p. 248. B: τὰ γοῦν φλεγμαίνοντα τῶν σωμάτων οὐκ εὐθὺς ἐνέδωκε πρὸς τὴν πρώτην καταιόνησιν, ἀλλ' ἂν συνεχῶς ποιῇ τις, ἐμαλάχθη καὶ ῥᾷον ἔχει. LXXVII. p. 653. A: Δημόδοκος ὁ Κροτωνιάτης (Δαρεῖον) —καταπλάτῃσι καὶ καταιονῶν καὶ τὰ ἄλλα ἐπιμεληθεὶς, δι' ὀλίγων ἡμερῶν ὑγιῆ ἀπέδειξε. Demodoci nomen notius erat e Socraticorum lectione Dioni, quam Democedis, ut eſt in auctore Herodoto III. 130. ubi hæc ſane loco præſenti conveniunt —ἤπια μετὰ τὰ ἰχυρὰ προσάγων, ὕπνον τέ μιν λαγχάνειν ἐποίεε, καὶ ἐν χρόνῳ ὀλίγῳ ὑγιέα μιν ἐόντα ἀπέδειξε. Lucianus in Lexiphane T. II. p. 328. habet, ſed non ut ejuſmodi quod ridiculi cauſſa ponat. Alia petantur ab H. Stephano Theſ. L. Gr. T. I. p. 179; et Th. Gataker ad M. Antonin. V. 9. p. 151: J. Pierſono ad Mœrid. p. 73.

74. D. ἀποτρέχουσιν] Ductum e proverbiali dictione βαλόντα ἐκφεύγειν, *emiſſo telo aufugere:* quod notavimus ad p. 548. B. De Ser. Num. Vind. editionis ſingularis p. 6.

74. D. διαχέουσιν] *diffundunt, mulcent:* expoſuimus verbi vim ad p. 564. B. De Ser. Num. Vind. editionis ſingularis p. 103.

74. E. ἐπιλεαίνοντες καὶ γανοῦντες] De illo diximus ad p. 67. B: de hoc, p. 42. B. 48. C.

DANIELIS WYTTENBACHII

ANIMADVERSIONES

IN PLUTARCHI LIBRUM

DE SENTIENDO PROFECTU IN VIRTUTE.

P. 75. A. ΠΩΣ ΑΝ ΤΙΣ ΑΙΣΘΟΙΤΟ ΕΑΥΤΟΥ ΠΡΟΚΟΠΤΟΝΤΟΣ ΕΠ' ΑΡΕΤΗ.] Memoratur in Lampriæ Catalogo Num. LXXXVI. ubi reliqua verba ſunt eadem, ultima diverſa, πρὸς ἀρετήν. In Macarii Chryſocephalæ Rhodonia apud Villoiſonum Anecdot. Gr. T. II. p. 10. item ultimis tantummodo diverſitas, ἐπ' ἀρετήν. Aliter Sopater in Eclogis apud Photium Cod. CLXI. p. 341. —ὅπως ἄν τις συναίσθοιτο ἑαυτῷ πρὸς ἀρετὴν ἐπιδόντος.

Diſputatio ſpectat adverſus Stoicos, eos certe, qui progreſſum ad ſapientiam carere levatione vitiorum contendebant: quo nomine Stoicos reprehendens Cicero De Finibus IV. 25. et Plutarchus Adv. Stoic. p. 1062. C, D. 1067. F. maxime ſignificant Zenonem, Chryſippum, et qui hos ſequebantur: non quidem Panætium, Poſidonium, alioſque ſimiles, qui illius ſcholæ ſeveritatem temperarent humanitate, et ad communem ſenſum accommodarent: quo in genere etiam cenſendi ſunt recentiores, quorum ad nos venerunt ſcripta, Seneca Epiſt. LXXV: Epictetus Diſſ. I. 4. et alibi: M. Antoninus: qui fere ubique ita loquuntur de progreſſione, ut eam non modo cum levatione

malorum et adeptione bonorum, ſed et cum ſenſu conſcientiaque utriuſque conjungant.

Adverſus Stoicos alii ſunt Plutarchei libri: v. c. Περὶ Στωικῶν ἐναντιωμάτων, p. 1033: ὅτι παραδοξότερα οἱ Στωικοὶ τῶν ποιητῶν λέγουσιν, cujus non niſi compendium exſtat, p. 1057: Περὶ τῶν κοινῶν ἐννοιῶν πρὸς τοὺς Στωικούς, p. 1058: Πότερα τῶν ζώων φρονιμώτερα, τὰ χερσαῖα, ἢ τὰ ἔνυδρα: et fuerunt, περὶ συνηθείας πρὸς τοὺς Στωικούς, memoratus in Lampriæ Catalogo, Num. LXXVI: Στωικῶν καὶ Ἐπικουρείων ἐκλογαὶ καὶ ἔλεγχοι, ib. CXLIV: Αἰτίαι τῶν περιφερομένων Στωικῶν περὶ ἡμερῶν, ib. CXLV: Περὶ τοῦ πρώτου ἑπομένου, πρὸς Χρύσιππον, ibid. CXLVII: Περὶ τοῦ ἐφ' ἡμῖν, πρὸς τοὺς Στωικούς. Ipſe Plutarchus profitetur ſe ſcripſiſſe contra Chryſippum *de contraria ratione ponenda*, De Repugn. Stoic. p. 1036. A. et *pro Platone*, ibid. p. 1040. A. quæ ſcriptiones utrum ſingulares fuerint, an illarum perditarum partes, ſtatuere non licet.

75. A. Τίς τῶν λόγων—σώσει τὴν—] *Quæ ratio, quæ philoſophiæ ſecta et ſententia, quæ via et cauſſa, ſervabit ac retinebit ſenſum conſcientiamque progreſſionis ad virtutem? ſi progreſſiones nullam faciunt ſtultitiæ remiſſionem—.* Rem ipſam modo attigimus. Cicero De Fin. IV. 24: *Levatio igitur vitiorum magna fit iis, qui habent ad virtutem progreſſionis aliquantum. Veſtri autem (Stoici) progreſſionem ad virtutem fieri aiunt, levationem vitiorum fieri negant.* Λόγος σώζει τι, *ſententia ſervat aliquid*, id eſt, *retinet ac tuetur, non tollit ac negat.* Similiter Ariſtides Orat. Platon. I. p. 32: τίς ἂν οὖν λόγος μᾶλλον σώσειε τὸ γιγνόμενον· *quæ igitur ratio rem ipſam magis ſervet?* Unum ex omnibus vocabulis λόγος latiſſime patet, plurimaſque habet ſignificationes, quarum quædam hoc in loco cernuntur. *Secta philoſophiæ*, eſt Opp. Mor. p. 438. D. Vit. 763. E. 1001. A. 1002. A. *Ipſa philoſophia*, Opp. Mor. 76. C. 77. E. 82. F. *Pars philoſophiæ*, ut ὁ φυσικὸς λόγος pro τόπος, et ſimilia, Opp. Mor. 138. B. 874. D. 882. B. 892. D. Vit. 154. C. 668. A. *Doctrina et auditio philoſophiæ*, Opp. Mor. 38. C, D. 39. A. 42. B. 44. D. 80. A. *Placitum philoſophiæ* in dictione λόγος καὶ δόγμα, Opp. Mor. 1118. A. 1119. C.

1125. B. 1126. E. et ſimiliter Vit. 1022. E. Λόγος ἢ φιλοσοφία, *philoſophiæ ratio*, Opp. Mor. 82. F. Vit. 963. C. 965. A. In his memoratis locis, λόγος habet adjunctam vim aliquam *rationis*, quæ diſtinguitur ab ἔργῳ, πράξει, *opere et actione*, ut *uſus* et *ratio*, vulgo *theoria* et *praxis* opponuntur, atque ita diſerte in præſente loco eſt: nam ſi nulla eſt levatio vitiorum *re ipſa*, ſequetur, ut nulla *ratio ac theoria* progreſſionis conſcientiam tueri ac demonſtrare poſſit: atque ita λόγος compluribus in locis opponitur χρείᾳ, *uſui*, et πράξει, *actioni*, Opp. Mor. 79. F. 81. A. 83. E. 84. A. 86. A. 137. E. 172. C, D. Vit. 305. D. Σώζειν τι, *in diſputatione ac doctrinæ ſententia quid retinere, tueri, non tollere:* ſic De Stoic. Repugn. p. 1040. C: τοὺς ἀγαθὸν, ἀλλὰ μὴ τέλος, τιθεμένους τὴν ἡδονὴν, ἐνδέχεται σώζειν καὶ τὴν δικαιοσύνην: *iis, qui voluptatem non finem, ſed bonum eſſe ſtatuunt, licet ſervare ac retinere juſtitiam.* 1042. A: οὐ πᾶσαν ἀρετὴν ἄνευ τῆς δικαιοσύνης σώζεσθαι νομίζει. Adv. Stoic. p. 1070. D: εἰ μέν τις ὑπόθοιτο τὴν ἡδονὴν τέλος, οὐκ οἴεται σώζεσθαι τὸ δίκαιον. 1084. A. σῶσαι καὶ διαφυλάξαι τὰς αὐξήσεις. Neque βελτιοῦσθαι, *meliorem fieri*, rarioris nec elegantioris eſt uſus. Plutarchus iterum poſuit in hoc libro p. 85. C: ἀνδρὶ βελτιουμένῳ τὸ ἦθος. Sympoſ. VII. p. 702. B. τῆς βελτιώσεως. Hierocles Commentar. in Aur. Carm. p. 20: de dæmonum genere, οὔτε προκοπῇ βελτιωθὲν ἐξ ἀνθρώπου· *neque profectu ex humana conditione in meliorem evehitur.* Clemens Alexandr. Stromat. VII. p. 700. D. φιλοσοφία ψυχῆς βελτιωτική· et p. 701. A. βελτιωτικὴν ἐνδεικνύμενος θεωρίαν. Philoni Judæo frequens: v. c. βελτιοῦσθαι p. 23. A. 76. D. 108. D. 135. D. 165. E. 171. D. 188. C. 212. C. 292. B. 353. A. 399. A. 411. A. 440. A. 454. E. 474. C. 538. C. 539. B. 581. B. 589. C. 590. D. 600. D. 606. A. 612. C. 653. A. 664. B. E. 685. D. 746. C. 809. D. 873. E. 880. A. 889. B. 993. B. 999. C. 1048. A. 1056. A. 1075. C. Fragm. p. 656: nec minus βελτίωσις, p. 23. E. 29. A. 122. D. 132. A. 139. E. 149. E. 150. A. edit. Mang. p. 185. 211. B. 352. A. 353. B. 387. A. 429. D. 537. B. 574. D. 662. D. 707. A. 760. E. 838. B. 848. B. 853. C. 875. A. 904. D. 920. D. 928. E. 937. C. 950. C. 998. D.

1001. A. 1047. B. 1058. B. 1063. C. 1122. E. 1149. C. Fragm. 652. 670.

75. A. ὦ Σόσσιε Σενεκίων] C. Soſſius Senecio, apud Trajanum Cæſarem, tertium vel quartum ſub eo Conſul fuit: qua de quæſtione videatur Tillemontius in Hiſtoria Imperatorum T. II. p. 80. et 211. Præter hunc librum Plutarchus ei inſcripſit Sympoſiacorum libros, qua de cauſſa in iis ſubinde viri nomen appellationemque poſuit, v. c. p. 612. C, D, E. 622. C. 629. C, D. 635. E. 636. E. 644. E. 666. D. 673. C. 686. A. 697. C. 716. B. 748. D: Vitas etiam quaſdam Parallelas, Theſei et Romuli p. 1. A: Demoſthenis et Ciceronis p. 846. B: Dionis et Bruti p. 958. B.

75. B. Μολιβδὶς ὥςε] Hinc retulit Eraſmus in Adagium, *Eadem penſari trutina*, p. 1111. Ex Tragico quopiam ſumtum putat H. Stephanus Appendice ad Theſ. L. Gr. p. 1467: nec repugno. Unus Moſc. dat μολυβδίς.

75. C. ἀπολειπτέον] *ſtatuendum, relinquendum, non negandum:* frequens hac ſignificatione Plutarcho καταλείπειν τι de philoſophis, qui *aliquid aiunt et ſtatuunt, non tollunt.* Opp. Mor. p. 370. F. 419. A. 560. F. 716. E. 718. B. 746. D. 882. D. 907. C. 922. D. 947. E. 948. A. 1003. E. 1034. C. 1038. D. 1039. C. 1040. D, E. 1041. A. 1043. D. 1046. D. 1059. E. 1079. A. E. 1080. A. 1081. C. 1084. B. 1088. A. D. 1092. B. 1096. E. 1111. B. 1112. C. 1113. D. 1116. A. 1119. E, F. 1120. B. Sic et Latini *relinquere:* Lucretius V. 1238. Auctor ad Herenn. II. 29. Hoc loco habet C. et Venetus a ſecunda manu ὑπολητπτέον: Coll. Muret. ἀπολητπτέον: Mez. et V. ὑπολειπτέον.

75. D. ἀκαρεῖ] Hoc quamvis præponendum priori ἀκαρῆ, tamen poſtponendum illi a Xyl. et Mez. prodito ἐν ἀκαρεῖ, quodque recepiſſem, ſi alius codex aſſenſiſſet, quippe magis ab uſu commendatum, v. c. Ariſtidis T. I. p. 286. et confirmatum exemplis a P. Weſſelingio ad Diodor. Sic. T. I. p. 198. Nec tamen deeſt alteri teſtimonium: v. c. Plutarchi, mox F. ex cod. Veneto, et in Sertorio p. 576. B: ἀκαρεῖ καὶ σὺν ἑδενὶ πόνῳ, *puncto temporis et*

ſine labore. Aliud eſt ἀκαρὲς in Nominativo, et Accuſativo, paululum, momentum temporis minimum, idque Plutarcho ſatis frequens : de quo alibi notabimus.

75. D. περὶ τῦ διαλεληθότος] De Stoic. Repugn. p. 1042. E. ſeq. Τἀγαθὰ πρὸς τὰ κακὰ τὴν πᾶσαν ἔχειν διαφορὰν, ὁμολογεῖ Χρύσιππος·—αἰθητὰ δ' εἶναι τἀγαθὰ ϗ τὰ κακὰ, φησὶν ἐν τῷ προτέρῳ περὶ τέλους·—ὅτι δὲ μάχεται τοῖς περὶ τὸν διαλεληθότα σοφὸν, τίς ἂν ἂν ὁμολογήσειεν; Αἰθητῦ γὰρ ὄντος τοῦ ἀγαθοῦ, καὶ μεγάλην πρὸς τὸ κακὸν διαφορὰν ἔχοντος, τὸν ἐκ φαύλου γινόμενον σπουδαῖον ἀγνοεῖν τοῦτο, καὶ τῆς ἀρετῆς μὴ αἰθάνεθαι παρέσης, ἀλλ' οἴεθαι τὴν κακίαν αὐτῷ παρεῖναι, πῶς οὐκ ἔστιν ἀτοπώτατον : idem placitum Stoicorum confutatur Adv. Stoic. p. 1062. B. C. E. 1067. B. Attigit et Stobæus Eclog. Eth. p. 183. loco, ut videtur, corrupto, nec ſanato in Heerenii editione p. 234. et ſeq. Γίγνεθαι δὲ καὶ διαλεληθότα τινὰ σοφὸν νομίζουσι, κατὰ τοὺς πρώτους χρόνους, οὔτε ὀρεγόμενόν τινος, οὔτε νομίζειν βουλόμενον ἔν τινι τὸν ἐν τῷ βούλεθαι ἰδικῶν ὄντα, διὰ τὸ μὴ κρίνειν αὐτῷ παρεῖναι ὧν χρή : hæc referuntur ad ſapientem, qui recens ſapientiam adeptus, non ſentit ſe eſſe jam ſapientem : media dictionis pars habeat corruptelam fortaſſe ita corrigendam, ut νομίζειν deleatur tamquam ab antecedente νομίζουσι temere ortum, et reliqua hunc in modum conſtituantur, οὔτε βουλόμενον ἔν τι τῶν ἐν τῷ βούλεθαι ἰδικῶν ὄντων—. *Putant etiam Stoici eſſe aliquem ſapientem, qui ſe ipſe ignoret ſapientem eſſe in primis temporibus adeptæ ſapientiæ, neque appetentem quid, neque volentem quidquam eorum, quæ propria ſunt in volendo; propterea quod nondum judicet ſibi adeſſe ea, quæ oportet.* Sapiens ὀρέγεται quidem, ſed βούλεται, non ἐπιθυμεῖ : hujus eſt ὄρεξις εὔλογος, quæ dicitur βούλησις : qua de differentia conſtat ex Diogene Laertio VII. 116. Cicerone Tuſc. IV. 6 : *vult et appetit* τὰ ἰδικὰ ἐν τῷ βούλεθαι, *ea, quæ propria ſunt in volendo*, id eſt, *bona :* at nondum hæc vult is, qui adhuc ignorat ſe eſſe ſapientem ; nondum enim judicat ſibi adeſſe ὧν χρὴ ea quæ oportet, id eſt, ea quæ ſapientiam et felicitatem continent, facultatem conſequendi boni, non modo fugiendi mali et vitii. Hanc rationem diſertius quis cognoſcat ex alio Stobæi loco p. 174. quem nuper perpurgavimus in

Lyndenii noſtri Diſputatione de Panætio. Chryſippi liber περὶ τοῦ διαλεληθότος, memoratus Laertio VII. 198. vix de alio, quam hoc, argumento eſſe potuit. Philo Judæus ex doctrina Stoicorum in Libro De Agricult. p. 211. A: —παρὰ τοῖς φιλοσόφοις διαλεληθότες εἶναι λέγονται σοφοί· τὰς γὰρ ἄχρι σοφίας ἄκρας ἐληλακότας, καὶ τῶν ὅρων αὐτῆς ἄρτι πρῶτον ἁψαμένους, ἀμήχανον εἰδέναι φασὶ τὴν ἑαυτῶν τελείωσιν· copioſius res deinceps exponitur. Neque confundendum aliud placitum, memoratum eidem ſcriptori, De Nomin. Mutat. p. 1050. A: ἐγὶ μὲν ὑπαρκτὸν πρᾶγμα σοφία· ἔγι δὲ καὶ ὁ ἐραςὴς αὐτῆς σοφός· ὑπάρχων δὲ ὅμως ἡμᾶς τοὺς φαύλους διαλέληθεν—· quamquam item ex Stoica ſchola eſt ibidem dictus ἀποδιδράσκων σοφὸς, ut alibi oſtendemus. Alius eſt διαλανθάνων, ſyllogiſmus Euclidis Megarici, ibidem nominatus II. 108. de quo ad hunc locum videatur Aldobrandinus, et facundiſſimi J. Facciolati Acroaſis VIII.

75. D. ἀλλ' ἀγνοεῖ—προσμίξασαν] Conſtructio impeditior hunc habet nexum: *ſed ignorat et ambigit, propterea quod ipſum latebat progreſſio, tamquam iter, ipſum ſenſim adducens ad virtutem longo tempore, vitia demente, virtutes addente.* Ἀμφιδοξεῖν, *ambigere*, apud alios, et Plutarchum Opp. Mor. p. 27. D. 561. E. 917. D. Προσμιγνύναί τινά τινι, *aliquem alicui admiſcere*, id eſt, *adjungere, adducere*, uſus eſt exquiſitior apud Plutarchum. Sic De Iſ. et Oſir. p. 357. A: —αὐτὴν ἐρίκη τινὶ μαλθακῶς ὁ κλύδων προσέμιξε, *fluctus eam cricæ molliter applicuit.* Arato p. 1031. B. προσέμιξεν αὐτὴν φέρων τοῖς Ἀχαιοῖς, *Sicyonem ſponte adjunxit Achæis.* Artaxerxe p. 1015. A. προσμίξας τῷ ποταμῷ τὸ δεξιὸν, *dextrum cornu applicans fluvio.* Alcibiade 198. D: προσμίξαντας τῇ θαλάσσῃ τὴν πόλιν, *urbem ad mare proferre.* Pyrrho 384. E. Δημητρίῳ τῷ Ἀντιγόνου προσέμιξεν ἑαυτόν· *applicuit ſe ad Demetrium, Antigoni filium.* Phocione p. 744. A: Χαβρίᾳ προσέμιξεν ἑαυτὸν, *applicuit ſe ad Chabriam.* Demoſthene 858. D: τοῖς ἐκ τοῦ ἄγεος προσβεύσι προσμίξας ἑαυτόν. Antonio 916. D. Pindaro etiam dictum Olymp. I. 34. προσέμιξε δεσπόταν κράτει, *dominum ad victoriam perduxit:* unde Horatianum Carm. I. 1. 30: *Me doctarum hederæ præmia frontium Dîs miſcent ſuperis—.*

75. D. καταδαρθέντα] Ita editi, nec ex ſcriptis varietas annotata eſt. Atqui ineptum; quippe quod *excoriatum* a καταδέρω, δέρω· at a καταδαρθάνω eſt Aoriſtus 2. κατέδαρθον, καταδαρθών. Et tamen ſimiliter alibi a librariis peccatum: veluti in Plutarchi Quæſt. Rom. p. 264. E. καταδαρθέντα πρὸ τῶν θυρῶν, ἰδεῖν κατὰ τὰς ὕπνους ὄψιν. Ariſtophanis Pluto 300: Εἰκῆ δὲ καταδαρθέντα που, *temere autem conſopitum alicubi*. Philone Jud. Legat. Ad Caium p. 998. B: ὁπότε καταδαρθέντα ἐν συμποσίῳ καταθεάσαιτο. Luciano Philopatr. T. III. p. 610: δοκεῖτε ἐπὶ Λευκάδα πέτρην καὶ δῆμον ὀνείρων καλαδαρθέντες, τοσαῦτα ὀνειροπολεῖν: quibus locis legitima ſcriptura καλαδαρθόντα et καταδαρθόντες reſtituenda eſt. Nam quod Suidas Κατεδάρθη, κατεκοιμήθη· et Heſychius obſtare videtur, v. c. voce Κατεδάρθαι· κατακοιμᾶσθαι· et Ἐδάρθη· ἐκοιμήθη· et Ἐδράθη· κατεκοιμήθη: non tantum apud nos valet, quin putemus vel ipſum pravis exemplorum lectionibus deceptum, vel a librariis corruptum eſſe: donec meliora docebimur, corrigamus Κατέδαρθε· καλεκοιμήθη. Ἔδαρθε· ἐκοιμήθη. Ἔδραθε· κατεκοιμήθη. Certe Δέρεσθαι, Καταδέρεσθαι, numquam ſe nobis obtulit. Ælianus ap. Suid. in voc. Καταδαρθόντι οἱ τῶν τις ἱερέων ἐδόκει λέγειν—· ubi editiones Æliani exhibent καταδαρθάνοντι. Theocritus Idyll. XVIII. 9: καλέδραθες. XXI. 39: κατέδαρθον. Ariſtides T. I. p. 314. κατέδαρθον ϰεδὸν ὅσον εἰς ὄναρ. Menander ap. Stob. Geſn. p. 609. Grot. p. 501. κατέδαρθεν εὐδαίμων. Plutarchus Eumene p. 586. C: καλαδαρθὼν ὄψιν εἶδεν ἀλλόκοτον. De Genio Socr. p. 589. D: καταδαρθοῦσιν, *dormientibus*. Amatorio 766. B. καταδαρθών. An Seni Ger. Reſp. 786. D. κατέδαρθεν. Quæſt. Plat. 1009. A: καταδαρθάνειν. De Animæ Procreat. 1026. E: καλαδαρθάνει. Adv. Stoic. p. 1058. A. loco huic plane gemino: ὁ παρὰ τοῖς Στωϊκοῖς κάκιστος, ἂν οὕτω τύχῃ, πρωΐ, δείλης ἄριστος· καὶ καταδαρθὼν ἔμπληκτος, ϰ ἀμαθής, καὶ ἄδικος, καὶ ἀκόλαστος, καὶ, ναὶ μὰ Δία, δοῦλος, καὶ πένης, καὶ ἄπορος, αὐθημερὸν ἀνίσταται καὶ βασιλεὺς καὶ πλούσιος ϰ ὄλβιος γεγονὼς, σώφρων τε καὶ δίκαιος καὶ βέβαιος ϰ ἀδόξαστος. Plato Sympoſ. fin. p. 336. F: καὶ πρῶτον μὲν καταδαρθεῖν τὸν Ἀριστοφάνη. Philo Jud. Flacco p. 989. B: ὁπότε τύχοι καλαδαρθών—. De Septenario p. 1186. A: καταδαρθέντες ὕπνῳ

βαθεῖ. Mangeyus corrigendum monet καταβαρθόντες ὕπνον βαθύν: primum, recte: ſequentia, non item. Ariſtides T. I. p. 284. ἐπικαταβαρθών. 285. ἐπικατέβαρθον. Alia videantur apud Suidam l. c. et Fœſium Œc. Hippocr. p. 191.

75. E. Ψευδεῖς ὄνειροι—] Euripidis eſt ex dramate et perſona Iphigeniæ in Tauris 569: adhibuit Clemens Alexandr. in Protreptico p. 64. A: εἰ βάλεσθε οὖν τὰς φαντασίας ταύτας τὰς κενὰς ἀπορρίψαντες, τῇ συνηθείᾳ αὐτῇ ἀποτάξασθαι, κενοδοξίᾳ ἐπιλέγετε, Ψευδεῖς ὄνειροι χαίρετ', ἀδὲν ἦτ' ἄρα.

75. E. Καινεὺς—] Idem ferro invulnerabilis cum Stoicis comparatur a Plutarcho Opp. Mor. p. 1057. D, E. De ejus ex muliere in virum transformatione illuſtre eſt elogium Ovidii Met. XII. 189. ſeq.

75. E. μετακόσμησις] Univerſe notat *mutationem* rei in alium ſtatum, conditionem, *diſpoſitionem*, κόσμον, quæ propria hujus vocis eſt vis: ut recte monuit Salmaſius ad Simplicium p. 168. Vocabulum Plutarcho uſurpatum μετακόσμησις Opp. Mor. p. 583. F. 733. F. 927. A. Vit. 328. D. 456. A: Platoni Leg. X. p. 667. B.

75. F. Πρὸς πέτρῃ] Attigit Eraſmus Adag. p. 1103: et ſine auctoritate poſuit in Proverbiis Trochaicis Schottus 1240. Iambice diſtinctum in editione Gr. Lat. A. 1624. quam noſtræ ſubſtravimus. Simile aut idem eſt apud Baſilium M. De Legendis Gr. T. I. p. 494. D: εὐθὺς οὖν ἐξ ἀρχῆς ἐπισκοπεῖν ἕκαστον τῶν μαθημάτων καὶ συναρμόζειν τῷ τέλει προσῆκε, κατὰ τὴν Δωρικὴν παροιμίαν, τὸν λίθον ποτὶ τὴν σπαρτὸν ἄγοντας.

p. 76. B. τῷ περὶ ψυχὴν ἀτάκτῳ καὶ ἀορίστῳ] Ex ratione Platonis: ſignificatur pars ἄλογος contraria τῇ λογικῇ: frequenter dicitur ἀόριστος, *indefinita, vaga, nullis legibus ac terminis circumſcripta*, ὕλη, αἰσθητὸν, σῶμα, quorum oppoſita ſunt νοῦς et νοητόν· qua de re ex Platonis fontibus ductæ ſunt diſputationes in *Platonicis Quæſtionibus* et *De Animi Procreatione*. Τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον, *diverſitates graduum*, ineſt in illa parte ἀορίστῳ: quod ex Platonis Philebo p. 77. E. 78. A. 80. B. explicat Plutarchus De Animi Procr. p. 1014. D. Ipſa dictio Plutarcho frequens, τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον, hoc ſenſu: Opp. Mor. p. 652. C. 678. C, D. 732.

A. C. 946. C, D. 963. A. 1014. E. 1109. E. Plato l. c. Ariſtoteles Hiſt. Animal. VIII. 1. et alibi. Dioſcorides V. 126. Porphyrius De Abſtin. III. 9. Ariſtocles ap. Euſeb. Præp. Evang. p. 767. A. Fuit etiam Stratonis liber περὶ τῦ μᾶλλον καὶ ἧττον, memoratus Diogeni Laertio V. 60.

76. C. Ὧν σκόπει τὸν πρῶτον] Hoc a nobis exhibitum, Reiſkius quoque reſtituendum monuerat: multis ille exemplis formulæ σκόπει e Plutarcho notatis, ſubjiciens hanc ſui quaſi admonitionem: *omitto longe plures alios locos, facili negotio coacervandos, ne putide diligens fiam.* Atqui his ipſis, quæ dederat, annotandis locis jam ſe in putidam diligentiam immiſit; ſiquidem ille putidus eſt, qui res et cognitas, nec ſuo loco, dicit: præſens enim locus non poſtulabat notationem exemplorum ſimplicis formulæ σκόπει, quippe nemini ignotæ, nec ad hunc locum quid momenti adferentis; ſed conjunctæ cum ſimili ſententia, conſtructione, ratione. Volebat nimirum oblique alios tangere copioſe et docte interpretantes: quod dum facit, in ſuam ipſe reprehenſionem incidit. Igitur opportuna notentur exempla hujus Plutarchei uſus, qui ſimili tranſitu diſputationis ad ſequentia cernitur: Opp. Mor. p. 328. B: —καὶ πρῶτον τὸ παροδοξότατον, εἰ βέλει, σκόπει—. 124. D: —σὺ δὲ ἐπισκόπει τῶν λεχθέντων ἕκαστον. 550. D: ἀλλὰ σκοπεῖτε πρῶτον, ὅτι—. Similius etiam Plato Theæteto p. 119. F: —ἐπανασκεψόμεθα—ἄτλα ποτ' ἐστὶ ταῦτα τὰ φάσματα ἐν ἡμῖν· ὧν πρῶτον ἐπισκοποῦντες φήσομεν—. Et fortaſſe reſtituenda Leg. X. p. 667. A: Ἆρ' οὖν, πρὸς Διός, οἷον πηγήν τινα ἀνοήτε δόξης ἀνευρήκαμεν ἀνθρώπων, ὁπόσοι πώποτε τῶν περὶ φύσεως ἐφήψαντο ζητημάτων; σκόπει πάντα λόγον ἐξετάζων: aſyndeton hujuſmodi quum non ſit pro more Platonis, dudum verius mihi accidit —ζητημάτων; ὧν σκόπει π. λ. ἐ.

76. C. ἀχανὲς πέλαγος] *vaſtum mare*, quaſi *infinito hiatu*. Plutarchus Adv. Epicur. p. 1107. A: τῆς ψυχῆς ὥσπερ εἰς πέλαγος ἀχανὲς τὸ ἄπειρον ἐκχεομένης. De Occulte Viv. p. 1130. E: καταποντίζων εἰς ἄβυσσον καὶ ἀχανὲς πέλαγος. Compar. Ariſtid. et Caton. p. 353. B: ὁ δὲ Κάτων—φέρων ἀφῆκεν ἑαυτὸν ὥσπερ εἰς πέλαγος ἀχανὲς, τὴν ἐν Ῥώμῃ πολιτείαν. Alexandro p. 683. C: καθάπερ ἐξ ἀχανοῦς προσήχει πελάγους.

Cicerone p. 863. E: καθάπερ εἰς πέλαγος ἀχανὲς τὴν πόλιν ἐμπεσὼν ὁ περὶ αὐτοῦ λόγος. Paul. Æmil. 268. F. Julian. Or. IV. p. 142. C. Aliis nominibus alibi jungitur.

76. C. τοῦ πρόσθεν ἐπιλαμβανόμενον] *Apprehendens anteriora, progrediens:* minime probum, quod antea legebatur, τοῦ π. ἐπιλαμβάνον: at ferri poterat τὸ πρόσθεν ἐπιλαμβάναν, *apprehendens anteriora:* dicitur enim ἐπιλαμβάνεσθαί τινος, et ἐπιλαμβάνειν τι, ut in ſimplici λαμβάνειν, et aliis ejus compoſitis. Et vero ubi contra eſſe videtur, alia eſt ratio: veluti in Pauſania IX. 14. p. 739: τεθνάναι δὲ ἐτέτακτο ἄνδρα ἐπιλαβόντα τῆς ἀρχῆς, *ſancitum erat, ut capitali ſupplicio afficeretur vir, qui ſibi imperium prorogaſſet:* ſubaudiendum τι, *qui ſibi aliquid imperii inſuper ſumſiſſet.* Ariſtide Panathen. T. I. p. 149: μόνη δ' ἐξ ἀρετῆς ᾠκίσθη τε αὖθις, καὶ τῶν πρόσθεν ἀοικήτων ἐπέλαβεν ἅμα τοῖς ἔργοις· *ſola urbs Athenarum ſua virtute denuo ædificata eſt, et nova illa ædificatione occupavit etiam quædam antea non ædificata:* item ſupplendum τινὰ, *inſuper ſibi aſſumſit quædam loca non ædificata.* Livio *appetere* I. 8: *creſcebat interim urbs munitionibus, alia atque alia appetendo loca.* At Xenophonte Exped. Cyri I. 6. 10. ἐλάβοντο τῆς ζώνης τὸν Ὀρόντην, quod ex codice Pariſienſi proditur ἔλαβον, repudiandum eſt. Et in Polybio XII. 44. 12. ἐπιλαβεῖν εὐθέως τῶν αὐλίσκων, recte Schweighæuſerus poſt Scaligerum monet corrigendum τὸν αὐλίσκον. Ad præſentis loci rationem et Accuſativi uſum pertinet v. c. Plutarchus Mario p. 433. C: ἀποθνήσκει δ' οὖν Μάριος ἡμέρας ἑπτακαίδεκα τῆς ἑβδόμης ὑπατείας ἐπιλαβών· *decimo ſeptimo die ſeptimi conſulatus,* quaſi dicas, *inſuper nactus ſeptemdecim dies ſeptimi conſulatus.* Ariſtides T. I. p. 277: εἶναι τὸν νεὼν μείζω τε καὶ ἐπειληφότα τῆς στοᾶς ὅσον ἐστὶ τὸ ἐστρωμένον· *templum et majus eſſe, et occupaſſe porticus partem ſtratam.* Baſilius M. Homilia in Diteſcentes T. I. p. 344. A: ὁ δὲ πλεονέκτης—μιμεῖται τὴν τοῦ πυρὸς βίαν, πάντα ἐπιλαμβάνει, πάντα ἐπινέμεται· *ut ignis, omnia apprehendit, omnia depaſcitur.*

76. C. διϊὸν ἁπλαίσως διὰ τοῦ λόγου] *progredi, permeare per rationem ſine offenſione:* διὰ τοῦ λόγου, *per rationem, tamquam viam,* diſtinguitur ab uſu et actione, ut mox D: —ἔθος τοῦ λόγου προσλαμβάνοντος, *ratione acquirente conſuetudinem,* diſ-

cendi ſtudium, diſciplina, quaſi *theoria*, quæ a *praxi* diſcernitur: ut ſupra expoſuimus p. 75. A. In hac re ἄπλαιστος uſitatum. v. c. Jamblichus ap. Stob. Serm. LXXIX. p. 471: ἡ τῶν μουσῶν πρεσβυτάτη Καλλιόπη τὴν ἄπλαιστον ἀσφάλειαν τοῦ λόγου καὶ ἀνέλεγκτον αἰδοῖ μειλιχίῃ διαπρέπουσαν παρέχηκεν. Plutarchus in hoc ipſo libro et argumento p. 83. A: διαφυλάττοντα τὴν πορείαν ἄπλαιστον· *ſervantia progreſſum itineris ſine offenſione*. Similiter Marcello p. 307. A. Dion Chryſ. Or. I. p. 14. B: ἡ μὲν βασίλειος ἀσφαλὴς καὶ πλατεῖα, ὡς ἀκινδύνως τε καὶ ἀπλαίστως δι' αὐτῆς εἰσιέναι ἐφ' ἅρματος ἐλαύνοντα· *regia porta tuta et lata, ut ſine periculo et offenſione per eam curru invehi poſſis*. Ariſtides Or. Platon. I. p. 98: "ὁ δ' ἀσφαλῶς ἀγορεύει, Αἰδοῖ μειλιχίῃ, μετὰ δὲ πρέπει ἀγορο-"μένοισι,"—ἀσφαλῶς ἀγορεύει φησί· τὸ δ' ἀσφαλῶς, ἔστιν ἀπλαίστως: ex Odyſſeæ Θ. 172. ut Jamblichi modo allata dictio. Epictetus Diſſ. II. 13. p. 239: ἐμπείρως διαλέγεσθαι—ἐστὶν, οὐχὶ εὐκαίρως, καὶ ἀσφαλῶς, καὶ συνετῶς, ἔτι δὲ ἀπλαίστως καὶ ἀπαραποδίστως. M. Antoninus V. 10. item in progreſſu ad virtutem memorat τὸ ἄπλαιστον καὶ εὔρουν. Fortaſſe fluxit a Platone, qui hunc progreſſum in Theæteto laudat p. 115. B: λείως τε καὶ ἀπλαίστως καὶ ἀνυσίμως ἔρχεται ἐπὶ τὰς μαθήσεις τε καὶ ζητήσεις, οἷον ἐλαίου ῥεῦμα ἀψοφητὶ ῥέοντος.

76. C. Εἰ γάρ κεν καὶ σμικρὸν—] Heſiodi, Ἔργ. 461. et ſupra habuimus p. 9. E. Simillime Baſilius M. Or. De Leg. Gr. T. I. p. 503. E: κατὰ τὸν Ἡσίοδον—σμικρὸν ἐπὶ σμικρῷ κατατίθεσθαι, οὐ μᾶλλον εἰς ἀργυρίου προσθήκην, ἢ καὶ εἰς ἥντινα οὖν ἐπιστήμην ὀρθῶς ἡγεῖσθαι ἔχειν τῷ ποιητῇ προσῆκεν. Plato Cratylo p. 275. C: ἀλλὰ τὸ τοῦ Ἡσιόδου καλῶς μοι φαίνεται ἔχειν, τὸ, εἰ καί τις σμικρὸν ἐπὶ σμικρῷ καταθείη, πρόθυμον εἶναι.

76. C. εἰς ἅπαντα ποιεῖ, μάλιστα δ' εἰς ἀρετῆς ἐπίδοσιν] *facit ad omnia, præſertim ad virtutis acceſſionem*, reddidit Cruſerius: ποιεῖ τι εἴς τι, pro *conducit aliquid ad rem, utile eſt ad rem*, non alibi reperimus apud Plutarchum. Medicis quidem frequens, in primis Dioſcoridi II. 23. 26. et paſſim, ποιεῖ πρός τι, *valet contra morbum*. Stephan. Theſ. Gr. L. T. III. p. 430. B. Scriptor De Fluviis, qui falſo Plutarchus fertur. p. 1157. D. et alibi: unde ſua ſumſit Stobæus Serm. XCVIII. p. 540, 541. Plato Leg. VII. 624. E, F:

τεῖχος δὲ περιβαλοίμεθα· ὃ πρῶτον μὲν πρὸς ὑγίειαν ταῖς πόλεσιν οὐδαμῶς συμφέρει, πρὸς δέ τινα μαλθακὴν ἕξιν ταῖς ψυχαῖς τῶν ἐνοικούντων εἴωθε ποιεῖν: bifariam accipi poteſt: vel ex hoc uſu, *confert, cauſa exiſtit, dux eſt ingeniis inhabitantium ad mollem habitum:* vel, *præterea vero ſolet ingeniis inhabitantium facere mollem habitum,* ut ſit pro ἐμποιεῖν. Republ. VIII. p. 497. E: καὶ πρὸς οὐδὲν ἀγαθὸν ἐνοῦσαι δρῶσιν, *voluptates quæ præſentes ad nullum bonum conferunt:* poteſt et accipi altero modo, *et præterea nullum bonum præſentes faciunt.* In Xenophontis Mem. Socr. I. 4. 11. ἡ δὲ ὀρθότης καὶ προορᾶν πλεῖον ποιεῖ δύνασθαι, *rectus ſtatus facit ut plus in longinquum proſpicere poſſimus:* ubi Caſtalionis editio eamque ſecutus J. M. Geſnerus in Chreſtomathia Gr. perperam πρὸς τὸ ὁρᾶν pro προορᾶν. Lucas Evang. XII. 47. μηδὲ ποιήσας πρὸς τὸ θέλημα αὐτοῦ, an ex medicorum conſuetudine dictionem ſuſcepit? quamquam eſt alius ſenſus *ad, ſecundum*; *ad exemplum* accepit Abreſchius in Annot. ad N. T. p. 586. Latinis item in re medica uſitatum *facit ad aliquid:* notatum in optimo Latinitatis Lexico Forcellini et Facciolat. T. II. p. 268. Cum Dativo eſt illud Propertii III. 1. 20: *Non faciet capiti dura corona meo:* et Græce Epictetus Diſſ. II. 6. p. 198: ἂν σοι ποιῇ, *ſi res tibi conducat, proſit.* III. 8. p. 390: ὅταν σοι μὴ ποιῇ, *ſi tibi non conducat.* IV. 1. p. 558: εἰ μὴ ποιεῖ σοι, ἔξελθε, *ſi tibi non placet, prodeſt, exi.*

76. D. οὐ μονὰς—ἀνθυποφερόσης] Sane præſtat μονὰς, *manſiones.* Plato Leg. IX. 651. D: διὰ βίου τινὰ μονὴν, *manſionem in urbe per totam vitam.* Pauſanias X. 31. p. 875: τέτμηται δὲ διὰ τῶν μονῶν ἡ ὁδός· *via diſtincta eſt ſtationibus.* Ἀνάλυσις, *diſſolutio itineris, domum reditio,* per metaphoram hic ſignificatur ductam ab uſu verbi ἀναλύειν ἐκ συμποσίου, *domum redire e convivio,* apud Plutarchum Sympoſ. IV. p. 660. A. Caton. Min. p. 762. B. Graech. p. 831. A: et plures, quorum locos notavit J. J. Wetſtenius ad Lucæ Evang. XII. 36. Inde ſuſpicio naſcatur, veram hujus loci lectionem fuiſſe —οὐ μονὰς ποιοῦσιν οὐδὲ ἐποχὰς καὶ καταλύσεις ὥσπερ ἐν ὁδῷ τῆς προκοπῆς, ἀλλ' ἀναλύσεις, *non manſiones et cohibitiones ac diverticula progreſſionis, tamquam in via, faci-*

unt, ſed diſſolutiones ac domum reditiones, id eſt, *reditum ad pravitatem*. Sed de hoc non ſtatuimus: quamquam in hoc libro, male a librariis habito, licentiæ conjectandi plus quam in aliis indulgeri, æquum ſit. Verbum ἀνθυποφέρω, *retrorſum auferre, in contrarium ferri*: ſic De Lunæ Facie p. 939. A: et ſimplex ὑποφέρεσθαι, *flumine aut animi motu auferri*: de quo alibi dicemus. In via ad virtutem qui non progreditur, is non ſtat et manet, ſed regreditur et veluti flumine aufertur. Egregie ad ſuum argumentum accommodavit Virgilius Georg. I. 199:

ni vis humana quotannis
Maxima quæque manu legeret: ſic omnia fatis
In pejus ruere, ac retro ſublapſa referri.
Non aliter, quam qui adverſo vix flumine lembum
Remigiis ſubigit, ſi brachia forte remiſit,
Atque illum præceps prono rapit alveus amni.

De generibus progredientium congruenter præſenti loco differit Seneca Epiſt. LXXI. p. 205: *Sublabentur autem, niſi ire et niti perſeveraverint: ſi quidquam ex ſtudio et fideli intentione laxaverint, retro eundum eſt. Nemo profectum ibi invenit, ubi reliquerat. Inſtemus itaque et perſeveremus—.*

76. D. —τοὺς μὲν γὰρ πλανήτας οἱ μαθηματικοὶ στηρίζειν λέγουσι] *Inſiſtere*: Cicero Nat. Deor. II. 40: —*ſtellæ, quas vagas dicimus, circum terram feruntur, eodemque modo oriuntur et occidunt: quarum motus tum incitantur, tum retardantur, ſæpe etiam inſiſtunt*. Inde στηριγμὸς dicitur *inſtitio*: Tuſc. I. 25: *aſtra ſuſpeximus, cum ea, quæ ſunt infixa certis locis, tum illa non re ſed vocabulo errantia—qui errantium ſtellarum curſus, progreſſiones, inſtitiones notavit*. Scholiaſtes Arati Phænom. 460: τῶν πλανήτων—ποικιλία, στηριγμοὶ, προηγήσεις. Diodorus Sic. I. 81: *Ægyptiorum obſervata* —τάς τε τῶν πλανήτων ἀστέρων κινήσεις καὶ περιόδους καὶ στηριγμούς· ubi videatur P. Weſſelingius.

76. E. κατὰ τὸν δοθέντα χρησμὸν Κιρραίοις ὑπὸ τοῦ θεοῦ.] Atqui hoc Oraculum non Cirrhæis, ſed Amphictyonibus bellum contra Cirrhæos inſtituentibus datum eſt: ita certe Æſchines Or. Adv. Cteſiphont. p. 289. B: μάλιστα μὲν ὡς λέγοντας οἱ πρόγονοι οἱ ὑμέτεροι, ἔπειτα καὶ οἱ ἄλλοι Ἀμφικτύονες,

μαντείαν ἐμανίεύσαντο παρὰ τῷ θεῷ, τίνι χρὴ τιμωρίᾳ τοὺς ἀνθρώπους τούτους μετελθεῖν· ᾗ αὐτοῖς ἀναιρεῖ ἡ ωυθία, πολεμεῖν Κιρραίοις καὶ Ἀκραγαλλίδαις πάντ' ἤματα καὶ πάσας νύκτας κ. τ. λ. Præter hunc locus eſt claſſicus de hoc bello, Pauſaniæ X. 37. p. 893. ſeq. ubi aliud Oraculum Amphictyonibus datum proditur, cujus hoc fortaſſe pars fuerit. Cui addatur Strabo IX. p. 641 : Plutarchus Solone p. 83. F. et ſeq.

76. E. τὴν φρουρὰν ἀνεικότα—ωροσδεδεγμένον] Operæ pretium eſt conferre exemplum Platonis, unde hæc imago ducta videtur Republ. VIII. p. 497. F. 498. D.

76. F. ἐκθλιβομένης] *ejectæ, repulſæ, repreſſæ.* Sic fere Plutarchus uſurpat : Opp. Mor. p. 81. C. 392. F. 653. F. 693. E. 697. A. 878. D, E. 888. D. 894. A. 928. B. 953. E, F. 1005. A. Vitar. 266. A. 360. E. 380. E. 417. D. 418. E. 464. B. 734. A. 738. F. 818. C.

76. F. ἀνακοπαὶ] *Regreſſiones violentæ, inhibitiones, repulſiones:* minus recte verterunt, *intermiſſiones, ceſſationes, reſpirationes* ; quippe harum contrariæ ſunt ωροκοπαὶ, *progreſſiones* ; quibus hic per haud invenuſtam paronomaſiam opponuntur : alioquin non uſitatum hoc ſenſu Stoicis, ſed ex vitæ conſuetudine ſumtum vocabulum, indeque a Plutarcho adhibitum alibi : v. c. Opp. Mor. p. 931. B. 1128. C. Vit. 392. C. 414. A. 690. C.

76. F. ἡ τοῦ καλάμου βλάσησις—77. A. λαμβάνοντος] Venit a Platone, Leg. VI. 619. C : παντὸς γὰρ δὴ φυτοῦ ἡ ωρώτη βλάση καλῶς ὁρμηθεῖσα ωρὸς ἀρετὴν τῆς αὐτοῦ φύσεως κυριωτάτη τέλος ἐπιθεῖναι τὸ ωρόσφορον—. Republ. VIII. p. 501. D: ὅσῳ δ' ἂν ἀνωτέρω ἴωσι ωρὸς τὸ ἄνανδες τῶν πολιτειῶν, μᾶλλον ἀπαγορεύει αὐτῶν ἡ τιμὴ, ὥσπερ ὑπὸ ἄθλματος ἀδυνατοῦσα ωορεύεσθαι. Calami geniculum, internodium, γόνυ : Plutarchus Symposſ. IX. p. 735. B : κριθίνην καλάμην γόνατα ἔχουσαν. Porphyrius Antr. Nymph. §. 19. hinc ἀγόνατος Diog. Laert. VIII. 34. Eadem comparatio eſt vitis, Sympoſ. II. p. 649. B : σώματος—ἀντερείσεις ωυκνὰς καὶ ἀντικοπὰς λαμβάνοντος, ὥσωερ ὁδοωόρου δι' ἀσθένειαν ωολλάκις ἀωοκαθίζοντος, εἶτα ωάλιν ἐρχομένου. Poterat et ἀνακοπὰς dicere, niſi has voluiſſet opponere ταῖς ωροκοπαῖς. Differentiæ ratio eſt in ipſis verbis : quippe quorum non modo præpoſitiones, ſed et conſtru-

ctiones differunt; etenim dicitur ἀνακόπλειν τινὰ, et ἀντικόπλειν τινί: de quibus alias dicemus.

p. 77. A. Τῷ δ' αὖ πλερὰ γένετο δι' ὠφέλειαν—] Legendum arbitror, Τῷ δ' αὖ πτερὰ γένετο, δι' ἀσφάλειαν διαφερομένῳ καὶ διακόπλοντι τὰς προφάσεις—: *Huic autem alæ accedunt, qui cum firmitate permeat ac retundit prætextus*—. δι' ἀσφάλειαν idem eſt, quod ἁπλαίςως: quæ ſæpe junguntur, ut vidimus ſupra p. 76. C. Homericum eſt dictum Iliad. T. 386. Τῷ δ' ἠΰτε πλερὰ γίνετ', ἄειρε δὲ ποιμένα λαῶν. Firmitatem propoſiti per ſimilem imaginem in Regulo oſtendit Horatius Carm. III. 5. 51.

— non aliter tamen
Dimovit obſtantes propinquos,
Et populum reditus morantem,
Quam ſi clientum longa negotia
Dijudicata lite relinqueret
Tendens Venafranos in agros
Aut Lacedæmonium Tarentum.

77. B. ἐξερρύη τὸ πάθος] Conſuetudinis Plutarcheæ verbum. Opp. Mor. p. 41. E: τῆς ἀκοῆς ἐξερρύη τὸ ἡδὺ, *voluptas evanuit ex auribus.* 274. D: ἔλαθον ἐκρυέντες τῶν ὅπλων, *non animadverterunt ſe ab armis deſuevisſe.* 792. D. περιήψεται τηλικαύτας ἀρετὰς καὶ τοσαύτας ἐκρυείσας τῆς ψυχῆς. Vitarum p. 118. B: ἐξερρύησαν οἱ τοῦ Θεμιςοκλέους λόγοι τῶν Ἑλλήνων· *effluxerunt Themiſtoclis admonitiones ex animis Græcorum.* 498. C: ἐξερρύη τὸ φιλότιμον αὐτοῦ. 532. E: ἐκρυῆναι δὲ τῶν πολεμίων τὸ θάμβος, *ut hoſtes pavor relinqueret.* 624. F: τὸ πρὸς Ῥωμαίους δέος ἤδη τῶν βαρβάρων ἐξερρυηκός. 668. E: ὁ μέντοι πρὸς φιλοσοφίαν ἐμπεφυκὼς καὶ συντεθραμμένος ἀπ' ἀρχῆς αὐτῷ (Ἀλεξάνδρῳ) ζῆλος καὶ πόθος οὐκ ἐξερρύη τῆς ψυχῆς. 789. C: οὐ πολὺν οἱ Κάτωνος λόγοι χρόνον ἐμμείναντες ἐξερρύησαν· *Catonis admonitiones non multum tempus in eorum animis defixæ, mox ex iis exciderunt.* 268. E: *rumor evaneſcit.* Plato Theage p. 12. A: πᾶσα ἐκείνη ἡ ἕξις ἐξερρύηκεν· *omnis illa facultas me reliquit.* Ad rem ipſam pertinet Epictetus Diſſ. I. 10.

77. B. Ὅτῳ δ' ἔρωτος δῆγμα παιδικὸν προσῇ] Utrum totus ſit Sophoclis verſus, an partim a Plutarcho factus, definire non poſſumus; ſiquidem alibi non niſi uno loco, nec inte-

ger, proditur. Sympoſ. I. p. 619. A: συνάγω δὲ καὶ ποτικοὺς εἰς ταὐτὸ καὶ ἐρωτικοὺς, οὐ μόνον ὅσοις ἔρωτος δῆγμα πρόσεστιν, ὥς φησι Σοφοκλῆς, ἀλλὰ καὶ τὰς ἐπὶ γυναιξὶ καὶ τοὺς ἐπὶ παρθένοις δακνομένους. Valckenarius hoc in loco maluit παιδικοῖς ad Eurip. Phœn. p. 138: eumdem verſum citat ad Hippol. p. 305. Retulit hinc in Fragmenta Sophoclis Brunckius T. II. p. 42.

77. C. ὅταν δ' ἀποσπασθῇ—ἀδημονοῦντα] Ariſtoteles Rhetor. I. 11: Καὶ ἀρχὴ δὲ τοῦ ἔρωτος γίγνεται αὕτη πᾶσιν, ὅταν μὴ μόνον παρόντος χαίρωσιν, ἀλλὰ καὶ ἀπόντος μεμνημένοι ἐρῶσιν: ubi videatur Victorius p. 176. Verba in hac notione uſitantur: ἀδημονεῖν, Opp. Mor. p. 5. B. 129. C. 272. F. Vit. 238. C. 869. E. 939. E. Euripidi reſtituit Fragm. Incert. LXXXI. Muſgravius, non memorans Valckenarii εὐδαιμονῶν, ſenſui certe aptiſſimum, proditum ad Phœniſſ. p. 314. *Ardere amore, cupiditate*, φλέγεσθαι, Opp. Mor. 451. E. 550. E. 610. C. 767. C. 763. A. Vit. 314. D. 361. B.

77. C. λήθῃ δὲ φίλων—φιλοσοφίαν] Videtur eſſe Euripideum: quale in Amatorio p. 750. A. λήθῃ μὲν λόγων, λήθῃ δὲ πάτρας, quod inde in fragmenta ex fabula Chryſippo relatum eſt in editione Muſgr. T. III. p. 557. Apparet etiam color Platonicus ex Phædro p. 347. A: ἀδημονεῖ τε τῇ ἀτοπίᾳ τῶ πάθους—θεῖ δὲ ποθοῦσα ὅπου ἂν οἴηται ὄψεσθαι τὸν ἔχοντα τὸ κάλλος·—ὅθεν δὴ ἐκοῦσα εἶναι οὐκ ἀπολείπεται, οὐδέ τινα τῶ καλῶ περὶ πλείονος ποιεῖται· ἀλλὰ μητέρων τε καὶ ἀδελφῶν καὶ ἑτάρων πάντων λέλησται, καὶ οὐσίας δι' ἀμέλειαν ἀπολλυμένης παρ' οὐδὲν τίθεται. Ex his fontibus hauſit Philo Jud. De Somniis III. p. 1140. A: ὅταν μὲν ἐξ ἔρωτος θείου καταοχεθεὶς ὁ νοῦς—προέρχηται θεοφορούμενος, ἐπιλέλησται μὲν τῶν ἄλλων, ἐπιλέλησται δὲ καὶ ἑαυτοῦ. Juvenalis Sat. VI. 85: *Immemor illa domus et conjugis atque ſororis, Nil patriæ indulſit: plorantesque improba gnatos, Utque magis ſtupeas, ludos Paridemque reliquit.*

77. D. Ἡσιόδου] Notiſſimum illud Ἔργ. 289:

Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν
Ἀθάνατοι· μακρὸς δὲ καὶ ὄρθιος οἶμος ἐπ' αὐτὴν,
Καὶ τρηχὺς τὸ πρῶτον· ἐπὴν δ' εἰς ἄκρον ἵκηαι,
Ῥηϊδίη δ' ἤπειτα πέλει, χαλεπὴ περ ἐοῦσα.

77. D. φῶς ἐν τῷ φιλοσοφεῖν] Conferatur ſupra p. 48. C:

initia et progreſſus diſcendi ſæpe cum myſteriis comparantur, in quibus e tenebris lux fit p. 26. B. cui addatur p. 769. E. Sic Plato de philoſophia, Epiſt. VII. p. 719. A: ἐκ πολλῆς συνουσίας γιγνομένης περὶ τὸ πρᾶγμα αὐτὸ, καὶ τοῦ συζῆν, ἐξαίφνης οἷον ἀπὸ πυρὸς πηδήσαντος ἐξαφθὲν φῶς ἐν τῇ ψυχῇ γενόμενον αὐτὸ ἑαυτὸ ἤδη τρέφει. Vide notata ad p. 26. D. 47. A—C.

77. E. Σέξτιόν τε τὸν Ῥωμαῖον—] Q. Sextius ſæpe memoratur a Seneca, ut magni animi Stoicus, *Græcis verbis, Romanis moribus philoſophans:* Epiſt. LIX. Idem Epiſt. XCIX. p. 383. *Honores repulit pater Sextius: qui ita natus, ut remp. deberet capeſſere, latum clavum, divo Julio dante, non recepit. Intelligebat enim, quod dari poſſet, et eripi poſſe.* Ubi Muretus hunc Plutarchi locum citavit: quem item attigit Th. Gatakerus ad M. Antonin. VI. 9. p. 181.

77. E. χρώμενον τῷ λόγῳ χαλεπῷ] *quum duram erga ſe experiretur philoſophiam, quum philoſophiæ ſtudium et exercitatio multas ei difficultates exhiberet.* De vocabulo λόγος monuimus ad p. 75. A. 76. C. Et χρῆσθαι Plutarcho cum duplici Dativo uſurpatum, Ariſtide p. 334. E: χρησάμενος γὰρ αὐτῷ παρὰ πᾶσαν τὴν πολιτείαν ἐχθρῷ· *quum eum in toto reip. gerendæ tempore inimicum expertus eſſet.* Catone Maj. 343. E: οἷς ἀεὶ πιστοῖς ἐχρῆτο καὶ προθύμοις. Mario 408. D: ἐν τῇ δίκῃ κακῶς πράττων ὁ Μάριος καὶ χαλεποῖς χρώμενος τοῖς δικασταῖς: vulgo male legitur χαλεπῶς. Lucullo p. 512. E: χαλεποῖς χρώμενοι καὶ δυσπειθέσι τοῖς στρατιώταις. Sertorio p. 573. E: ἐχρῆτο πρὸς ἅπαντα (αὐτοῖς) μετριωτέροις· *uſus eſt illis ad omnia obſequentioribus.* Pericle p. 170. A: οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι γινώσκοντες ὡς ἐκείνου (Περικλέους) καλαλυθέντος εἰς ἅπαντα μαλακωτέροις χρήσονται τοῖς Ἀθηναίοις. Bruto p. 1008. B: χρώμενος εἰς πάντα πιστῷ καὶ βεβαίῳ. Et Latini aſſumſerunt: v. c. Plautus Trinummo IV. 1. 8: *Nam pol placido te et clementi, meo uſque modo, ut volui, uſus ſum in alto.* Cicero. Epiſt. ad Diverſ. IX. 1. *cum placatis his utor.* Plancus ad Cic. X. 21: *ſcripſique tibi biduo ante, confidere me, bono Lepido eſſe uſurum.* Terentius Hecyr. III. 4. 9: —*adverſa tempeſtate uſi ſumus.* Nepos Attico I: *Patre uſus eſt dili-*

ger, proditur. Sympoſ. I. p. 619. A: συνάγω δὲ καὶ ϖοτικοὺς εἰς ταὐτὸ καὶ ἐρωτικοὺς, οὐ μόνον ὅσοις ἔρωτ@ δῆγμα ϖρόσεσιν, ὥς φησι Σοφοκλῆς, ἀλλὰ καὶ τὰς ἐπὶ γυναιξὶ καὶ τοὺς ἐπὶ ϖαρθένοις δακνομένους. Valckenarius hoc in loco maluit ϖαιδικοὺς ad Eurip. Phœn. p. 138: eumdem verſum citat ad Hippol. p. 305. Retulit hinc in Fragmenta Sophoclis Brunckius T. II. p. 42.

77. C. ὅταν δ' ἀϖοσπασθῇ—ἀδημονοῦντα] Ariſtoteles Rhetor. I. 11: Καὶ ἀρχὴ δὲ τοῦ ἔρωτος γίγνεται αὕτη ϖᾶσιν, ὅταν μὴ μόνον ϖαρόντος χαίρωσιν, ἀλλὰ καὶ ἀϖόντος μεμνημένοι ἐρῶσιν: ubi videatur Victorius p. 176. Verba in hac notione uſitantur: ἀδημονεῖν, Opp. Mor. p. 5. B. 129. C. 272. F. Vit. 238. C. 869. E. 939. E. Euripidi reſtituit Fragm. Incert. LXXXI. Muſgravius, non memorans Valckenarii εὐδαιμονῶν, ſenſui certe aptiſſimum, proditum ad Phœniſſ. p. 314. *Ardere amore, cupiditate*, φλέγεσθαι, Opp. Mor. 451. E. 550. E. 610. C. 767. C. 763. A. Vit. 314. D. 361. B.

77. C. λήθῃ δὲ φίλων—φιλοσοφίαν] Videtur eſſe Euripideum: quale in Amatorio p. 750. A. λήθῃ μὲν λόγων, λήθῃ δὲ ϖάτρας, quod inde in fragmenta ex fabula Chryſippo relatum eſt in editione Muſgr. T. III. p. 557. Apparet etiam color Platonicus ex Phædro p. 347. A: ἀδημονεῖ τε τῇ ἀτοπίᾳ τῶ ϖάθους—θεῖ δὲ ϖοθοῦσα ὅϖῃ ἂν οἴηται ὄψεσθαι τὸν ἔχοντα τὸ κάλλος·—ὅθεν δὴ ἐκοῦσα εἶναι οὐκ ἀϖολείϖεται, οὐδέ τινα τῶ καλῶ ϖερὶ ϖλείονος ϖοιεῖται· ἀλλὰ μητέρων τε καὶ ἀδελφῶν καὶ ἑτέρων ϖάντων λέλησται, καὶ οὐσίας δι' ἀμέλειαν ἀϖολλυμένης ϖαρ' οὐδὲν τίθεται. Ex his fontibus hauſit Philo Jud. De Somniis III. p. 1140. A: ὅταν μὲν ἐξ ἔρωτος θείου καταχεθεὶς ὁ νοῦς—ϖροέρχηται θεοφορούμεν@, ἐϖιλέλησται μὲν τῶν ἄλλων, ἐϖιλέλησται δὲ καὶ ἑαυτοῦ. Juvenalis Sat. VI. 85: *Immemor illa domus et conjugis atque ſororis, Nil patriæ indulſit: plorantesque improba gnatos, Utque magis ſtupeas, ludos Paridemque reliquit.*

77. D. Ἡσιόδου] Notiſſimum illud Ἔργ. 289:

Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ ϖροϖάροιθεν ἔθηκαν
Ἀθάνατοι· μακρὸς δὲ καὶ ὄρθιος οἶμος ἐϖ' αὐτὴν,
Καὶ τρηχὺς τὸ ϖρῶτον· ἐϖὴν δ' εἰς ἄκρον ἵκηαι,
Ῥηϊδίη δ' ἤϖειτα ϖέλει, χαλεϖή ϖερ ἐοῦσα.

77. D. ϕῶς ἐν τῷ φιλοσοφεῖν] Conferatur ſupra p. 48. C:

initia et progreſſus diſcendi ſæpe cum myſteriis comparantur, in quibus e tenebris lux fit p. 26. B. cui addatur p. 769. E. Sic Plato de philoſophia, Epiſt. VII. p. 719. A: ἐκ πολλῆς συνουσίας γιγνομένης περὶ τὸ πρᾶγμα αὐτὸ, καὶ τοῦ συζῆν, ἐξαίφνης οἷον ἀπὸ πυρὸς πηδήσαντος ἐξαφθὲν φῶς ἐν τῇ ψυχῇ γενόμενον αὐτὸ ἑαυτὸ ἤδη τρέφει. Vide notata ad p. 26. D. 47. A—C.

77. E. Σέξτιόν τε τὸν Ῥωμαῖον—] Q. Sextius ſæpe memoratur a Seneca, ut magni animi Stoicus, *Græcis verbis, Romanis moribus philoſophans:* Epiſt. LIX. Idem Epiſt. XCIX. p. 383. *Honores repulit pater Sextius: qui ita natus, ut remp. deberet capeſſere, latum clavum, divo Julio dante, non recepit. Intelligebat enim, quod dari poſſet, et eripi poſſe.* Ubi Muretus hunc Plutarchi locum citavit: quem item attigit Th. Gatakerus ad M. Antonin. VI. 9. p. 181.

77. E. χρώμενον τῷ λόγῳ χαλεπῷ] *quum duram erga ſe experiretur philoſophiam, quum philoſophiæ ſtudium et exercitatio multas ei difficultates exhiberet.* De vocabulo λόγος monuimus ad p. 75. A. 76. C. Et χρῆσθαι Plutarcho cum duplici Dativo uſurpatum, Ariſtide p. 334. E: χρησάμενος γὰρ αὐτῷ παρὰ πᾶσαν τὴν πολιτείαν ἐχθρῷ· *quum eum in toto reip. gerendæ tempore inimicum expertus eſſet.* Catone Maj. 343. E: οἷς ἀεὶ πιστοῖς ἐχρῆτο καὶ προθύμοις. Mario 408. D: ἐν τῇ δίκῃ κακῶς πράττων ὁ Μάριος καὶ χαλεποῖς χρώμενος τοῖς δικασταῖς: vulgo male legitur χαλεπῶς. Lucullo p. 512. E: χαλεποῖς χρώμενοι καὶ δυσπειθέσι τοῖς στρατιώταις. Sertorio p. 573. E: ἐχρῆτο πρὸς ἅπαντα (αὐτοῖς) μετριωτέροις· *uſus eſt illis ad omnia obſequentioribus.* Pericle p. 170. A: οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι γινώσκοντες ὡς ἐκείνου (Περικλέους) καλαλυθέντος εἰς ἅπαντα μαλακωτέροις χρήσονται τοῖς Ἀθηναίοις. Bruto p. 1008. B: χρώμενος εἰς πάντα πιστῷ καὶ βεβαίῳ. Et Latini aſſumſerunt: v. c. Plautus Trinummo IV. 1. 8: *Nam pol placido te et clementi, meo uſque modo, ut volui, uſus ſum in alto.* Cicero. Epiſt. ad Diverſ. IX. 1. *cum placatis his utor.* Plancus ad Cic. X. 21: *ſcripſique tibi biduo ante, confidere me, bono Lepido eſſe uſurum.* Terentius Hecyr. III. 4. 9: —*adverſa tempeſtate uſi ſumus.* Nepos Attico I: *Patre uſus eſt dili-*

gente, indulgente,—diti, et ſtudioſo literarum. Quæ vulgo pueris magiſtri ita interpretantes inculcant, *uti aliqua re* ſimpliciter eſſe *habere aliquam rem.* Atqui, O boni, ſi duo ſunt Ablativi, alter Subſtantivi, alter Adjectivi; hic ipſe ſignificat modum, quo Subſtantivum erga aliquem utitur. Igitur *uſus eſt patre* non dicitur pro *habuit patrem*, ſed *uſus eſt patre diligente, indulgente*, vel ſimili, pro, *patrem ſuum expertus eſt, habuit, erga ſe diligentem, indulgentem.* Habet enim vim Paſſivi, χράομαί τινι χαλεπῷ, *utor aliquo duro*, id eſt, *aliquis duriter me tractat:* Activi, χράομαί τινι χαλεπῶς· *aliquem duriter tracto.* Miror non monitum ab aliis, in primis a D. Vechnero in Hellenolexia, aut ad hunc librum a diligentiſſimæ doctrinæ viro Jo. Mich. Heuſingero. Igitur hoc Plutarchi loco dedimus ex codicibus, quod res ipſa poſtulabat, χαλεπῷ pro χαλεπῶς.

77. E. ἔκ τινος διήρους] *ex tecto quodam*, recte interpretatur Th. Gatakerus ad M. Antonin. p. 181. cui adjungendus Valckenarius ad Euripidis Phœniſſ. p. 34. et 40. Jungermannus ad Pollucem IV. 129. Plutarchi interpretes perperam vertunt *de biremi quadam.*

77. E. Διογένης] Diogenes Laertius VI. 22. ex Theophraſto aliquam hujus facti partem attingit, —ὥρμησεν ἐπὶ τὸν εὐτελῆ βίον· μῦν θεασάμενος διατρέχοντα, καθά φησι Θεόφραστος ἐν τῷ Μεγαρικῷ, καὶ μήτε κοίτην ἐπιζητοῦντα, μηδὲ σκότος εὐλαβούμενον ἢ ποθοῦντά τι τῶν δοκούντων ἀπολαυστῶν, πόρον ἐξεῦρε τῆς περιστάσεως: item, 40. Copioſius aliquanto et cum noſtro loco congruentius narrat Ælianus Var. Hiſt. XIII. 26.

77. E. δημοτελῆ] Ita Stephanus ex Pol. quocum conſentit Jun. et reliqui omnes ſcripti: antea edebatur πολυτελῆ in Ald. Baſ. Xyl. Sed δημοτελῆ magis aptum rei præſenti: videatur Harpocration, Heſychius, Suidas, ibique Interpretes: *cœnæ publicæ, publico ſumtu factæ.* Sic Plutarchus Numa p. 60. C. Phintys ap. Stob. p. 445. Plato Leg. XII. p. 684. C. μηδ' ἐν δημοτελέσι θυσίαις. Dion Chryſ. Or. XXXIII. p. 408. A. Ariſtides T. I. p. 332. Porphyrius De Abſtin. II. 16.

77. E. ἐχρῶντο κώμοις] Herodotus I. 21: πίνειν τε πάντας

καὶ κώμῳ χρέεσθαι εἰς ἀλλήλους, ubi Weſſelingius et noſtrum locum attulit: ita Plutarchus alibi. Sympoſ. VII. p. 710. C: μεθύοντα καὶ κώμῳ χρώμενον ἐστεφανωμένον Ἀλκιβιάδην. Alexandro 702. B: κώμῳ χρώμενος ἐφ' ἡμέρας ἑπτά—. Cæſare p. 728. A: πιόντες ἀνέδην, εἶτα χρώμενοι κώμοις—.

77. E. παννυχίσιν] *Pervigiliis*. Heſychius, Παννυχίς· ἑορτὴ νυκτερινή. Plutarchus Opp. Mor. p. 160. E. 277. F. 278. A. 517. A. Vitar. p. 564. D. 711. F. 714. D. Plato Rep. I. p. 410. A. Ariſtides T. I. p. 505. 509. Clemens Alexandr. Pædagog. p. 163. B, C. Alciphron. Epiſt. I. 33.

77. F. τρέποντας αὐτὸν] *animum ipſius non leviter ab inſtituto avertentes* reddit Xylander: *mutarent*, Cruſerius: Junius annotavit στρέφοντας, idque malim, id eſt, *verſarent, agitarent, vexarent*. Verba vulgo non ſatis diſtinguuntur: τρέπω τι, *converto quid aliorſum*: στρέφω, *circumago, verſo*: atque ita mox ejuſmodi relabendi cauſſæ dicuntur τὰ στρέφοντα p. 78. A.

77. F. θραύοντας] *vulnerantes, frangentes, labefactantes*: conjunctam habet originem et notionem cum τραύω, τρόω, τρώσκω, τιτρώσκω, item cum θράττω et ταράττω, quorum illud exquiſitius explicuit Ruhnkenius ad Timæi Gloſſ. Platon. p. 93. Eadem ratione Plutarchus Mario p. 432. C: ὑπὸ τοιούτων θραυόμενος λογισμῶν. Antonio p. 923. B: μᾶλλον ἐνίων τοῖς ἔθεσιν ἐνδιδόντων ὑπὸ ἀσθενείας καὶ θραυομένων τὸν λογισμόν. Cæſare p. 717. B. Vulgari ſenſu de rebus corporeis, *frangere*, Opp. Mor. 99. C. 953. D. Vit. 203. A. 338. D.

77. F. ἀναφέρειν τῷ φρονήματι] *Erigere ſe animo*: notavimus ad p. 65. B.

p. 78. A. ὅταν οὖν οἱ τοιοῦτοι κατασπασμοὶ—νομίζειν.] Perperam interpres Latinus noſter. Redde: *Quando igitur ejuſmodi depreſſiones non ſæpe fiant, et animi adverſus eas vindiciæ ac repulſiones, tamquam ex fuga, celeriter adſint, et mœrorem ægritudinemque facile diluant; tunc firmo quodam in loco progreſſionem eſſe, putandum eſt.* Κατασπασμὸς, *depreſſio, dejectio animi quaſi deorſum tracti*: de corporis humore eſt Sympoſ. III. p. 650. C: verbum κατασπάω frequens alibi. Ἐξαίρησις, *vindiciæ in libertatem*; ab ἐξαιρέο-

μαί τινα, *quem in libertatem vindico*: hinc ἐξαιρέσεως δίκη, apud Harpocrationem in voce: alias cum ε ſcribitur. Ἀνάκρουσις, *retractio, repulſio*: in verbo ἀνακρούειν nota poteſtas. Ἄλυς, *mœror*: Opp. Mor. p. 274. C. 603. E. Vit. 390. C. 590. A: de verbo ἀλύω dictum eſt p. 22. E. Ἀδημονία, *ægrimonia*: ſic De Recta Aud. Rat. p. 47. E. Numa 62. A. Jamblich. Vit. Pythag. §. 265: de verbo ἀδημονέω, ſupra p. 77. B.

78. A. διαφόρων] Xylander *diverſorum*: rectius *adverſariorum*, ut Amyotus. Sic Plutarchus Opp. Mor. p. 205. A. 757. B. 806. D. 873. A. Vit. 77. F. 338. A. 363. D. 607. A. 609. F. 508. B. 628. A. 746. E. 811. F. 824. C.

78. B. ἐξέσεισαν] Jun. Vulc. ἐξέσησαν. Moſc. 2. ἐξώσειαν, voluit ἐξέωσαν. Vulgatum a cæteris omnibus libris confirmatum, non eſt ſollicitandum. Plutarchus Sympoſ. VII. p. 713. A: εἴτι τῶν αὐσηρῶν καὶ σεφροντισμένων ὁ ἄκρατος οὐκ ἐξέσεισεν· *ſi quid triſtitiæ et curarum merum non ex animo excuſſit*. Antonio p. 922. A: τούτων μέντοι ταχὺ τῶν λογισμῶν ἐξέσεισεν αὐτὸν ἡ σαρὰ τῶν ὄχλων δόξα· *ab hoc animi propoſito eum mox excuſſit aura popularis*. Simpliciter de rebus corporeis ibidem 944. A. 952. E. Timoleonte 243. B.

78. B. εὐημεροῦντας] *Proſperum ſucceſſum habere: probari in agendo ac dicendo apud populum, vel regem, vel alios: gratia alicujus florere*: hoc fere ſenſu accipitur, varia tamen ratione pro varietate hominum, rerum, temporum. Satis eſt Plutarchi loca notaſſe. Opp. Mor. p. 25. D. 84. E. 92. A. 220. F. 473. B. 486. D. 513. D. 546. A. 630. E. 673. A. 696. E. 739. E. Vitar. p. 128. A. 188. E. 199. C. 210. B. 234. E. 334. E. 522. B. 546. D. 583. B. 681. E. 782. B. 848. A. 859. D. 873. C. 878. D. 901. B. 981. A. 994. A. 1002. B. 1025. D. 1041. A. 1043. E. Conferatur P. Victorius ad Ariſtot. Rhet. p. 258.

78. B. κατιόντας ὑπὸ πλήθους εἰς ἀγορὰν] *deſcendentes in forum ſub multitudine*, id eſt, magno cum comitatu, magna ſtipante caterva, amicorum, ſectatorum, apparitorum. Κατιέναι ita uſurpat Plutarchus: Quæſt. Rom. p. 276. C: ἀχίτωνες ἐπὶ τὰς ἐπαγγελίας κατήεσαν· *ſine tunica ad petendos*

magiſtratus deſcendebant. An Seni Ger. Reſp. p. 794. C: κατιόντα μετὰ τιμῆς, *cum honore in forum deſcendentem:* ib. 795. A. Vitarum p. 219. F. 369. D. 411. B. 423. D. 425. A. 644. D. 721. D. 769. A. 992. C. Ὑπό τινος, *comitatu quodam; præſente, comitante quodam.* Agide p. 802. A: φυλατλόμενος ὑπὸ τούτων κατέβαινεν εἰς τὸ ἀρχεῖον· *aluit ſatellites, quibus ſtipatus deſcendebat in curiam.* Cleomene 810. C: ὑπ' ἀγγέλων ὄχλῳ καὶ θυρωρῶν, *præſente nuntiorum et janitorum turba.* Alia ad hoc genus ſpectantia notavimus ad p. 41. C.

78. B. ἄτεγκτος] Diximus ad p. 44. A.

78. B. εἰλημμένος ἣν προσήκει λαβὴν ὑπὸ φιλοσοφίας.] Sic in Platonis Parmenide p. 56. C: ὅπως σοῦ ἀντείληπται φιλοσοφία, ὡς ἔτι ἀντιλήψεται, κατ' ἐμὴν δόξαν, ὅτε οὐδὲν αὐτῶν ἀτιμάσεις· νῦν δὲ ἔτι πρὸς ἀνθρώπων ἀποβλέπεις δόξας, διὰ τὴν ἡλικίαν. Elegans pleonaſmus. Apophthegm. p. 186. D: Ἀλκιβιάδης ἔτι παῖς ὢν ἐλήφθη λαβὴν ἐν παλαίστρᾳ. Pericle p. 173. A: Περικλέης ἔοικεν ὁ λοιμὸς λαβέσθαι λαβὴν οὐκ ὀξεῖαν.

78. C. ἐπιγαυροῦσιν ἑαυτοὺς] Sympoſ. II. p. 644. D: τὸν μὲν πένητα καὶ ταπεινὸν ἐπιγαυροῖ· *pauperis et humilis animum extollit.* Amatorio 760 F. ἐπιγαυρωθεὶς ὁ Κλεόμαχος. Othone 1074. E.

78. C. Ἀλλ' ἡμεῖς αὐτοῖς] In Stobæo Serm. I. p. 2. et nonnullis editionibus Theognidis leguntur, 316. At Solonis nomine ponuntur a Plutarcho De Utilit. Ex Inim. Cap. p. 92. E. De Anim. Tranquill. p. 472. D. Solone 79. F. Baſilio M. Or. De Leg. Gr. T. I. p. 495. E. Dictionem, ἀρετῆς πλοῦτος, docte illuſtravit C. Ritterſhuſius ad Porphyrii Vit. Pythag. p. 43.

78. C. Καὶ Διογένης—διατριβαῖς] Dion Chryſ. Or. VI. init. Διογένης ὁ Σινωπεὺς, ὅτε ἔφυγεν ἐκ Σινώπης, ἀφικόμενος εἰς τὴν Ἑλλάδα, διῆγέ ποτε μὲν ἐν Κορίνθῳ, ποτὲ δὲ Ἀθήνησιν· ἔφη δὲ μιμεῖσθαι τοῦ Περσῶν βασιλέως τὴν δίαιταν· καὶ γὰρ ἐκεῖνος τῷ μὲν χειμῶνι ἐν Βαβυλῶνι καὶ Σούσοις, ἐνίοτε δ' ἐν Βάκτροις διῆγεν, ἐν τοῖς εὐδιεινοτάτοις τῆς Ἀσίας, τοῦ δὲ θέρους ἐν Ἐκβατάνοις τῆς Μηδικῆς, ὅπου ψυχρότατος ὁ ἀὴρ ἀεί ποτέ ἐστι, καὶ τῷ περὶ Βαβυλῶνα χειμῶνι τὸ θέρος ὅμοιον: tota ſimilitudinis enarratio apud ipſum legenda. At Metrocli tribuit ipſe Plutarchus

De Vitiosit. Anim. p. 499: —Μητροκλῆς, ὃς χειμῶνος ἐν τοῖς προβάτοις καθεύδων, καὶ θέρους ἐν τοῖς προπυλαίοις τῶν ἱερῶν, τὸν ἐν Βαβυλῶνι χειμάζοντα, καὶ περὶ Μηδικὴν θερίζοντα Περσῶν βασιλέα περὶ εὐδαιμονίας εἰς ἀγῶνα προκαλεῖτο: quæ suo loco tractabimus. Eodem pertinet illud Basilii M. Or. De Leg. Gr. T. I. p. 503. A: Ἐγὼ δὲ καὶ Διογένους ἄγαμαι τὴν πάντων ὁμοῦ τῶν ἀνθρωπίνων ὑπεροψίαν· ὃς γε καὶ βασιλέως τοῦ μεγάλου ἑαυτὸν ἀπέφηνε πλουσιώτερον, τῷ ἐλαττόνων ἢ ἐκεῖνος κατὰ τὸν βίον δεῖσθαι. Mos regis Persarum mutandæ habitationis ad tempestatum locorumque diversitatem, subinde a Veteribus memoratur: v. c. Æliano Natur. Animal. X. 6. Et a Recentioribus inde proditus: v. c. B. Brissonio de Reg. Pers. Cap. LXIX. Ez. Spanhemio ad Juliani Or. I. p. 125.

78. D. Ἀγησίλαος] Simillimum illi Socratis dicto apud Platonem in Gorgia p. 290. F: de quo diximus supra ad p. 6. A. Hoc Agesilao tribuitur a Plutarcho Apophthegm. Reg. et Duc. p. 190. F. Lacon. p. 213. C: Εἰθισμένων δὲ τῶν τὴν Ἀσίαν κατοικούντων τὸν Περσῶν βασιλέα μέγαν προσαγορεύειν, Τί δὲ ἐκεῖνος ἐμοῦ μείζων, εἰ μὴ δικαιότερος καὶ σωφρονέστερος; De Sui Laude p. 545. A. Vita Agesilai p. 608. F.

78. D. Ἀριστοτέλης πρὸς Ἀντίπαϊρον] Plutarchus De Animi Tranq. p. 473. A. loco fere simili: Ἀριστοτέλης δὲ πρὸς Ἀντίπατρον γράφων, Οὐκ Ἀλεξάνδρῳ μόνον, ἔφη, προσήκει μέγα φρονεῖν, ὅτι κρατεῖ πολλῶν ἀνθρώπων, ἀλλ' οὐχ ἧττον οἷς ὑπάρχει περὶ θεῶν ἃ δεῖ δοξάζειν. De Sui Laude p. 545. A: οὕτω δὲ καὶ πρὸς ὁ Ἀριστοτέλης, Οὐ μόνον, ἔφη, τοῖς πολλῶν κρατοῦσιν ἐξεῖναι μέγα φρονεῖν, ἀλλὰ καὶ τοῖς περὶ θεῶν δόξας ἀληθεῖς ἔχουσι: voluit, debuit certe, scribere, πρὸς Ἀντίπατρον, aut πρὸς Ἀντίπατρον περὶ Ἀλεξάνδρου. Hunc locum spectavit Julianus Imp. in Epistola ad Themistium p. 265. A: Ἀριστοτέλης δὲ πρότερον ἔοικεν ἐννοήσας εἰπεῖν, ὅτι μὴ μεῖον αὐτῷ προσήκει φρονεῖν ἐπὶ τῇ θεολογικῇ συγγραφῇ τοῦ καθελόντος τὴν Περσῶν δύναμιν. Hoc igitur quamquam in Epistola ad Antipatrum proditum, tamen, Juliani indicio, de scriptione Theologica dixit: de qua hunc locum accepit J. A. Fabricius Biblioth. Gr. Vol. II. p. 191. Aristotelis Epistolas, in iisque eas ad Antipatrum, memorat Diogenes Laertius V. 27.

78. D. Ζήνων—] Plutarchus De Sui Laude p. 545. F:

οὕτω καὶ ὁ Ζήνων πρὸς τὸ πλῆθος τῶν Θεοφράστου μαθητῶν, Ὁ ἐκείνου χορὸς, ἔφη, μείζων, ὁ ἡμὸς δὲ συμφωνότερος. Theophraſtum ad duo millia ſimul auditorum in ſchola habuiſſe prodit Diogenes Laertius V. 37.

78. E. ὑπεκχέῃς] *Senſim effundas, effluere ſinas.* Omiſſum in Stephani Theſauro, repoſuit ex hoc loco D. Scottus in Appendice: nec alibi deprehendi. Simplex ἐκχέω, *ſino effluere, facio ut quid effluat:* Plutarchus de Fortun. Rom. p. 324. B: οὗτος Ἀννίβαν τὸν Καρχηδόνιον, φθόνῳ καὶ ταῖς πολιτικαῖς δυσμενείαις μηδενὸς οἰκόθεν ἐπιῤῥέοντος, ὥσπερ χείμαῤῥον ἐξέχεε καὶ κατηνάλωσε περὶ τὴν Ἰταλίαν· *hic genius Hannibalem, cum per invidiam et inimicitias civiles nihil ei auxilii domo affluaret, in Italia diffluere ſivit et conſumſit.* Sympoſ. III. p. 649. D: ὅταν οἱ μὲν μὴ ἐπιπέμπωσιν, οἱ δὲ μὴ διαφυλάττωσιν, ἀλλ' ὀλίγον ἄθρουν λαβόντες ἐκχέωσιν. Ariſtides T. I. p. 231: διὰ τριῶν τῶν ἡδίστων θεαμάτων ἐκχεῖ τὴν ψυχήν· *per tria jucundiſſima ſpectacula delinit animum:* id eſt, *diffundit, oblectat:* niſi aliquando codex aliquid afferat, κατέχει, vel θέλγει.

78. E. φιλοσοφεῖν,—τὰς πρὸς δόξαν] Scilicet λόγους, *partes philoſophiæ eas, quæ plurimum ad opinionem apud vulgum, ad exiſtimationem, gloriolam, valeant:* φιλοσοφεῖν abeſt in Ald. Baſ. Xyl. A. E. Harl. Moſc. 1. 2. C. Venet. Hi duo poſtremi habent non niſi additum in margine. Diſerte adeſt in Jannot. et Pol. unde ſumſit Stephanus: certe poſtulatur a loci hujus ratione. Λόγος, *pars philoſophiæ*: ſupra notavimus p. 75. B. Δόξα, ut hic, in deteriorem partem ſubinde accipitur: Sympoſ. V. p. 564. C: ἐξελέγχοντα τῆς κρίσεως τὸ πρὸς δόξαν, οὐ πρὸς ἀλήθειαν. Themiſtocle p. 113. A: πρᾶος γὰρ ὢν φύσει καὶ καλοκἀγαθικὸς τὸν τρόπον ὁ Ἀριστείδης, καὶ πολιτευόμενος οὐ πρὸς χάριν, οὐδὲ πρὸς δόξαν, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ βελτίστου μετὰ ἀσφαλείας καὶ δικαιοσύνης—. Nicia p. 525. C: τούτοις δ' ὅτι μὲν πολὺ τὸ πρὸς δόξαν καὶ φιλοτιμίαν πανηγυρικὴν καὶ ἀγοραῖόν ἐστιν, οὐκ ἄδηλον. Adv. Epicur. p. 1100. D: ἀλλὰ τὴν δόξαν, οὐ τὴν ἀλήθειαν σκοποῦμεν. Alia dudum notavimus ad Ser. Num. Vind. p. 23: hujus Editionis p. 549. F. Nec nunc adeo notaſſem, ſi recte ab Interprete redditum vidiſſem.

78. E. καταίροντες] Vertunt *devolant*, quod eſt, ex ſuperiore in locum inferiorem volant: huic ſane loco non convenit. Et vero καταίρειν de *avibus* uſitatum, *quæ volatu ſe in locum conferunt ibique conſidunt*, ſive is ſit altus ſive humilis; quod *conſidere* non niſi *demittendo ſe* fieri poteſt. quod eſt καθῆσθαι. Plutarcho ſatis frequens: Opp. Mor. 41. F. 286. A. 340. C. 359. B. 371. E. 611. E. 967. C. Vit. 23. A. 122. A. 364. D. 680. A. 737. D.

78. E. ὥσπερ τὰ σκυλάκια, φησὶν ὁ Πλάτων] Rep. VII. p. 490. D: οἶμαι γάρ σε οὐ λελῆθέναι, ὅτι οἱ μειρακίσκοι, ὅταν τοπρῶτον λόγων γεύωνται, ὡς παιδιᾷ αὐτοῖς καταχρῶνται ἀεὶ εἰς ἀντιλογίαν χρώμενοι, καὶ μιμούμενοι τοὺς ἐξελέγχοντας αὐτοὶ ἄλλους ἐλέγχουσι, χαίρουσιν ὥσπερ σκυλάκια τῷ ἕλκειν τε καὶ σπαράττειν τῷ λόγῳ τοὺς πλησίον ἀεί. Quem locum tractavimus ad Ser. Num. Vind. p. 11: hujus editionis p. 548. C.

78. E. ἐπὶ τὰς ἔριδας καὶ τὰς ἀπορίας καὶ τὰ σοφίσματα—] *contentiones*, *dubitationes*, *cavillationes*: eſt abutentium dialectica, cujus eſt adeo munus et locus contra illas captiones philoſophum inſtruere: quod fecit Ariſtoteles in libris περὶ σοφιστικῶν ἐλέγχων: et Plato ſæpius iſtos homines exagitavit, in primis dialogo Euthydemo, negotium iſtud nomine σοφίας ἐριστικῆς appellans: igitur ἔρις ab ipſa dialectica ſegregatur: v. c. Plutarch. Defect. Orac. p. 431. E. τὰ μὲν ζητεῖν, τὰ δὲ μανθάνειν, ἐρίδος ἐκποδὼν οὔσης καὶ φιλονεικίας ἀπάσης. Hoc veterum ſophiſtarum erat, a quorum diſciplina Socrates juvenes avocabat, ut ait idem Platon. Quæſt. p. 999. E. quippe οἰήματος ἐπληροῦντο καὶ δοξοσοφίας, καὶ λόγων ἐζήλουν σχολὴν καὶ διατριβὰς ἀπράκτους ἐν ἔρισι καὶ φιλοτιμίαις. Athenæus XIII. 611. A: Lacedæmonii οὐ προσίενται οὔτε ῥητορικὴν οὔτε φιλοσοφίαν διὰ τὰς ἐν τοῖς λόγοις ὑμῶν φιλοτιμίας, καὶ ἔριδας, καὶ τοὺς ἀκαίρους ἐλέγχους. Ariſtides T. II. p. 311: Ἰσοκράτης σοφιστὰς μὲν (προσείρηκε) τοὺς περὶ τὴν ἔριν, καὶ τοὺς ὡς ἂν αὐτοὶ φαῖεν διαλεκτικούς, φιλόσοφον δὲ αὐτὸν καὶ τοὺς ῥήτορας. Hinc ἐριστικοὶ, *ſophiſtæ*, Ariſtoteli Sophiſt. Elench. I. 1—3: indeque Clementi Alex. Strom. I. p. 289. dicti philoſophi Megarici ab Euclide profecti Diog. Laert. II. 106. Et priores et hi in ſophiſmatibus verſabantur hiſque tamquam inſtrumentis ſapientiæ utebantur loco ſyllogiſmi; eſt enim

σόφισμα, auctore Aristotele Topic. VIII. 4. συλλογισμὸς ἐριστικός. De Sophistarum ratione ἐριστικῆς et generibus σοφισμάτων, et alii monuerunt, et copiose L. Crescollius in Theatro Sophist. II. 6.

78. E. τοῖς διαλεκτικοῖς ἐνδύντες, εὐθὺς ἐπισιτίζονται πρὸς σοφιστείαν.] An vero priores modo memorati non item dialecticam ad sophisticam convertunt? Immo unum ejus attingunt locum, qui est de contentione, dubitatione, sophismatibus. At hi *interius se induentes in dialecticam, ex ea quasi pabulantur et subsidia capiunt factitandæ sophisticæ.* Factitare sophisticam, σοφιστεύειν, frequens verbum, non item nomen σοφιστεία, quod Pollux ut barbarum repudiat IV. 50: habet tamen Plutarchus De Stoic. Repugn. p. 1043. E. fortasse ex Chrysippo, qui τρεῖς ὑποθέμενος μάλιστα ἁρμόζοντας τῷ σοφῷ χρηματισμὸς, τὸν ἀπὸ βασιλείας, ἢ τὸν ἀπὸ φίλων, καὶ τρίτον ἐπὶ τούτοις τὸν ἀπὸ σοφιστείας—εἰς μισθαρνίαν καταβάλλει (τὸν σοφὸν) ἢ σοφιστείαν. Diogenes Laert. II. 113. scriptura incerta. Et σοφιστεύει, et σοφιστείαν factitat, qui philosophiam, rhetoricam, aliamve disciplinam mercede docet. Aristoteles, ut philosophus, sophistis vanam sapientiam tribuebat, nec eos nisi hac et mercede docendo definit Sophist. Elench. I. 2: ἐστὶ γὰρ ἡ σοφιστικὴ, φαινομένη σοφία, οὖσα δὲ μή· καὶ ὁ σοφιστὴς, χρηματιστὴς ἀπὸ φαινομένης σοφίας, οὔσης δὲ μή. Sed de Verbi usu et vi alibi dicemus. In ἐπισιτίζονται, quod proprie est *pabulantur, cibos et commeatum auferunt*, suavis est metaphora ad disciplinam, *copias ac subsidia petunt.* Sic De Sanit. Tuend. p. 125. E: ἐμπίμπλασθαι παρ' ἑτέρων τῶν πολυτελῶν καὶ ἀπολαύειν, καθάπερ ἐκ πολεμίας ἀφειδῶς ἐπισιτιζομένους. 127. E: ὥσπερ εἰς πολιορκίαν ἐπισιτιζόμενοι. Sympos. VII. p. 708. E: καθάπερ ἐκ πολεμίας ὁμοῦ πᾶσι τοῖς περὶ αὐτὸν ἐπισιτιζόμενος. De Cupidit. Divitiar. p. 525. C: Δημάδης—ἐκ τῆς Μακεδονίας ἐπεσιτίζετο. Proprie dicitur in Lysandro p. 438. A. Antonio p. 934. C. et apud alios.

78. F. ἔνιοι δὲ καὶ χρείας—τιθέμενοι] Ἔνιοι δὲ facit intelligentiam difficilem: si abfit, omnia faciliora erunt. Nam σοφιστεία cum aliis muneribus duo habet hic dicta munera: primum χρείας et ἱστορίας colligere, quas oratione ornet in progymnasmatis usum et exercitationem: quales habemus in

Progymnaſmatibus Hermogenis, Theonis, Libanii, Aphthonii, Priſciani: deinde, his componendis rhetoricam docere et quæſtum facere, μισθαρνεῖν, χρηματίζεσθαι, quod videtur ſignificare illa dictio παραριθμεῖν τοὺς λόγους. Anacharſidis quidem ſententia ſatis eſt perſpicua: ſed quomodo congruat cum illo παραριθμεῖν καὶ παραμετρεῖν τοὺς λόγους, non item apparet. Fortaſſe vera lectio eſt, τοὺς λόγους παραριθμοῦντες καὶ παραριθμούμενοι· *orationes ſuas temere annumerant audientibus, et ab his viciſſim decipiuntur annumeranda mercede.* Hac notione eſt verbum in Stoicorum placitis apud Stobæum Eclog. Ethic. p. 183: μήτε πλεονάζεσθαι τὸν σοφὸν, οὔτε βεκολεῖσθαι, ἔτε διετᾶσθαι, οὔτε παραριθμεῖν, οὔτε ὑφ' ἑτέρου παραριθμεῖσθαι· ταῦτα γὰρ πάντα τὴν ἀπάτην περιέχειν καὶ τοῖς κατὰ τὸν τόπον ψεύδεσι πρόσθεσιν. Heerenius in ſua editione p. 232. verbum nihili διεῖσθαι, pro quo ſcripti quidam libri dant διαιτᾶσθαι, mutavit in διαπατᾶσθαι: quod ſequens vox ἀπάτην repudiat: nec enim Scriptor non ineptus dicat, in verbo διαπατᾶσθαι contineri ἀπάτην, aut in nomine ἀπάτῃ ineſſe διαπαῖσθαι, quod per ſe manifeſtum, hic locum non habet: malim certe δεκάζεσθαι, nec tamen ut pro indubitato in contextum recipi velim. Nec de præſente Plutarchi loco affirmem me verum vidiſſe. Codex C. habet ſcholion, quod apponendum cenſemus, ſi quis forte inde aliquid utilitatis capiat. Igitur Anacharſidis dicto ſuperſcriptum eſt: ᾗ τοῦτο μικρὸν, ὡς δοκεῖ ἰᾶσίτῃ· τὸ γὰρ πρὸς οὐδὲν μαρτυρήσει τῷ λόγῳ· quid hoc monitum, in primis vocula ἰᾶσίτῃ, ſibi velit, alii viderint; ego non video: in margine adſcriptum eſt: πρὸς οὐδὲν ἄλλο φησὶ χρῆσθαι τοὺς Ἕλληνας τῷ νομίσματι· οἷον οὐ πρὸς εὐποΐαν, οὐ πρὸς τὸ στρατιὰς ἐξοπλίζειν· οὐ πρὸς θεῶν τιμὴν, οὐ πρός τι τῶν συμφερόντων ἕτερον, ἀλλ' ἢ πρὸς μόνον τὸ ἀριθμεῖν καὶ καταλογίζεσθαι ὅποσον ἄξιον νόμισμα. Cæterum ultima Plutarchi verba, ἄλλο δ' οὐδὲν εἰς ὄνησιν ἀπ' αὐτῶν τιθέμενοι, poſſint accipi per tmeſin, jungenda præpoſitione cum verbo, in ἀποτιθέμενοι, *nullam eorum partem in uſum reponentes:* ſenſu ſimili atque in Horatiano Ep. I. 1. 12: *Condo et compono, quæ mox depromere poſſim.* Item in illo Plutarchi Pyrrh. p. 400. A: Πύρρος —οὐδὲν εἰς ὃ δεῖ θέσθαι τῶν ὑπαρχόντων σώσας— id eſt, σώσας

οὐδὲν τῶν ὑπαρχόντων εἰς τοῦτο εἰς ὃ δεῖ τὰ ὑπάρχοντα θέσθαι, *qui rerum acquisitarum nullam servasset ad eum usum, ad quem eas reponere debemus.* Sic εἰς μνήμην τίθεσθαί τι, *aliquid in memoria reponere.* Plato Leg. VII. p. 636. F: consuetudinem notans eorum, qui juvenibus suadebant carmina poetarum edisce re —ὅλως ποιητὰς ἐκμανθάνοντας· οἱ δὲ ἐκ πάντων κεφάλαια ἐκλέξαντες, καί τινας ὅλας ῥήσεις εἰς ταὐτὸ ξυναγαγόντες, ἐκμανθάνειν φασὶ δεῖν εἰς μνήμην τιθεμένους, εἰ μέλλει τις ἀγαθὸς ἡμῖν καὶ σοφὸς ἐκ πολυπειρίας καὶ πολυμαθίας ἔσεσθαι. Certe in præsenti loco Plutarchi ἀπ' αὐτῶν retinendum, quamquam quidam libri dissentiunt: ἐπ' αὐτῶν A. E. Mosc. 2. Harl. T: αὐτῶν vel ἑαυτῶν Vulc. ἀφ' ἑαυτῶν Collat. Muret. Jannot. Sensus est, *nullam aliam ex his rebus partem reponunt ad usum et utilitatem.*

p. 79. A. Ἀντιφάνης—γέρουσίας γενομένους] Antiphanes quin significetur mediæ illæ poeta Comœdiæ, non est quod dubitemus: dictum quidem ipsum, et quis hoc ad Platonis auditores accommodaverit, non memini me alibi legere. Legendum περὶ τῶν Πλάτωνος συνήθων, nexus sententiæ quodammodo suadet: quamquam, per temporum rationem, Platonis familiaris idem Antiphanem audire potuerit. Platonis simile est sententia Leg. II. p. 575. F: φρόνησιν δὲ καὶ ἀληθεῖς δόξας βεβαιοῦν, εὐτυχὲς ὅτῳ καὶ πρὸς τὸ γῆρας παρεγένετο. Epistola II. p. 707. F: εἰσὶ γὰρ ἄνθρωποι ταῦτα ἀκηκοότες, καὶ πλείους, δυνατοὶ μὲν μαθεῖν, δυνατοὶ δὲ μνημονεῦσαι καὶ βασανίσαντες πάντη πάντως κρῖναι, γέροντες ἤδη καὶ οὐκ ἐλάττω τριάκοντα ἐτῶν ἀκηκοότες· οἳ νῦν ἄρτι σφίσι φασὶ τὰ μὲν τότε ἀπιστότατα δόξαντα εἶναι, νῦν πιστότατα καὶ ἐναργέστατα φαίνεσθαι, ἃ δὲ τότε πιστότατα, νῦν τοὐναντίον.

79. A. κατάστασιν ὑγιεινὴν ἡ κρίσις λαβοῦσα—συμφέρεσθαι] Mosc. 2. et Vulc. κρᾶσις: hic etiam ὑγιεινὴν omittit. Vulgata præstat. Κρίσις, *judicium, judicandi facultas,* sæpe apud alios et Plutarchum, Opp. Mor. p. 1024. E. 1025. D. 1123. F. Vit. 888. D. 889. A. alibi: hujus est laus in *firmitate,* τὸ ἀμετάπλωτον ἐν ταῖς κρίσεσι, Adv. Stoic. p. 1061. E: hæc est κατάστασις, *certus status mentis,* Opp. Mor. 1147. A. 609. D. omnino *constitutio* et *ordo* rerum antea turbatarum Vit. 386. D. 740. B. 862. A. 865. E. et alibi. Ex

hoc ſtatu facultas judicandi incipit συμφέρεσθαι, *conſueſcere, contenta eſſe*, λόγοις δυναμένοις ἐμποιεῖν ἦθος καὶ μέγεθος, iis dictis ſcriptiſque quæ adferunt *morem et magnitudinem*, id eſt, *quæ ad mores formandos et animi magnitudinem valent*: de hac notione vocis ἦθος et alibi vidimus, et diximus ad Quæſt. Plat. I. p. 999. E. in Biblioth. Crit. Vol. III. Part. I. p. 16—20. Verbi συμφέρεσθαι rationem nullam habuerunt Latinæ Verſiones: atqui ſæpe eſt Plutarcho, *uti aliqua re, contentum ea eſſe, tractare eam, verſari et degere cum ea, conſentire*. Opp. Mor. p. 461. B. E. 827. B. 960. E. 1089. B. F. 1115. B. Vit. 130. B. 369. F. 877. C. 925. D.

79. A. κατὰ τὸν Αἴσωπον] Fabula de Vulpe ægrotantem Leonem inviſente, quæ eſt CXXXVII. in editione J. Hudſoni repetita ab J. M. Heuſingero: proverbialem habet celebritatem, a multis vel breviter ſignificata, vel diſerte memorata, quorum mentiones notarunt D. Lambinus ad Horatii Ep. I. 1. 75. et J. Hudſonus l. c. qui nec hunc Plutarchi locum omiſit.

79. B. ὥσπερ γὰρ ὁ Σοφοκλῆς ἔλεγε—εἶδος—] *Ut enim Sophocles dicebat, ſe, quum Æſchyli faſtum, deinde apparatus curioſitatem confutaſſet, tertio jam loco mutare dictionem, id eſt, optimam et maxime cum moribus conjunctam partem.* Dictum per breviloquentiam pro —ὁ Σοφοκλῆς ἔλεγε τῷ Αἰσχύλῳ διαπεπαιχὼς, πρῶτον μὲν τὸν ὄγκον, εἶτα τὸ ϖ. Nec opus ita corrigere: ϖρῶτον μὲν item omittitur, ut δεύτερον δὲ, de quo monuit Abreſchius Animadv. in Æſchyl. p. 326. De tragœdiæ incrementis poſt Æſchylum a Sophocle factis, Ariſtoteles De Poetica Sect. X. ubi eximius vir Tyrwhittus videatur. Diogenes Laertius III. 56. Themiſtius Orat. XXVI. p. 316. D: uberius etiam Anonymus in Vita Sophoclis Scholiis præmiſſa, in qua complures ſunt eruditæ notationes ex antiquis Vitarum ac Didaſcaliarum ſcriptoribus ſumtæ, quam compilavit Suidas in v. Σοφοκλῆς. Plutarchus ſua ex perdito auctore habet. Quid ſit ὄγκος et κατασκευὴ in λέξει vidimus ad p. 16. C. et 30. D: nunc ſeorſim per ſe quodque ſpectantur. Ὄγκος alias in laude, hic in vitio ponitur: eſt quidem illa *gravitas, majeſtas,*

magnificentia. Ariſtot. Poetic. XXIV. Longino VIII. p. 40. XII. p. 80. XV. p. 92. XXXIX. p. 214. XL. p. 220. aliiſque: ſed ſæpe *vana* eadem et *inflata*, *tumida*. III. p. 18: κακοὶ δὲ ὄγκοι καὶ ἐπὶ σωμάτων καὶ λόγων οἱ χαῦνοι καὶ ἀναλήθεις. XXX. p. 160: ὁ μέντοι γε ὄγκος αὐτῶν οὐ πάντη χρεώδης· ἐπεὶ τοῖς πραγματίοις περιτιθέναι μεγάλα καὶ σεμνὰ ὀνόματα ταυτὸν ἂν φαίνοιτο, ὡς εἴ τις τραγικὸν προσωπεῖον μέγα παιδὶ περιθείη νηπίῳ. At hoc loco univerſe ratio Æſchyli ad faſtum et pompam compoſita ſignificatur. Eſt in tragœdia non modo verborum, ſed et rerum, ὄγκος: Pſeudo-Plutarchus Vit. Homer. CCXIII: ἡ τραγῳδία τὴν ἀρχὴν ἔλαβεν ἐξ Ὁμήρου, εἰς ὄγκον πραγμάτων καὶ λόγων ἐπαρθεῖσα. Dionyſius Hal. in Dinarcho p. 115. A. Ὑπερίδου—τῆς κατασκευῆς τὸ μὴ τραγικὸν μηδὲ ὀγκῶδες—. Plutarchus Demetr. p. 909. A: de Alexandri ſucceſſoribus, ὡς ἐπὶ σκηνῆς τὸ βάρος ὑποκρίνοιντο καὶ τὸν ὄγκον τοῦ ἀνδρός. Omnino *ſuperbiam*, *magnificentiam et oſtentationem perſonæ*, *quam quis gerit*, ſignificat. Vit. p. 102. B. 110. B. 132. E. 297. A. 353. A. 443. B. 482. A. 526. B, C. 533. B. 585. B. 586. B. 787. B. 797. A. 896. E. Sane hujuſmodi erat in Æſchyli tragica ratione, quod reprehenſoribus anſam præbere poſſet: nec Ariſtophanes in Ranis diſſimulavit. Κατασκευὴ item de rebus accipiendum, vel de diſtributione et formatione fabulæ et argumenti: vel de *externo apparatu ſcenæ et perſonarum*, omnino *de illa parte*, *quæ ſub oculos cadit*: idque malim: ſiquidem in diſtributione fabulæ nil κατάτεχνον, *valde et nimis artificioſum*, tribui poteſt Æſchylo: ſic κατασκευὴ, *ædificiorum*, Opp. Mor. p. 409. A. 785. F. Vit. 191. D. 211. E. 305. E. 333. E. 518. A. D. 606. C. *Inſtrumenta*, *machinæ*, Opp. Mor. 718. E. *Confectio operis*, Vit. 158. E. 705. A. 983. D. *Apparatus*, Vit. 576. D. F. 616. E. *Urbis ornatus*, Vit. 508. F. Ariſtides T. I. 117. 148. 187. 189. 232. 474. 475. 540. 563. 568. *Veſtitus*, Vit. 412. E. Ariſtides T. II. p. 100. Τὸ πικρὸν τῆς κατασκευῆς non capio: caperem δριμὺ, *argutum*: nunc malim ψυχρὸν, περιττὸν, περίεργον, vel πανηγυρικὸν, quod proxima comparatio commendare videtur. Κατάτεχνον omnes habent libri, ut mox κατατέχνων: nec mutandi adeſt cauſſa,

licet parum ſit exemplorum, nec mihi alibi lectum: κατατεχνικῶς legitur in Pericle p. 152. F: recte repudiatur ab H. Stephano ad eum locum et in Theſ. L. Gr. T. III. p. 1434. A: et abeſt totum in codice Moſcuenſi ϗ κατατεχνικῶς, at in codice Pariſienſi legitur ϗ τεχνικῶς. Hæc pars nimium curata reprehenſionem habere poterat; ſiquidem, judice Ariſtotele Poetic. VI. ἡ δὲ ὄψις ψυχαγωγικὸν μὲν, ἀτεχνώτατον δὲ, καὶ ἥκιϛα οἰκεῖον τῆς ϖοιητικῆς. Ex his tribus λέξις eſt ἠθικώτατον, plurimam habet cum moribus conjunctionem: *oratio, verborum delectus et compoſitio:* quam definit Ariſtoteles l. c. τὴν διὰ τῆς ὀνομασίας ἑρμηνείαν.

79. B. ϖανηγυρικῶν] Expoſuimus ad p. 6. A.

79. C. σάρκινον] Per metaphoram de aliis corporibus, rariſſimum eſt de rebus moralibus, idque in bonam partem: nam animo fere opponitur, Sympoſ. VIII. p. 745. F: Adv. Colot. p. 1122. D: Plato Leg. XI. p. 673. B. ut alias σάρξ. Hic notat diſcendarum rerum materiam quaſi teneram et fructuoſam, nutrimentum augendo animo aptum. Sic de medicamento p. 54. E. τὸ σαρκοῦν τῆς δυνάμεως. 130. A. ἰχὼν σαρκοῦσαν. Conferatur H. Steph. Theſ. L. Gr. T. III. p. 743.

79. C. Σιμωνίδης] Notavimus ad p. 41. F.

79. D. Πλάτωνι ϗ Ξενοφῶντι—χνοῦν] De argumento præclara exſtat Senecæ Epiſt. CVIII. unde quædam appoſuimus ad p. 30. C. Ἀποδρέπεσθαι, *decerpere*, ut ſimplex δρέπεσθαι, quod notavimus ad p. 43. C: δρόσος, *ros*, ſuaviter, ſiquidem *cicadæ rore paſcuntur*: χνοῦς, *lanugo*, quæ in pomis, juventute hominum animaliumque quorumdam apparet, eleganter transfertur ad orationis integritatem ac teneritatem. Sic Dionyſius Halic. aliquoties: De Compoſit. Cap. XXV. p. 30. De Demoſth. Vi Cap. LI. p. 194. comparans oratores pictoribus ϖτίλα ϗ χνοῦς exprimentibus. Ep. ad Pompei. Cap. II. p. 127: de Platonis dictione, ὅ, τε ϖῖνος αὐτῇ καὶ χνοῦς τῆς ἀρχαιότητος ἡρέμα καὶ λεληθότως ἐπιτρέχει, χλοερόν τέ τι καὶ τεθηλὸς καὶ μεϛὸν ὥρας ἀναδίδωσι, item De Demoſth. Vi Cap. V. p. 166. Ibid. XXXVIII. p. 186: —ἐπανθῇ τις αὐταῖς χνοῦς ἀρχαιοπινὴς καὶ χάρις ἀβίαϛος. Jamblichus Vit. Pythag. §. 157: ὑπομνήμαϊα

—ἀρχαιοτρόπω δὲ καὶ παλαιοῦ πίνω ὥσπερ τινὸς ἀχειράπλω χνοῦ προσπνέοντα, ut veriſſime reſtituit Kuſterus.

79. D. περὶ Αἰσχύλω—βοῶσι] Animadvertimus ad p. 29. F. ubi idem refertur. Fuit quum ὁμοίων in ὁμοίως vel ὅμοια mutatum vellem: nunc nil muto. Pro λέγουσι dant λέγεται Pol. Jannot. Schott. Anon. T. V. B. Reliquam partem habet Stobæus Serm. XXIX. p. 206. ſine nomine auctoris, certe ex Plutarcho, ſive ex hoc, ſive deperdito loco: ſi ex hoc, non ſine varietate: Αἰσχύλος ἐν Ἰσθμῷ ἀγῶνα ὁρῶν τακτὸν (Geſnerus annotat πύκτην), καὶ ἐπὶ τῇ πληγῇ τοῦ θεάτρου ἐκβοήσαντος, πρὸς Ἴωνα ἔφη· ὁρᾷς οἷόν ἐστιν ἡ ἄσκησις· ὁ πεπληγὰς σιωπᾷ, οἱ δὲ θεώμενοι βοῶσιν. In verbo νύξας ſubaudiendum τῷ ἀγκῶνι: ut Odyſſ. Ξ. 485. Καὶ τότ' ἐγὼν Ὀδυσῆα προσηύδων ἐγγὺς ἐόντα, Ἀγκῶνι νύξας. Ariſtænet. Epiſt. I. 19. 27. quam dictionem attigit Abreſchius Lect. Ariſtæn. p. 128: item Th. Gatakerus ad M. Antonin. XII. 5. p. 351. cum ipſo Æſchyli dicto. Ion Chius, unus e claſſicis tragicis, ſubinde et aliis et Plutarcho memoratus, ex recentioribus nactus eſt in primis magnum Bentleium, qui ejus res enarraret in Epiſtola ad Millium p. 50. ſeq. hunc ipſum Plutarchi locum apponens. Πεπληγώς, *percuſſus*, paſſiva notione eſt in Lucullo p. 513. A: οὐκ ἐκίνει πεπληγότας πολλάκις, *non movebat victos ſæpe*. Nicia p. 529. F: τοῦ Νικίου μηδὲν ἔχοντος εἰπεῖν, ἀλλ' ἄχει καὶ θαύματι πεπληγότος. Quod pro ἑτέρου in uno eſt Vulc. τοῦ ἑτέρου, non repudiem.

79. E. Βρασίδας] Idem refertur in Apophth. p. 190. B. et Apophthegm. Lacon. p. 219. C: et ſimilis argumenti aliud p. 208. E. Fortaſſe quis requirat οὕτω ante μικρὸν, ut duobus illis locis exſtat. Raro quidem ſed tamen aliquando omittitur: v. c. De Sera Num. Vind. p. 564. E: οὔτε μέγας οὔτε μικρὸς γέγονεν ὥστε ἢ λαθὼν διαφεύγειν ἢ βιασάμενος, *nemo ita vel parvus vel magnus fuit, qui vel clam vel vi effugeret*. Julianus Imp. Or. I. p. 41. VII. 205. A: quod expoſuimus Biblioth. Crit. Vol. III. Part. II. p. 63. Quibus addatur L. Bos Ellipſ. Gr. p. 563.

79. E. Διογένης] Seneca Epiſt. XC. p. 315: *Quomodo, oro te, convenit, ut Diogenem mireris et Dædalum? Uter ex his ſapiens tibi videtur? qui ſerram commentus eſt? an ille,*

qui cum vidiſſet puerum cava manu bibentem aquam, fregit protinus exemtum e perula calicem, hac objurgatione ſui, Quamdiu homo ſtultus ſupervacuas ſarcinulas habui? Diogenes Laertius VI. 37: θεασάμενός ποτε παιδίον ταῖς χερσὶ πῖνον, ἐξέῤῥιψε τῆς πήρας τὴν κοτύλην, εἰπὼν, Παιδίον με νενίκηκεν εὐτελείᾳ.

79. E. τετάσθαι τὴν ἄσκησιν] Pro τῇ ἀσκήσει· *intentum eſſe exercitatione, tenſum, non remiſſum.* Epicteto frequens in hoc argumento Diſſ. IV. 12. p. 672: δεῖ—τετάσθαι τὴν ψυχὴν ἐπὶ τοῦτον τὸν σκοπὸν, μηδὲν τῶν ἔξω διώκειν—. Ib. p. 673: πρὸς τὸ μὴ ἁμαρτάνειν τετάσθαι διηνεκῶς. III. 24. p. 514: ὅλος τέταμαι πρὸς τὸν θεὸν καὶ τὰς ἐκείνου ἐντολὰς, καὶ τὰ προςάγματα. Enchirid. VII: τετάσθαι δὲ δεῖ τὴν διάνοιαν ἐπὶ τὸ πλοῖον, καὶ συνεχῶς ἐπιςρέφεσθαι, μή τοι γε (leg. μή τι σε) ὁ κυβερνήτης καλέσῃ. Idem alibi. Plutarchus Bruto p. 1000. D: τεταμένος τῇ φροντίδι πρὸς τὸ μέλλον. Dion Chryſ. Or. IV. p. 67. D: eleganti comparatione, *Diogenes videns Alexandrum,* ὑπὸ τῆς φιλοτιμίας κακίςῃ ψυχῇ ὅλον τεταμένον καὶ φερόμενον, ὥσπερ αἱ γέρανοι ὅποι ἂν ὁρμήσωσιν ἀποτείναται ἑαυτὰς, πέτονται· legam ὑπὸ τῆς φιλοτιμίας κακῶς τῇ ψυχῇ ὅλον κ.τ.λ. Julianus Ep. LVII. p. 442. D: ὁ παρ' ἡμῖν ἔρως ἐπί σοι τέταται. Celſus apud Orig. VIII. p. 789. B. Quædam ad hunc uſum ſpectantia notarunt Dorvillius ad Chariton. p. 643. et Abreſchius Auctario Dilucid. Thucyd. p. 360.

79. F. ὡς Θουκυδίδης ἔλεγε—] I. 18: εὖ παρεσκευάσαντο τὰ πολέμια καὶ ἐμπειρότεροι ἐγένοντο μετὰ κινδύνων τὰς μελέτας ποιούμενοι. Idem dictum citavit Plutarchus in Demoſthene p. 848. C: imitatus eſt Dionyſius Halic. Antiq. Rom. I. p. 20: ut monuimus Biblioth. Crit. Vol. III. Part. II. p. 6.

79. F. δόγματα ποιοῦντες] *Dicta* debent fieri *Decreta*, id eſt, quæ firma ſcientia et aſſenſione in animo defixa teneamus, et ut vitæ legem ſequamur, ita ex *præceptis* fiunt *dogmata*, id eſt, *Decreta:* quo de argumento tradit Seneca Epiſt. XCV. p. 372. Epictetus apud Stob. Serm. XXIX. p. 206: Εἰδέναι χρὴ ὅτι οὐ ῥᾴδιον δόγμα παραγενέσθαι ἀνθρώπῳ, εἰ μὴ καθ' ἑκάσην ἡμέραν τὰ αὐτὰ λέγῃ τις, καὶ ἀκούῃ, καὶ ἅμα χρῷτο πρὸς τὸν βίον. Retulit in Epicteti Fragmentis Uptonus

p. 766. recte hunc quidem locum, perperam proximos tres, qui ſunt Plutarchi.

p. 80. A. *μίγματα*] Sic codices plerique, et editi omnes: et eſt medicorum: igitur non commutandum cum *σμήγματα*, quod dant Collat. Muret. Anon. Mez. T. V. B.

80. A. *Ὁμηρικῆς ὄρνιθος*] Iliad. I. 323. Memorat Plutarchus etiam De Amore Prolis p. 494. D: et nos attigimus ad p. 48. A. Ad Longinum ſcholas habentem accommodavit Johannes Siceliota Commentario MS. in Hermogenem De Ideis, cujus excerpta ex codice Falconeti fecit Ruhnkenius: *ὁ μὲν γὰρ Λογγῖνος περὶ τὸ διδάσκειν μόνον ἐναχολούμενος, ᾗ περὶ τὸ γράφειν τελείας ὑποθέσεις οὐκ ἔχων καιρὸν, τὸ τῆς Ὁμήρου πέπονθεν ὄρνιθος, λιμώττουσα τοὺς νεοττοὺς τρέφειν.*

80. B. *μὲν δὴ χρησικῶς*] Unus Vulc. omittit *δή*: Meziriacus corrigit *διαχρησικῶς*, quæ eſt vox ſine exemplo: *μὲν δὴ* hoc loco ponitur pro ſimplici *μὲν*, uſu mihi nondum quod quidem ſciam obſervato: nam alibi uſurpatur, ſequente *δὲ*, in exordio vel exitu argumentationis ex antecedentibus ductæ: qualia ſunt exempla apud Hoogeveenium Doctrin. Particul. p. 676. ſeq. In *χρησικῶς* ſingularis eſt vis, nec vulgo ſatis animadverſa: *cum ſcientia utendi et ad noſtrum ipſi ingenii fructum:* duæ hoc loco ſimul cernuntur hæ notiones, quæ alias ſingillatim in illo vocabulo exſtant. Eſt enim *χρησικὸς* primum is, *qui ſcientiam et facultatem utendi habet:* Ariſtoteles Œcon. I. 6: *κοσμητικὸν τῶν ὑπαρχόντων καὶ χρησικόν.* Epictetus Diſſert. II. 23. p. 330: *τὸ προκείμενον ἦν σοι, κατασκευάσαι σαυτὸν χρησικὸν ταῖς προσπιπτούσαις φαντασίαις κατὰ φύσιν.* Plutarchus Cat. Maj. p. 336. C: *τὴν δὲ τοῦ σώματος ἕξιν—πάνυ χρησικὴν εἶναι· corporis habitum—magnopere ad uſum valuiſſe.* Opp. Mor. 884. E. Clemens Alex. Strom. I. p. 351. A. Hinc altera notio *de rebus, quæ utenti bene conducunt:* veluti apud Plutarchum Opp. Mor. p. 32. E: *τὸ λειότατον μέλι καὶ χρησικώτατον.* 910. E: *χρησικὸν οἶνον.* Alia H. Stephanus Theſ. L. Gr. T. IV. p. 601.

80. B. *μηδὲ φιλοτιμίας—διδάξαι*] *μηδ' ἐκ φιλοτιμίας* dant A. E. Moſc. 2. et Moſc. 1. a correctore, Venet. Flor. Harl.

Colleg. Nov. Pol. Schott. Jannot. Anon. T. V. B: porro poſt διδάξαι addunt θέλοντες vel βουλόμενοι Pol. Jannot. Vulc. Mez. nec niſi, ut videtur, e correctione quorumdam hominum conſtructionis rationem non animadvertentium; quippe ἀκοῦσαί τί καὶ διδάξαι eſt *ad audiendum et docendum*: nec opus eſt ex antecedentibus ἕνεκα ſubaudire, quod requirit ut addatur τοῦ: ſed ſolus per ſe Infinitivus obtinet vim Gerundii. Sic Plutarchus Opp. Mor. p. 48. C: εἴ τις ἦκων λόγου μεταλαβεῖν πρὸς ἄλλου· *ſi quis venit ad diſcendum ab alio*: ita intelligendus p. 87. D. εὐλαβούμενον ζῆν· *ad vivendum cum cautione*. Plato Leg. III. p. 585. F: λέγωμεν —σπάνια γὰρ ταῦτα νέμουσιν εἶναι κατ' ἀρχάς· *dicamus—et hæc rara fuiſſe ad vivendum iis, qui ab initio paſcerent*. Plura de uſu opportuna huic loco cognoſcantur ex Abreſchii Dilucid. Thucyd. p. 53. Nam minus huc pertinent quæ tradiderunt Vigerius et Hoogeveenius De Idiotiſm. p. 210. Similia ex LXX. collegit doctiſſimus Sturzius Diſſ. de Dialect. Alex. p. 48.

80. B. τοὺς λόγους ὥσπερ ἱμάντας ἢ σφαίρας ἐπιδούμενοι] *orationes tamquam cæſtus aut pilas nobis circumligantes*: videtur legendum περιδούμενοι. Comparatio ducta a πυγμῇ, *pugilatu*, in quo pugnus erat armatus vel *cæſtu*, ad certamen et vehementius feriendum, vel *pila* circumdatus ad exercitium, et lenius feriendum. Cæſtus, ἱμάντες, ſatis noti: Plato in Protagora p. 206. D. de Lacedæmoniis —ἐξηπατήκασι τοὺς ἐν ταῖς πόλεσι λακωνίζοντας· καὶ οἱ μὲν ὦτά τε κατάγνυνται μιμούμενοι αὐτούς, καὶ ἱμάντας περιελίττονται, καὶ φιλογυμναζοῦσι, καὶ βραχείας ἀναβολὰς φοροῦσιν· quod perperam ſic accepit Meurſius Miſcell. Lacon. I. 17. quaſi *aures loris circumvolviſſent*: quod accipiendum erat *de manibus, quibus lora, ſeu cæſtus, circumligantur*; de quo ſatis eſt legiſſe H. Mercurialem De Arte Gymn. II. 9. Sic Diog. Laert. VI. 42. Zenobius VI. 44. Nec pilæ uſus ſatis animadverſus eſt ab interpretibus cum aliis, tum Plutarcheis hoc loco, niſi forte Xylandro. Plato Leg. VIII. p. 643. C: ἢ νύκτας γε ὄντες πολλὰς ἂν ἡμέρας ἔμπροσθεν τοῦ ἀγῶνος ἐμανθάνομέν τε ἂν μάχεσθαι καὶ διεπονούμεθα, μιμούμενοι πάντα ἐκεῖνα ὁπόσοις ἐμέλλομεν εἰς τότε χρήσεσθαι περὶ τῆς νίκης διαμα-

χόμενοι; καὶ ὡς ἐγγύτατα τοῦ ὁμοίου ὄντες ἀντὶ ἱμάντων σφαίρας ἂν περιεδόμεθα, ὅπως αἱ πληγαί τε καὶ αἱ διὰ τῶν πληγῶν εὐλάβειαι διεμελετῶντο εἰς τὸ δυνατὸν ἱκανῶς; idem negotium paulo poſt dicitur σφαιρομαχεῖν, de quo Pollux III. 150. ubi Jungermannus Platonis locum adfert. Reſtituenda dictio Luciano Gymnaſ. T. II. p. 918. —μέμνησο, ἤν ποτε καὶ ἐς Λακεδαίμονα ἔλθῃς, μὴ καταγελάσαι μηδὲ ἐκείνων, μηδὲ οἴεσθαι μάτην πονεῖν αὐτοὺς, ὁπόταν ἢ σφαίρας περὶ ἐν τῷ θεάτρῳ συμπεσόντες, παίωσιν ἀλλήλους: legendum σφαίρας περιδούμενοι ἐν τῷ θ. σ. π. ἀ. Eamdem palæſtræ partem ſignificare videtur Philo Jud. De Somniis p. 585. B: χειροδοτεῖ τρόπον ἀλείπτου, ᾗ πρὸς τὰ γυμνάσια καλεῖ: ubi loco ſingularis illius verbi aliud ſingulare ſed ſententiæ congruens legendum videtur χειροδετεῖ, *manus ligat*, ſcilicet *pilis*. Si in Senecæ Epiſtola LXXX. initio vera eſt lectio: *Hodierno die non tantum meo mihi beneficio vaco, ſed ſpectaculi, quod omnes moleſtos ad ſphæromachiam avocavit:* vix dubium ſit quin hoc ludicrum ſignificetur. Hæc σφαῖρα ſæpe pro vulgari *pila*, qua jacienda luſus ſit, accepta, etiam ab iis, qui eam recte ad luctam referrent, tamen in eo perperam intellecta eſt, quod eam facerent pilam plumbeam loro bubulo inſutam, qua armatus pugil certaret: veluti principes Lexicographorum Stephanus Theſ. L. Gr. T. III. p. 1161. et Facciolatus voce *Sphæromachia*. Præter σφαῖραν aliud fuit pugilum ad ictum leniorem inſtrumentum ἡ μειλίχη, antiquitus, ante cæſtum, uſitatum: ut ex Pauſania VIII. 40. p. 682. colligitur. Quædam de hoc argumento tradidit P. Faber Agoniſtico I. 6. p. 33. et 9. p. 56. Comparatio diſputationis cum pugilatu alibi quoque occurrit: veluti in dicto Democriti apud Plutarchum Symp. I. p. 614. E. ἐριδαντέων καὶ ἱμαντελικτέων λόγους, quod illic explicabimus: et aliis locis, quos notavimus ad Ser. Num. Vind. p. 548. B. prioris editionis p. 5.

80. C. Ἐγὼ μὲν, εἶπεν, ὁ ἐλεγχθεὶς ἄπειμι σοι—] Correximus vulgatam iſtam interpunctionem Ἐγὼ μὲν (εἶπεν ὁ ἐλεγχθεὶς) ἄπειμι σου—. Simile ſuum quoddam negotium narrat, ſed ſine acumine, Iſocrates Panathen. p. 482: ὁ μὲν γὰρ ἀπῄει φρονιμώτερος γεγενημένος καὶ συνεσταλμένην ἔχων τὴν διά-

νοιαν, ὥσπερ χρὴ τοὺς εὖ φρονοῦντας, καὶ πεπονθὼς τὸ γεγραμμένον ἐν Δελφοῖς, ἑαυτόν τ' ἐγνωκώς—ἐγὼ δ' ὑπελειπόμην ἐπιτυχῶς μὲν ἴσως διειλεγμένος, ἀνοητότερος δὲ δι' αὐτὸ τοῦτο γεγενημένος καὶ φρονῶν μᾶλλον ἢ προσήκει τοὺς τηλικούτους—. Admonitio Socraticam rationem prodit: est enim ὁ ἔλεγχος κάθαρσις ψυχῆς, καὶ κακίας ἀφαίρεσις, ut ait Plato Sophist. p. 153: idem in Gorgia Socratem dicentem facit p. 285. E: ἐγὼ δὲ τίνων εἰμί; τῶν ἡδέως μὲν ἂν ἐλεγχθέντων, εἴ τι μὴ ἀληθὲς λέγοιμι· ἡδέως δ' ἂν ἐλεγξάντων· μεῖζον γὰρ αὐτὸ ἀγαθὸν ἡγοῦμαι, ὅσῳπερ μεῖζον ἀγαθόν ἐστιν αὐτὸν ἀπαλλαγῆναι κακοῦ τοῦ μεγίστου, ἢ ἄλλον ἀπαλλάξαι. Pertinet huc Plutarchi disputatio in Quæst. Plat. I. p. 999. E, F. et persona scenica Ἔλεγχος Menandri memorata Luciano in Pseudologista T. III. p. 165. item fine Menandri mentione in Piscatore T. I. p. 588.

80. C. περὶ Δημοσθένους λέγουσι καὶ Ἀλκιβιάδου—ἐξέπιπλεν.] Eumdem locum posuit in Reip. Præcept. p. 804. A: διὸ καὶ Δημοσθένης ἠλατίουτο τῶν πολλῶν, ὥς φασι, παρὰ τὸν καιρὸν ἀναδυόμενος καὶ κατοκνῶν. Ἀλκιβιάδην δὲ ὁ Θεόφραστος ἰσορεῖ μὴ μόνον ἃ δεῖ λέγειν, ἀλλὰ καὶ ὡς δεῖ βουλόμενον, πολλάκις ἐν αὐτῷ τῷ λέγειν ζητοῦντα καὶ συντιθέντα τὰς λέξεις, ἐνίοχεσθαι καὶ διαπίπλειν. De Demosthene hoc loco desidero apodosin post verbum ἐξέπιπλεν. Æschines De Fals. Leg. p. 251. C. eum dicentem ad Philippum obmutuisse tradit —ἐξαίφνης ἐσίγησε καὶ διηπορήθη, τελευτῶν δὲ ἐκπίπλει ἐκ τοῦ λόγου: ubi J. Taylorus hunc ipsum Plutarchi locum citavit p. 32. et nos p. 6. D. De Alcibiade eadem produntur a Plutarcho in illius Vita p. 196. A. ubi quod dicitur εὑρεῖν μὲν ἦν τὰ δέοντα καὶ νοῆσαι πάντων ἱκανώτατος, et hoc loco τῷ νοῆσαι πράγματα δεινότατος ὤν, omittitur τῷ in A. E. Venet. T. V. qua de ratione Articuli monuimus ad p. 15. B. Ἐκπίπλειν frequenter notat *explodi, exsibilari:* hoc loco simpliciter *excidere a dicendi proposito, perturbari in dicendo, conticescere:* ut in Æschinis loco laudato, ἐκπίπλειν ἐκ τοῦ λόγου. Sed de hoc Verbo alibi dicetur.

80. D. Ὅμηρος δὲ τὸν πρῶτον οὐ διηνέχθη τῶν στίχων ἄμετρον ἐξενεγκών·] —*non diffitebatur, non negabat, se primum versum non ad modorum legem exactum edidisse.* Unde acceptum referat Plutarchus, haud facile dicam: nec an pri-

mum Iliadis verſum ſpectet, quod putavit J. A. Fabricius Bibl. Gr. Vol. I. p. 364. et S. Clarkius, definiam. Διαφέρεσθαι, *diſſentire, repugnare, diffiteri* opponitur τῷ συμφέρεσθαι, *conſentire, concedere alicujus ſententiæ.* Opp. Mor. p. 946. F. 60. E. 67. F. 139. E. 223. A. 233. E. 760. C. 1016. E. 1022. F. 1029. E. 1077. C. 1113. C. 1115. C. Vit. p. 94. F. 514. D. 629. F. Porphyr. De Abſtin. I. 38. Ἐκφέρειν, *edere ſcriptum*, notavimus p. 10. C.

80. E. ἀληθινὸς ἔρως παιδὸς ἢ γυναικὸς—μηδὲν δεόμενον] Eadem ſententia, fortaſſe a communi fonte ducta, uſus eſt Ariſtides Or. Plat. I. p. 108: Ἀλλ' ὥσπερ ὁ φίλοινος οὐχ ἡγεῖται ζημίαν, εἰ μηδεὶς αὐτῷ πίνοντι συνείσεται· καὶ ὁ παιδεραστὴς καὶ ὁ φιλογύνης οὐ πρὸς τὴν ἑτέρων μαρτυρίαν τὴν ἐπιθυμίαν μετέρχονται, ἀλλὰ ζέργασιν ἂν ἔχωσιν οἷς χαίρουσι· οὕτω δὲ (leg. δὴ) καὶ ἐγὼ λόγοις συνὼν, καὶ τούτοις ἀνδ' ἑτέρων (leg. ἡδονῶν) χρώμενος, τέρπομαι τὴν πρέπουσαν ἴσως μᾶλλον ἐλευθέρῳ τέρψιν (τε καὶ ἡδονὴν omittatur cum codd.) ὥστε μηδ' ἂν τῶν γειτόνων μοι συνειδῇ μηδεὶς, οὐ τίθεμαι βλάβος. De tacita virtutis conſcientia, et hoc Plutarchi, et aliorum egregia præcepta appoſuit Th. Gatakerus ad M. Antonin. IX. 29. p. 278.

80. E. Θέασαι, Διονύσια, πέπαυμαι τετυφωμένος.] Poetæ incerti verſus: ſed ultimum vocabulum ipſius Plutarchi eſſe videtur: quod ſuſpicans et Meziriacus, πέπαυμαι volebat corrigendo mutari in ὅσα πέπαμαι, *Vide, O Dionyſia, quantas res poſſideam.* Sed de hoc ſtatuere non poſſumus, niſi eodem dicto vel apud auctorem ſuum vel alibi reperto. In uno libro Moſc. 2. eſt varietas θεάσασθαι pro θέασαι.

80. E. δῆλός ἐστιν ἔξω βλέπων ἔτι—] *Oſtendit ſe adhuc foras reſpicere: adhuc a rebus externis ſuſpenſum teneri: non virtutis conſcientia contentum externos laudatores et gloriolam requirere.* Plutarchus de Virt. et Vit. p. 100. F: μεθ' ἡμέραν μὲν γὰρ ἔξω βλέπουσα καὶ συχηματιζομένη ἡ κακία πρὸς ἑτέρους δυσωπεῖται καὶ περικαλύπτει τὰ πάθη—. De Tranq. Anim. p. 470. A: ἔξω βλέποντες ἀεὶ καὶ θαυμάζοντες ἀλλοτρίας δόξας καὶ τύχας. Sympoſ. VIII. p. 719. F: ὅπως δὲ, εἶπον, ἑαυτῶν μὴ καταφρονῆτε, μηδ' ἔξω βλέπητε παντάπασιν—. Reip. Ger. Præc. p. 798. D: ἔξω βλέπουσι ναυτιῶντες καὶ ταραττόμενοι. Arato p. 1033. E: ταῖς ἐλπίσιν ἔξω βλέπων, καὶ τὸν Αἰγύπτιον ἐθαύμαζε

πλοῦτον. Demoſthenes Or. pro Corona fin. p. 358. B: οἱ δυσσεβεῖς οὗτοι, οἳ τὴν μὲν πόλιν διασύρουσιν—ἔξω δὲ βλέπουσι. καὶ ἐν οἷς ἀτυχησάντων τῶν Ἑλλήνων εὐτύχησεν ἕτερος, ταῦτ' ἐπαινοῦσι. Muſonius ap. Stob. Serm. LXVIII. p. 425. *de conjugibus*: ὅπου δ' ἑκάτερος σκοπεῖ τὸ ἑαυτοῦ μόνον—καὶ οἰκίαν μὲν οἰκεῖ τὴν αὐτὴν, τῇ δὲ γνώμῃ βλέπει ἔξω—ἐνταῦθ' ἀνάγκη φθείρεσθαι μὲν τὴν κοινωνίαν—. Epictetus Diſſert. III. 2. p. 361: τὴν προαίρεσιν τὴν σαυτοῦ ἐν οὐδενὶ τίθεσαι, ἔξω δὲ βλέπεις εἰς τὰ ἀπροαίρετα· *tuum ipſe propoſitum ſpernis et foras ſpectas eas res, quæ propoſito tuo non ſubjectæ ſunt*: idem ſubinde ἔξω νεύειν, et ſimilia, notata Uptono in Indice voc. Ἔξω. Ariſtocles ap. Euſeb. Præp. Evang. XIV. p. 769. C: αἰσθανόμενοι μὲν ἢ φαντασιούμενοι πρὸς τὰ ἔξω βλέπομεν, ἡδόμενοι δὲ καὶ ἀλγοῦντες ἐπιστρέφομεν ἐπὶ μόνους ἑαυτούς. Porphyrius De Abſtin. II. 50: οἷς μέντοι ὁ βίος ἔξω κυλίεται. Pertinet ad eamdem ſententiam proverbium, Βοῦς ἀλλότριος τὰ πολλὰ ἔξω βλέπει, apud Zenobium II. 81.

p. 81. A. διψήσαντα νύκτωρ ἢ μὴ πιόντα.] Exemplum celebre in eodem præcepto poſuit Epictetus Diſſert. III. 12. fin. —ὅσα τῷ σώματι προσάγεται ὑπὸ τῶν γυμναζόντων αὐτὸ, ἂν μὲν ὧδέ που ῥέπῃ πρὸς ὄρεξιν ἢ ἔκκλισιν, εἴη ἂν ἢ αὐτὰ ἀσκητικά· ἂν δὲ πρὸς ἐπίδειξιν, ἔξω νενευκότος ἐστὶ, ἢ ἄλλο τι θηρωμένη ἢ θεατὰς ζητοῦντος τοὺς ἐρῶντας (leg. ἐροῦντας), Ὡς μεγάλου ἀνθρώπου (leg. Ὢ μ. ἀ.). Διὰ τοῦτο καλῶς ὁ Ἀπολλώνιος ἔλεγεν, Ὅτι, ὅταν θέλῃς, σαυτῷ ἀσκῆσαι, διψῶν ποτε καύματος, ἐφέλκυσον βρόγχον ψυχροῦ, καὶ ἔκπτυσον, καὶ μηδενὶ εἴπῃς: ubi ſimilia alia contulerunt Schegkius et Uptonus, hic quidem Apollonium intelligens Tyaneum illum: quod non definio. Th. Gatakerus hoc præceptum tractans comparavit duos hos Epicteti et Plutarchi locos ad M. Antonin. I. 7. p. 6.

81. A. ὡς ὁ Ἀγησίλαος] Notavimus ad p. 31. C.

81. A. Οὗτος γὰρ αὐτὸς εὐδοκιμῶν—θεατὴς,] Ita editi: nec tamen reticenda eſt hoc loco varietas ſcriptorum librorum C. E. Moſc. 1. 2. Venet. Flor. Harl. Colleg. Nov. Jannot. Collat. Muret. Exempl. Turneb. Τοῦτον γὰρ αὐτὸν εὐδοκιμοῦντα παρ' ἑαυτῷ μὴ καταφρονεῖν ἀλλὰ χαίρειν καὶ ἀγαπᾶν ὡς ἱκανὸν ὄντα μάρτυν ἅμα καὶ τῶν καλῶν θεατήν—. Alii leviter diſ-

ſentiunt ab hac ſcriptura: nam A. item habet, niſi quod dat καταφρονεῖ—χαίρει—ἀγαπᾷ. Jun. item, excepto —καταφρονοῦντα—χαίροντα. In Var. Lect. editionum Gr. Lat. ſine nomine libri eſt: τοῦτον γὰρ αὐτὸν εὐδοκιμοῦντα μὴ καταφρονεῖν ἀλλὰ χαίρειν καὶ ἀγαπᾷν ὡς ἱκανὸν ὄντος μάρτυν.

81. A. κατὰ τὸν Δημόκριτον—] Hinc ſumtum hoc dictum appoſuit H. Stephanus in Poeſi Philoſ. p. 179. Simile eſt ejuſdem Democriti ap. Stob. Serm. III. p. 41. et a Stephano relatum l. c. p. 162: Αἱ μεγάλαι τέρψεις ἀπὸ τοῦ θεᾶσθαι τὰ καλὰ τῶν ἔργων γίνονται. Ad dictionis ſimilitudinem accedit Euripideum Med. 202. Τὸ πανὸν γὰρ ἔχει τέρψιν ἀφ' αὑτοῦ—.

81. B. ὄγκμα—] Videatur animadverſio p. 52. C.

81. B. φλοιῶδες] *Corticoſum*: quod, corticis inſtar, exterius eſt nec niſi ſuperficiem tegit. Longinus Sect. III. p. 16. *de Clitarcho*, φλοιώδης γὰρ ὁ ἀνήρ. Sect. XI. p. 74: οὐδὲν φλοιῶδες, ἢ ἄσεμνον, ἢ σχολικὸν, *nil corticoſum aut vile aut ſcholaſticum*. Plutarchus De Garrul. p. 510. F: ὁ Λακωνικὸς λόγος οὐκ ἔχει φλοιὸν, ἀλλ' εἰς αὐτὸ τὸ δραστήριον ἀφαιρέσει τοῦ περιττοῦ σωμοῦται. Crantoris refert dictum Diogenes Laertius IV. 27: τραγῳδὸν γοῦν ἀπελέκυτον εἶπεν ἔχειν φωνὴν ἢ φλοιοῦ μεστήν. M. Antoninus XII. 2: Ὁ θεὸς πάντα τὰ ἡγεμονικὰ γυμνὰ τῶν ὑλικῶν ἀγλείων καὶ φλοιῶν καὶ καθαρμάτων ὁρᾷ. Et ib. 8: Γυμνὰ τῶν φλοιῶν αἰτιάσασθαι τὰ αἰτιώδη: ad priorem locum videatur Th. Gatakerus. Lucianus Hermotimo T. I. p. 823. de *Stoicorum diſputationibus*, τὸν καρπὸν ἀτεχνῶς ἀφέντες, ὅτος δ' ἦν περὶ τὰ ἔργα, περὶ τὸν φλοιὸν ἀσχολεῖσθε. Perſius Sat. I. 95. *Arma virum: nonne hoc ſpumoſum et cortice pingui:* ubi Caſaubonus videatur. Attigit hanc notionem etiam Ruhnkenius ad Longinum p. 145.

81. C. τὸ οἴημα] *Opinio ſapientiæ, vanitas*. Vid. p. 39. D.

81. C. διὰ πώγωνα καὶ τρίβωνα] Vid. p. 52. C.

81. D. Οὔτις τοι θεός εἰμι—] Odyſſ. II. 187: citat item Plutarchus De Sui Laude p. 543. D.

81. D. ὡς Αἰσχύλος φησὶν] Plutarchus Amatorio p. 767. B: Αἰσχύλος ὀρθῶς ἐποίησε,

Νέας γυναικὸς οὔ με μὴ λάθῃ φλέγων

Ὀφθαλμὸς, ἥτις ἀνδρὸς ᾗ γεγευμένη.

Æſchyli ex deperdita fabula Τοξότιδες fragmentum complures viri docti tractarunt. Grotius poſuit in Excerptis ex Trag. p. 51. illuſtravit Salmaſius ad Solin. p. 669. Gatakerus Adverſ. Poſthum. Cap. X. p. 503. Valckenarius ad Euripid. Phœniſſ. p. 349. Toupius Cur. Poſter. in Suid. p. 96.

81. D. τὰ Σαπφικὰ ταυτὶ] Ex nobiliſſimo Sapphus Odario, quod partim ſervavit Longinus Sect. X. vertit Catullus Carm. LI: illic legitur

Ἀλλὰ καμμὲν γλῶσσ' ἐάγη, ἀν δὲ λεπτὸν
Αὐτίκα χρῷ πῦρ ὑποδεδρόμακεν.

Priore verſu ita recte Toupius reſtituit pro γλῶσσα σέσιγε—. Et alii, et ſæpe, hunc locum ad ſuam ipſi orationem accommodarunt, et Plutarchus Amatorio p. 762. F. ſeq. Demetrio p. 907. B.

81. D, E. ὡς γὰρ οἱ τελούμενοι—] Philoſophiæ et omnino doctrinarum initia ſæpe, et varie, egregie a Plutarcho comparantur cum initiatione myſteriorum: quod ſupra notavimus ad p. 26. B. 47. A—C. Sic Ariſtides Panathen. p. 97. *de affectu Athenas appropinquantium*: ὅτω γὰρ πανταπασιν ἡ ψυχὴ προκαθαίρεται, καὶ μετέωρος καὶ κούφη γίνεται καὶ σφοδρὰ (forte φαιδρὰ), τῶν Ἀθηνῶν τῆς θέας ἐν παρασκευῇ, ὥσπερ ἐν ἱεροῖς προτελουμένη—. Orat. Sacr. II. p. 297: χεδὸν γὰρ ὥσπερ ἐν τελετῇ, περὶ ταῦτα πάντα διήγομεν, παρεῳώσης ἅμα τῷ φόβῳ καὶ ἀγαθῆς ἐλπίδος.

81. E. ταπεινὸς συνέπεται καὶ κεκοσμημένος] Ex Platone aſſumtum Leg. IV. p. 600. G: τῷ δὲ (θεῷ) ἀεὶ ξυνέπεται δίκη —ἧς ὁ μὲν εὐδαιμονήσειν μέλλων ἐχόμενος, ξυνέπεται ταπεινὸς καὶ κεκοσμημένος: particulam neceſſariam vulgo deſideratam καὶ recte exhibet codex MS. Bibliothecæ Lugdunobatavæ. Origenes Adverſ. Celſum III. p. 489. A. μηδὲ κἂν ὑπὸ Πλάτωνος διδαχθεὶς, ὅτι ὁ καλὸς καὶ ἀγαθὸς πορεύεται ταπεινὸς καὶ κεκοσμημένος· plenius cum antecedente parte hunc locum laudat idem VI. p. 640. F. aliique, quos notavimus, et notabimus ad Plut. De Ser. Num. Vind. p. 558. F.

81. E, F. τῷ Μενεδήμῳ πεπαιγμένον—] Dictum eleganter et ſapienter, non alibi nobis obſervatum. Simile quid

prodit Lucianus in Nigrino §. 12, 13. quomodo Athenienſes ſua ipſi urbanitate et morum elegantia advenas ventoſos et ſuperbia inflatos paulatim corrigant et faſtum deponere doceant. De Menedemo ſupra p. 55. C.

81. F. Τῶν τοίνυν δεομένων ἰατρείας—.] Hinc, vel e communi fonte, ſumſit Baſilius M. Orat. De Legendis Gr. Libris, in fine: Ὑμεῖς δὲ τριῶν ἀῤῥωϛημάτων ὄντων, μὴ τῷ ἀνιάτῳ προσεοικέναι δόξητε, μηδὲ τὴν τῆς γνώμης νόσον ϖαραπλησίαν τῇ τῶν εἰς τὰ σώματα δυϛυχησάντων δείξητε. Οἱ μὲν γὰρ τὰ μικρὰ τῶν παθῶν κάμνοντες, αὐτοὶ παρὰ τοὺς ἰατροὺς ἔρχονται· οἱ δὲ ὑπὸ μειζόνων καταληφθέντες ἀῤῥωϛημάτων, ἐφ' ἑαυτοὺς καλοῦσι τοὺς θεραπεύσοντας· οἱ δ' εἰς ἀνήκεϛον παντελῶς μελαγχολίας παρενεχθέντες, οὐδὲ προσιόντας προσίενται. Ὃ μὴ πάθητε νῦν ὑμεῖς, τοὺς ὀρθῶς ἔχοντας τῶν λογισμῶν ἀποφεύγοντες.

p. 82. A. ἁμαρτανόντων] Lege τῶν ἁμ. illud omiſit Gr. Lat. 1624.

82. A. ἁμαρτάνοντα] Rectius A. et Moſc. 1. ἁμαρτόντα: et item videtur Venetus voluiſſe.

82. A. Διογένης] Notavimus p. 74. C.

82. B. ἐπιδεικνύμενος ῥύπον ἢ κηλίδα χιτῶνος, ἢ διεῤῥωγὸς ὑπόδημα—] Hujuſmodi eſt illud Antiſthenis, qui ſuperbiæ contemtum præ ſe ferens lacero geſtando palliolo, a Socrate hoc dicto reprehenſus eſt, Ὁρῶ σε διὰ τοῦ τρίβωνος τὴν κενοδοξίαν: apud Diogenem Laert. II. 36: quocum conferatur alter ejuſdem locus VI. 8. et Ælianus Var. Hiſt. IX. 35: Th. Gatakerus ad M. Antonin. XII. 27. p. 360. Julianus Imp. Or. VI. p. 198. Μέμνημαι γοῦν ἐγώ ποτε τροφέως εἰπόντος ϖρός με, ἐπειδὴ τὸν ἑταῖρον εἶδεν Ἰφικλέα αὐχμηρὰν ἔχοντα τὴν κόμην, καὶ κατεῤῥωγότα τὰ ϛέρνα, ἱμάτιόν τε παντάπασι φαῦλον ἐν δεινῷ χειμῶνος· τίς ἆρα δαίμων τοῦτον εἰς ταύτην ϖεριέτρεψε συμφορὰν—.

82. B. ἐγχρέμματα] ἐγχρίμματα etiam corrigit Th. Gatakerus ad M. Antonin. XII. 27. p. 360: reddens *offenſiones, incurſationes:* vox in Lexicis deſiderata tuetur ſe analogia verbi ἐγχρίμπτεσθαι, *vulnerari immiſſo aculeo*, et Medii notione *incidere in quem:* itaque cum Philoſtrato Icon. II. 12. p. 830. reſtituit L. Kuſterus legens ἐγχρίμματος pro ἐγχειρήματος, probante Ruhnkenio ad Timæi Lex.

Plat. p. 105. et uberiorem verbi declarationem expromente.

82. C. ἀποτριβομένῳ—τὴν μοχθηρίαν] ἀποτρίβεσθαί τι, primo per ipſam originis vim notat *aliquid deterendo eximere et abigere*; deinde *repellere*, *repudiare*, unde nonnumquam ejus loco librarii ſcripſerunt ἀποτρέπεσθαι: qua de re monuit Weſſelingius ad Diodor. Sic. T. II. p. 6: cui adjungatur Valckenarius ad Theocritum p. 260. Plutarchus De Garrul. p. 510. C: τῶν γὰρ παθῶν κρίσει καὶ ἀσκήσει περιγινόμεθα· πρότερον δὲ ἡ κρίσις ἐςίν· ὀδὲις γὰρ ἐθίζεται φεύγειν καὶ ἀποτρίβεσθαι τῆς ψυχῆς ὃ μὴ δυσχεραίνει. De Vitioſo Pudore p. 531. E: Ἀντίγονος—ἐμμελὴς ἦν ἢ πιθανὸς ἀποτρίβεσθαι τὰ τοιαῦτα. 534. A: τοὺς ἀναιδῶς ἢ ἀδυσωπήτως ἐνοχλοῦντας ἀποτρίβεσθαι τῷ ἀδυσωπήτῳ. Reip. Ger. Præcept. p. 808. D: τὰς δὲ φαύλας ἢ ἀτόπους ἀξιώσεις (δεῖ) ἀποτρίβεσθαι. Adv. Stoic. p. 1060. F: δυσθαναλῶσαν ἀποτρίψασθαι πρεσβύτιν. Theſeo p. 12. C: τὴν μὲν πεῖραν ἰσχυρῶς ἀποτρίψασθαι. Themiſtocle p. 123. D: ὁ δὲ τὴν μὲν δέησιν ἀπετρίψατο τοῦ Παυσανίου. Julianus Or. V. p. 180. D.

82. C, D. Διογένους—ἐν τῷ καπηλείῳ γίνῃ·] Si ſcriptum eſſet vel καταφυγόντα δ' εἴσω τοῦ καπηλείου, vel ὀφθέντα πρὸς καπηλείῳ, nil erat quod quem offenderet. Nunc ſi vulgatam tueri velimus, prius illud ἐν καπηλείῳ accipiendum erit pro πρὸς καπηλείῳ, *ad cauponam*: ut dicitur ἡ ἐν Σαλαμῖνι μάχη, *pugna ad Salaminem*, Plutarcho Pelopida p. 289. A: et ſimilia, Pyrrho 384. F. Lyſandro 441. C. Cimone 490. A: quem uſum notarunt Perizonius ad Æliani Var. Hiſt. XII. 57. et Weſſelingius ad Diodorum Sic. T. I. p. 167. et 695: nec tamen ego facile illum uſum huic loco accommodem: nec prius καπηλεῖον mutem in κατάγειον cum Reiſkio. Cæterum, adoleſcentem hunc fuiſſe Demoſthenem narrat ſcriptor ille incertus De X. Oratorum Vitis p. 847. E: Διογένης δὲ ὁ κύων θεασάμενος αὐτόν ποτε ἐν καπηλείῳ αἰχυνόμενον ἢ ὑποχωροῦντα, εἶπεν, Ὅσῳ μᾶλλον ὑποχωρεῖς, τοσούτῳ μᾶλλον ἐν τῷ καπηλείῳ ἔσῃ. Similiter Ælianus Var. Hiſt. IX. 19: Ἤρισα ποτὲ Διογένης ἐν καπηλείῳ· εἶτα παριόντα Δημοσθένη ἐκάλει· τοῦ δὲ μὴ ὑπακούσαντος, Αἰσχύνῃ, ἔφη, Δημόσθενες, παρελθεῖν εἰς καπηλεῖον; καὶ μὴν ὁ κύριός σε καθ' ἑκάσην ἡμέραν

ἐνθάδε εἴσεισι· τοὺς δημότας λέγων καὶ τοὺς καθ' ἕνα· δηλῶν ὅτι οἱ δημηγόροι καὶ οἱ ῥήτορες δοῦλοι τοῦ πλήθους εἰσί. Item de Diogene Cynico, ſed aliter multo, refert Diogenes Laertius VI. 66 : Ὀνειδιζόμενος ὅτι ἐν καπηλείῳ πίνει· Καὶ ἐν κουρείῳ, φησὶ, κείρομαι. Turpe habitum fuiſſe in caupona conſpici, et hoc exemplo apparet, et alia ſunt indicia. Iſocrates Orat. Areopagitica laudans antiquorum Athenienſium mores, p. 257 : ἐν καπηλείῳ δὲ φαγεῖν ἢ πιεῖν, οὐδεὶς ἂν οἰκέτης ἐπιεικὴς ἐτόλμησε : quem locum citans Athenæus alia etiam adfert XIII. p. 566. F : ἐν τοῖς καπηλείοις καὶ τοῖς πανδοχείοις ἀεὶ διαιτᾶται· καίτοι Ἰσοκράτης τοῦ ῥήτορος ἐν τῷ Ἀρεοπαγιτικῷ εἰρηκότος· " ἐν καπηλείῳ δὲ φαγεῖν ἢ " πιεῖν οὐδ' ἂν οἰκέτης ἐπιει- " κὴς (abeſt a MS. Flor.) ἐτόλμησε·" σεμνύνεσθαι γὰρ ἐμελέτων, ἀ βωμολοχεύεσθαι. Ὑπερίδης δὲ ἐν τῷ κατὰ Πατροκλέους, εἰ γνήσιος ὁ λόγος, τοὺς Ἀρεοπαγίτας φησὶν ἀριζήσαντά τινα ἐν καπηλείῳ κωλύσαι ἀνιέναι εἰς Ἄρειον πάγον. Σὺ δὲ, ὦ σοφιζὰ, ἐν τοῖς καπηλείοις συναναφύρῃ, οὐ μετὰ ἑταίρων, ἀλλὰ μετὰ ἑταιρῶν—. Porphyrius De Abſtinentia IV. 18. p. 364 : τό τ' ἐν καπηλείοις διαζῆν οὐ κεκώλυκεν ὁ νόμος, καὶ ὅμως ἐπονείδιζον τῷ μετρίῳ. Julianus Epiſt. XLIX. p. 430. B.

82. D. τὸν Ἱπποκράτην—τὸ περὶ τὰς ῥαφὰς ἀγνοηθὲν αὐτῷ τῆς κεφαλῆς ἐξαγορεύσαντα] Refertur ad Epidemior. V. 22. edit. Charter. T. IX. p. 340. F : Αὐτόνομος ἐν Ὁμίλῳ ἐκ κεφαλῆς τρώματος ἔθανεν ις' ἡμέρῃ, θέρεος μέσου, λίθῳ ἐκ χερὸς βληθείς, κατὰ τὰς ῥαφὰς ἐν μέσῳ τῷ βρέγματι· τοῦτο παρέλαθέ με δεόμενον πριθῆναι· ἔκλεψαν δέ μου τὴν γνώμην αἱ ῥαφαὶ ἔχουσαι ἐν σφισὶν ἑωϋτῆ τοῦ βέλεος τὸ σῖνος—· ubi legendum ἑωϋτῆσι, ut in aliis editionibus. Liber hic, ſive germanus, ſive ſpurius, certe eſt antiquus, indeque Hippocratem ab eodem facto et veritatis amore celebrarunt poſteri. Celſus VIII. 4 : *A ſuturis ſe deceptum eſſe, Hippocrates memoriæ prodidit, more ſcilicet magnorum virorum, et fiduciam magnarum rerum habentium. Nam levia ingenia, quia nihil habent, nihil ſibi detrahunt. Magno ingenio, multaque nihilominus habituro, convenit etiam ſimplex veri confeſſio; præcipueque in eo miniſterio, quod utilitatis cauſſa poſteris traditur; ne qui decipiantur eadem ratione, qua quis deceptus eſt.* Quinctilianus Inſtitut. Orator. III. 6. p. 255 : *Nam et Hippocrates clarus*

arte medicinæ, videtur honeſtiſſime feciſſe, qui quoſdam errores ſuos, ne poſteri errarent, confeſſus eſt. Julianus Epiſt. LIX. p. 444. D: καὶ τί δὴ χρὴ λέγειν ὑπὲρ τούτου, ὅπου (vulgo ὅπως) καὶ τῶν Ἀσκληπιαδῶν ὁ κράτιστος Ἱπποκράτης ἔφη, Ἔσφηλαν δέ μου τὴν γνώμην αἱ περὶ τὴν κεφαλὴν ῥαφαί. Conferantur et A. Fœſius ad Hippocratis l. c. p. 1151. et J. A. Fabricius Bibl. Gr. Vol. I. p. 844.

82. E. Βίωνος] Significatur Bion Boryſthenites, de quo ſupra et legimus et monuimus p. 7. C. 22. A. 59. A. Meziriacus malebat Βίαντος: credo, quod Bionem, quamvis ingenio acutum et ſermone dicacem, tamen animo non item gravem et conſtantem nobis Antiqui prodiderunt. Atqui in *Bionis* nomine omnes noſtri conſentiunt libri: et quod Plutarchus hoc loco memorat, eſt dictum hominis, non factum.

82. E. —ἐπεὶ οὔτε κακῷ—] Odyſſ. Z. 187. Υ. 227.

82. E. Οὐλέ τε—] Odyſſ. Ω. 401.

82. E. Πύῤῥωνα δέ φασι—] Eamdem rem ex Poſidonio refert Diogenes Laertius IX. 68: Ποσειδώνιος δὲ καὶ τοιοῦτό τι διέξεισι περὶ αὐτοῦ· τῶν γὰρ ἐμπλεόντων ἐσκυθρωπακότων ὑπὸ χειμῶνος, αὐτὸς γαληνὸς ὢν ἀνέῤῥωσε τὴν ψυχὴν, δείξας ἐν τῷ πλοίῳ χοιρίδιον ἐθίον, καὶ εἰπὼν ὡς χρὴ τὸν σοφὸν ἐν τοιαύτῃ καθεσάναι ἀταραξίᾳ.

82. F. ἑταίρους] Sic et Harl. cujus lectiones poſtea accepimus.

82. F. Ζήνωνος—] Inde videtur et Epictetus ſumſiſſe, qui hoc in muneribus τῶν προκοπτόντων cenſet Diſſert. III. 2. p. 359. —ἵνα μηδὲ ἐν ὕπνοις λάθῃ τις ἀνεξέταστος παρελθοῦσα φαντασία, μηδ' ἐν οἰνώσει, μηδὲ μελαγχολῶντος. II. 17. p. 273. I. 18. p. 102. ibique J. Uptonus.

82. F. οἷον ἐν βυθῷ γαλήνης—διακεχυμένον] Ratio et oratio ex interiori forma Plutarchea: *tamquam in fundo perſpicuo maris tranquilli et nulla alluvione ſollicitati, ſic imaginatio et motus animi a ratione diffuſi et compoſiti perlucent.* De re ipſa jucundum ſit conferre ſimiles locos Plutarcheos v. c. De Virt. et Vit. p. 100. E. De Iſid. et Oſir. p. 383. E, F. ſeq. De Anima Fragm. p. 138. ad calcem libri De Ser. Num. Vind. ubi ſomnus eadem fere comparatione decla-

ratur. Ἄκλυστος, locus maris, vel portus, vacuus omni agitatione undarum, ut ne *allui* quidem, κλύζεσθαι, ſoleat: ſubinde dicitur Plutarcho, Opp. Mor. p. 101. B. 778. C. 1130. C. Vit. 414. A. 945. F: Dion Chryſ. p. 643. B: notarunt etiam Weſſelingius ad Diodor. Sic. T. I. p. 212. II. p. 242: Muſgravius ad Euripid. Iphig. Aulid. 120. Διαχεῖσθαι, *diffundi, leniter componi, ad quietem extendi*, inſigne ad efficacitatem ſignificationis eſt verbum. Conſolat. Uxoris p. 610. A: πολὺ γὰρ ἀμβλύνεται καὶ χαλᾶται τοῦ λυποῦντος, ὥσπερ ἐν εὐδίᾳ κῦμα, τῇ γαλήνῃ τοῦ σώματος διαχεομένης. Sympoſ. II. p. 647. D: ἔχει γὰρ (τὸ ἄνθος) ἀπορρὸὴν λείαν καὶ προσηνῆ, καὶ τὰς περὶ τὸ σῶμα τῶν μεθυσκομένων ἀναμαλίας καὶ τραχύτητας ἡσυχῇ διαχέασαν, ὥστε γινομένης γαλήνης ἀμβλύνεσθαι καὶ συνεκπέτεσθαι τὸ κραιπαλῶδες. III. 655. B. IV. 666. A. VII. 712. B. Adv. Epicur. p. 1087. F: αἱ δὲ ἡδοναὶ καθάπερ αὖραι πρὸς ἑτέραις ἕτεραι τοῦ σώματος ἄκραις διαχέονται. Animi, et corporis, hæc dicitur γαλήνη et εὐδία: veluti p. 118. E. 126. C. ubi quædam notavimus: quibus addatur Gatakerus ad M. Antonin. VIII. 28. Alia dedimus ad Ser. Num. Vind. p. 564. B.

p. 83. A. Πλάτων, ὡς ἔοικε, συνιδὼν—] Republ. IX. p. 502. B: ὅταν τὸ μὲν ἄλλο τῆς ψυχῆς εὖδῃ ὅσον λογιστικὸν καὶ ἥμερον καὶ ἄρχον ἐκείνου· τὸ δὲ θηριῶδές τε καὶ ἄγριον, ἢ σίτων ἢ μέθης πλησθὲν, σκιρτᾷ τε καὶ ἀπωσάμενον τὸν ὕπνον ζητεῖ ἰέναι καὶ ἀποπιμπλάναι τὰ αὑτοῦ ἤθη· οἶσθ' ὅτι πάντα ἐν τῷ τοιούτῳ τολμᾷ ποιεῖν ὡς ἀπὸ πάσης λελυμένον τε καὶ ἀπηλλαγμένον αἰσχύνης καὶ φρονήσεως· μητρί τε γὰρ ἐπιχειρεῖν μίγνυσθαι, ὡς οἴεται, οὐδὲν ὀκνεῖ, ἄλλῳ τε ὑτῳοῦν ἀνθρώπων καὶ θεῶν καὶ θηρίων· μιαιφονεῖν τε ὁτιοῦν· βρώματός τε ἀπέχεσθαι μηδενός· καὶ ἑνὶ λόγῳ, οὔτε ἀνοίας οὐδὲν ἐλλείπει, οὔτε ἀναισχυντίας. Hæc eſt pars loci cum noſtro proxime conjuncta, quem totum in Platone perlegere operæ pretium eſt. Vertit eum Cicero Divinat. I. 29: memoravit breviter Plutarchus De Virt. et Vit. p. 101. A: imitatus eſt Philo Jud. De Somniis III. p. 1111. B. Juncus ap. Stob. Serm. CVI. p. 587: καὶ γὰρ τὸ πεπαῦσθαι τῆς κατὰ τὰ ἀφροδίσια ὁρμῆς τε καὶ ὀρέξεως, ὦ Ζεῦ, μέγα ὄφελος φαίην ἂν, καὶ μανίας καὶ λύπης ἀπόῤῥευσιν· ὁπότε τῆς μὲν ψυχῆς τὸ ἀλόγιστον καὶ ἐπιθυμητικὸν

εὖδοι διαφυγὸν πονηροὺς δεσπότας, τὸ δὲ λογιστικὸν ἀπολαύοι διὰ τῆς ὄψεως τῆς κατὰ τὸ κάλλος ἡδονῆς——.

83. B. Εἰ γὰρ καὶ τὸ σῶμα—πέφυκε] Deest quid ad constructionis absolutionem: Reiskius malebat ὑπήκοα: Meziriacus annotavit, ὑπήκοον ἑαυτὸ, quod item dat Harl.

83. B. σωφρόνως] T. Harl. Mosc. 1. a prima manu, σωφρόνων, idem a secunda manu σώφρονα: Mosc. 2. σωφρονεῖν.

83. C. περὶ τοῦ φιλοσόφου Στίλπωνος] Non eamdem quidem rem alibi proditam deprehendi, sed tamen valde similem refert Athenæus X. p. 423. D. e Soficrate, ut videtur: Στίλπων δὲ οὐ κατεπλάγη τὴν ἐγκράτειαν καταφαγὼν σκόροδα καὶ κατακοιμηθεὶς ἐν τῷ τῆς μητρὸς τῶν θεῶν ἱερῷ· ἀπείρητο δὲ τῷ τότων τι φαγόντι μηδὲ εἰσιέναι· ἐπισάσης δὲ αὐτῷ τῆς θεοῦ κατὰ τοὺς ὕπνους, καὶ εἰπούσης, ὅτι φιλόσοφος ὢν, ὦ Στίλπων, παραβαίνεις τὰ νόμιμα; ἢ τὸν δοκεῖν ἀποκρίνασθαι κατὰ τοὺς ὕπνους, Σὺ δέ μοι παρέχε ἐδώδιμον, καὶ σκορόδοις οὐ χρήσομαι· ubi forte legendum διὰ τὴν ἐγκράτειαν, et jungendum cum φαγὼν, nisi οὐ κατεπλάγη τὴν ἐγκρατείαν accipias, *ejus continentia non conterrita est*.

83. D. ἀπαυγασμοὺς] *imagines lucis resplendentis*. Plutarchus De Facie Lunæ p. 934. D. Interpretes ad Hebr. I. 3. J. Suicerus Thesaur. Eccles. voc. Ἀπαύγασμα.

83. D. πλοίας—καὶ παιδικὰς περιχαρείας ἢ ὀλοφύρσεις ἐνυπνίων] Nobilis est Platonis notatio, quæ huic loco exempli auctoritatem præbuisse videtur. Republ. I. p. 411. B: ὁ μὲν οὖν εὑρίσκων ἑαυτοῦ ἐν τῷ βίῳ πολλὰ ἀδικήματα, καὶ ἐκ τῶν ὕπνων, ὥσπερ οἱ παῖδες, θαμὰ ἐγειρόμενος, δειμαίνει καὶ ζῇ μετὰ κακῆς ἐλπίδος. Item Philostrato Vit. Apollon. VII. 14. p. 295. loco nunc turbato: ἐξίσησι δὲ αὐτοὺς (ἡ ξύνεσις) καὶ ὁμίλῳ παντὸς, καὶ δειματοῖ καθεύδοντας· καὶ ἃ μὲν ὁρῶσι μεθ' ἡμέραν ἂν ἤδη τινὰ ἀκούειν ἢ λέγειν οἴονται ὀνειρώδη καὶ ἀνεμιαῖα ποιεῖ τούτοις· τὰς δὲ ἀμυδρὰς καὶ φαντασιώδεις πλοίας ἀληθεῖς καὶ πιθανὰς τοῦ φόβου· quæ si hunc in modum ordinentur —καὶ ἃ μὲν ὁρῶσι μεθ' ἡμέραν, πλοεῖ τούτους· τὰ δὲ ὀνειρώδη καὶ ἀνεμιαῖα καίτοι ἀμυδρὰς καὶ φαντασιώδεις πλοίας, ὡς ἀληθεῖς ἤδη καὶ πιθανὰς τοῦ φόβου φαντασίας τινὰ ἀκούειν ἢ λέγειν οἴονται, nisi germanam scripturam, probabilem tamen sententiam reddant. Πτοία

Plutarcho frequens: Opp. Mor. p. 38. A: ἐκςάσεις ἐπιφέρει καὶ ταραχὰς καὶ πλοίας. 100. F: —καθεύδουσι, τῷ σώματος ὕπνος ἐςὶ καὶ ἀνάπαυσις, τῆς δὲ ψυχῆς πλοῖαι καὶ ὄνειροι καὶ ταραχαί. 451. A: ἀμήχανοι πλοῖαι καὶ φόβοι τῆς ψυχῆς. 468. E: σφοδραὶ περὶ τὰ πράγματα πλοῖαι καὶ παρ' ἀξίαν ἐφέσεις καὶ διώξεις καὶ πάλιν ἀποςροφαὶ καὶ διαβολαί—. 798. C: προαίρεσις ἀρχὴν ἔχουσα κρίσιν καὶ λόγον ἀλλὰ μὴ πλοίαν ὑπὸ δόξης κενῆς ἢ φιλοτιμίας τινός—. Vitar. p. 180. E. ἀδιήγητος κατεῖχε ταραχὴ καὶ πλοία τοὺς Ῥωμαίους. 229. B: ταραχὴ καὶ πλοία καὶ φήμη πονηρὰ τὴν πόλιν κατεῖχεν. 537. D: δι' ὅλου δὲ τοῦ ςρατεύματος εὐθὺς ἦν πλοία καὶ ταραχή. 561. B: ταραχὴ καὶ πλοία προϊόντας αὐτοὺς ὑπελάμβανε, ὡς ἐπιφερομένων τῶν πολεμίων. 612. D: πλοία πρὸς τὸ θεῖον. 1027. A: τοσαύτην ἐνέβαλον πλοίαν αὐτῷ καὶ ταραχὴν καὶ δυσθυμίαν εἰς τοὺς λογισμούς. Porphyrius Abſtin. I. 54. p. 93. ἀρθείσης τῆς περὶ τὰ ἀφροδίσια πλοίας. Stobæus Eclog. Ethic. p. 175. ex Stoicorum ratione, πᾶσαν πλοίαν πάθος εἶναι, πάλιν πάθος πλοίαν. Hæc appoſuimus, ut vis vocis appareret, vulgo non ſatis definitæ, quod ejuſdem notionis ſibi reſpondentem Latinam vocem non habet. Eſt vero ut origine, ita partim ſignificatione, cum πλήσσειν, *pavere*, πλύρεσθαι conjuncta: a primitivo πέω, quod producitur in πλέω, πέτω, *cado*, *labor*, et cognato πάω, *calco*, *condenſo*, *percutio*, παίω, πλαίω, *paveo*, notat proprie quidem *percuſſionem animi ſubitam*, et initium *perturbationis*, πάθος, quale illud eſt quod ex Epicteto declarat Gellius XIX. 1. Deinde vero *permanentem a ſubita percuſſione profectam perturbationem, ſive cum cupiditate ſive timore conjunctam*, notare cœpit: Gloſſæ Philoxeni, Πτοῆμαι· *trepido*, *paveo*, *paveſco*, *expaveſco*: item in Πτόησις· *territus*, *trepidatio*, *pavor*. Eſt vero a τέρω ortum *terreo*, inde τρέω, τρέμω, τρέπω, *trepidus*. Vocabula πτοεῖσθαι, πτόησις, et compoſita alibi attingemus.

83. D. ῥαχίαις τισὶ καὶ σάλοις] Eſt ἓν διὰ δυοῖν pro ῥαχιῶν τισι σάλοις, *maris agitatio ad præruptum littus alliſi*: eſt ῥαχία a ῥηγνύειν, ut *rupes* a *rumpendo*. Eleganter ſuperiori metaphoræ, ἐν βυθῷ γαλήνης ἀκλύσῳ καταφανεῖ, hæc opponitur. Sic De Seni Remp. Ger. p. 789. D: μὴ ῥαχίαν ποιοῦντος ἐν δήμῳ καὶ ψόφον, *qui in concione non ſtrepitum, tam-*

quam ad præceps littus alliſi maris excitat. Ibid. p. 791. A: τὴν ῥαχίαν καὶ τὸν ψόφον ἀφεικὼς ὁ λόγος. Proprio ſenſu eſt De Glor. Athen. p. 347. A. Sertorio 571. E. Arato 1031. C: apud Dionem Chryſ. Or. VII. 99. A: Ariſtidem T. I. p. 128. et 545.

83. D. πλατιομένης ἔτι δόξαις καὶ νόμοις—πάθεσι] Animus nondum virtutis certum ſtatum obtinens, interdiu et vigilans, opinionibus et legibus fingitur, formatur, coercetur: quibus per ſomnum ſolutus, in priſtinum habitum relabitur, atque a cupiditatibus reſolvitur et revolvitur. Ductum ex loco Platonis Rep. IX. p. 502. A. ſupra laudato p. 83. A. initio tamen omiſſo, quod hic ſpectatur: τῶν μὲν ἀναγκαίων ἡδονῶν τε καὶ ἐπιθυμιῶν δοκοῦσί τινές μοι εἶναι παράνομοι· αἳ κινδυνεύουσι μὲν ἐγγίνεσθαι παντὶ, κολαζόμεναι δὲ ὑπό τε τῶν νόμων καὶ τῶν βελτιόνων ἐπιθυμιῶν μετὰ λόγου, ἐνίων μὲν ἀνθρώπων ἢ παντάπασιν ἀπαλλάττεσθαι, ἢ ὀλίγαι λείπεσθαι καὶ ἀσθενεῖς, τῶν δὲ ἰσχυρότεραι καὶ πλείους. Λέγεις δὲ τίνας, ἔφη, ταύτας. Τὰς περὶ τὸν ὕπνον, ἦν δ' ἐγὼ, ἐγειρομένας· ὅταν τὸ μὲν ἄλλο τῆς ψυχῆς εὕδῃ κ. τ. λ. Plutarchus De Virt. et Vit. p. 100. F: μεθ' ἡμέραν μὲν γὰρ ἔξω βλέπουσα καὶ συσχηματιζομένη ἡ κακία πρὸς ἑτέρους, δυσωπεῖται καὶ περικαλύπτει τὰ πάθη—ἐν δὲ τοῖς ὕπνοις ἀποφυγοῦσα δόξας καὶ νόμους, καὶ σωφρωτάτου γενομένη τοῦ δεδιέναι καὶ αἰδεῖσθαι, πᾶσαν ἐπιθυμίαν κινεῖ καὶ ἐπανεγείρει τὸ κακόηθες καὶ ἀκόλαστον· μητρί τε γὰρ ἐπιχειρεῖ μίγνυσθαι, ὥς φησιν ὁ Πλάτων κ. τ. λ. De Virt. Mor. p. 443. B, C. de irrationali parte animi, οὐδὲ πλασσόμενον ἔξωθεν, οὐδὲ τυπούμενον ἀνάγκαις τισὶν ἢ πληγαῖς. De Seni Remp. Ger. p. 790. E: ὁ πολιτικὸς οὐ λέγων μόνον οὐδὲ ὑπαγορεύων ἔξωθεν, ἀλλὰ πράττων τὰ κοινὰ καὶ διοικῶν, ἐπευθύνει τὸν νέον ἔργοις ἅμα καὶ λόγοις πλατιόμενον ἐμψύχως καὶ καταχηματιζόμενον. Gryllo p. 988. B: ὑμεῖς κατὰ νόμων ἀνάγκην, οὐχ ἑκούσιον οὐδὲ βουλομένην, ἀλλὰ δηλεύουσαν ἔθεσι καὶ ψόγοις καὶ δόξαις ἐπήλυσι, καὶ λόγοις πλατιομένην μελετᾶτε ἀνδρείαν. Dion Chryſ. Or. LXXVIII. p. 657. A: τί ἂν φαίη τις τὸν ὑπό γε ἀνθρωπίνης δόξης πλατιόμενον καὶ δημιουργούμενον βίον τε καὶ ἄνδρα; Verbi ἀνελίττειν vis eſt, *complicatum explicare, implicatum replicare,* idque in utramque partem, ſive bene, ſive ſecus. Sic Opp. Mor. p. 167. B. 925. B. 1015. A. 1026. E. Vit. p. 70. A. Ariſtides T. I. p. 235. II. 79.

Eunapius p. 151. *Libros evolvere*, Lucian. T. III. p. 113. Xenophon Mem. Socr. I. 6. 14.

83. E. τὸ ἐξάτλον] *impetum, exſiliendi conſuetudinem.* Sic in Bruto p. 990. F. ἡ γὰρ Πορκία—ὥσπερ αἱ κατάχετοι τοῖς βακχικοῖς πάθεσιν ἐξάτλησα. Alia Stephanus Theſ. L. Gr. T. I. p. 235. Vertit Luſcinius, *impetum:* Cruſerius, *inſultum:* Xylander, *incendium*, et ſimiliter Amyotus, ſequentes illi alteram lectionem ἐξάπλον T. V. B. Colleg. Nov. Coll. Muret. Turneb. Leonic. Anon. Mez.

83. F. Δωρίοις μᾶλλον ἢ Λυδίοις] Virtus in medio eſt poſita inter duo utrimque vitia: quorum alterum eſt *nimium*, ὑπερβολή, alterum *parum*, ἔλλειψις: quod placitum in Peripateticis illuſtre cum ſæpe memoratur, tum præcipue exponitur ab Ariſtotele Ethic. ad Nicomach. II. 6. 7: et jam antea aliquam ejus partem Plato Rep. IX. νοῦν inter duas reliquas animæ partes, θυμὸν et ἐπιθυμίαν, medium obtinere locum, tradidit p. 506. A. et ſeq. quod tractat Plutarchus Quæſt. Platon. VIII. p. 1007. E. cujus in fine p. 1009. B: ἡ τοῦ λόγου δύναμις ἀντιλαμβανομένη κινουμένων ἀλόγως τῶν παθῶν καὶ συναρμότλουσα περὶ αὐτὴν εἰς τὸ μέτριον ἐλλείψεως καὶ ὑπερβολῆς μεσότητα καθίςησι. Ergo etiam hoc loco ἐλλείψεως vocabulum quis deſideret, et legendum putet, Δωρίοις μᾶλλον ἢ Λυδίοις—ὑπερβολαῖς καὶ ἐλλείψεσι ἁμαρτάνομεν. Fortaſſe tamen Plutarchus uno ὑπερβολαῖς nomine uſus eſt eoque utramque a medio diſceſſionem, cum ad parum, tum ad nimium, ſignificavit. Dorica gravis et ſevera eſt harmonia, Lydia mollis et levis: unde illam ut aptam componendis moribus in Republica probavit Plato, hanc ut huic propoſito adverſariam improbavit Rep. III. p. 437. C, D. Phrygiam tamen adhibens: in utroque reprehenſus Ariſtoteli Republ. VIII. 7. *Doricus* metaphorice de optima vitæ forma et actione dicitur ab eodem Platone Lachete p. 249. H: δοκεῖ μουσικὸς ὁ τοιοῦτος εἶναι, ἁρμονίαν καλλίςην ἡρμοσμένος· οὐ λύραν, οὐδὲ παιδιᾶς ὄργανα· ἀλλὰ τὸ ὄντι ζῆν ἡρμοσμένος· οὗ αὐτὸς αὑτοῦ τὸν βίον σύμφωνον τοῖς λόγοις πρὸς τὰ ἔργα ἀτεχνῶς Δωριςὶ, ἀλλ' οὐκ Ἰαςί· οἶμαι δὲ οὐδὲ Φρυγιςὶ, οὐδὲ Λυδιςί· ἀλλ' ἥπερ μόνη Ἑλληνική ἐςιν ἁρμονία. Plutarchus Lyſandro p. 436. A: Καλλικρατίδας—ἀνὴρ ἐφαίνετο πάντων

ἄριστος καὶ δικαιότατος· ἠρέσκοντο τῷ τρόπῳ τῆς ἡγεμονίας, ἁπλοῦν τι καὶ Δώριον ἐχούσης καὶ ἀληθινόν. Cleomene p. 812. A: τὴν πάτριον πολιτείαν, ὥσπερ ἁρμονίαν ἐκλελυμένην, ἀνακρουόμενον αὖθις ἐπὶ τὸν σώφρονα καὶ Δώριον ἐκεῖνον τοῦ Λυκούργου βίου καὶ νόμον. Plato Epiſt. VII. p. 716. F: Δωριστὶ ζῆν. Ariſtides Orat. ad Rhodios T. I. p. 571: ἐν δὲ τῇ πολιτείᾳ τὴν πάτριον ἁρμονίαν καὶ τὴν ὡς ἀληθῶς Δωριστὶ μεθέντες, κακῶν ξενικῶν καὶ πᾶσι μᾶλλον ἢ ὑμῖν προσηκόντων κληρονομήσετε.

83. F. παρ' ὃ δεῖ] *præter id quod oportet, ſupra modum:* rarioris exempli formula, quam ex hoc uno loco annotavit G. Budæus Comment. L. Gr. p. 246.

p. 84. A. Φρύννιν γὰρ οἱ Ἔφοροι] Eumdem hac in cauſſa prodit Plutarchus Apophthegm. p. 220. C: Ἐμπρεπὴς ἔφορος Φρύνιδος τοῦ μουσικοῦ σκεπάρνῳ τὰς δύο τῶν ἐννέα ἐξέτεμεν, εἰπών, Μὴ κακούργει τὴν μουσικήν. Eumdem cum Timotheo conjungit in Agide p. 799. F. hujus verba hæc referens: Σὺ δὲ Ἐκπρεπῆ μὲν ἐπαινεῖς, ἔφησεν, ὃς ἐφορεύων Φρύνιδος τοῦ μουσικοῦ σκεπάρνῳ τὰς δύο τῶν ἐννέα χορδῶν ἐξέτεμε· καὶ τοὺς ἐπὶ Τιμοθέῳ πάλιν τὸ αὐτὸ τοῦτο πράξαντας. Similem Ephororum in Terpandrum animadverſionem, at eamdem unius Ephori in Timotheum memorat Inſtitut. Lacon. p. 238. C: Τιμοθέου δὲ ἀγωνιζομένου τὰ Κάρνεια, εἷς τῶν ἐφόρων μάχαιραν λαβὼν ἠρώτησεν αὐτὸν ἐκ ποτέρου τῶν μερῶν ἀποτέμοι τὰς πλείους τῶν ἕπτα χορδῶν: quocum conferatur Pauſanias III. 13. Phrynin citharœdum, ut corruptorem Muſicæ, perſtringit Pherecrates apud Plutarchum De Muſica p. 1141. E. Ariſtophanes Nub. 967. ubi plura petantur a L. Kuſtero, item a Scholiaſte, unde ſua habet Suidas voce Φρῦνις. A vulgata lectione unus diſſentit Harleianus codex faciens fœminam, Φύρνην—παρεντείνασαν.

84. A. κατὰ τὸν Σοφοκλέα] Hinc in Fragmenta Sophoclis retulit Brunckius T. II. p. 42.

84. B. Θεμιστοκλῆς δ' εἰπὼν—ὡς οὐκ ἐᾷ καθεύδειν αὐτὸν τὸ Μιλτιάδου τρόπαιον—] Plutarchus Themiſtocle p. 114. B. De Utilit. ex Hoſtib. p. 92. C. Apophthegm. p. 184. F. Reip. Ger. Præcept. p. 800. B. D. Lambinus ad Nepotis Themiſtocl. II. 1. Valerius Maximus VIII. 14. Ext. 1.

84. C. ὥσπερ Ἀλκιβιάδης ἔλεγε] Plato Sympoſ. p. 333. C. ut ſupra p. 69. E. notavimus.

84. D. ἔργοις καὶ πράξεσιν ἀνδρὸς ἀγαθοῦ καὶ τελείου παραβάλλων ἑαυτόν—] *operibus actionibuſque viri boni et perfecti ſeipſum componens*, id eſt, *ſuas ipſe actiones et opera componens cum operibus actionibuſque boni et perfecti viri*. Exquiſitum dicendi genus. Iſocrates Archidamo p. 234: τοὺς μὲν λόγους ἐξελέγξαι πειραθῶμεν, ὅμοιοι γενόμενοι τοῖς τῶν προγόνων ἔργοις. Evagora p. 336: εἰ μὲν οὖν πρὸς ἕκαστον αὐτῶν τὰς πράξεις τὰς Εὐαγόρου παραβάλοιμεν. Buſiride p. 385: τοῖς περὶ Αἰόλου λεγομένοις αὐτὸν παραβάλωμεν. Plato Leg. VII. p. 637. B: μετὰ τὴν γραμματικὴν ὁ κιθαρίσης ἡμῖν προσρητέος, pro ἡ κιθαριστικὴ ἡμῖν προσρητέα. Propertius I. 9. 11: *Plus in amore valet Mimnermi verſus Homero*: pro, *verſus Homeri*. Cicero De Oratore I. 44: *Si cum illorum Lycurgo et Dracone et Solone noſtras leges conferre volueritis*, et alibi frequenter, quod copioſe docuit intelligentiſſimus interpretum Jo. Jac. Heuſingerus ad Offic. I. 22. 7. Cæterum, ἔργον, *opus*, eſt effectus πράξεως, *actionis*: quæ diſtinguit Ariſtoteles Ethic. Nicomach. I. 1. et Rhetoric. I. 9: igitur ut hoc loco, ita alibi ſæpe junguntur: veluti Opp. Mor. p. 1063. B. in eodem argumento Adverſus Stoicos: οἱ προκόπτοντες—οὐδ' ἂν ἐζήλουν ἔργα καὶ πράξεις καὶ λόγους καὶ βίους ἐνίων. Adv. Epicur. p. 1097. E: μέγεθος—πράξεων, καὶ κάλλος ἔργων. Vitarum p. 21. B. 38. B. 246. D, E. 301. D. 739. A. 887. A. Plato Sophiſt. 155. G: τῶν ἐν ταῖς πράξεσιν ἔργων. Menexen. 404. B: ἔργων ὠρᾶιος. Julianus Epiſt. XXXVII. p. 413. B: τὴν τοῦ ἔργου ὠρᾶιον. Iſocrates Orat. ad Philipp. 180. Ariſtides T. II. p. 70.

84. D. κατὰ τὸν Σιμωνίδην] Eumdem verſum alibi poſuit Plutarchus. De Sanit. p. 136. A: ὅπως αὖθις ἐπὶ τὰς χρείας τῆς ψυχῆς ἀγούσης (τὸ σῶμα), Ἄθλος ἵππῳ ὠῶλος ὡς ἅμα τρέχῃ. De Virt. Mor. p. 446. E. An Seni Gerend. Reſp. 790. F. Fragm. ap. Stob. Serm. CVI. p. 586. Retulit ex hoc loco in Fragmentis Lyricorum Fulvius Urſinus p. 179.

84. E. κατὰ Πλάτωνα] Leg. IV. p. 599. A: εἰ δ' οὖν καὶ γέγονεν ἢ καὶ γενήσεταί τοιοῦτος, ἢ νῦν ἡμῶν ἐστί τις, μακάριος μὲν

αὐτὸς ζῇ, μακάριοι δὲ οἱ ξυνήκοοι τῶν ἐκ τοῦ σωφρονοῦντος ῥόντων λόγων. Quod item ſpectavit Plutarchus in Numa p. 73. E: μακάριος μὲν γὰρ αὐτὸς ὁ σώφρων, ὡς ἀληθῶς, μακάριοι δὲ οἱ συνήκοοι τῶν ἐκ τοῦ σωφρονοῦντος στόματος ῥόντων λόγων. Ariſtides Orat. Platon. I. p. 111: παραλείπω δὲ νᾶμά τε κάλλιστον ἁπάντων ναμάτων, καὶ τοὺς ἐκ τοῦ σωφρονοῦντος στόματος ῥόντας λόγους, καὶ ὅσα τοιαῦτ' ἄλλοθι ῥητορικὴν εἴρηκεν ἐπικοσμῶν. Ad parœdiam traduxit Athenæus III. p. 113. E: μακαρίους οὖν αὐτοὺς, μᾶλλον δὲ μακαρίτας εἶναί φημι, τοιούτους δείξεις τῶν διδασκάλων ποιουμένων.

84. E. τραυλότητας] Veluti Alcibiadis. Plutarchus in Ejus Vita p. 192. E: τῇ δὲ φωνῇ καὶ τὴν τραυλότητα ἐμπρέψαι λέγουσι, καὶ τῷ λάλῳ πιθανότητα παραχεῖν χάριν ἐπιτελοῦσαν— κ.τ.λ. Ariſtotelis, de quo Plutarchus De Aud. Poet. p. 26. B: ὥσπερ οἱ τὴν Πλάτωνος ἀπομιμούμενοι κυρτότητα, καὶ τὴν Ἀριστοτέλους τραυλότητα: ubi quædam notavimus. Nil frequentius eſt hujuſmodi ſimiis, non malis illis quidem hominibus, ſed ſimiis tamen.

84. E. ἀσπάζονται τῶν ἐν ὥρᾳ καὶ ὠχρότητας] Pertinet ad illud Platonis Rep. V. p. 466. E. quod Plutarchus ſupra p. 44. F. et ſeq. appoſuit, et poſtremam partem ita, p. 45. A: τὸν δὲ ὠχρὸν ὑποκοριζόμενος μελίχρων, ἀσπάζεται καὶ ἀγαπᾷ: ubi plura annotavimus.

84. F. Πανθείας] Res valde celebrata ex Inſtitutione Cyri Xenophontea V. 1. 2. VI. 1. 17.

84. F. εἰργμὸν Ἀναξαγόρου] Anaxagoram, Periclis magiſtrum et familiarem ab hujus inimicis accuſatum impietatis, Athenis aufugiſſe, plerique omnes Veteres produnt: in his ipſe Plutarchus in Pericle p. 169. E. eum a Pericle ex urbe deductum ſcribit. At hoc loco aliam ſequitur traditionem, quam ex Hermippo refert Diogenes Laertius II. 13: Ἕρμιππος δ' ἐν τοῖς Βίοις φησὶν, ὅτι καθείρχθη ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ τεθνηξόμενος· Περικλῆς δὲ παρελθὼν εἶπεν, Εἴ τι ἔχουσιν ἐγκαλεῖν αὐτῷ κατὰ τὸν βίον; Οὐδὲν δὲ εἰπόντων, Καὶ μὴν ἐγὼ, ἔφη, τούτου μαθητής εἰμι· μὴ οὖν διαβολαῖς ἐπαρθέντες ἀποκτείνητε τὸν ἄνδρωπον, ἀλλ' ἐμοὶ πιθόμενοι ἄφετε. Καὶ ἀφείθη· οὐκ ἐνεγκὼν δὲ τὴν ὕβριν, ἑαυτὸν ἐξήγαγεν.

p. 85. A. Φεῦ τοῖσι γενναίοισιν—] Eumdem verſum, ſine

Euripidis nomine, habet Plutarchus in Pompeio p. 658. D. Similis huic eſt alius Euripideus ex Danaë ap. Muſgrav. T. III. p. 558. Stob. Geſn. Serm. VII. p. 86. Grot. p. 47. Φεῦ τοῖσι γενναίοισιν ὡς ἁπανταχοῦ Τρέπει χαρακτὴρ χρηστὸς εἰς εὐψυχίαν : ubi Τρέπει licet noviſſima Schowii editio quoque retineat, vix tamen dubitem quin auctor ſcripſerit Πρέπει. Hippolyto 431 : Φεῦ, φεῦ· τὸ σῶφρον ὡς ἁπανταχοῦ καλὸν, Καὶ δόξαν ἐσθλὴν ἐν βροτοῖς κομίζεται.

85. A. χρησαμένοις τύχῃ] *Quum in calamitatem inciderint:* ita enim fere τύχη deteriorem in partem ponitur. Vit. p. 431. B. 624. C. 648. F. De Aud. Poet. p. 35. D : τοὺς χρησαμένους τύχαις, *eos qui adverſam habuerunt fortunam.* Plenius De Fortuna p. 97. D : δαίμονι κακῷ καὶ τύχῃ χρώμενος.

85. A. τίθεσθαι πρὸ ὀφθαλμῶν τοὺς ὄντας ἀγαθοὺς ἢ γεγενημένους—] Egregium præceptum, cujus auctorem Epicurum laudat Seneca Ep. XI : *Aliquis vir bonus nobis eligendus eſt ac ſemper ante oculos habendus, ut ſic tamquam illo ſpectante vivamus, et omnia tamquam illo vidente faciamus. Hoc, mi Lucili, Epicurus præcepit, cuſtodem nobis et pædagogum dedit—:* Ep. XXV. Sed et Stoicorum eſt : Epictetus Enchirid. Cap. XXXIII. Ὅταν τινὶ μέλλῃς συμβάλλειν, καὶ μάλιστα τῶν ἐν ὑπεροχῇ δοκούντων, προβαλοῦ σαυτῷ, Τί ἂν ἐποίησεν ἐν τούτῳ Σωκράτης ἢ Ζήνων ; καὶ οὐκ ἀπορήσεις τοῦ χρήσασθαι προσηκόντως τῷ ἐμπεσόντι : et aliis item locis notatis ab Jo. Uptono. Zenonis refert monitum Galenus in egregio libro De Proprii Animi Cujuſque Affectuum Dignotione et Curatione T. VI. Edit. Charter. p. 523. B : Οὕτω γοῦν καὶ Ζήνων ἠξίου πάντα πράττειν ἡμᾶς ἀσφαλῶς, ὡς ἀπολογησομένους ὀλίγον ὕστερον παιδαγωγοῖς· ὠνόμαζε γὰρ οὕτως ἐκεῖνος ὁ ἀνὴρ τοὺς πολλοὺς τῶν ἀνθρώπων ἑτοίμους ὄντας τοῖς πέλας ἐπιτιμᾶν, κἂν μηδεὶς αὐτοὺς παρακαλῇ. M. Antoninus XI. 26. ubi multa de hoc præcepto collegit Th. Gatakerus. Præclare accommodavit ad eloquentiæ inſtitutionem Longinus De Sublim. Sect. XIV. init. Οὐκοῦν καὶ ἡμᾶς ἡνίκ' ἂν διαπονῶμεν ὑψηγορίας τι καὶ μεγαλοφροσύνης δεόμενον, καλὸν ἀναπλάττεσθαι ταῖς ψυχαῖς, ὥς ἂν, εἰ τύχοι, ταυτὸ τοῦθ' Ὅμηρος εἶπεν ; ὡς δ' ἂν Πλάτων ἢ Δημοσθένης ὕψωσαν ; ἢ ἐν ἱστορίᾳ Θε-

κυδίδης· προσπίπλοντα γὰρ ἡμῖν κατὰ ζῆλον ἐκεῖνα τὰ πρόσωπα, καὶ οἷον διαπρέποντα, τὰς ψυχὰς ἀνοίσει πως πρὸς τὰ ἀνειδωλοποιούμενα μέτρα. Ἔτι δὲ μᾶλλον εἰ κἀκεῖνο τῇ διανοίᾳ προσυπογράφοιμεν, ὡς ἂν τόδε τι ὑπ' ἐμοῦ λεγόμενον παρὼν Ὅμηρος ἤκουσεν, ἢ Δημοσθένης, ἢ ὡς ἂν ἐπὶ τούτῳ διετέθησαν· τῷ γὰρ ὄντι μέγα τὸ ἀγώνισμα, τοιοῦτον ὑποτίθεσθαι τῶν ἰδίων λόγων δικαστήριον καὶ θέατρον, καὶ ἐν τηλικούτοις ἥρωσι, κριταῖς τε καὶ μάρτυσιν, ὑπέχειν τῶν γραφομένων εὐθύνας, καὶ μὴ παῖσαι. Illa tria poſtrema verba niſi delenda ſint, retineri poſſint ex Langbainii correctione: quod dudum monuimus Biblioth. Crit. Vol. I. Part. III. p. 46. Simile huic eſt præceptum Thaletis, memoratum a Cicerone Leg. II. 11: *homines exiſtimare oportere, omnia, quæ cernerentur, Deorum eſſe plena; fore enim omnes caſtiores, veluti qui in fanis eſſent maxume religioſis:* et Philonis Judæi De Nomin. Mutat. p. 1078. D.

85. B. αὐτῶν ἐπιλαμβανομένους] Immo αὑτῶν. Vide ad p. 16. E.

85. B. τὰ τῶν Ἰδαίων ὀνόματα Δακτύλων] Ald. Harl. Colleg. Nov. Moſc. 2. τ. τ. ἰδίων ὀ. δ. reliqui omnes vulgatam tuentur: illam ſecutus eſt unus Latinorum interpretum Luſcinius, *Sunt proinde, qui digitorum quædam propria ediſcunt nomina:* atque ita hunc locum adhuc citarunt Cælius Rhodiginus Lect. Antiqu. XVII. 12. memorans ille tamen Ἰδαίων quibuſdam doctis hominibus legendum videri: et poſtea, hunc laudans Lilius Gyraldus Hiſtor. Deor. Syntagm. I. p. 25. A: quædam tradens de *Idæis Dactylis:* quorum ſane haud infrequens eſt mentio in Veterum libris: præcipui de hoc argumento nobis ſunt auctores Strabo X. p. 725. ſeq. et Scholiaſtes Apollonii Rhodii I. 1129. *Idæi* dicti a Phrygiæ monte *Ida: Dactyli*, quod, digitorum inſtar, quinque eſſent, quanquam numero varie et plures produntur: ferri inventores, magi, ſapientiæ doctores, celebrantur: auctore Thraſyllo, ſexaginta et tribus annis ante Ganymedis raptum exſtitiſſe refert Clemens Alexandrinus Strom. I. p. 335. D: qui eodem libro p. 306. A. hæc ad noſtrum locum pertinentia habet: τινὲς δὲ μυθικώτερον τῶν Ἰδαίων καλουμένων Δακτύλων σοφὸς τινὰς πρώτους γενέσθαι λέγουσιν· εἰς ὃς ἥ τε τῶν Ἐφεσίων λεγομένων

γραμμάτων, καὶ ἡ τῶν κατὰ μουσικὴν εὑρέσις ῥυθμῶν ἀναφέρεται· δι' ἣν αἰτίαν οἱ παρὰ τοῖς μουσικοῖς δάκτυλοι τὴν προσηγορίαν εἰλήφασι. Φρύγες δὲ ἦσαν καὶ βάρβαροι οἱ Ἰδαῖοι Δάκτυλοι. Ergo *Idæorum nomina Dactylorum* eadem eſſe videantur, quæ *Epheſiæ Literæ*, certe eodem conſilio recitari ſolita ad averruncandos malorum geniorum aſſultus: ſic de his Plutarchus Sympoſ. VII. p. 706. D: οἱ Μάγοι τοὺς δαιμονιζομένους κελεύουσι τὰ Ἐφέσια γράμματα πρὸς αὐτοὺς καταλέγειν καὶ ὀνομάζειν. Menander ap. Suidam voce Ἀλεξιφάρμακα. Cleric. p. 140: Ἐφέσια τοῖς γαμοῦσιν οὗτος περιπατεῖ λέγων ἀλεξιφάρμακα. Anaxilas ap. Athenæum XII. p. 548. C. Toupio animadverſus Epiſt. Crit. p. 18: Ἐν σκυταρίοις ῥαπίδεσι φορῶν Ἐφεσήια γράμματα καλά. Androcydes Pythagoricus ap. Clementem Alexandr. Strom. V. p. 568. E. Epheſia γράμματα memorans unum ex iis apponit ſymbolum, ſex nominibus conſtans, quorum unum Δαμναμενεὺς item ab aliis nomen unius ex Idæis Dactylis proditur: Clementem exſcripſit Heſychius voce Ἐφέσια γράμματα: ubi alios, qui idem argumentum attigerunt, laudat If. Voſſius et alii: quibus addatur Gatakerus ad M. Antoninum XI. 26. et P. Pantinus ad Apoſtolii Proverb. IX. 39. *Dactylorum Idæorum* nomina Strabo l. c. recenſet Σαλαμῖνον, Δαμναμενέα, Ἡρακλέα, Ἄκμονα. Poeta carminis Phoronidis ap. Schol. Apollonii, l. c. Κέλμις, Δαμναμενεύς τε μέγας, καὶ ὑπέρβιος Ἄκμων. De his etiam narrat Diodorus Sic. V. 64. Pollux II. 156: ad illum videatur Weſſelingius, cui addatur If. Caſaubonus ad Strabonem l. c. et Animadv. ad Athen. p. 20. Hinc intelligendum eſt dictum Ariſtotelis, quod ex perdita ejus Epiſtola retulit Dion Chryſ. Or. XLVII. p. 525. C. querentis de civibus ſuis Stagiritis, qui urbem dirutam reſtitui non curarent, ſed in agro ſparſim habitare mallent: ὁ δ' οὖν Ἀριστοτέλης ἐπιστέλλων γέγραφεν ὡς τοῖς πράγμασιν ἀπειρηκώς, φησὶ γὰρ αἴρειν τοὺς Ἰδαίους Δακτύλους, i. e. *Ariſtoteles igitur in epiſtola ſcribit ita, ut qui ſpem conficiundi negotii abjeciſſet: dicit enim ſe tentare loco movere Idæos Dactylos:* id eſt, homines agreſtes et montanis ſuis ſedibus deditos.

85. B. διαλαμβάνουσα] *vinciens, complectens.* Plutarchus

Antonio p. 931. A: διαλαμβάνων τὰς νεανίσκας ἐτραχήλιζε, *complectens juvenes eos exercebat cervices agitans.* Fragm. I. 4. Pauſanias III. 19. p. 259: διαλαβοῦσαι δὴ τὴν Ἑλένην αἱ γυναῖκες· *comprehendentes ac vincientes mulieres Helenam.* X. 13. p. 829: διαλαβόντες δεσμοῖς ἄγουσι. Alia dedimus ad Plutarchum De Sera Num. Vind. p. 565. A.

85. C. τοῖς τοιούτοις] *talibus negotiis obviam ire:* de hoc uſu pronominis diximus p. 15. B.

85. C. Ἀλέξανδρος—ὑστεροφημίας ἐνδεῖν οἰόμενος] Alexandri dictum nec in ejus Vita, ubi ei locus erat p. 668. D. nec in Apophthegmatibus, retulit Plutarchus. Simile quidem huic memorat Cicero Or. pro Archia 10: —*magnus ille Alexander—cum in Sigeo ad Achillis tumulum adſtitiſſet, O fortunate, inquit, adoleſcens, qui tuæ virtutis Homerum præconem inveneris.* Rarior vox ὑστεροφημία exſtat apud M. Antoninum II. 17. III. 10. IV. 19: ὁ περὶ τὴν ὑστεροφημίαν ἐπλοημένος. Longinus de Sublim. XIV. fin. πρὸς τὸν τῆς ὑστεροφημίας ὅλως μὴ τελεσφορούμενα χρόνον· eamdemque reſtituit Ruhnkenius XLIII. p. 250. in editione Toupiana p. 132. Unus codex C. habet ὑστεροφωνίας.

85. C. ἢ καλοῖς] Legendum videtur ἢ τοῦ καλοῖς, et ſic quoque annotavit Mez.

85. E. μηθὲν οἰόμενοι ποιεῖν μέγα τὸ μικρῷ τινι προστιθέμενον.] *putantes id, quod parvo addatur, nil magnum efficere poſſe.* Non eſt opus Reiſkii conjectura τὸ μικρὸν μικρῷ τινι π. Unus codex C. aliam habet lectionem, ποιούμενοι pro οἰόμενοι ποιεῖν, haud inepto ſenſu, *nil exiſtimantes magnum, quod parvo addatur:* et cæteroquin Græci pro οἴομαι δεινὰ πάσχειν, vel ποιεῖν, ſæpe uſurpant ποιοῦμαι δεινά: quo de uſu notata in adverſariis ad Julianum alibi exprometnus.

85. E. ἡ δ' ἐλπὶς ἐγγυτέρω τοῦ τέλους βαδίζουσα] Videtur hoc Plutarchus ab alio Scriptore ſumſiſſe: Reiſkius putabat e Sophoclis Œdipo Coloneo petitum eſſe. Equidem ſedem auctoris nondum inveni.

85. E. Τί γὰρ τὸ παρὰ τοῦτο;] *Quid enim id eſt, quod per hoc mihi fiet?* Negans interrogatio: *Nullum ex hac re fructum percipiam, Hæc res, ſive adſit, ſive abſit, tantumdem erit.* Dictum eorum, qui aliquid ut parvum negli-

gunt. Ex Ariſtotele, cujus nomine citatur in Procli Commentario in Heſiod. p. 86. quem locum Plutarcho aſſeruimus Fragm. X. 17: ὀρθῶς Ἀριστοτέλης ἔλεγεν, ὅτι χείριστον τῶν ἐν τῷ βίῳ τὸ, "Μὴ παρὰ τοῦτο," λεγόμενον· εἰ γὰρ κατεφρονεῖτο ὡς μικρὸν ἕκαστον, καὶ ἐπιλέγοιμεν, "Μὴ παρὰ τοῦτο," κακῶς πράξοιμεν. Iſocrates in Nicocle p. 62: Μηδενὸς οὖν ὀλιγωρεῖτε μηδὲ καταφρονεῖτε τῶν προστεταγμένων· ὑπολαμβάνοντες, ὡς οὐ παρὰ ταῦτ' ἐστιν· ἀλλ' ὡς παρ' ἕκαστον τῶν μερῶν ἢ καλῶς ἢ κακῶς ἕξον τὸ σύμπαν, οὕτω σπεύδετε περὶ αὐτῶν. Johannes Chryſoſtomus vel ex Plutarchi hoc, vel e communi hauſit fonte: Comment. in N. T. Tom. IV. Homil. in Epiſt. ad Rom. p. 162. D. Διὸ παρακαλῶ τὴν ἀρχὴν, φυλαττώμεθα καὶ τὰ μικρὰ φύγωμεν κακά· τὰ γὰρ μεγάλα ἀπὸ τούτων τίκτεται· ὁ γὰρ καθ' ἕκαστον ἁμάρτημα μαθὼν λέγειν, Οὐδὲν παρὰ τοῦτο· τοῦτο γοῦν τὴν κακίαν εἰσήγαγε, τοῦτο τὰς θύρας ἀνέῳξε τῷ λησῇ, τοῦτο τῆς πόλεως τὰ τείχη κατέβαλε, τὸ καθ' ἕκαστον λέγειν, Οὐδὲν παρὰ τοῦτο· οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν σωμάτων τὰ μέγιστα αὔξεται νοσήματα, ὅταν τὰ μικρὰ καταφρονῆται. Idem Tom. I. Homil. in Matth. XIV. p. 548. E: Μὴ τοίνυν λέγε, Οὐδὲν παρὰ τοῦτο, Οὐδὲν παρ' ἐκεῖνο· τοῦτο γὰρ, τοῦτο πάντα ἀπώλεσεν. Ἔδει γὰρ καὶ ἐνταῦθα αὐτοὺς παιδεύειν, καὶ ἀπὸ τῶν δοκούντων εἶναι μικρῶν σεμνοὺς ποιεῖν, μεγαλοψύχους, κρείττους χημάτων. Οὕτω γὰρ αὐτοὺς καὶ ἐν τοῖς μεγάλοις εὑρήσομεν δοκίμους. Hæc jam Chryſoſtomi monita cum hoc Plutarchi loco contulit Is. Caſaubonus ad Perſii Sat. V. 66. p. 396. alia item addens: quæ partim eadem, partim ſimilia attulit Th. Gatakerus ad M. Antoninum III. 6. p. 78. Huc pertinet dictum Zenonis ap. Diogenem Laert. VII. 26: τὸ εὖ γίνεσθαι μὲν παρὰ μικρὸν, οὐ μὴν μικρὸν εἶναι· οἱ δὲ, Σωκράτης τᾶτο εἶναι: in Socrate II. 32: τό τε εὖ ἄρχεσθαι, μικρὸν μὲν μὴ εἶναι, παρὰ μικρὸν δέ: quod ita expediendum et cum priore conciliandum, ut legatur, τό τε εὖ, μικρὸν μὲν μὴ εἶναι, παρὰ μικρὸν δὲ ἄρχεσθαι· *Et quod bene ſe habet, id non quidem parvum eſſe, ſed tamen a parvo incipere.* Philo Jud. De Creat. Principis p. 728. E: τὸ παρὰ μικρὸν οὐ μικρὸν σφάλμα ἡγούμενοι. Ariſtoteles Republ. V. 3: Ἔτι δὲ διὰ τὸ παρὰ μικρὸν (αἱ πολιτεῖαι μεταβάλλουσι)· λέγω δὲ παρὰ μικρὸν, ὅτι πολλάκις λανθάνει μεγάλη γινομένη μετάβασις τῶν νομίμων, ὅταν παρορῶσι τὸ μικρόν.

Ad eamdem ſententiam illud Demoſthenis Or. De Rep. p. 68. A: τὸ ἀργύριον μέν ἐςι τοῦτο, περὶ οὗ βουλεύεσθε, μικρόν· τὸ δὲ ἔθος μέγα, ὃ γίνεται μετὰ τούτου. Alius eſt uſus formulæ παρὰ μικρὸν, *propemodum, parum abfuit quin—:* in qua item cernitur Præpoſitionis παρὰ, junctæ cum Accuſativo, vis ſignificans differentiam et momentum rei ad aliquid efficiendum: ut in aliis, veluti παρὰ πολὺ νικᾶν τινα, *magno intervallo quem ſuperare:* παρ' ἡμᾶς τοῦτ' ἐγένετο, *per nos hoc factum eſt*, id eſt, *noſtro vel beneficio vel noſtra culpa.* Quæ ſuis quæque locis attingemus.

85. F. καταισχύνειν] Ita quoque diſerte habet Harleianus codex, cujus collationem poſtea nactus ſum: quo magis illud κατ' Αἰσχύλον repudiandum. Non tueri, dedecorare, laudem vel propriam vel a majoribus acceptam, eſt eam καταισχύνειν. Ergo is, qui putat, ſe nil magnum nec habere nec dedecorare, facilis et proclivis redditur ad parva negligenda. Eſt autem illud, *nil magnum nec dedecorare nec habere*, ἓν διὰ δυοῖν, pro *nil magnum ad dedecorandum habere.* Ariſtoteli Ethic. Nicom. IV. 3. μεγαλόψυχος notatur ὁ μηδὲν μέγα οἰόμενος, *qui nihil pro magno habet, nil magnum putat:* diverſus plane ab homine præſentis loci putante *ſe nil magnum habere, quod tueri, et a dedecore et imminutione immune ſervare debeat.* Sed Verbi καταισχύνειν uſus exemplis Plutarcheis demonſtretur: Malign. Herodot. p. 863. E: Ἀργεῖοι—κατήσχυναν ἂν τὸν Ἡρακλέα καὶ τὴν εὐγένειαν· *Argivi dedecoraſſent nobilitatem ſuam ab Hercule profectam.* De Facie Lunæ p. 929. A: γῆ—καταισχύνουσα τὴν καλὴν ἐπωνυμίαν· *Terra—dedecorans pulcrum ſuum cognomen, non ſe dignam tam pulcro cognomine præbens.* Theſeo p. 4. A: τὸν—πατέρα καταισχύνων· *non ſe dignum gerens patre.* Numa 67. A: ἡ δὲ τὴν παρθενίαν καταισχύνασα, ζῶσα κατορύττεται· *quæ ſuam ipſa non ſervat virginitatem, viva defoditur.* Ariſtide 326. B: πειρασόμεθα—μὴ καταισχύνειν τοὺς προηγωνισμένους ἀγῶνας· *operam dabimus, ne deboneſtemus priora noſtra fortiter facta*, id eſt, *ne minorem, quam antea, fortitudinis laudem feramus.* Eumene 587. A: οὐ καταισχύνας ὁ Κρατερὸς τὸν Ἀλέξανδρον· *Craterus fortiter pugnans, ſe non indignum Alexandri familiaritate præſtitit.* Demetrio 899. E: Κλεαίνετος—κατή-

χυνεν ἑαυτόν· *ſuam ipſe pudicitiam prodidit.* Artaxerxe 1015. D: ὦ τὸ κάλλιϛον ἐν Πέρσαις ὄνομα Κύρε καὶ αἰσχύνων. Ariſtophanes Nub. 1222: Ἀτὰρ οὐδέποτέ γε τὴν πατρίδα καταισχυνῶ. Avib. 1451: Τὸ γένος οὐ καταισχυνῶ· ubi ſimilia ex Euripide adfert Berglerus. Demoſthenes Or. Pro Coron. p. 327. B. Ariſtides Panathen. p. 140: καὶ παράκλησις αὕτη πρώτη πρὸς τὴν ναυμαχίαν τοῖς Ἕλλησιν ἐγένετο, κοινὴ τῶν τε ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν· οὐ μὴν κατήσχυναν ταύτην τοῖς ἔργοις ἐφεξῆς—. Or. Platon. II. p. 217: Ἀθηναῖοι δὲ—οὐδενὶ τούτων ἐπήρθησαν, οὐδὲ κατήσχυναν τῶν προϋπηργμένων οὐδέν.

85. F. Καὶ γὰρ αἱμασίαν τινὰ καὶ θριγγὸν—σωρεύοντες.] θριγκὸν C: Moſc. 1. 2. Venet. Flor. Harl. ſed in his formis ſumma ubique varietas: pro σωρεύοντες dant συλλέγοντες C. Flor. Harl. Colleg. Nov. Moſc. 2. et 1. a prima manu. Rei ipſius exemplum habemus mœnia Athenarum conſilio Themiſtoclis per ſubitam properationem inſtaurata: quod Thucydides prodit, I. 93: Τούτῳ τῷ τρόπῳ οἱ Ἀθηναῖοι τὴν πόλιν ἐτείχισαν ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ· καὶ δήλη ἡ οἰκοδομία ἔτι καὶ νῦν ἐϛιν, ὅτι κατὰ σπουδὴν ἐγένετο· οἱ γὰρ θεμέλιοι παντοίων λίθων ὑπόκεινται καὶ οὐ ξυνειργασμένων ἔϛιν ᾗ, ἀλλ' ὡς ἕκαϛοί ποτε προσέφερον· πολλάϛ τε ϛῆλαι ἀπὸ σημάτων καὶ λιθοὶ εἰργασμένοι ἐγκατελέγησαν. Hinc Cornelius Nepos in Themiſtocle VI: *Hanc legationem ſuſcepit Themiſtocles, et ſolus primo profectus eſt: reliqui legati ut tum exirent, quum ſatis altitudo muri exſtructa videretur, præcepit: interim omnes ſervi atque liberi opus facerent, neque ulli loco parcerent, ſive ſacer eſſet, ſive profanus, ſive privatus, ſive publicus: et undique, quod idoneum ad muniendum putarent, congererent. Quo factum eſt, ut Athenienſium muri ex ſacellis ſepulcriſque conſtarent.*

p. 86. A. κεκρότηται χρυσέα κρηπὶς] Pindari dictum ex incerto Carmine, plenius memoratum ab Ariſtide Or. de Paraphthegmate T. II. p. 378: Οὐ γὰρ δήπου καὶ Πίνδαρον φήσεις ὑπ' ἐμοῦ ταῦτα ἀναπεισθέντα ἐμβαλεῖν εἰς τὴν ποίησιν τὴν ἑαυτοῦ· ἄκυε δὴ καὶ ἑτέρων· Κεκρότηται χρυσέα κρηπὶς ἱεραῖσιν ἀοιδῇς, Οἷα τειχίζομεν ἤδη ποικίλον κόσμον αὐδάεντα λόγων. Priorem partem retulit quoque Plutarchus De Formis Reip. p. 826. B: Κεκρότηται χρυσέα κρηπὶς ἱεραῖσιν ἀοιδαῖς. Specta-

vit eodem ſcriptor Encomii Demoſthenis, inter opera Luciani T. III. p. 499: ἐκδέχεται τὸν λόγον χρυσέα κρηπὶς, κατὰ Πίνδαρον: quod doctiſſimus M. Solanus minus recte retulit ad aliud Pindari dictum de pugna ad Artemiſium, ubi παῖδες Ἀθηναίων ἐβάλοντο φαεινὰν κρηπῖδ' ἐλευθερίας, Plutarcho ſæpius citatum, et a nobis tractatum ad Ser. Num. Vind. p. 552. B. Et vero alia ſunt ejuſdem poetæ in eadem dictionis forma: v. c. Pyth. VII. 3: κρηπῖδ' ἀοιδᾶν Ἵπποισι βαλέσθαι. IV. 245: Βάλλετο κρηπῖδα σοφῶν ἐπέων. Olymp. VI. 1: Χρυσέας ὑποζάσαντες εὐτειχεῖ προθύρῳ θαλάμῳ Κίονας, ὡς ὅτε θαητὸν μέγαρον, Πάξομεν· quod Gregorius Naz. tranſtulit in Epiſt. 128. T. I. p. 859. D: ἀλλὰ νῦν μὲν, ὥς φησι Πίνδαρος, οἷον χρυσέας ὑφίσαμεν εὐτυχεῖ θαλάμῳ κίονας· μικρὸν ὕστερον δ' ἡμῶν αὐτῶν, ἡνίκ' ἂν διδῷ ὁ θεὸς, καὶ θαητὸν μέγαρον πήξομεν. Locum hic a Plutarcho adhibitum eruditiſſimus Schneiderus in Fragmentis Pindari tractavit p. 68.

86. A. ἀδὲν εἰκῇ προσίενται τῶν γινομένων.] Cruſerius vertens, *hi, quod fortuito fit, comprobant nihil*, εἰκῇ cum τῶν γενομένων jungit: perperam ille quidem: nimirum putabat, γενομένων per ſe ſolum non habere ſenſum huic loco accommodatum, qui ſane in hoc vocabulo aliquid *temeritatis* requirere videtur. Atqui γινόμενα hoc loco, ut alibi, ſunt ea, *quæ ſolent fieri*, quæ magis univerſa conſuetudine, quam ſingulari judicio fiunt: ſunt etiam *fructus, utilitates*; quæ duæ notiones, conjunctæ ſimul, in hanc Plutarchi ſententiam conveniunt: *hi oblatas, vulgo, actionum utilitatumque occaſiones non temere admittunt.* Iſocrates Panathen. p. 489: τιμῆς δὲ ἀποζερεῖν τῆς γιγνομένης, *debito honore defraudare*: locus vulgo corruptus in Augeriana editione T. II. p. 596. mutatus licet, tamen perperam redditus. Trapezitico p. 629: τοὺς τόκους τοὺς γιγνομένους ἀποδώσειν· *redditurum debitas uſuras.* Epiſt. VII. p. 728. Demoſthenes Or. Philipp. II. p. 26. A: τοὺς δὲ Θηβαίους ἡγεῖτο, ὅπερ συνέβη, ἀντὶ τῶν ἑαυτοῖς γιγνομένων, τὰ λοιπὰ ἐάσειν, ὅπως βούλεται, πράττειν αὐτόν. Adv. Nauſimach. p. 635. A: οὐ δίκαιαν οὐδὲ γιγνομένην χάριν ἀξιώσουσι κομίζεσθαι παρ' ὑμῶν· *injuſtam nec more receptam gratiam a vobis ferre ſe poſtulabunt.* Atque item ſubinde. Theophraſtus ap. Stob. XLII.

p. 281. κυρία δὲ ἡ ὠνὴ καὶ ἡ πράσις—ὅταν ἡ τιμὴ δοθῇ—ἢ τοῖς γείτοσι τὸ γιγνόμενον· *rata vero est emtio et venditio, si pretium datum erit, et vicinis solitum emolumentum.* Restituendum eidem Character. XV. Αὐθαδείας· —καὶ τοῖς τιμῶσιν καὶ πέμπουσιν εἰς τὰς ἑορτὰς, εἰπεῖν, ὅτι οὐκ ἂν γένοιτο τὰ διδόμενα, ut legatur ὅτι οὐκ ἂν διδοῖτο τὰ γινόμενα, *non datum iri ea quæ debeant et soleant dari:* id est, *invitatus honoris caussa ab aliis ad festum diem celebrandum recusabit, dicens, Se in illo festo non eo atque oportet tractatum iri.* Teles ap. Stob. Serm. XCI. p. 509: ταῖς δὲ ὥραις οὐκ ἀφίησι χρῆσθαι καὶ μελετᾶν πρὸς τὰ γινόμενα· *nec sinit anni tempestatibus uti, nec exercere se ad ea quæ conducunt et oportet.* Frequens est Aristidi: cujus locos satis habemus numeris paginarum notasse: sic igitur T. I. p. 82. 244. 246. 270. 523. 527. T. II. p. 32. 128. 158. 294. 308. 314. 400. 427. 523. 527.

86. A. ὑπὲρ οὗ τὸν Πολύκλειτον οἰόμεθα λέγειν—] *De quo Polycletum putamus dicere:* nec veram, nec huic loco congruam, habet sententiam: quæ si qua exstare deberet, saltem corrigendum erat οἰώμεθα, *De quo putemus dicere Polycletum: Ad quod officium illam Polycleti dictionem accommodemus.* Atque in hac ratione adhuc acquiescebam, spreta altera, in quam postea quoque Reiskium incidisse vidi, ὑπέρευ τὸν Πολύκλειτον οἰόμενοι λέγειν· quam nunc probo, ut et loco congruentem, et partim a codicibus firmatam; siquidem οἰόμενοι est in Ald. Bas. Harl. Colleg. Nov. Mosc. 2. T. B. Pol. Particula ὑπέρευ semel alibi occurrit apud Plutarchum Consol. Uxor. p. 611. B. vulgo obliterata. De nobilissimo illo pictore et statuario, Veterum mentiones collegit F. Junius in Catalogo Artificum p. 167. Idem dictum refert Plutarchus Symp. II. p. 636. B, C: αἱ τέχναι πρῶτον ἀτύπωτα καὶ ἄμορφα πλάττουσιν, εἶτα ὕστερον ἕκασα τοῖς εἴδεσι διαρθροῦσιν· ἢ Πολύκλειτος ὁ πλάστης εἶπε, χαλεπώτατον εἶναι τὸ ἔργον, ὅταν ἐν ὄνυχι ὁ πηλὸς γένηται. Notum est Proverbium *Ad unguem*, de operibus summa diligentia perfectis et absolutis. Origo duplex: altera, ad quam hoc Polycleti dictum refert J. Winkelman. Historia Artis, Annotat. ad T. I. p. 79. edit. Germ. quod plastæ in fingendo

luto partes ſigni ſubtiliores ungue formare ſoleant: altera, quod lævitas ac politura ſigni explorabatur ungue, qui ſi quid aſperi offendiſſet, id artifices corrigere ſolebant: cujus non juſtam rationem habuit vir ille doctiſſimus, quamquam a plurimis Veterum commemoratæ conſuetudinis: neque etiam ejuſmodi adfert teſtimonia, quibus efficiatur quod vult, illam priorem rationem ſolummodo *exemplis*, non item *operibus* ad illa exempla factis, adhiberi ſolitam fuiſſe. Et hic Plutarchi locus refertur ad commiſſuras lapidum ædificii complanandas et amuſſi exæquandas. Et Horatii A. P. 294. *Perfectum decies non caſtigavit ad unguem*, ad *imaginem* et *opus*, non ad *exemplum*, pertinet. Et ἐξονυχίζειν Suidas reddit ἐξετάζειν τοῖς ὄνυξι, quod et uſus confirmat Scriptorum in metaphorica ſignificatione τοῦ ἀκριβολογεῖσθαι, de qua Phrynichus p. 126. ibique Nunneſius. Dionyſius Hal. Opp. Rhet. p. 171. τὸν Λυσιακὸν χαρακτῆρα ἐκμέμακται εἰς ὄνυχα· *ad unguem ſimillimus Lyſiæ*. Plura petantur ab Eraſmo Adag. p. 507: Iſ. Caſaubono ad Perſ. I. 65: interpretibus Horatii l. c. Lexicographis, cum Latinis in *Unguis*, tum Græcis in Ὄνυξ, Ὀνυχίζω, Ἐξονυχίζω.

DANIELIS WYTTENBACHII

ANIMADVERSIONES

IN PLUTARCHI LIBRUM

DE CAPIENDA EX INIMICIS UTILITATE.

P. 86. B. ΠΩΣ ΑΝ ΤΙΣ ΥΠ' ΕΧΘΡΩΝ ΩΦΕΛΟΙΤΟ] In Lampriæ Catalogo Num. CXXVII: Sopatri Eclogis apud Photium Cod. CLXI. p. 341: Macarii Chryſocephalæ Rhodonia apud Villoiſonum in Anecdot. Gr. T. II. p. 10. eodem titulo proditur. Stobæus Serm. XIX. p. 366: Πλωτάρχω ἐν τῷ, Πῶς ἔστι ἀπ' ἐχθρῶν ὠφεληθῆναι: ita editio Schowii, nam in Trincavelliana Serm. XVII. et Geſneriana non eſt libri nomen. Idem Stobæus Serm. XXXIII. p. 214. ad locum citatum ex hoc libro p. 90. B. ἄνευ δὲ τούτω—κατεργάσηται, additum habet in Geſneriana editione Latinum elogium, *Plutarchi in libro, quomodo quis fructum ab inimicis capiat*; nam in Trincavelliana locus hic deeſt: Schowiana in Serm. XXVII. deſinit. Simplicius Commentario in Epicteti Enchiridion p. 306: καὶ ὅγε Χαιρωνεὺς Πλούταρχος βιβλίον ὅλον περὶ τῆς ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν ὠφελείας συντέθεικεν. Citantur porro loci ex hoc libro, omiſſo tamen ejus titulo, nec niſi Plutarchi nomine addito: p. 87. B. a Suida in Σικχός: p. 92. D. a Thoma Magiſtro in Ὑπέρ: p. 88. D. in Sententiis Maximi et Antonii p. 329.

86. B. Κορνήλιε Πούλχερ, ἄτερ] Quod in Emendatione posui, adhuc tueor: ἄτερ quidem perperam ortum ex antecedente voce: nec alia sive lectio, sive correctio, in Hist. Acad. Inscript. T. XIV. prodita, ἄτη δή, minus inepta. *Cornelium Pulchrum*, alibi me legere haud memini.

86. B. ἄθηρον, ὥσπερ ἰσορροῦσι τὴν Κρήτην] *a feris bestiis liberam*, id est, iis quæ nocent, in primis morsu, quorum remedia dicuntur θηριακά. Gregorius Naz. Carm. XIII. 49: Χώρην μέν τιν' ἄθηρον ἀκούομεν, ὡς ποτε Κρήτην: Plinius VIII. 83: *In Olympo Macedoniæ monte non sunt lupi: nec in Creta Insula. Ibi quidem non vulpes ursive, atque omnino nullum maleficum animal præter phalangium.* Ælianus Nat. Animal. III. 32. Antigonus Carystius Hist. Mirab. Cap. X: Diodorus Sic. IV. 17. ubi videndus P. Wesselingius. Multa in hanc rem J. Meursius, Cretæ II. 8. Et Aristoteles in Mirabil. Auscult. Cap. LXXXIV. idem tradit, quod docte illustrat ejus libri recentissimus editor Jo. Beckmannus.

86. C. Χίλων ὁ σοφὸς] Unus ex illis septem. Eamdem ejusdem nomine sententiam laudat Plutarchus De Amicor. Multitud. p. 96. A; et Fragm. De Anima ap. Gellium I. 3.

86. C. Ξενοφῶντος] Œconomico I. 15: Καὶ οἱ ἐχθροὶ ἄρα, κατάγε τὸν σὸν λόγον, χρήματά εἰσι τῷ δυναμένῳ ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν ὠφελεῖσθαι. Ἔμοιγ' οὖν δοκεῖ. Οἰκονόμος ἄρα ἐστὶν ἀγαθοῦ καὶ τοῖς ἐχθροῖς ἐπίστασθαι χρῆσθαι, ὥστε ὠφελεῖσθαι ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν. Idem dictum Plutarchus posuit supra p. 40. B. Scriptor incertus, ut videtur Damascius, apud Suidam voce Εὐλόφως. —ἐπέδειξεν ἀληθῆ ὄντα τὸν λόγον, ὃν ἔφη Σωκράτην εἰπεῖν ὁ Ξενοφῶν πρὸς Ἰσχόμαχον, ὡς ἔστιν ἄρα τὸν ἀγαθὸν ὠφελεῖσθαι καὶ ὑπὸ τῶν βλάπτειν αὐτὸν πειρωμένων. In Proverbiis Metricis A. Schotti 1239: Πολλάκις τοι πολλ' ἀπ' ἐχθρῶν μανθάνουσιν οἱ σοφοί.

86. C. Ἅπερ οὖν εἰς τοῦτο πρώην—] De hoc Plutarchi instituto habitas scholas conscribendi et edendi exempla apposuimus ad p. 15. A.

86. C. ὁμοῦ τι] *propemodum, ferme:* unus ad sententiam recte vertit Pannonius: cæteri *simul, totidem verbis* Erasmus et Xylander, *in unum contracta* Cruserius, sequentes

lectionem alteram ὁμοῦ. Utrumque dicitur, ut recte quidem monet If. Caſaubonus ad Strabonem p. 425: ſed diſcrimen ſignificationis quoque notandum: ὁμοῦ eſt *una, ſimul*: ὁμοῦ τι, *propemodum, circiter*, quæ notio ſane omnibus apta eſt locis, ubi hæc particula a Scriptoribus ponitur: quod ſatis oſtendit eam veram eſſe notionem. Sed hac animadverſione defungamur notandis locis Plutarcheis. Sic igitur Opp. Mor. p. 77. C. 378. D. 400. D. 413. F. (quo loco citato in nota Weſſelingii ad Diodor. Sic. T. I. p. 118. perperam legitur ὁμοῦ τε) 976. D. 1010. C. Vitarum p. 60. A. 106. D. 115. B. 196. E. 224. A. 361. D. 458. D. 480. D. 533. E. 575. F. 592. C. 594. E. 631. E. 814. E. 873. F. 951. A. 1024. C. 1031. A. 1072. B.

86. C. Πολιτικοῖς Παραγγέλμασι] Quæ exſtant Opp. Mor. p. 798.

86. D. πυτίαις] De diverſitate ſcripturæ, πιτυαῖς, monuimus dudum ad Ser. Num. Vind. p. 42: hujus editionis p. 552. F.

86. D. μὴ τῶν θηρίων ἐπιλιπόντων τῷ ἀνθρώπῳ, θηριώδης αὐτοῦ ὁ βίος γένηται] Eadem ſententia utitur Plutarchus De Solert. Animal. p. 964. A: τρόπον τινὰ θηρίων βίον βιωσόμεθα, τὰς ἀπὸ τῶν θηρίων ὠφελείας χρείας: quod Porphyrius tranſtulit in diſputationem De Abſtinentia I. 4.

86. E. Τράγος γένειον—] Videtur a poeta ſcriptum fuiſſe Τράγος γένειον σύ γε πενθήσεις ἄρα. Ex Dramate Satyrico ſumtum res ipſa prodit: ex Æſchyli *Prometheo* πυρκαεῖ ſumtum veriſimile eſt inde, quod hoc nomine illius fuit Drama idque Satyricum fuiſſe apparet ex Auctore argumenti ad Perſas ſcripti; niſi forte hujus verba aliter accipienda ſunt, judice If. Caſaubono De Satyrica Poëſi I. 5. Fortaſſe ex hujuſmodi Satyrico Dramate fluxit comparatio, qua uſus eſt Auctor ad Herennium IV. 6: *ſi Triptolemus, cum hominibus ſemen largiretur, ipſe ab aliis hominibus id mutuaretur: aut ſi Prometheus, cum ignem mortalibus dividere vellet, ipſe a vicinis, cum teſta ambulans, carbunculos corrogaret, nonne ridiculus videretur?* Rei exemplum etiam pueri præbent; quippe, ut ait Dion Chryſ.

Or. XVI. p. 245. B: (τὰ παιδία) τῷ πυρὸς ἅψασθαι προθυμεῖται, καί τοι σφόδρα ἀλγοῦντα· κἂν ἀφῇς, ἅψεται πάλιν: ubi Fed. Morellus hunc Plutarchi locum apponens pro fabula Æſopica, more ſuo aliud egit. Simile quid de Æthiopibus prodit Pomponius Mela III. 9: *Sunt quibus ante adventum Eudoxi adeo ignotus ignis fuit, adeoque viſus mirum in modum placuit, ut amplecti etiam flammas, et ardentia ſinu abdere, donec noceret, maxime libuerit.*

p. 87. A. Διογένης καὶ Κράτης· Ζήνων δὲ—] πατρίδος φέρησιν referendum ad Diogenem Cynicum, e patria Sinope in exilium ejectum, quod notum eſt vel ex Diogene Laertio VI. 20, 21. ſeq. At χρημάτων ἀποβολὴν pertinet ad duos reliquos, ſed diverſo ad utrumque modo; nam Crateti pecuniarum amiſſio fuit voluntaria, Zenoni fortuita: de utroque item vel ex Laertio notum: de illo VI. 85. ſeq. de hoc VII. 5. ubi hoc ipſum ejus dictum refertur —διατρίβοντα ἐν ταῖς Ἀθήναις ἀκοῦσαι τὴν ναυαγίαν, καὶ εἰπεῖν, Εὖγε ποιεῖς ἡ τύχη, προσελαύνουσα ἡμᾶς φιλοσοφίᾳ: quod Plutarchus alibi etiam memoravit, De Animi Tranq. p. 467. D. De Exilio p. 603. D. Seneca De Animi Tranq. Cap. XIII: *Zeno noſter cum omnia ſua audiret ſubmerſa, Jubet, inquit, me fortuna expeditius philoſophari.* Sententiæ Antonii et Maximi p. 820. Habet adeo Proverbii vim, teſte Suida voce Νῦν εὐπλόηκα, ὅτε νεναυάγηκα· ἐπὶ τῶν παρ' ἐλπίδα εὐτυχησάντων. Ζήνων γὰρ ὁ Κιτιεὺς, καταλιπὼν τοὺς πρὶν διδασκάλους, καὶ Κράτητος τοῦ φιλοσόφου φοιτητὴς γενόμενος, τοῦτο εἴρηκε ναυαγίῳ περιπεσὼν, καὶ εἰπὼν, Εὖγε ποιεῖ ἡ τύχη προσελαύνουσα ἡμᾶς φιλοσοφίᾳ· οὕτω τραπῆναι πρὸς φιλοσοφίαν. Hinc Eraſmus retulit in Adagia p. 1230. A. Schottus Proverb. e Suida X. 57. Videatur Menagius ad Diog. Laert. l. c.

87. B. οἱ δὲ σιχχοὶ] Suidas hunc locum in brevius redactum citans, voce Σιχχός· σκώπλης· ἢ ὁ ἀνόρεκτος καὶ ἀδηνής· Πλούταρχος· Τὰ ῥωμαλεώτερα τῶν ζώων τοὺς σομάχους, σκορπίους καὶ ὄφεις κατεσθίοντα καταπέτλει· οἱ δὲ σιχχοὶ καὶ νοσώδεις ἄρτον καὶ ὕδωρ προσφερόμενοι ναυτιῶσι. Heſychius Σιχχαζόμενος· σκωπλόμενος· Σιχχός· ὁ μικρόσιτος· ἢ ὁ ἀηδής: ubi videantur Interpretes. Nec in Medicorum uſu tritum reperitur. Repudiat Phrynichus verbum Σιχχαίνομαι. Ha-

bet tamen σικχὸς haud contemnendam auctoritatem Ariſtotelis Eudem. III. 7: ὥσπερ γὰρ παρὰ τὴν τροφὴν ὁ σικχὸς τοῦ παμφάγου διαφέρει τῷ ὁ μὲν μηδὲν ἢ ὀλίγα καὶ χαλεπῶς προσίεσθαι· ὁ δὲ πάντα εὐχερῶς. Eſt etiam ἄσικχος apud Plutarchum De Sanit. p. 132. B. Lycurgo 49. F. Quædam etiam notarunt de his vocibus H. Stephanus Theſ. L. Gr. Indice II. p. 32: J. Uptonus Indice Epicteti Diſſ. voc. Σικχαίνω: J. Toupius ad Suid. l. c. Emend. in Suid. P. III. p. 128. editionis poſtremæ Vol. I. p. 161: ſed omnia exquiſitiora dedit Valckenarius noſter in Annotat. Crit. ad N. T. p. 340.

87. B. τοῖς προσέχουσιν·—περιοδεύει τὸν βίον] Præceptum Antiſthenis ap. Diogenem Laert. VI. 12: προσέχειν δεῖν τοῖς ἐχθροῖς· πρῶτοι γὰρ τῶν ἁμαρτημάτων αἰσθάνονται. Dictio habet aliquid Demoſthenici coloris: Or. de Cherſoneſo p. 40. A: βούλεται τοῖς ἑαυτοῦ καιροῖς τὴν παρ' ὑμῶν ἐλευθερίαν ἐφεδρεύειν· quod iiſdem verbis repetitur Or. Philipp. IV. p. 54. C: I. p. 16. A: ἀεί τι προσπεριβάλλεται, καὶ κύκλῳ πανταχῆ μέλλοντας ὑμᾶς ἢ καθημένους περιτοιχίζεται.

87. C. οἱ γύπες ἐπὶ τὰς ὀσμὰς—ἔχουσιν.] Eamdem comparationem adhibet Epicureis p. 1096. A: οὐκ ἦν δὲ πρὸς τὸ ἡδέως ζῆν ἐπιεικέστερον, μύρα ἢ θυμιάματα δυσχεραίνειν, ὡς κάνθαροι καὶ γύπες; Invidis Baſilius M. Homil. XI. T. I. p. 387. B: ὥσπερ δὲ οἱ γύπες πρὸς τὰ δυσώδη φέρονται, πολλοὺς μὲν λειμῶνας, πολλοὺς δὲ ἡδεῖς ἢ εὐώδεις τόπους ὑπερπλάμενοι· καὶ αἱ μυῖαι τὸ μὲν ὑγιαῖνον παρατρέχουσι, πρὸς δὲ τὸ ἕλκος ἐπείγονται· οὕτως οἱ βάσκανοι τὰς μὲν τοῦ βίου λαμπρότητας καὶ τὰ μεγέθη τῶν κατορθωμένων οὐδὲ προσβλέπουσι, τοῖς δὲ σαθροῖς ἐπιτίθενται, κἄν τι προσπλαῖσαι συμβῇ, οἷα πολλὰ τὰ ἀνθρώπινα, τοῦτο δημοσιεύουσι, καὶ ἀπὸ τούτων τὸν ἄνδρα γνωρίζειν βούλονται: quem locum habent Sententiæ Max. et Anton. p. 409: et imitatus eſt Iſidorus Peluſiota Epiſt. III. 237: πᾶς ἀνὴρ φαίνεται ἑαυτῷ δίκαιος· πρὸς μὲν γὰρ τὰ κατορθώματα τῶν πέλας τυφλώττει, τὰ δὲ ἐλαττώματα ὀξέως ὁρᾷ· καὶ καθάπερ οἱ γύπες λειμῶνας πολλάκις καὶ παραδείσους παρατρέχοντες, τοῖς νεκροῖς ἐφίπτανται σώμασιν. Clemens Alex. Pædag. II. p. 178. A: ἀλλὰ γὰρ μὴ λάθωμεν, ὥσπερ οἱ γύπες, τὰ μυρὰ βδελυττόμενοι, ἢ οἱ κάνθαροι· τούτους γὰρ ῥοδίνῳ χριθέντας μύρῳ τελευτᾶν λέγουσι. Gregorius

Nyſſ. in Sententiis Anton. et Max. p. 408. Plinius XI. 115. Ælianus Nat. Animal. III. 7. IV. 18. Ariſtoteles Mirab. Auſcult. CLIX. ad quem eruditiſſimus J. Beckmannus alios etiam laudat auctores.

87. D. πρὸς ταῦτα οἱ μισοῦντες ἀτίουσι] Videtur pars Senarii.

87. D. εὐλαβέμενον ζῆν] Accipiendum vel πρὸς τὸ εὐλαβούμενον ζῆν, ut vertimus, et conſtructionis rationem expoſuimus ad p. 80. B. vel ita elliptice, *Profecto! utile eſt vivere ſibi caventem et ad ſe ipſum attendentem—:* quale ſpectarunt, certe videntur voluiſſe, Pannonius et Cruſerius.

87. D. Ἡ γὰρ οὕτω] In editione noſtra minore perperam eſt οὔπω.

87. D. μετ' εὐχρηſίας—] *cum utilitate et emolumento, ad uſum accommodate:* proprie eſt facultas τοῦ εὖ χρῆσθαι τοῖς πράγμασι, *rebus recte utendi.* Ut hoc loco, ita alibi a librariis cum εὐχαριſία confuſa reperitur, v. c. De Stoic. Repugn. p. 1038. A. item apud Porphyrium De Abſtinent. I. 55: ἀπὸ ἀχρηſίας παντὶ τῷ ὑπάρχοντι βίῳ—τὸ μὴ παρὸν ζητοῦσι, τῷ ἀχαριſεῖν τῷ παρόντι· videtur ἀχαριſίας corrigendum Reiſkio et Rhoerio, nec ego repugno, quamquam et ἀχρηſία huic ſententiæ congruat, *ignorantia rebus recte utendi.* Ibidem III. 20. p. 261: κοινώτερον δὲ τῆς ὠφελείας, ἣν εὐχρηſίαν οὗτοι λέγουσιν, ἀκουſέον: id eſt, ὠφέλεια, quam Stoici εὐχρηſίαν vocant, *communi ſenſu intelligenda eſt:* hunc locum in Fragmentis Plutarchi cenſuimus Incert. XCV. Et vero εὐχρηſία, *ſcientia rebus bene utendi,* parit εὐχαριſίαν, *ut contenti ſimus noſtra ſorte, eamque grato animo Providentiæ divinæ acceptam referamus:* ita Epictetus Differt. I. 6: Ἀφ' ἑκάſου τῶν ἐν τῷ κόσμῳ γινομένων ῥᾴδιόν ἐſιν ἐγκωμιάſαι τὴν Πρόνοιαν, ἂν δύο τις ἔχῃ ταῦτα ἐν ἑαυτῷ, δύναμίν τε συνορατικὴν τῶν γεγονότων ἑκάſῳ, καὶ τὸ εὐχάριſον· εἰ δὲ μή, ὁ μὲν οὐκ ὄψεται τὴν εὐχρηſίαν τῶν γεγονότων· ὁ δὲ οὐκ εὐχαριſήſει ἐπ' αὐτοῖς οὐδέν. Sed εὐχρηſία non ſolum active dicitur *facultas bene utendi rebus,* ſed etiam paſſive *utilitas ex rerum uſu percepta:* item εὔχρηſος, de quo alibi dicemus: et χρηſικὸς, de quo diximus ad p. 80. B: et εὐχρηſέω p. 185. D.

87. E. Ἦ κεν γηθήσαι] Iliad. A. 255.

87. F. τοὺς περὶ τὸν Διόνυσον τεχνίτας] Ita vocantur *actores cantoresque ſcenici*: et aliis, et Plutarcho v. c. Quæſt. Rom. p. 289. C: Διὰ τί τοὺς περὶ τὸν Διόνυσον τεχνίτας, ἱερίωνας οἱ Ῥωμαῖοι καλοῦσιν; Sylla p. 468. C. Lucullo 511. E. Agide 810. A. Antonio 942. B. Bruto 994. A. Arato 1052. A. Ariſtoteles Problem. XXX. 10. alia dixit forma: Διὰ τί οἱ Διονυσιακοὶ τεχνῖται ὡς ἐπιτοπολὺ πονηροί εἰσιν; quod repetit Gellius XX. 4. hæc præmittens: *Comœdos quiſpiam et tragœdos, et tibicines dives adoleſcens, Tauri philoſophi diſcipulus, liberos homines in deliciis atque in delectamentis habebat: id genus autem Græce appellantur* οἱ περὶ τὸν Διόνυσον τεχνῖται. Idem Rhetoric. III. 2. ad quem locum conſulatur P. Victorius p. 470: cui adhibeantur et H. Stephanus Theſ. L. Gr. Indic. p. 761: Rigaltius ad Artemidor. p. 8: Olearius ad Philoſtrat. p. 193: Weſſelingius ad Diodorum Sicul. T. I. p. 251.

87. F. ἀπροθύμους] Sic et loquendi conſuetudo flagitabat. Plutarchus ſæpe: Opp. Mor. p. 74. A. 129. B. 438. B. 576. E. 620. C. 855. D. 865. B. Vitarum p. 112. C. 227. A. 435. A, B. 611. E. 651. A. 717. C. 797. E. 805. C. 895. A. Xenophon Hellenic. I. 6. 4.

p. 88. A. ὁ Νασικᾶς] Hic utrum fuerit P. Corn. Scipio Naſica, cognomine *Corculum*, an P. Corn. Scipio Naſica, is qui Tib. Gracchum interfecit, cognomine *Serapio*, non conſtat: nec alibi hoc effatum ſub hujus nomine memorari memini: utriuſque quidem tempora cum excidio Carthaginis et Corinthi conjuncta fuerunt. Carthaginem delere diſſuaſit in Senatu, rationibus fere iiſdem atque hoc loco memorantur, ut eſt apud Appianum Punicorum 69. et Florum II. 15. *Scipio Naſica ſervandam* (*cenſuit Carthaginem*), *ne metu ablato æmulæ urbis, luxuriari felicitas urbis inciperet.* Simile dictum Q. Metelli poſt finitum Bellum Punicum II. prodit Valerius Maximus VII. 2. 3: *Q. quoque Metelli cum gravis, tum etiam alta in ſenatu ſententia: qui devicta Carthagine,* "*Neſcire ſe, illa victoria bonine* "*plus an mali reipublicæ attuliſſet,*" *aſſeveravit:* "*quoniam, ut pacem reſtituendo profuiſſet, ita Hannibalem ſub-*

" *movendo nonnihil nocuiſſet. Ejus enim tranſitu in Italiam,*
" *dormientem jam populi Romani virtutem excitatam: me-*
" *tuique deberi, ne acri æmulo liberata in eumdem ſomnum*
" *revolveretur.*" *In æquo igitur malorum poſuit, uri tecta, vaſtari agros, exhauriri ærarium: et priſci roboris nervos hebetari.*

88. B. Διογένης ἀπόφασιν] Vide notata p. 21. E.

88. B. Βαθεῖαν αὔλακα—] Æſchyli Septem ad Theb. 600: de quo diximus ad p. 32. D.

88. B. Νικώμενοι, φησὶν Πίνδαρος, ἄνδρες ἀγρυξίᾳ δέδενται] Ex perdito carmine citat etiam Scholiaſtes Pindari ad Olymp. VIII. 92: νικώμενοι γὰρ ἄνδρες ἀγρυξίᾳ δέδενται, οὐ φίλων ἐναντίον ἐλθεῖν: et ad Pyth. IX. 163: νικώμενοι δὲ ἀγρυξίᾳ δέδενται. Heſychius fortaſſe hoc ſpectavit, Ἀγρυξία· σιωπή: ubi videatur J. Albertius. Factum nomen ad ſimilitudinem nominis ἀφασία, quod ipſum nomine ἀγρυξία interpretatur Heſychius in Ἀμφασία: ductum a Proverbio Οὐδὲ γρῦ: unde et proverbialis dictio Οὐδὲ γρύξειν. Pindarica ſententia in Metricis Proverbiis poſita eſt 1242: Τῇ ἀγρυξίᾳ δέδενται ἄνδρες οἱ νικώμενοι: magis ad ordinem verborum fit Iambicus, Νικώμενοι δ' ἄνδρες δέδεντ' ἀγρυξίᾳ: neutrum ad auctoris exemplum.

88. C. ταῦτα ἀποστρέφει τὴν γλῶτταν, ὡς ὁ Δημοσθένης φησὶν—] Or. De Falſa Legat. p. 227. A: —τὸ συνειδέναι πεπρακόσιν ἑαυτοῖς τὰ πράγματα, τοῦτο παραιρεῖται τὴν θρασύτητα τὴν τούτων· τοῦτο ἀποστρέφει τὴν γλῶτταν· ἐμφράττει τὸ στόμα· ἄγχει· σιωπᾷν ποιεῖ. Plutarchus iterum citat De Superſtitione p. 165. A. Coloris quid inde duxit Philo Jud. De Septenario p. 1176. A: οὐδεὶς ἀλλ' οὐδὲ τὸν βραχύτατον χρόνον ἐορτάζει συνειδήσει τῶν ἀδικημάτων ἀγχόμενος.

88. C. Σύ τοι διαφέρει—] Euripidis Oreſte 251.

88. D. Ἄλλων ἰατρὸς—] Notavimus ad p. 71. F.

88. D. ὁ καικίας τὰ νέφη—] Proverbium et alibi uſurpat Plutarchus: Reip. Ger. Præcept. p. 823. B: πάντα τὸν ἄλλον βίον ἔλκων ἐφ' ἑαυτὸν, ὡς καικίας νέφη. Hunc ipſum locum habent Sententiæ Maximi et Antonii p. 329: ὡς γὰρ ὁ καικίας τὰ νέφη, καὶ ὁ φαῦλος βίος ἐφ' ἑαυτὸν ἕλκει τὰς λοιδορίας. Diogenianus IV. 66: Ἕλκων ἐφ' ἑαυτὸν, ὥσπερ καικίας τὰ νέφη.

κίας νέφος· ἐπὶ τῶν ἐπισπωμένων ἑαυτοῖς κακά. Scholiaſtes Ariſtoph. Equit. 435: ὄνομα ἀνέμου καικίας· τὸν δὲ αὐτὸν καὶ νότον καλοῦσί τινες·—οὗτος δὲ ὅτε πνεῖ, τὰ νέφη εἰς ἑαυτὸν ἕλκει· ὡς τὸ, Κακὰ ἐφ' ἑαυτὸν ἕλκων, ὡς ὁ καικίας νέφος. Ariſtoteles Meteorolog. II. 6: ὁ δὲ καικίας οὐκ αἴθριος, ὅτι ἀνακάμπτει εἰς αὐτόν· ὅθεν καὶ λέγεται ἡ παροιμία, Ἕλκων ἐφ' αὑτὸν, ὥσπερ καικίας νέφος· quod hinc retulit Gellius II. 22. cujus videndi ſunt interpretes. Idem Ariſtoteles Problem. XXVI. 1. et 29: Διὰ τί ὁ καικίας μόνος τῶν ἀνέμων ἐφ' ἑαυτὸν ἄγει τὰ νέφη; ὥσπερ καὶ ἡ παροιμία λέγει, Ἕλκων ἐφ' αὑτὸν, ὥσπερ καικίας νέφος—. Cauſſam quoque reddit Theophraſtus De Ventis p. 410. Plinius II. 48: ubi videatur Harduinus. *Cæcias*, Aquilo vicinus Euro. De Ventorum locis et nominibus ad Veterum rationem ordinandis egregie meritus eſt nuper medicus præſtantiſſimus Koray, natione Græcus, memor originis, ejuſque laudem ingenio ac doctrina conſectans: qui Pariſiis degens, Literas nuper noſtras auxit præclara editione libri Hippocratei περὶ ἀέρων, ὑδάτων, τόπων: cui Tabulam Ventorum diligentiſſime elaboratam ſubjecit.

88. E. Μή πῃ ἆρ' ἐγὼ τοιοῦτος] Vide ad p. 40. D.

88. E. τοῦ λοιδορεῖν ἄλλως ἀχρήσου καὶ κενοῦ] Demoſthenes Or. Olynth. II. p. 6. B: Τὸ μὲν οὖν ἐπίορκον καὶ ἄπιστον καλεῖν ἄνευ τοῦ τὰ πεπραγμένα δεικνῦναι, λοιδορίαν εἶναί τις ἂν φήσειε κενὴν δικαίως. Epiſtola IV. p. 118. D: —λοιδορίας, ἢ μηδεμίαν κακίαν καθ' ὅτου λέγεται δείκνυσιν, ὠδέν ἐς' ὄφελος.

88. E. Λέων ὁ Βυζάντιος] Platonis auditor, patriam Byzantium adverſus Philippum tutatus eſt. De hoc luculentus exſtat incerti ſcriptoris locus apud Suidam voc. Λέων, Λέοντος, Βυζάντιος—· paulo brevior eſt Philoſtratus Vit. Sophiſt. I. 2. Aliud ejus facete dictum ad Athenienſes memorat Plutarchus 804. A. et illi modo dicti. Hoc ipſum quadam cum varietate narrat Sympoſ. II. p. 633. C: Λέων ὁ Βυζάντιος, εἰπόντος Πασιάδου πρὸς αὐτὸν, ὀφθαλμιῶῆναί δι' αὐτοῦ τοὺς ὀφθαλμούς, Ἀθένειαν, ἔφη, σώματος ὀνειδίζεις, νέμεσιν οὐχ ὁρῶν ἐπὶ τῶν ὤμων βασάζοντά σε τὸν υἱόν. Εἶχε δὲ κυρτὸν ὁ Πασιάδης υἱόν.

88. F. Ἀνδροκτόνου—Σὺ δ' αὐτόχειρ—] Euripidis ex Alcmæone: notavimus ad p. 35. D.

p. 89. A. Πρὸς τὸν Κράσσον ὁ Δομίτιος—] Bis alibi narrat Plutarchus: Reip. Ger. Præcept. p. 811. A: Κράσσος ὁ ῥήτωρ, Δομιτίου πρὸς αὐτὸν εἰπόντος, Οὐ σὺ μυραίνης ἐν κολυμβήθρᾳ σοι τρεφομένης, εἶτα ἀποθανούσης, ἔκλαυσας; ἀντηρώτησεν, Οὐ σὺ τρεῖς γυναῖκας θάψας οὐκ ἐδάκρυσας; De Solert. Animal. p. 976. A. iisdem fere verbis. Narrat quoque Ælianus Natur. Animal. VIII. 4: Τὴν Κράσσου τε τοῦ Ῥωμαίου μύραιναν ἄδουσιν· ἥπερ οὖν καὶ ἐνωτίοις καὶ ὁρμίσκοις διαλίθοις κεκόσμητο, οἷα δήπου ὡραία κόρη· καὶ καλοῦντος τοῦ Κράσσου τὸ φώνημα ἐγνώριζε, καὶ ἀνενήχετο· καὶ ὀρέγοντος ὁτιοῦν, ἥδε ἤθελε, προθύμως ἁ ἑτοίμως λαμβάνουσα. Ταύτην τοι ἁ ἔκλαυσεν ὁ Κράσσος, ὡς ἀκούω, τὸν βίον καταστρέψασαν, καὶ ἔθαψε. Καί ποτε Δομιτίου πρὸς αὐτὸν εἰπόντος, Ὦ μωρὲ, μύραιναν ἔκλαυσας τεθνεῶσαν· ὁ δὲ ὑπολαβών, Ἐγὼ θηρίον, ἔφατο, σὺ δὲ τρεῖς γυναῖκας θάψας, οὐκ ἔκλαυσας. Hinc, ut videtur, Tzetzes Chiliad. VIII. 173. Macrobius Saturn. II. 11: paulo diverse—. *Craſſus vir cenſorius, nam cum Cn. Domitio cenſor fuit, cum ſupra cæteros diſertus haberetur, eſſetque inter clariſſimos cives princeps, tamen murænam in piſcina domus ſuæ mortuam atratus tamquam filiam luxit. Neque id obſcurum fuit; quippe collega Domitius in ſenatu hoc ei quaſi deforme crimen objecit. Neque id confiteri Craſſus erubuit: ſed ultro etiam, ſi Dis placet, gloriatus eſt cenſor, piam affectuoſamque rem feciſſe ſe jactitans.* Aliter etiam Porphyrius De Abſtinent. III. 5: ἡ γᾶν Κράσσου τοῦ Ῥωμαϊκοῦ μύραινα ὀνομαζὶ καλουμένη προσήει τῷ Κράσσῳ· ὃν καὶ οὕτως διέθηκεν, ὡς πενθῆσαι ἀποθανοῦσαν, τριῶν τέκνων ἀποβολὴν πρότερον μετρίως ἐνεγκόντα. De Hortenſio prodit Plinius IX. 81: *Apud Baulos in parte Bajana piſcinam habuit Hortenſius orator, in qua muræna adeo dilexit, ut exanimatam fleſſe credatur*: ubi videatur Harduinus: fortaſſe propter ſimilitudinem et rei, et ſtudii, et laudis oratoriæ, factum illius cum hoc temere communicavit fama. Craſſus orator cum Cn. Domitio cenſor fuit A. U. 659. non ſine inſigni diſſenſione et mutua reprehenſione: qua de re videatur Pighius Annal. Magiſtrat. Rom. T. III. p. 212.

89. A. Φιλεῖ γὰρ ὁ τοιοῦτος—] Initium verſus ſuæ ipſe orationi accommodavit Plutarchus: idque annotator quis

in margine codicis A. et Exempli Turneb. monere voluit hac notula: σίχοι θαυμαστοὶ Σοφοκλέους· Φιλεῖ γὰρ οὗτος γλῶτταν ἐχχέας μάτην Ἄκων ἀκούειν οὓς ἑκὼν εἴποι λόγους. Sunt ex incerta tragœdia: ſervati quoque a Stobæo Serm. XVIII. initio, additis duobus prioribus:

Τί ταῦτ' ἐπαινεῖς; ὦ ἄς οἰνωθεὶς ἀνὴρ
Ἥσσων μὲν ὀργῆς ἐσι, τοῦ δὲ νοῦ κενός·
Φιλεῖ δὲ πολλὴν γλῶσσαν ἐχχέας μάτην
Ἄκων ἀκούειν οὓς ἑκὼν εἶπεν κακῶς.

Primum, et duos poſtremos, appoſuit Clemens Alexandr. Pædag. II. p. 154. A. Vertit totam ſententiam H. Grotius Florileg. p. 97: animadvertit Valckenarius ad Euripidis Phœn. p. 162. et Diatrib. Fragm. p. 37: retulit Brunckius in editione Sophoclis T. II. p. 42. Verſus ultimus habet vim formamque proverbialem, jam inde a principibus Poetarum profectam: Homero Il. Υ. 250: Ὀπποῖόν κ' εἴπῃθα ἔπος, τοῖόν κ' ἐπακούσαις: Heſiodo Ἔργ. 719: Εἰ δὲ κακὸν εἴποις, τάχα κ' αὐτὸς μεῖζον ἀκούσαις: ubi Proclus ex Plutarcheo, ut videtur, Commentario illum Homeri, et hunc Alcæi citat verſum: Ἀλκαῖος· Εἴ κ' εἴποις τὰ θέλεις, ἀκούσαις τά κ' οὐ θέλεις. Simile eſt Terentii Andr. V. 4. 17: *Si mihi pergit quæ volt dicere: ea quæ non volt, audiet:* ubi alia dant interpretes. Homerico uſus eſt Plutarchus Adv. Colotem p. 1122. B. et Ariſtides T. II. p. 422.

89. B. ὁ Ἀντισθένης] Diogeni tribuitur ſupra p. 74. C. 82. A: illius ſimile notavimus ad p. 87. B. Sed frequens eſt in hoc genere diſſenſus Scriptorum et invicem, et ſingulariter ſui cujuſque a ſe ipſe, ut eadem dicta vel facta aliis ac diverſis auctoribus adjungant. Monuimus etiam in Emendatione.

89. C. ὁ Τήλεφος—] Diximus ad p. 46. F.

89. C. τὸν Θεσσαλὸν Προμηθέα—] Jaſon Pheræus, cognomine *Prometheus* dictus eſt. Viri frequens eſt mentio in Veterum ſcriptis; unde ejus hiſtoriam componere operæ pretium erat; etiam poſt Barthelemium, qui hoc argumentum obiter et univerſe perſtrinxit in Peregrinatione Anacharſidis T. IV. p. 107. ſeq. memorans pervulgata,

omiſſis minus notis, veluti iis, quæ in hoc Plutarchi loco traduntur. Quoſdam et præcipuos auctores laudavit Valckenarius ad Orationem De Philippo Macedone p. 226. Cognominis *Promethei* non diſerta, quod ſciam, exſtat mentio. Conjectura colligitur: primum, quod eumdem hoc nomine afficere videtur Xenophon ex perſona Theramenis reprehendentis Critiam, qui abſens fuerit Athenis ἐν Θετταλίᾳ μετὰ Προμηθέως δημοκρατίαν κατασκευάζων, καὶ τὰς πενέσας ὥπλιζεν ἐπὶ τοὺς δεσπότας, Hellenicorum II. 3. 18: deinde quod eadem hæc ulceris ſanatio ab aliis compluribus ſcriptoribus ad Jaſonem Pheræum refertur. Nam quod idem prodit cum nomine Promethei Tzetzes ad Heſiodi Ἔργ. 279. p. 71. ex Plutarchi perdito Commentario fluxit: Λυκίδης ὁ Ἀργεῖος· οὗτος γὰρ θέλων ἀνελεῖν Προμηθέα τινὰ Θετταλὸν, φῦμα ἔχοντα, παίσας τῷ ξίφει παρὰ τὸ φῦμα, ἰάσατο· ubi credibile eſt Tzetzem poſuiſſe τινὰ *aliquem*, pro vetere τὸν, quod cognomen hoc Jaſoni fuiſſe ignoraret. Cæterum aut fallor, aut adhibuit ſimul excerpta Plutarchea hujus libelli: in quibus quum proximam videret mentionem *Lacydæ Argivi*, hunc fecit interfectorem Promethei. Cicero Nat. Deor. III. 29: *nec prodeſſe (voluit) Pheræo Jaſoni is, qui gladio vomicam ejus aperuit, quam ſanare medici non potuerant.* Plinius VII. 51: *Pheræus Jaſon tum deploratus a medicis in vomicæ morbo, quum mortem in acie quæreret, vulnerato pectore medicinam invenit ex hoſte.* Valerius Max. I. 8. Extern. 6: *Divinæ fortunæ vulnus Pheræo Jaſoni quidam exitii ejus cupidus intulit. Nam cum inter inſidias gladio eum percuſſiſſet, vomicam, quæ a nullo medicorum ſanari potuerat, ita rupit, ut hominem peſtifero malo liberaret.* Spectat eodem Seneca De Beneficiis II. 19: *Tuber quidam tyranni gladio diviſit, qui ad eum occidendum venerat: non ideo illi tyrannus gratias egit, quod rem, quam medicorum manus reformidaverant, nocendo ſanavit.* Quos ad locos quædam notarunt interpretes: et ſeorſim P. Victorius Var. Lect. VII. 9: Jo. Brodæus Miſcell. I. 23. Gatakerus ad M. Antonin. II. 16. p. 55.

89. D. καθάπερ οἱ παλαίοντες τὴν κόνιν—] Nota res ex luctæ more: quem etiam attingit Plutarchus Sympoſ. II. 4.

ipsum verbum συμπάσαι adhibens p. 638. E: Ovidius Met. IX. 35. ubi videantur interpretes: Lucianus De Gymnas. T. II. p. 884. et seq. Comparatio ad rixas et objurgationes traducta, significatur verbo φύρεσθαι. Plato Gorgia p. 288. D: φύρονται ἐν τῷ αὐτῷ καὶ περὶ τὰ αὐτὰ σοφισταὶ καὶ ῥήτορες, καὶ οὐκ ἔχουσι ὅ, τι χρήσονται οὔτε αὐτοὶ ἑαυτοῖς, οὔτε οἱ ἄλλοι ἄνθρωποι τούτοις. Epictetus Dissert. II. 12. p. 230: Οἱ δὲ πολλοὶ καὶ εἰκαῖοι συγκαθέντες εἴς τι τοιοῦτον, φύρονται καὶ φύρουσι, καὶ τὰ τελευταῖα λοιδορήσαντες καὶ λοιδορηθέντες ἀπέρχονται. IV. 13. p. 675: φύρω καὶ φύρομαι. Aristides T. II. p. 112.

89. E. Λακύδην τῶν Ἀργείων βασιλέα κόμης τινὸς διάθεσις—εἰς μαλακίαν διέβαλε] Harl. Mosc. 1. et 2. pro τῶν dant τὸν, nec repudiandum. Res non alibi quod sciam prodita, referenda est ad veteres Argivorum Reges, quorum ultimam fuisse successionem constat ex Heraclidarum gente; quandoquidem, si qui postea, abrogato regio imperio, ad tempus singulares domini Argos tenuerunt, non reges sed tyranni dicebantur, veluti Aristomachus, de quo Polybius II. 59: Plutarchus Arato p. 1048. A. et alibi. Igitur quæ hoc loco notatur mollities et luxuries, convenire videtur in *Leocedem* Phidonis Argivorum regis filium, quem Herodotus numerat in procis Agaristæ Clisthenis, Sicyoniorum regis, filiæ, VI. 127: quem *Lacidem* appellat Pausanias, ejus filium Meltam, Medonis nepotem, ultimum Argivorum regem, certe ab Argivis regno exutum perhibens: ubi Μήδωνος nomen pro Φείδωνος ex errore librarii venisse videtur, II. 19. p. 152. indeque temere ab hodiernis quibusdam in stemmate illius stirpis positum. In dictione κόμης τινὸς διάθεσις est quod cui novum accidat. Reiskio in mentem veniebat corrigere κόμης ποία τις διάθεσις, minime illud Plutarcheæ consuetudinis: mihi περίθεσις, vel ἐπίθεσις, vel πρόθεσις, quasi *adscititius capillus* significari videtur, quod antiquis usitatum fuisse constat. Postea animadverti nil mutandum, sed τινὸς pro τὶς accipiendum, ut κόμης τινὸς διάθεσις idem sit ac κόμης τις διάθεσις, *certa quædam dispositio et forma capilli.* Hunc enim usum Pronominis τὶς alibi quoque deprehendisse mihi videor. De Aud. Poet. p. 19. F: τὴν περὶ τὸν κεχὸν γοητείαν ἀέρος τινὸς κάθαρσιν εἶναι

βούλονται· positum est pro ἀέρος τινὰ κάθαρσιν. De Audiendi Rat. p. 44. E. ἐμέτου τινὸς ἐγκώμια καὶ πυρετοῦ—ἐπιδεικνύμενοι: poterat se tueri, nisi codices dedissent τινὲς, quibus propter sensus rationes obsecuti sumus. Solone p. 79. E: καὶ Πλάτωνι τῆς ἀποδημίας ἐφόδιον ἐλαίου τινὸς ἐν Αἰγύπτῳ (φασὶ) διάθεσιν γενέσθαι· *quamdam olei venditionem Platoni viaticum peregrinationis in Ægyptum præbuisse.*

89. E. Πομπήϊον, τὸ ἑνὶ κνᾶσθαι δακτύλῳ τὴν κεφαλὴν,—] Plutarchus in Pompeio p. 645. A. De Reip. Ger. Præcept. p. 800. D. Julianus Cæsaribus p. 323. B: Οὐδὲν οὖν θαυμαστὸν, εἰ κεκράτηκας Πομπηΐου, δακτύλῳ κνωμένου—: ubi multa attulit et de Pompeio, et de more caput uno digito scalpendi, pro indicio mollitiei apud Veteres habito, Ez. Spanhemius edit. Gallic. p. 189. Heusingeri p. 112. In Cæsare idem notasse dicitur Cicero a Plutarcho Vita Cæsaris p. 709. B: Ἀλλ' ὅταν, ἔφη, τὴν κόμην οὕτω διακειμένην περιτῖῶς ἴδω, κἀκεῖνον ἑνὶ δακτύλῳ κνώμενον, οὔ μοι δοκεῖ πάλιν οὗτος ἄνθρωπος εἰς νοῦν ἂν ἐμβαλέσθαι τηλικοῦτον κακὸν, ἀναίρεσιν τῆς Ῥωμαίων πολιτείας. Seneca Rhetor Controvers. III. 19. p. 204. apponit Epigramma Asinii Calvi: *Fasciola qui crura ligat, digito caput uno Scalpit, quid credas hunc sibi velle virum*: quod spectavit Porcius Latro apud eumdem Controvers. V. 30. p. 288: *In Cn. Pompeium, terra marique victorem, fuit qui carmen componeret, uno, ut ait, digito caput scalpentem.* Eodem pertinet Senecæ Philosophi notatio Epistola LII: *Impudicum et incessus ostendit, et manus mota, et unum interdum responsum, et relatus ad caput digitus, et flexus oculorum.* Adhibeantur et interpretes ad Juvenalis illud Sat. IX. 133: *Qui digito scalpunt uno caput.* Erasmus Adag. p. 1042. Et pædagogi præcipiebant pueris decorum hujus negotii modum, ut est apud Plutarchum De Virt. Doceri Posse p. 439. F. seq.

89. E. Κράσσος δὲ τῶν ἱερῶν μιᾷ παρθένων αἰτίαν ἔσχε πλησιάζειν—] Plutarchus in Crasso p. 543. B: αἰτίαν ἔσχε Λικιννία συνιέναι τῶν Ἑστιάδων μιᾷ παρθένων· καὶ δίκην ἔφυγεν ἡ Λικιννία, Πλωτίνου (f. Πλωτίου) τινὸς διώκοντος· ἦν δὲ πρόσχειον αὐτῇ καλὸν, ὃ βουλόμενος λαβεῖν ὀλίγης τιμῆς ὁ Κράσσος, καὶ διὰ τοῦτο προσκείμενος ἀεὶ τῇ γυναικὶ καὶ θεραπεύων, εἰς τὴν ὑποψίαν ἐκείνην

ἐνέπεσε· καὶ τρόπον τινὰ τῇ φιλοπλουτίᾳ τὴν αἰτίαν τῆς φθορᾶς ἀπολυσάμενος, ὑπὸ τῶν δικαζῶν ἀφείθη· τὴν δὲ Λικιννίαν οὐκ ἀνῆκε πρότερον, ἢ τοῦ κτήματος κρατῆσαι. Tres in judicium vocatæ Veſtales, Æmilia, Marcia, Licinia, A. U. 640: illa damnata, duæ reliquæ abſolutæ, Liciniam defendente hoc ipſo Craſſo adoleſcente: at eædem mox in judicium revocatæ et damnatæ ſunt, creato extra ordinem prætore L. Caſſio. Livius Epitome L. LXIII. Dio Caſſius Excerpt. ibique Valeſius p. 88: edit. Reimar. T. I. p. 38. Pighius Annal. Magiſtrat. Rom. T. III. p. 109. Dukerus ad Livii l. c.

89. E. Ποσουμίαν δὲ τὸ γελᾶν—] Ex Livio IV. 44. ſumtum dicas, niſi nomen Pontificis abeſſet: quod fortaſſe per librariorum negligentiam excidit. *Eodem anno* (A. U. 338.) *Poſtumia, virgo Veſtalis, de inceſtu cauſſam dixit, crimine innoxia: ob ſuſpicionem propter cultum amœniorem ingeniumque liberius quam virginem decet, parum abhorrens famam. Ampliatam, deinde abſolutam, pro Collegii ſententia deinde pontifex maximus, abſtinere jocis, colique ſancte potius, quam ſcite, juſſit.*

89. F. Θεμιστοκλεῖ δὲ Παυσανίας] Thucydides I. 135. Plutarchus Themiſtocle p. 123. C. Nepos II. 8: qui factum referunt ad illud tempus, quo Themiſtocles exul Argis degebat: at Diodorus Sic. XI. 54, 55. perperam ante exilium ponit, animadverſus ideo a P. Weſſelingio.

89. F. μηδὲν ἀδικοῦντι προσετρίψατο τὴν ὑποψίαν—] *affricuit:* dixit eadem metaphora Seneca Ep. VII: *malignus comes quamvis candido et ſimplici rubiginem ſuam affricuit:* id eſt, eum contaminavit, malignum fecit. Plutarchus ſubinde utitur ita, ut notet *communicare cum alio vitium ſuum, vel vitii famam, colorem, ſuſpicionem.* Opp. Mor. p. 269. F. 395. E. 858. A. de Herodoto, ἃ γὰρ αὐτὸς ἐφρόνει περὶ τῶν θεῶν, τῷ Σόλωνι προστριβόμενος, κακοήθειαν τῇ βλασφημίᾳ προστίθησι. 859. B. F. 869. E. κακοηθείας προστρίβεται τῷ ἀνδρὶ δόξαν. 1066. A. 1121. F. Vitarum p. 79. E. 100. C. 164. D. 409. E. 471. F. 528. B. 551. A. 648. F. 668. C. 845. C. 473. D. 929. D.

p. 90. A. πράγμασιν ἀβελτήτοις περιπεσόντας] Semel hic notanda eſt vis vocabuli ἀβούλητον, *ingratum, adverſa fortuna,*

calamitas, quod nolumus et averſamur. Sic Plutarchus Opp. Mor. p. 53. E. 167. F. 169. D. 407. D. 467. A. 532. E. 599. B. 745. D. Vitarum p. 14. E. 63. B. 298. E. 742. C. 881. D. Plato Leg. V. p. 607. B. Dion Chryſ. Or. XL. p. 494. A. Epictetus Diſſ. III. 24. p. 511: ἄν τι γίνηται τῶν λεγομένων ἀβελήτων. Ariſtides T. I. 264. 513. Plautus Trinummo II. 2. 80. Græca ſecutus: *Multa eveniunt homini quæ volt, quæ nevolt:* conferendus cum Platonis loco. Animadvertit vocabuli uſum Caſaubonus ad Strabonem p. 251.

90. A. ἡ Μερόπη φησὶν—] Ex Euripidis Creſphonte ſumtum, et argumentum et orationis forma arguit: alibi non lectum, hinc in fragmenta illius fabulæ relatum Num. IX. Contulimus cum Propertiano I. 9. 7: *Me dolor et lacrymæ merito fecere peritum.* Biblioth. Crit. Vol. II. Part. II. p. 8.

90. A. τυφλῶται γὰρ τὸ φιλῶν περὶ τὸ φιλούμενον—] Plato Leg. V. p. 606. C. Notavimus p. 48. E.

90. B. Ὁ Ἱέρων—ὄζεσιν οἱ ἄνδρες.] Idem narrat in Apophthegm. p. 175. B. Stobæus Serm. V. p. 71. e Ariſtotelis Chriis: de Gelone: Γέλων ὁ Σικελίας τύραννος σαπρόσομος ἦν· ὡς οὖν τῶν φίλων εἶπέν τις αὐτῷ, ὠργίζετο τῇ γυναικὶ ὅτι οὐκ ἐμήνυσεν αὐτῷ· ἡ δὲ ἔφη, ᾤμην γὰρ καὶ τῶν λοιπῶν ὁμοίως ὄζειν τὸ σόμα. Lucianus Hermotimo T. I. p. 775: Τῷ γὰρ Συρακουσίῳ Γέλωνι, φασὶ, δυσῶδες εἶναι τὸ σόμα, καὶ τοῦτο ἐπὶ πολὺ διαλαθεῖν αὐτὸν, οὐδενὸς τολμῶντος ἐλέγχειν τύραννον ἄνδρα, μέχρι δή τινα γυναῖκα ξένην, συνενεχθεῖσαν αὐτῷ, τολμῆσαι καὶ εἰπεῖν ὅπως ἔχοι· τὸν δὲ παρὰ τὴν γυναῖκα ἐλθόντα τὴν ἑαυτοῦ, ὀργίζεσθαι ὅτι οὐκ ἐμήνυσεν πρὸς αὐτὸν εἰδυῖα μάλιστα τὴν δυσωδίαν· τὴν δὲ παραιτεῖσθαι συγγνώμην ἔχειν αὐτῇ· ὑπὲρ (lege ὑπὸ) γὰρ τοῦ μὴ πεπειρᾶσθαι ἄλλου ἀνδρὸς, οἰηθῆναι ἅπασι τοῖς ἀνδράσι τοιοῦτό τι ἀποπνεῖν τοῦ σόματος. At de Hierone item Tzetzes Chiliad. XIII. 485. de Duillio, qui bello Punico I. claſſe vicit Pœnos, Hieronymus Adverſus Jovinianum I. p. 36. A.

90. C. —ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων—] Iliad. Δ. 350. Ξ. 83. Odyſſ. A. 64. Ψ. 70.

90. C. δι' ἀκρατῆ γνώμην, διαίτῃ θρασείᾳ] Legendum καὶ ἀκρατῆ γνώμην, δ. θ. Reip. Ger. Præc. p. 800. D: ἡ περὶ

τὴν δίαιταν ἀναγωγία καὶ θρασύτης. Negligens honesti est θρασύς. Alcibiade p. 235. D.

90. C. Λόγω δὲ κεφοτάτω πράγματος—] Plato Leg. IV. p. 601. D: κούφων καὶ πληνῶν λόγων βαρυτάτη ζημία. XI. p. 684. B: ἐκ λόγων κεφοτάτω πράγματος, ἔργῳ μίση τε καὶ ἔχθρας βαρύταται γίγνονται. Plutarchus De Ira Cohib. p. 456. D: κεφοτάτω πράγματος, ὥς φησιν ὁ Πλάτων, λόγω βαρυτάτην ζημίαν τίνεσιν—. De Garrulitate p. 505. C: ἐπεσπάσαντο κεφοτάτω πράγματος, λόγων, ὥς φησιν Πλάτων, βαρυτάτην ζημίαν. Polybius Fragmento quod ex codice Urbinati edidit Is. Casaubonus edit. Ernest. T. III. p. 263: Οὕτως οἱ πλείους τῶν ἀνθρώπων τὸ κεφότατον ἥκιστα φέρειν δύνανται, λέγω δὲ τὴν σιωπήν· quod ex hoc Platonis dicto expressum pronunciat idem Casaubonus p. 265.

90. C. ὥς φησιν Ἱπποκράτης—] Plutarchus De Garrulitate in fine, p. 515. A: σιγὴ δὲ οὐ μόνον ἄδιψον, ὥς φησιν Ἱπποκράτης, ἀλλὰ καὶ ἄλυπον καὶ ἀνώδυνον: qui locus repetitur in Sententiis Antonii et Maximi p. 387. Dictum Hippocratis igitur fuit σιγὴ ἄδιψον: non, τὸ ἄδιψον ἀνυπεύθυνον, ut ex hoc loco refert Fœsius Œcon. Hippocrat. p. 4. Ex iisdem rebus opponendis factum est Proverbium in contrariam sententiam, Οἱ διψῶντες σιωπῇ πίνεσι, quod ex Aristide collegit Erasmus Adag. p. 1552.

90. C. Οὐδ' ὅσσον μυΐας—] Haud scio, an frustra quæratur in iis, quæ supersunt, Græcorum scriptis. Fortasse huc pertinet illud Dionis Chrysostomi Orat. LXVI. p. 611. B, C: τὸν Ἡρακλέα τὸν τοῦ Διὸς, πόσους οἴει βλασφημεῖν; τοὺς μὲν ὡς κλῶπα, τοὺς δὲ ὡς βίαιον, τοὺς δὲ καὶ μοιχὸν λέγειν ἢ τεκνοκτόνον; ἀλλ' ὅμως οὐδὲν αὐτῷ τούτων ἔμελεν. An eodem referendum sit Herculis factum et cognomen ἀπομυίου, *abactoris muscarum*, aliquando aliis, si forte, repertis indiciis judicabitur: illa memorat Pausanias V. 14. p. 410: φασὶ δὲ Ἡρακλεῖ τῷ Ἀλκμήνης θύοντι ἐν Ὀλυμπίᾳ δι' ὄχλου γενέσθαι μάλιστα τὰς μυίας· ἐξευρόντα οὖν αὐτὸν, ἢ καὶ ὑπ' ἄλλου διδαχθέντα, Ἀπομυίῳ θῦσαι Διΐ· καὶ οὕτως ἀποτραπῆναι τὰς μυίας πέραν τοῦ Ἀλφειοῦ. Λέγονται δὲ κατὰ ταὐτὰ καὶ Ἠλεῖοι θύειν τῷ Ἀπομυίῳ Διΐ ἐξελαύνοντι τῆς Ἠλείας Ὀλυμπίας τὰς μυίας. Romanis tribuit, dubito an recte, Clemens Alexandr. Pro-

trept. p. 24. C: Ἀπομυίῳ Διὶ θύσσιν Ἠλεῖοι. Ῥωμαῖοι δὲ, Ἀπομυίῳ Ἡρακλεῖ—. nam Plinius X. 40. memorare, credo, non neglexiſſet, ſimilia narrans de Eleis: *Elei Myiagron Deum (invocant) muſcarum multitudine peſtilentiam adferente: quæ protinus intereunt, quum* (ita leg. pro *quam*) *litatum eſt ei Deo.*

90. D. λισσάδα πέτραν φιλοκέρτομον ὡς παρανηχομένης] Poetæ dictum: cujus et unde, nobis quidem non conſtat. Eraſmus et Cruſerius verterunt *Liſſi ſcopulum*, vel *petram*: quaſi vero non ſatis notæ eſſent λισσάδες πέτραι, *rupes præruptæ, glabræ.* Moſc. 2. omittit ὡς: B. et E. codices in primis boni omittunt φιλοκέρτομον: quod quidem ſi a poeta ſit, haud ſcio an recte intelligatur *obſtrepera*, id eſt, *ad quam fluctus cum ſtrepitu alliduntur*, ut verterunt Amyotus et Xylander: quod cum rei naturæ bene convenit, non item cum vocabulo φιλοκέρτομος. Homerica imago Odyſſ. E. 411: Ἔκτοθεν μὲν γὰρ πάγοι ὀξέες, ἀμφὶ δὲ κῦμα Βέβρυχεν ῥόδιον, λισσὴ δ' ἀναδέδρομε πέτρη—. Apollonii Rhod. II. 732: —τῇ δ' ὕπο πέτραι Λισσάδες ἐρρίζωνται ἁλίβροχοι· ἀμφὶ δὲ τῇσι Κῦμα κυλινδόμενον μεγάλα βρέμει. Igitur niſi omittendum eſt φιλοκέρτομον, ſed vel a Poeta vel a Plutarcho ſit, accipiam *conviciatorem, tamquam præruptum ſcopulum, præternatare.* Ald Baſ. Xyl. παρὰ νηχόμενον.

90. D. γυναικὸς ὁρμὴν—] Malim γ. ὀργήν.

90. D. πατρὶ δὲ καὶ μητρὶ τυπτόμενος—] Plato Leg. IV. p. 601. D: θυμωμένοις τε οὖν γονεῦσι ὑπείκειν δεῖ, καὶ ἀποπιμπλᾶσι τὸν θυμὸν, ἐάν τ' ἐν λόγοις ἐάν τ' ἐν ἔργοις δρῶσι τὸ τοιοῦτον, ξυγγινώσκοντα ὡς εἰκότως μάλιστα πατὴρ υἱεῖ δοξάζων ἀδικεῖσθαι, θυμοῖτ' ἂν διαφερόντως. Adoleſcentuli Eretrii, diſcipuli Zenonis, exemplum narrat Ælianus Var. Hiſt. IX. 33. Utrumque locum exhibuit Stobæus Serm. LXVII. p. 456, 457.

90. D. Σωκράτης ἔφερε τὴν Ξανθίππην—] Sumſit a Xenophonte Sympoſ. II. 10: Καὶ ὁ Ἀντισθένης, Πῶς οὖν, ἔφη, ὦ Σώκρατες, οὕτω γιγνώσκων οὐ καὶ σὺ παιδεύεις Ξανθίππην, ἀλλὰ χρῇ γυναικὶ τῶν ῥυσῶν, οἶμαι δὲ καὶ τῶν γεγενημένων καὶ τῶν ἐσομένων, χαλεπωτάτῃ. Ὅτι, ἔφη, ὁρῶ καὶ τοὺς ἱππικοὺς βουλομένους γενέσθαι, οὐ τοὺς εὐπειθεστάτους, ἀλλὰ τοὺς θυμοειδεῖς ἵππους κτω-

μένος· νομίζουσι γὰρ, ἢν τοὺς τοιούτους δύνωνται κατέχειν, ῥᾳδίως τοῖς γε ἄλλοις ἵπποις χρήσεσθαι· κἀγὼ δὴ βουλόμενος ἀνθρώποις χρῆσθαι καὶ ὁμιλεῖν, ταύτην κέκτημαι, εὖ εἰδὼς ὅτι, εἰ ταύτην ὑποίσω, ῥᾳδίως τοῖς γε ἄλλοις ἅπασιν ἀνθρώποις συνέσομαι. Alcibiadi a Socrate dictum refert Gellius, alium, ut videtur, auctorem ſecutus I. 17: *Alcibiades demiratus interrogavit Socratem, cur mulierem tam acerbam domo non exigeret. Quoniam, inquit Socrates, quum illam talem domi perpetior, inſuefco et exerceor, ut cæterorum quoque foris petulantiam et injuriam facilius feram.* Xenophontis narrationem retulit Diogenes Laertius II. 37: ἔλεγε συνεῖναι τραχείᾳ γυναικὶ, καθάπερ οἱ ἱππικοὶ θυμοειδέσιν ἵπποις· ἀλλ' ὡς ἐκεῖνοι, φησὶ, τούτων κρατήσαντες ῥᾳδίως τῶν ἄλλων περιγίνονται, οὕτω κἀγὼ Ξανθίππῃ χρώμενος, τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις συμπεριενεχθήσομαι. In Sententiis Maximi et Antonii p. 330. ſub nomine Pythagoræ exſtat monitum: Καλόν ἐστι συζυγῆναι γυναικὶ θυμώδει χάριν ἀσκήσεως· καὶ γὰρ τοὺς ἱππέας ἐθίζεσθαι δεῖ τραχέσιν ἵπποις χεχρῆσθαι· τούτων γὰρ κρατήσαντες, καὶ τῶν ἄλλων ῥᾳδίως κρατήσουσιν. Cyrilli ibid. p. 402: Φιλόσοφός τις μοχθηρὰν ἔχων γυναῖκα καὶ φλύαρον καὶ πάροινον, πρὸς τοὺς ἐρωτῶντας, τίνος ἕνεκεν τοιαύτην ἔχων ἀνέχεται, εἶπεν, Ὥστε γυμνάσιον καὶ παλαίστραν ἔχειν φιλοσοφίας ἐπὶ τῆς οἰκίας· ἔσομαι γὰρ τοῖς λοιποῖς πρᾳότερος, φησὶν, ἐν ταύτῃ καθ' ἑκάστην παιδευόμενος τὴν ἡμέραν. Τινὲς δὲ καὶ διὰ τοῦτο ἀγαγέσθαι αὐτὴν λέγουσιν: quam narratiunculam e Socratis exemplo ductam apparet.

90. E. καὶ παισὶν ἐχθροῦ καὶ οἰκείοις πράγμασιν—] Putem legendum καὶ οἰκείοις, καὶ πράγμασιν, *et filiis inimici, et propinquis, et negotiis.* Cæterum, quod J. A. Fabricius Bibl. Gr. Vol. III. p. 355. cum hujus libelli argumento conjunctas affirmat Homilias Johannis Chryſoſtomi De Davide et Saulo, hoc et univerſe exiguum eſt et fontibus et tractatione diverſum: et hic unus locus in paucis aliquid ſimilitudinis habet cum laude Davidi impertita propter beneficia in filios Sauli inimici collata, Homil. III. T. II. p. 879. A.

p. 91. A. κεῖνος ἐξ ἀδάμαντος ἢ σιδάρου κεχάλκευται μέλαιναν καρδίαν] Pindari dictum, citatum item in libro De Sera Num. Vind. p. 558. A: ubi plura et dedimus et dabimus.

91. A. ὁ Κικέρων—] Ciceronis dictum reponit Plutarchus in Vita Cæsaris p. 734. E. Ciceronis p. 881. D: οἷόν ἐστι καὶ τὸ περὶ τῶν Πομπηΐου λεχθὲν εἰκόνων, ἃς ἀνῃρημένας ὑπὸ καταβεβλημένας ὁ Καῖσαρ ἐκέλευσεν ἀναστᾶναι, καὶ ἀνεστάθησαν· ἔφη γὰρ ὁ Κικέρων, ὅτι ταύτῃ τῇ φιλανθρωπίᾳ Καῖσαρ τοὺς μὲν Πομπηΐου ἵστησι, τὰς δ' αὐτῶ πήγνυσιν ἀνδριάντας. Apophthegm. p. 205. D. In iis, quæ exstant, Ciceronis scriptis, quod sciam, non reperitur. Factum narrant Suetonius Cæsare, 75: *Sed et statuas L. Sullæ atque Pompeii, a plebe disjectas, reposuit:* et Dio Cassius XLIII. 49: καὶ τὸ βῆμα, ἐν μέσῳ που πρότερον τῆς ἀγορᾶς ὂν, ἐς τὸν νῦν τόπον ἀνεχωρίσθη, καὶ αὐτῷ ἡ τοῦ Σύλλου τοῦ τε Πομπηΐου εἰκὼν ἀπεδόθη· καὶ ἐπὶ τούτῳ εὔκλειαν ὁ Καῖσαρ ἔσχε. Videantur ad utrumque Interpretes. Quod hoc loco pro τιμὰς Reiskius reponi voluit στήλας, animadvertendum ne forte alios in eumdem errorem inducat: τιμὴ et τιμαὶ subinde usurpantur pro *statuis, imaginibus, signis,* in alicujus honorem positis: De Sera Num. Vind. p. 561. B: οὐκ ἀνδριάντας οὐδὲ τιμάς τινας ἀνατρεπομένας. De Reip. Ger. Præc. p. 820. A: μὴ δεῖσθαι γραφομένων τιμῶν, ἢ πλατιομένων, ἢ χαλκοτυπουμένων—. Ibid. E, F. Cæsare p. 710. A: εἰκόνας ἐποιήσατο Μαρίου κρύφα καὶ νίκας τροπαιοφόρους—ἀλλ' οἱ μὲν ἐθέων τυραννίδα πολιτεύεσθαι Καίσαρα νόμοις καὶ δόγμασι, κατωρυγμένας ἐπανιστάντα τιμὰς—. Distinguitur ut genus a specie, et cum eadem communicatur; Philopœmene p. 368. E: οὐσῶν δὲ πολλῶν μὲν εἰκόνων αὐτοῦ, μεγάλων δὲ τιμῶν—οὔθ' ὁ Μάμμιος, οὔθ' οἱ πρέσβεις ὑπέμειναν ἀνδρὸς ἐνδόξου τιμὰς ἀφανίσαι. Cicerone p. 886. B; τάς τ' εἰκόνας ἡ Βουλὴ ἀνεῖλεν Ἀντωνίου, καὶ τὰς ἄλλας ἠκύρωσε τιμὰς—. Bruto p. 1011. C: Καῖσαρ δὲ καὶ τὰς τιμὰς ἐτήρησεν (τοῦ Βρούτου)· ἔστηκε χαλκοῦς ἀνδριὰς ἐν Μεδιολάνῳ—. Diodorus Sic. Excerpt. De Virt. et Vit. T. II. p. 575. de illis positis Philopœmeni monumentis, ἰσοθέους τιμὰς ἠλλάξαντο. Dion Chrys. Or. XXXI. p. 312. B: τὰς τιμὰς τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν dicit eorum *statuas.* Herodianus Hist. VII. 7. 5: τὰς δὲ τοῦ Μαξιμίνου τιμὰς ἀνατρέπουσι. Conferantur A. van Dale Diss. VI. p. 496. et J. Krebsius De Decret. Athen. p. 82. Item Cicero locutus est Verrina IV. 41: *Tibi Marcelli statua pro patibulo in clientes Marcellorum fuit? tu ex illius honore in*

eos ipſos, qui honorem illi habuerant, ſupplicia quærebas? Quid poſtea? Quid tandem tuis ſtatuis fore arbitrabare? an vero id, quod accidit? Nam Tyndaritani ſtatuam iſtius, quam ſibi propter Marcellos altiore etiam baſi poni juſſerat, deturbarunt, ſimul ac ſucceſſum iſti audierunt.

91. C. ἂν μὴ φυλάξωνται πρὸς ἐχθρούς.] Deeſt quid ad ſententiæ abſolutionem. Credam ὡς addendum ante πρός: *utuntur fraude et inſidiis erga amicos, niſi ſibi caveant, tamquam adverſus inimicos:* ἂν μὴ φυλάξωνται, *niſi ſibi caveant*, bifariam accipi poteſt: vel *niſi ſibi illi inſidiis aſſueti caveant a faciendis inſidiis:* vel *niſi illi amici ſibi caveant, ne ipſis inſidiæ ſtruantur ab iſtis inſidiarum ſtudioſis amicis:* hoc malim.

91. C. Πυθαγόρας—] Plutarchus loco gemino Sympoſ. VIII. p. 729. E: —βόλον ἰχθύων πρίασθαί ποτέ φασι τὸν Πυθαγόραν, εἶτα ἀφεῖναι κελεῦσαι τὴν σαγήνην·—διὸ τοὐναντίον, ἔφην, ὑπονοεῖν ἡ τῶν ἀνδρῶν ἐπιείκεια καὶ πραότης εἴδωσι, μή ποτε ἄρα μελέτης ἕνεκεν τῆ δικαίᾳ καὶ συνηθείας ἐφείδοντο μάλιστα τῶν ἐναλίων—. Hanc Pythagorei cauſſam abſtinentiæ a carnibus edendis Pythagoram ſecutum ferebant: quorum adverſarios loquentes inducit Porphyrius De Abſtinent. I. 26: Τὸ δὲ λέγειν, ὅτι πόρρωθεν Πυθαγόρας ἠσφαλίζετο τῆς ἀλληλοφαγίας ἀποκρυόμενος τοὺς ἀνθρώπους, εὔηθες. Conferendus idem De Vita Pythagoræ §. 25. et Jamblichus in ejuſdem libro argumenti, §. 36.

91. D. Σκαῦρος, ἐχθρὸς ἦν Δομιτίῳ καὶ κατήγορος—] Atqui reus erat Scaurus, accuſator Domitius, cui hoc ipſum factum ab idoneis auctoribus tribuitur. Sic Cicero Or. pro Rege Deiotaro 11: *Cn. Domitius ille, quem nos pueri conſulem, cenſorem, pontificem maximum vidimus, cum tribunus plebis M. Scaurum, principem civitatis, in judicium populi vocaſſet, Scaurique ſervus ad eum clam domum veniſſet, et crimina in dominum delaturum ſe eſſe dixiſſet, prehendi hominem juſſit, ad Scaurumque deduci:* ubi Lambinus errorem Plutarchi notat, perperam tamen librum De Diſcern. Adul. ab Amico citans. Aſconius ad Ciceronis Orationem Pro Scauro, illius filio p. 1007. edit. Græv. Valerius Maximus VI. 5. 5. Dio Caſſius Excerpt. Peireſc. Ed. Rei-

mar. T. I. p. 42: Ὅτι Γναῖος Δομίτιος δίκην τῷ Σκαύρῳ λαχὼν, ἔπειτα ἐπειδὴ τῶν οἰκετῶν τις προσελθὼν αὐτῷ πολλὰ καὶ χαλεπὰ κατὰ τοῦ δεσπότου μηνύσειν ὑπέσχετο, οὐκ ἐπολυπραγμόνησε, καὶ προσέτι συλλαβὼν αὐτὸν παρέδωκε τῷ Σκαύρῳ· ubi videatur H. Valeſius. Accidit A. U. 649. notante Pighio Annal. Magiſtrat. Rom. T. III. p. 153.

91. D. Κάτωνι δὲ Μυρήναν διώκοντι δημοκοπίας—] Eamdem rem narrat in Catone Min. p. 769. B: νόμῳ δέ τινι, τοῦ φεύγοντος ἀεὶ φύλακα τῷ κατηγόρῳ διδόντος, ὥστε μὴ λαθεῖν ἃ συνάγει καὶ παρασκευάζεται πρὸς τὴν κατηγορίαν, ὁ τῷ Κάτωνι δοθεὶς ὑπὸ τοῦ Μυρήνα, παρακολουθῶν καὶ παραφυλάττων, ὡς ἑώρα μηδὲν ἐπιβόλως πράττοντα μηδὲ ἀδίκως, ἀλλὰ γενναίως καὶ φιλανθρώπως ἁπλῆν τινα τῆς κατηγορίας καὶ δικαίαν ὁδὸν πορευόμενον, οὕτως ἐθαύμαζε τὸ φρόνημα καὶ τὸ ἦθος, ὥστε κατ' ἀγορὰν πρωΐαν ἢ φοιτῶν ἐπὶ θύραις συνθάνεσθαι τοῦ Κάτωνος εἰ μέλλει τι σήμερον πραγματεύσασθαι τῶν περὶ τὴν κατηγορίαν; εἰ δὲ μὴ φαίη, πιστεύων ἀπῄει. Fuit A. U. 690. Coſſ. Cicerone et C. Antonio: Murænam accuſarunt Ser. Sulpitius competitor ejus in conſulatu, Cato, Cn. Poſthumius: defenderunt Q. Hortenſius, M. Craſſus, et Cicero oratione quæ hodieque exſtat. Videantur F. Fabricius Marcoduranus in Hiſtoria Ciceronis p. 101. Pighius Annal. T. III. p. 322. Δημοκοπία, *ambitus*, δημοκοπεῖν, et cognata vocabula, hoc ſenſu de *ambitu*, in rebus Romanis dicunt Græci Dionyſius Halicarnaſſeus et Appianus: Plutarchei ſunt loci promiſcue, etiam de Græcis: Opp. Mor. p. 802. D. Vit. 838. E. 978. E. Ariſtides T. I. p. 319. δημοκοπικός.

91. E. κατὰ τὸν Σιμωνίδην] Proverbii vim habet. Plutarchus reponit in Timoleonte p. 253. E: ἐπεὶ δὲ χρῆν (l. δ' ἔχρην) ὡς ἔοικεν οὐ μόνον πᾶσι κορυδαλοῖς λόφον ἐγγίνεσθαι, κατὰ Σιμωνίδην, ἀλλὰ καὶ πάσῃ δημοκρατίᾳ συκοφάντην. De Reip. Ger. Præcept. p. 809. B. in argumento gemino: ἐπεὶ δὲ πάσαις κορυδαλίσι, καὶὰ Σιμωνίδην, χρὴ λόφον ἐγγενέσθαι, ἢ πᾶσα πολιτεία φέρει τινὰς ἔχθρας καὶ διαφορὰς, οὐχ ἥκιστα προσήκει καὶ περὶ τούτων ἐσκέφθαι τὸν πολιτικόν. Eunapius in Vita Oribaſii p. 171: ἀλλ' οὐδὲ κορυδαλλὶς, ἡ παροιμία φησὶν, ἄνευ λόφου, οὐδὲ Ὀριβάσιος ἦν ἄνευ φθόνου. Retulit Fulvius Urſinus in Carmina Lyricorum p. 179: attigit Eraſmus Adag. p. 921:

A Schottus in Metricis Proverb. 796. et Valckenarius ad Theocriti Decem Idyllia p. 106.

91. E. κενεοφρόνων ἑταῖραν ἀνδρῶν, ὥς φησι Πίνδαρος] Nec in iis quæ ſuperſunt Pindari Carminibus, nec alibi, reperimus. Ad ſententiam et verba non diſſimile eſt ejuſdem dictum Nem. XI. 37 : ἀλλὰ βροτῶν Τὸν μὲν κενόφρονες αὖχαι Ἐξ ἀγαθῶν ἔβαλον.

91. F. ἀποστρέφων, ὥσπερ ὀχεῖὰς,] Elegantiſſima metaphora præcepto efficaciam addit. Exemplum imitandi Plutarcho fuit Xenophon Memorab. Socratis I. 4. 6: ubi in deſcribenda humani corporis fabrica laudatur ſapientia naturæ, quæ ejiciendis excrementis oſtia procul a vultu et oculis avertit : ἐπεὶ δὲ τὰ ἀποχωροῦντα δυσχερῆ, ἀποστρέψαι τοὺς τούτων ὀχετοὺς, καὶ ἀπενεγκεῖν ἢ δυνατὸν ὡροσωτάτω ἀπὸ τῶν αἰσθήσεων : quo loco adeunda eſt exquiſita Ruhnkenii noſtri annotatio. Xenophontem imitatus eſt Cicero Nat. Deor. II. 56: *Atque ut in ædibus architecti avertunt ab oculis naribuſque dominorum ea, quæ profluentia neceſſario tætri eſſent aliquid habitura ; ſic natura res ſimiles procul amandavit a ſenſibus.* Et nominatim laudavit Longinus de Sublim. XLIII. p. 238.

91. F. Ὀνομάδημος ἐν Χίῳ—] Idem factum refert Plutarchus De Reip. Ger. Præcept. p. 813. A : et ex noſtro, credo, ſumſit Ælianus Var. Hiſt. XIV. 25. omiſſo tamen Onomademi nomine : in quo diſſentiunt quidam libri : nam T. V. B. dant τοὔνομα Δῆμος. Collat. Muret. Schott. Jannot. Anon. Mez. ὄνομα Δῆμος, quod reponi vult etiam in altero Plutarchi loco Meziriacus. Sed iſta corrigentium ſunt conamina, nec quidquam contra reliquorum codicum auctoritatem valent.

p. 92. A. καθ' Ἡσίοδον] Ἔργ. 23 :

— ζηλοῖ δέ τε γείτονα γείτων
Εἰς ἄφενον σπεύδοντ'· ἀγαθὴ δ' ἔρις ἥδε βροτοῖσι.
Καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει, καὶ τέκτονι τέκτων,
Καὶ πτωχὸς πτωχῷ φθονέει, καὶ ἀοιδὸς ἀοιδῷ.

Multi uſurparunt : Plato Lyſide p. 110. F. Ariſtoteles Ethic. Nicom. VIII. 2. Dion Chryſ. Or. LXXVII. p. 650. A. Ariſtides T. I. p. 83: alii.

92. B. σκόροδα ἢ κρόμμυα παραφυτεύοντες] Plutarchus videtur hanc rem in perdito libro uberius expoſuiſſe; ſiquidem Pſellus in Διδασκαλίᾳ παντοδαπῇ fere ſua ex Plutarcho ſumens, hanc Quæſtionem poſuit 152. apud Fabricium Bibl. Gr. Vol. V. p. 180: Οὐ τὰ ῥόδα μόνον ἀλλὰ καὶ τὰ ἴα, καὶ πάντα ὅσα ἔχει ἡδεῖαν ἀποφοράν, ὅταν σκόροδα ἢ κρόμμυα τούτοις παραφύεται, εὐωδέστερα γίνεται·— Didymus inter Geoponicos XI. 18: Ἐὰν σκόροδα παραφυτεύσῃς τοῖς ῥόδοις, εὐωδέστερα ἔσαι: ubi videatur doctiſſimus Niclaſius.

92. C. Θεμιστοκλῆς ἔλεγεν] Vide ad p. 84. B.

92. C. τυφλούμενος περὶ τὸ μισούμενον—] Expreſſum ex Platonico Leg. V. p. 606. C. Notavimus ad p. 48. F.

92. D. ἐπασκήσει] Verbum huic loco neceſſarium: in Plutarcho non repertum, certe non annotatum niſi ſemel, Cæſare p. 721. D: eſt tamen probum. Exſtat apud Ariſtidem T. I. p. 423: Ælianum in Fragm. voc. Γύννις: Dionem Caſſium XLVI. 40.

92. D. δεκάζοντες] *corrumpentes magiſtratum danda pecunia*, opponitur proximo μισθαρνοῦντες, *corrumpi ſe ſinentes, pecuniam accipientes*. Δεκάζειν frequens Plutarcho: Opp. Mor. p. 276. C. 821. F. 822. A. Vitarum p. 220. B. 365. B. 642. C. 648. A. 721. D. 779. C. 780. E, F. 782. F. 1062. B. Dion Chryſ. 508. B. Porphyr. Abſtinent. II. 60: de cognatis alibi dicemus. Μισθαρνέω, et cognata, Vit. p. 336. D. 780. E. 784. F. Opp. Mor. p. 1043. E. Dion Chryſ. Or. XXII. p. 274. C.

92. D. κατὰ Πλάτωνα] Leg. V. p. 604. D: πᾶς γὰρ ὅ, τ' ἐπὶ γῆς καὶ ὑπὸ γῆς χρυσὸς ἀρετῆς οὐκ ἀντάξιος: quod multi vel citarunt vel imitati ſunt: Plutarchus Adv. Colot. p. 1124. E: Ariſtides T. I. p. 73: Julianus Or. II. p. 81. A. III. 120. C: Themiſtius Or. XXI. p. 261. C. XXVII. 340. A: Clemens Alexandr. Strom. II. p. 367. D. Plutarchi hunc locum citat Thomas Mag. voc. Ὑπέρ.

92. E. τὸ τοῦ Σόλωνος] Poſuit hos verſus in ſimillimi diſputatione argumenti, ſupra p. 78 C.

92. E. βοὰς δεδειπνισμένων—ζηλώσομεν] Multum varietatis in codicibus: ζηλώσομεν abeſt in A. B. E. Moſc. 1. 2. Harl. Ald. Baſ. Xyl. addunt C. F. Anon. Collat. Muret. Jannot.

unde fumſit Stephanus. Pro βοὰς δεδειπνισμένων Harl. Moſc. 1. 2. βοὰς ληρημένων: F. βοὰς δειπνεῖς ληρημένων, ſuperſcripto χρανθησόμεθα, vulgata in margine adſcripta: Collat. Muret. Exempl. Turneb. Anon. T. V. B. βοαῖς χρανθησόμεθα ληρημένων, niſi quod ex tribus poſtremis annotatur λυρουμένων. Vulgata igitur probabilem habet auctoritatem: δειπνίζειν, *epulum præbere*, *viſceration*em, hoc fere ſenſu Plutarchus uſurpat: Opp. Mor. p. 181. F. 530. E. 632. E. 663. B. 679. D. 686. A. 707. D. 708. F. 830. D. Vit. 484. F. 737. F. 921. F. 1056. B.

92. E. ζηλωῖὸν γὰρ ἀδὲν ἀδὲ καλὸν ἐξ αἰσχρῶ φυόμενον] Videor mihi hoc in Platone legiſſe.

92. E. ὥς φησιν ὁ Πλάτων] Loco ſæpe adhibito Leg. V. p. 606. C: ſupra p. 92. C. et 48. F.

DANIELIS WYTTENBACHII

ANIMADVERSIONES

IN PLUTARCHI LIBRUM

DE AMICORUM MULTITUDINE.

P. 93. A. ΠΕΡΙ ΠΟΛΥΦΙΛΙΑΣ.] In Lampriæ Catalogo, ut nunc eſt, non memoratur. Nam Num. LXXXII. πρὸς Βιθυνικὸν περὶ φιλίας: et Num. CXXX. περὶ φιλίας· ἐν ἄλλῳ δὲ περὶ φίλων χρήσεως, cui titulo in editione J. A. Fabricii Bibl. Gr. Vol. III. p. 339. addita conjectura Hœſchelii vel Urſini vel alterius, pro φιλίας legentis πολυφιλίας, non ſatis idoneam habet rationem. At ſunt excerpta ex hoc libro ſub ipſo titulo ἐκ τοῦ περὶ πολυφιλίας inter excerpta Plutarchea, in Rhodonia, notata Villoiſono in Anecdot. Gr. T. II. p. 10. Et ſententia ex hoc libro p. 94. B: ἡ ἀληθινὴ φιλία τρία ζητεῖ—δεόμενον ipſis verbis, omiſſo tamen et libri et ipſius Plutarchi nomine, exſtat in Sententiis Maximi et Antonii p. 719. Argumentum non neglectum a Philoſophis: attigit Ariſtoteles Ethic. Nicomach. IX. 10. Eudem. II. 6. et alii Peripatetici, ut colligere licet ex Epitome Peripatetica apud Diogenem Laert. V. 21. Et Stoici in bonis cenſuerunt: ut eſt apud eumdem VII. 124: δι' αὑτόν τε αἱρετὸν τὸν φίλον ἀποφαίνονται, ϗ τὴν πολυφιλίαν ἀγαθόν: et vero Epicurei cum ſententia, tum facto probarunt, quod e Cicerone aliiſque multis

conſtat, et monuit Iſ. Caſaubonus ad Diog. Laert. X. 120.

93. A. Μένωνα τὸν Θετ̃αλὸν] Apud Platonem in Menone p. 12. F. ΜΕΝΩΝ. Ἀλλ' οὐ χαλεπὸν, ὦ Σώκρατες, εἰπεῖν· πρῶτον μὲν, εἰ βούλει, ἀνδρὸς ἀρετὴν ῥᾴδιον·—εἰ δὲ βέλει, γυναικὸς ἀρετὴν οὐ χαλεπὸν διελθεῖν—· καὶ ἄλλη ἐσὶ παιδὸς ἀρετὴ, καὶ θηλείας καὶ ἄῤῥενος, καὶ πρεσβυτέρᾳ ἀνδρός· εἰ μὲν βούλει, ἐλευθέρᾳ· εἰ δὲ βούλει, δούλᾳ· καὶ ἄλλαι πάμπολλαι ἀρεταί εἰσι· ὥϛε οὐκ ἀπορία εἰπεῖν ἀρετῆς πέρι ὅ, τι ἐσί—. ΣΩΚΡΑΤΗΣ. Πολλῆ γέ τινι εὐτυχίᾳ ἔοικα κεχρῆσθαι, ὦ Μένων, εἰ μίαν ζητῶν ἀρετὴν, σμῆνός τι ἀνεύρηκα ἀρετῶν παρά σοι κειμένων. Huc pertinet Plutarchi alia mentio De Virt. Mor. p. 441. A: Χρύσιππος—ἔλαθεν ἑαυτὸν, κατὰ τὸν Πλάτωνα, σμῆνος ἀρετῶν οὐ σύνηθες οὐδὲ γνώριμον ἐγείρας. Ariſtidis imitatio T. I. p. 13: ἔοικα δὲ σμῆνος ἐπεγείρειν: Clementis Alexandr. Strom. II. init. p. 358. B: σμῆνος ἀτεχνῶς τῶν ἀληθείας ἀρετῶν. Quibus in locis ἐγεῖραι ex Platonis conſuetudine aſſumtum, eique frequens eſſe, docet eruditiſſimus juvenis Phil. G. van Heurde in Specim. Crit. in Platonem p. 110.

93. A. Ἐμπεδοκλέους] Locum ſervavit Sextus Empiricus Adverſ. Mathematicos VII. 125. ubi in pluribus verſibus hic legitur: Θάρσει· καὶ τότε δὴ σοφίης ἐπ' ἄκροισι θοάζῃ. Spectat huc Proclus in Commentario in Plat. Tim. II. p. 106: Ἐμπεδοκλῆς δὲ αὐτὴν ἐπαγγέλλεται δώσειν τὴν ἀληθείαν, καὶ τάδε, καὶ σοφίης ἐπ' ἄκροισι θοάζει.

93. B. Ἆρ' οὐχὶ] ἆρ' οὖν οὐχὶ dant Harl. Colleg. Nov. Moſc. 2. Pol. Schott. Anon. Mez. T. B. ἄρ' οὖν Vulcob. quæ nec inter ſe, nec a vulgata magnopere differunt ad hujus quidem loci ſententiam conſtituendam: et ſunt æque uſitata Plutarcho: ſic ἆρ' οὖν initio poſitum, mox p. 94. E. et 1081. A. 1072. E. 1110. E: ἆρ' οὖν οὐ p. 168. E. 678. E. ἆρ' οὐκ p. 1074. C. Plura, ſi quis deſiderat, videat Hoogeveenium Doctr. Particul. p. 140—143.

93. C. Μενάνδρῳ—φίλου σκιάν.] Plenior citatur hic locus a Plutarcho De Frat. Amor. p. 479. C: attigit ſententiam Eraſmus Adag. p. 338.

93. C. Αἴτιον] Conjeci Ἐναντίον, quod et cum veſtigiis vulgatæ, et cum ſententia, et cum loquendi conſuetudine

convenit: ἐναντίον—εἰς φιλίας κτῆσιν, *contrarium, impedimentum comparandæ amicitiæ.* Similiter p. 94. B: πρὸς τὴν πολυφιλίαν ὑπεναντιῶται. 96. D: ἐναντίωμα πρὸς τὴν πολυφιλίαν. Craſſo p. 552. D: πρὸς τὴν ἔξοδον ἐναντιώσασθαι. Meziriacus in margine ſcripſit ad verba εἰς φιλίας κτῆσιν, "*Xyl.* ἀφιλίας "ἐστὶν," quaſi talem lectionem vertendo expreſſiſſet Xylander: quod nec apparet, nec opus eſt. Similis eſt dictio πρὸς κτῆσιν ἀρετῆς ῥοπὴ, *adjumentum ad comparandam virtutem*, de qua diximus p. 3. C.

93. C. ὥσπερ ἀκολάστων γυναικῶν—δυναμένοις] In emendatione ſubjecta Contextui, verba noſtra ita corrigenda ſunt: —*Certe* δυναμένη, *ſi ita legendum, erit ad* ὄρεξις *referendum:* δυναμένη *habet etiam Vulcob.* Sane hoc uno recepto, reliqua manere poſſint. Eadem comparatione utitur Lucianus in Toxari T. II. p. 358: ὅστις ἂν πολύφιλος ᾖ, ὅμοιος ἡμῖν δοκεῖ ταῖς κοιναῖς ταύταις καὶ μοιχευομέναις γυναιξί· καὶ οἰόμεθ' οὐκέτ' ὁμοίως ἰσχυρὰν τὴν φιλίαν αὐτοῦ εἶναι, πρὸς πολλὰς εὐνοίας διαιρεθεῖσαν: quem locum appoſuit J. A. Fabricius Bibl. Gr. Vol. III. p. 355. in recenſione libri hujus Plutarchei; addens aliam impudicæ mulieris deſcriptionem ex Ennio, ſervatam ab Iſidoro Hiſpalenſi Orig. I. 25. relatam in Fragmentis Ennianis p. 310:

quaſi in choro pila
Ludens, datatim dat ſeſe, et communem facit:
Alium tenet, alii nutat, alibi manus
Eſt occupata, alii perpellit pedem,
Alii dat annulum ſpectandum a labris:
Alium invocat, cum alio cantat: attamen
Aliis dat digito literas.

93. C. ὁ τῆς Ὑψιπύλης τρόφιμος] *Hypſipylæ alumnus*, Archemorus, ſeu Opheltes, puer, a nutrice Hypſipyla in prato depoſitus, a dracone devoratus, cauſſam præbuit inſtituendis Nemeæis Ludis, et Euripidi argumentum tragœdiæ Hypſipylæ. Ex hoc et alio Plutarchi loco Sympoſ. IV. p. 661. F. in Fragmenta relatum edit. Muſgr. T. III. p. 567: et jam antea tractatum a Valckenario Diatrib. in Eurip. Fragm. p. 211. ſeq. Archemorum puerum in prato decerpentem flores, ex Euripide in exemplum

imitationis ſibi propoſuit Statius Theb. IV. 779:

miſerum vicino ceſpite alumnum,
Sic Parcæ voluere, locat, ponitque negantem,
Floribus aggeſtis, et amico murmure dulces
Solatur lacrymas.—
At puer in gremio vernæ telluris, et alto
Gramine nunc faciles ſternit procurſibus herbas
In vultum nitens: caram modo lactis egeno
Nutricem clangore ciens, iterumque renidens,
Et teneris meditans verba illuctantia labris,
Miratur nemorum ſtrepitus, aut obvia carpit,
Aut patulo trahit ore diem, nemoriſque malorum
Inſcius, et vitæ multum ſecurus inerrat.

Et Propertius I. 20. 37. in depingendo Hyla:

Et circum irriguo ſurgebant lilia prato
Candida purpureis mixta imaginibus:
Quæ modo decerpens tenero pueriliter unguī
Propoſito florem prætulit officio:
Et modo formoſis incumbens neſcius undis
Errorem blandis tardat imaginibus.

Quod monuimus Biblioth. Crit. Vol. II. Part. II. p. 12. Alia de Euripidis loco notavimus in Emendatione.

93. D. ὥσπερ ἀφ' ἑστίας ἀρξάμενοι] Notum Proverbium, ſemel hic notandum locis Scriptorum: Plutarchi Opp. Mor. p. 549. E. 856. C. 920. F. 948. B. 1074. E: Platonis Euthyphrone p. 48. C: Ariſtidis T. I. p. 68. 518. T. II. 148. 402. Reſtituendum Philoni De Somniis II. p. 1124. D. τὸ λεγόμενον, ἀφ' ἱερᾶς ἤρχετο: niſi vulgata poſſit accipi pro ἀφ' ἱερᾶς γραμμῆς, de quo dubitamus: Dioni Chryſ. Or. XI. p. 160. C: ἀλλ' ὕστερον ἡγανάκτων καὶ ἐπέπληττον ἐπὶ τοῖς πεπραγμένοις, ἐξὸν ἀφικέσθαι κωλύειν: ubi et antea et nunc corrigendum duxi, ἐξὸν ἀφ' ἑστίας κωλύειν. Alia omitto occupata a Ruhnkenio noſtro in Annotatis MSS. ad Platonis Scholia. Videatur et Caſaubonus ad Strabonem p. 18. C.

93. D. τῆς τᾶ βίᾳ φήμης] Exordium et imaginibus ſplendidum et verbis grave: *Initium ducamus, tamquam a Veſta, ab ultima humani generis recordatione, auctorem ac teſtem diſ-*

putationi adhibentes priſcum ævum—: Βίος, ut Latinis *Vita*, ita Græcis dicitur *genus humanum*: ut ſupra notavimus. Φήμη et alias cum divinitate conjunctas habet ſignificationes, quas expoſuimus Bibl. Crit. III. 1. ad Juliani Or. I. p. 10. A: et hanc, *veteris a majoribus traditæ famæ*, quam attigimus ibidem p. 59: ubi locis notatis addantur hi, Plutarchi De Facie Lunæ p. 738. E: πολύ τι καὶ παλαιᾷ φήμῃ διδόντες, Ἄρτεμιν αὐτὴν νομιζῆναι φήσομεν: Platonis Leg. II. p. 580. E. μυθολόγους περὶ τῶν αὐτῶν ᾠδῶν διὰ θείας φήμης καταλελεῖφθαι: Pauſaniæ VIII. 32: τῷ δὲ Ἑρμῇ καὶ Ἡρακλεῖ καὶ Εἰλειθυίᾳ πρόσεστι ἐξ ἐπῶν τοῦ Ὁμήρου φήμη—.

93. D. ἐν ᾧ κατὰ ζεῦγος φιλίας λέγονται Θησεὺς καὶ Π.—] Si quid mendi ſubeſt in conſtructione, hoc fortaſſe ita emendetur, ut legatur minima mutatione, vel φίλοι pro φιλίας, vel ἐν ᾧ ζεύγη φιλίας καταλέγονται Θ. κ. Π. i. e. *in quo longo ævo paria amicitiæ recenſentur Th. et P. cet.* Nota eſt ſignificatio vocabuli ζεῦγος, *par*, *duo conjuncti*: et ἡ κατὰ ζεῦγος φιλία, *amicitia quæ duobus amicis continetur*: H. Stephanus Theſ. L. Gr. T. I. p. 1391. "ᾗ κατὰ ζεῦγος "φιλίαν τρεῖς, *pro eo quod Cicero dixerat, tria amicorum pa-* "*ria.*" Suſceptum videtur ex hoc Plutarchi loco. Cicero De Amicit. 4: *ex omnibus ſæculis vix tria aut quatuor nominantur paria amicorum.* Ibidem 5: *Quanta autem vis amicitiæ ſit, ex hoc intelligi maxime poteſt: quod ex infinita ſocietate generis humani, quam conciliavit ipſa natura, ita contracta res eſt et adducta in anguſtum, ut omnis caritas aut inter duos, aut inter paucos jungeretur.* Ariſtoteles Ethic. Nicom. IX. 10: οὐ γίγνονται γὰρ φίλοι πολλοὶ κατὰ τὴν ἑταιρικὴν φιλίαν· αἱ δὲ ὑμνούμεναι ἐν δυσὶ λέγονται· οἱ δὲ πολύφιλοι καὶ πᾶσιν οἰκείως ἐντυγχάνοντες, οὐδενὶ δοκοῦσιν εἶναι φίλοι πλὴν πολιτικῶς, οὓς καλοῦσιν ἀρέσκους.

93. E. Σύννομον γὰρ ἡ φιλία ζῷον, οὐκ ἀγελαῖόν ἐστιν, οὐδὲ κολοιῶδες—] Animalia ſunt vel μοναδικὰ, vel ἀγελαῖα, ut diſtribuit Ariſtoteles Hiſt. Animal. I. 1: in utroque genere dicuntur σύννομα, quæ conſociantur ad partum et coitum: ita et ἀγέλη dicitur σύννομος a Plutarcho De Fortitud. Alex. II. p. 329. B: εἷς δὲ βίος ἦν καὶ κόσμος ὥσπερ ἀγέλης συννόμου: Ariſtotele Hiſt. An. VI. 18. Quomodo

igitur ἀγελαῖον et σύννομον opponuntur? Nimirum ita ut σύννομον a communione paſtus redigatur ad arctiorem ſocietatem vitæ et procreandæ ſobolis: ut item eſt in Ariſtotele l. c. paulo poſtea, οὐ συννέμονται ταῖς θηλείαις πρὸ τῆς ὥρας τοῦ ὀχεύειν: itaque dicuntur *conjuges*, ibidem IX. 4: Plutarcho in Gryllo p. 990. C: Platoni Leg. IX. p. 680. C: θήλεια δὲ καὶ ἄῤῥην, οἷον ξύννομοι, ἴτωσαν ἐκ τοῦ γένους εἰς τὸν ἐξηρημωμένον ἑκάστοτε οἶκον. Ibid. 682. B. Alia petantur ab H. Stephano Theſ. L. Gr. Indicis Part. II. p. 87. Graculos gregatim ἀγεληδὸν vivere et invicem amare, conſtat: unde Proverbium κολοιὸς ποτὶ κολοιὸν, quod graculus graculum promiſcue ſectatur et amat: Ariſtoteles Eth. Nicom. VIII. 2. Eudem. VII. 1. Plutarchus qui dicitur De Placit. Philoſ. IV. 902. D. Suidas voce Κολοιὸς ποτὶ κολοιὸν ἰζάνει, ex Zenobio Proverb. II. 47. ubi quædam notavit A. Schottus et jam antea Eraſmus Adag. p. 1644.

93. E. ἄλλον αὐτὸν—ἑταῖρον ὡς ἕτερον—] Sic locum expurgavimus, non ſolum ſententia flagitante, ſed auctoritate codicum confirmante. Vocabula ἕτερος et ἑταῖρος conjunctam habent originem in verbo ἔω, εἰμὶ, *ſum*, unde ἔτος, ἐτεὸς, *verus*, *fidelis*, ἕτης, *amicus*, *ſodalis*: et ſæpius confuſa ſunt a librariis. *Amicus*, ἄλλος αὐτὸς, *alter ego*: frequenter uſurpatum reperimus. Pythagoram dicti auctorem facit Plutarchus, qui dicitur, in libro De Homero §. CLI: τὸ τοῦ Πυθαγόρου πρὸς τὸν πυθόμενον τίς ἐστὶ φίλος ῥηθὲν, Ἄλλος ἐγώ. Porphyrius Vita Pythagoræ §. 33: Τοὺς δὲ φίλους ὑπερηγάπα, κοινὰ μὲν τὰ τῶν φίλων εἶναι πρῶτος ἀποφηνάμενος, τὸν δὲ φίλον ἄλλον ἑαυτόν. Philo Jud. Fragm. edit. Mang. T. II. p. 658: τὸ πυθαγόρειον ῥῆμα ἐπιφθέγξασθαι, ὅτι ἄρα ἐστὶ φίλος ἕτερος ἐγώ: ita legendum pro ἕτερον ὡς ἐγὼ, ut recte monuit Mangeyus. Zenoni Stoico tribuit Diogenes Laertius VII. 23: ἐρωτηθεὶς, τίς ἐστὶ φίλος, Ἄλλος, ἔφη, ἐγώ. Antipater ap. Stob. Serm. LXV. p. 418: de matrimonio contrahendo: εἴ τις προσλάβοι οἷον ἑαυτὸν ἕτερον, *ſi quis veluti alterum ſe ipſum aſſumat*. Cicero De Amicit. 21: *eſt enim is* (amicus) *quidem tamquam alter idem*. Epiſt. ad Diverſ. II. 15: *a Quinto fratre impetrari non poterat: quem tamen ſi reliquiſſem, dicerent inimici, non me plane poſt annum, ut*

ſenatus voluiſſet, de provincia deceſſiſſe; quoniam alterum me reliquiſſem: ubi conſulatur Cellarius. Plinius Epiſt. II. 9: accommodate ad ſententiam hujus loci: *Anxium me et inquietum habet petitio Sexti Erucii mei: afficior cura, et quam pro me ſollicitudinem non adii, quaſi pro altero me patior.* Ad jocum accommodavit Plautus Sticho V. 4. 47.

Hæc facetia 'ſt, amare inter ſe rivales duos,
Uno cantharo potare, et unum ſcortum ducere.
Hoc memorabil' eſt: ego tu ſum, tu es ego: uni animi ſumus:
Unam amicam amamus ambo: mecum ubi eſt, tecum eſt tamen,
Tecum autem ubi eſt, mecum ibi autem eſt: neuter neutri invidet.

Ad eamdem rationem pertinet dicterium de Catone filio, qui cum Marphadate amico ejuſdem amicam Pſychen communiter amabat: Πόρκιος ὁ Μαρφαδάτης, δύο φίλοι, ψυχὴ μία: memoratum Plutarcho in Catone Min. p. 794. D.

93. F. τῶν ζώων τὸ φιλότεκνον] Scholion in margine Codicis C. hæc habet: ἡ προσπάθεια καὶ ἐν ἀλόγοις ζώοις ἐστὶ, ὁ μάλιστα φυσική· φιλία δὲ ἐν θεοῖς, ὁ οὔτε προσπάθεια παρὰ θεοῖς· ἀπαθεῖς γάρ· οὔτε φιλία ἐν τοῖς ἀλόγοις· ἡμεῖς δὲ μέσοι τούτων ὄντες, τὰ μὲν ἔχομεν ἀτελεῖς ὄντες, τὰ δὲ τελειωθέντες· προσπάσχομεν γὰρ καὶ χρήμασι ὁ τέκνοις καὶ γαμεταῖς, ἐμπαθεῖς ὄντες ὁ τῇ φυσικῇ ζωῇ θητεύοντες· φιλοῦμεν δὲ εἰς νοῦν ἀναβαμόντες, καὶ λυθέντες ἀπὸ τῶν ἰδίων τῶν ἡμῶν πρὸς τὰ αἰθητὰ (hoc videtur ſcriptum eſſe αἰθητὰ vel γήϊνα vel ſimile ductibus compendiariis et evanidis) παθῶν· Οὕτως Πρόκλος ἐν ἐπισκέψεσι τῶν Ἀριστοτέλους ἐν τῇ πολιτείᾳ πρὸς τὴν Πλάτωνος πολιτείαν. Equidem in iis qui exſtant Procli in Platonis Remp. commentariis non memini me legiſſe. Igitur fortaſſe ex deperdito ſit commentario, quo Ariſtotelis in Politicorum libris adverſus Platonem dicta tractavit.

93. F. Ὅμηρος] Iliad. I. 478. Odyſſ. Π. 19.

p. 94. A. τετέσι] D. τὸν τοῖς: Pol. Jannot. τοῦτ' ἔσι, τὸν τοῖς.

94. A. ἁλῶν συγκατεδηδοκὼς μέδιμνον] Cicero De Amicit. 19: *verumque illud eſt quod dicitur, multos modios ſalis ſi-*

mul edendos esse, ut amicitiæ munus expletum sit. Plutarchus De Frat. Amor. p. 482. B: Τοὺς μὲν γὰρ ἀλλοτρίως, ὡς ἔλεγε Θεόφραστος, οὐ φιλοῦντα δεῖ κρίνειν, ἀλλὰ κρίναντα, φιλεῖν· ὅπου δὲ ἡ φύσις ἡγεμονίαν τῇ κρίσει πρὸς εὔνοιαν οὐ δίδωσιν, οὐδὲ ἀναμένει τὸν θρυλλούμενον τῶν ἀλῶν μόδιμνον, ἀλλὰ συγγεγέννηκε τὴν ἀρχὴν τῆς φιλίας, ἐνταῦθα δεῖ μὴ πικροὺς εἶναι μηδὲ ἀκριβεῖς τῶν ἁμαρτημάτων ἐξεταστάς. Utitur, in eodem argumento, Aristoteles Ethic. Nicom. VIII. 3. Eudem. VII. 2. Apostolius Proverb. II. 60. Est et in Schotti Metricis 968. Recensuit Erasmus Adag. p. 1489.

94. A. —συμπιόντες—φιλίας συλλέγουσιν] Istiusmodi fortuito amicitias suscipiendi temeritatem in Dionis erga Callippum benevolentia reprehendit Plato, Epistola VII. p. 715. D: Δίωνι ἀδελφὼ δύο προσλαμβάνει Ἀθήνηθεν, οὐκ ἐκ φιλοσοφίας γεγονότε φίλω, ἀλλ' ἐκ τῆς περιτρεχούσης ἑταιρείας ταύτης τῆς τῶν πλείστων φίλων, ἣν ἐκ τοῦ ξενίζειν τε καὶ μυεῖν καὶ ἐποπτεύειν πραγματεύονται: quæ inde sumsit Plutarchus in Dione p. 981. E. Philippus Macedo Olympiadis amorem concepit ἐκ τοῦ συμμυεῖσθαι, ut proditur in Vita Alexandri p. 665. E: λέγεται δὲ Φίλιππος ἐν Σαμοθράκῃ τῇ Ὀλυμπιάδι συμμυηθείς, αὐτός τε μειράκιον ὢν ἔτι καὶ κείνης παιδὸς ὀρφανῆς γονέων ἐραδῆναι—.

94. B. μυίας ἐν τοῖς ὀπιανείοις αὐτῶν] Conferatur annotatio ad p. 50. E. Ælianus in Fragm. voce Κλείσοφος—: οἱ περὶ τὴν Διονυσίου βομβοῦντες τράπεζαν, comparationem spectat cum muscis; quippe quarum est βομβεῖν.

94. B. —ἡ ἀληθινὴ φιλία—δεόμενον.] Est in Sententiis Maximi et Antonii p. 719. sine nomine auctoris.

94. B. ἡ κρίσις] Comparetur monitum Philonis Jud. in Fragm. T. II. p. 674.

94. C. μήτιγε] μήτοιγε A. E. notavimus ad p. 14. A.

94. C. εἰς ἀγῶνα πάσης τύχης συναποδυσομένους] Verbi ἀποδύεσθαι πρός τι, *laborem suscipere, tamquam ad gymnicum certamen vestes deponere:* haud infrequens est usus: qui item cernitur in composito. Plutarchus Agide metaphoricam et propriam notionem eleganter jungit, p. 797. E: οἱ μὲν οὖν νέοι ταχὺ καὶ παρ' ἐλπίδας ὑπήκουσαν αὐτῷ, καὶ συναπεδύσαντο πρὸς τὴν ἀρετὴν, ὥσπερ ἐθῆτα τὴν δίαιταν ἐπ' ἐλευθερίᾳ συμμετα-

βάλλοντες. De Sanit. Tuenda p. 127. E: ἑτέρων εἰς τὸ γυμνάσιον βαδιζόντων καὶ παρακαλούντων, ἀναστάντες συναποδύονται. Notavit quoque Caſaubonus ad Athenæum p. 14.

94. C. Αὐτόν τε πράτλων εὖ—ἄχθεται] Verſus ab oratione ſoluta primi diſtinxerunt Amyotus et Xylander. Sunt Euripidei, ut videtur; alibi eos me legere non memini.

94. C. ἀνεξετάσων] ἀνεξετάσως Xyl. et C.

94. D. —οἱ μὲν ἐστερημένοι—φυγεῖν] Unus ut poetæ dictum reddidit Amyotus: Tragici eſſe non facile quis ſuſpicetur, niſi Sophoclis nomine citaret Plutarchus in Erotico p. 768. E: ἀλλ' ὡς ἀληθῶς κατὰ τὸν Σοφοκλέα, Φίλων τοιούτων οἱ μὲν ἐστερημένοι Χαίρουσιν, οἱ δ' ἔχοντες εὔχονται φυγεῖν. Unde in Fragmenta retulit Brunckius T. II. p. 44.

94. D. κολλᾶσθαι τοῖς ἐντυγχάνουσι] *adhæreſcere iis, qui ad nos veniunt*: verbum κολλᾶσθαί τινι hoc ſenſu uſitatum V. et N. T. ſcriptoribus, non item, quod ſciam, aliis: tuetur ſe analogia et vi Verbi Medii, ut ſit quaſi *adglutinare ſe alicui*: quod dixit Plautus Menæchm. II. 2. 67: —*meretrices—extemplo ſe applicant, agglutinant.* Aulul. IV. 10. 71. quod cum Græco comparavit H. Stephanus Theſ. L. Gr. T. II. p. 304.

94. E. ἐρείκην καὶ βάτον ἐπιλαμβανομένην—] In ἐρείκην diſſentiunt libri: Ald. Baſ. Xyl. Moſc. 1. 2. Colleg. Nov. A. E. Var. lect. C. dant ἐρίνην T. V. Anon. Exempl. Turn. ἀπαρίνην. Vulgatum dederunt Pol. et Jannot. unde ſumſit Stephanus, qui et in Theſ. L. Gr. Indic. p. 949. vocem erudite explicat: et reliqui noſtri codices a vulgato non diſſentiunt: alibi in Plutarcho De Iſid. et Oſir. p. 357. A. ſcribitur ἐρίκη, at in codice Veneto ἐρείκη. Eadem comparatio eſt in Sympoſ. VII. p. 709. E: τούς γε μοχθηροὺς, ὅσῳ μᾶλλον ἐπιλαμβάνονται ἢ συμπλέκονται, καθάπερ βάτες, καθαιρετέον καὶ ὑπερβατέον ἐστί. Et dicitur quaſi Proverbii inſtar ἡ βάτος ἐπιλαμβάνεται, *rubus apprehendit*: ſic in Fabula Æſopica VIII. Vulpis et Rubi, Ἀλλ' ἐσφάλης, ὦ αὕτη, φησὶν ἡ βάτος, ἐμοῦ βουληθεῖσα ἐπιλαθέσθαι, ἥτις πάντων ἐπιλαμβάνεσθαι εἴωθα: item XLII. ἡ δὲ βάτῳ τῆς τῶν παριόντων ἐθῆτῳ ἐπιλαμβάνεται—. Pſeudo-Plutarchus in Vit. X. Orator. De-

mosthen. p. 845. F: φεύγοντος δὲ αὐτοῦ βάτον ἐπιλαβέσθαι τῆς χλαμύδος—.

94. F. Ζεῦξις—εἰς πολύν·] Acumen dicti, huic loco restitutum nostra correctione, restituendum item alteri loco, ubi idem narratur a Plutarcho in Pericle p. 159. D: φασὶν Ἀγαθάρχου τοῦ ζωγράφου μέγα φρονοῦντος ἐπὶ τῷ ταχὺ καὶ ῥᾳδίως τὰ ζῶα ποιεῖν, ἀκούσαντα τὸν Ζεῦξιν εἰπεῖν, Ἐγὼ δ' ἐν πολλῷ χρόνῳ: ubi si scribatur Ἐγὼ δὲ πολλῷ χρόνῳ, erit acumen in ambiguitate *multo tempore*, et *multo tempori*: id est, *in multo tempore*, et, *in multum tempus*. Apposuit hoc dictum ut vulgo fertur in Plutarchi Vita Periclis F. Junius Catalogo Artificum p. 233. Simile prodidit de Euripide apud Valerium Maximum III. 7. Extern. 1: *Itaque etiam quod Alcestidi tragico poetæ respondit, probabile: apud quem cum quereretur, quod eo triduo non ultra tres versus maximo impenso labore deducere potuisset, atque is se centum perfacile scripsisse gloriaretur, "Sed hoc, inquit, interest, quod tui in "triduum tantummodo, mei vero in omne tempus sufficient:"* ubi nomen tragici Alcestidis mihi non magis cognitum quam J. A. Fabricio Bibl. Græc. Vol. I. p. 665. semper ut mendosum accidit, et ita fortasse corrigendum: *Itaque etiam quod alii idem tragico poetæ respondit*—. Cæterum hoc loco, καὶ γὰρ εἰς πολὺν, etiam dant Xyl. Mez. Exempl. Turn. Amyot. nec multum diverse T. V. ἐν πολλῷ χρόνῳ γράφειν εἰς πολύν.

94. F. συνημερεύειν] C. συνδιημερεύειν, quod Plutarcho usitatius est: Sylla p. 468. C. συνδιημερεύων τοῖς περὶ τὸν Διόνυσον τεχνίταις. Lucullo p. 519. F. Eumene 594. E. Nicia 526. A. Pompeio 644. F. Demetrio 904. A. Altera forma συνημερεύειν semel est in Lycurgo p. 48. E: sed frequens Aristoteli in hoc argumento Ethic. Nicom. VIII. 3: συνημερεύειν δὲ καὶ συζῆν βούλονται. Ib. 5. bis. IX. 10. 12. Eudem. VII. 5: sed et συνδιημερεύειν Nicom. VIII. 13. Et Plato Phædr. p. 342. B. Sympos. p. 333. G.

94. F. Οὐ μὲν γὰρ ζωοί γε—] Iliad. Ψ. 77.

p. 95. A. —οὐδέ κεν ἄλλο Ἄμμε διέκρινε—] Odyss. Δ. levi diversitate, οὐδέ κεν ἡμέας Ἄλλο διέκρινε—.

95. A. Ὡς δ' ὅτ' ὀπὸς—] Versus factus ad exemplum

Homerici Iliad. E. 902: Ὡς δ' ὅτ' ὀπὸς γάλα λευκὸν ἐπειγόμενος συνέπηξεν. Noſtro in loco codex C. pro ἔδησε dat ἔπηξε.

95. B. ἐκ ἐῶσα κρᾶσιν—παγείσῃ γενέσθαι.] Tralatio ex Plutarcheo genere: *non ſinens mixturam neque conglutinationem benevolentiæ in conſuetudine circumfuſa et ſpiſſata fieri.* Subeſt comparatio *conſuetudinis* cum *ære* vel *plumbo* liquefacto, quod circumfunditur rebus jungendis eaſque ſpiſſatum conſtringit. In ſimili forma eſt comparatio in Pompeio p. 622. E: τοῦ Μετέλλου τὸ μάχιμον καὶ θαρσάλεον ἤδη σβεννύμενον ὑπὸ γήρως, αὖθις ἐξερρίπιζε καὶ συνεξεθέρμαινε, ὥσπερ ὁ ῥέων καὶ πεπυρωμένος χαλκὸς τῷ πεπηγότι καὶ ψυχρῷ περιχυθεὶς λέγεται τοῦ πυρὸς μᾶλλον ἀνυγραίνειν καὶ συνανατήκειν. Joculari argumento haud diſſimilem imaginem addidit Ariſtophanes Nub. 149. ſeq.

95. B. Ἄλλον τρόπος—ἀνθρώπων.] Eſt certe poetæ ſententia: in verſus diſtinctam vertit Amyotus, quem ſecutus eſt corrector editionis Græco-Latinæ anni 1624. Iambi apparent: —ἄλλον τρόπος, Ἄλλον δ' ἐγείρει φρονῖς ἀνθρώπων—· *alium hominem excitant ſui mores, alium cura et ſollicitudo*, nimirum, *ut exigat ab amicis officia*, quod ſubaudiendum. Proxima ad hujus ſententiæ interpretationem pertinent, τρόπος ad φύσιν, φροντὶς ad τύχην. Ejuſdem ſententiæ varias formas uſurparunt antiqui, quorum multos memoravit Jo. Duportus in Gnomolog. Homerico p. 222. ad Odyſſ. Ξ. 228. Ἄλλος γάρ τ' ἄλλοισιν ἀνὴρ ἐπιτέρπεται ἔργοις.

95. B. τοῖς μὲν φέρουσι] C. D. τοὺς μ. φ. quod et Reiſkius: nec tamen illud repudiandum. *Venti ferentes* ſunt *venti ſecundi*: v. c. Virgilio Æn. IV. 430. ubi videatur P. Burmannus: J. Lipſius Opp. T. IV. p. 406. ad Plinii Panegyr. 31. 4. Et Græci ſimpliciter τὸ φέρον, ſcilicet πνεῦμα, quod tralate dicitur de *fortuna*, τῷ φέροντι ἐφεῖναι, *committere ſe caſui, tamquam vento*: Ariſtides T. II. p. 208: et T. I. p. 414. μετὰ τᾶ φέροντος ἀεὶ γίγνομαι, *ſemper cum vento feror.* Palladas Epigramm. Anthol. I. 13. 9. itemque apud Stobæum Serm. XCVI. p. 533: Εἰ τὸ φέρον σε φέρει, φέρε κ' φέρε· εἰ δ' ἀγανακτεῖς, Καὶ σαυτὸν λυπεῖς, κ' τὸ φέρον σε φέρει.

95. C. Καίτοι εἰ πάντες ἅμα—συμπενθεῖν.] Ariſtoteles Ethic. Nicomach. IX. 10: —ἁρμόσει μήτ' ἄφιλον εἶναι μήτ' αὖ

πολύφιλον καθ' ὑπερβολήν·—πολλοῖς γὰρ ἀνθυπηρετεῖν ἐπίπονον, καὶ οὐχ ἱκανὸς ὁ βίος αὐτοῖς τοῦτο πράτ̃ειν·—ὅτι δ' οὐχ οἱόντε πολλοῖς συζῆν καὶ διανέμειν ἑαυτὸν, οὐκ ἄδηλον· ἔτι δὲ, κἀκείνους δεῖ ἀλλήλοις φίλους εἶναι, εἰ μέλλουσι πάντες μετ' ἀλλήλων συνημερεύειν· τοῦτο δὲ ἐργῶδες ἐν πολλοῖς ὑπάρχει. Χαλεπὸν δὲ γίνεται καὶ τὸ συγχαίρειν καὶ τὸ συναλγεῖν οἰκείως πολλοῖς· εἰκὸς γὰρ συμπίπτειν ἅμα, τῷ μὲν συνήδεσθαι, τῷ δὲ συνάχθεσθαι. Ibid. 12: οἱ μὲν συμπίνουσιν, οἱ δὲ συγκυβεύουσιν· ἄλλοι δὲ συγγυμνάζονται, καὶ συγκυνηγοῦσιν, ἢ συμφιλοσοφοῦσιν· ἕκαστοι δ' ἐν τούτῳ συνημερεύοντες, ὅ, τι περ μάλιστα ἀγαπῶσι τῶν ἐν τῷ βίῳ.

95. C. Πόλις δὲ ὁμοῦ—ἡ πολυφιλία] Sophoclis Œdip. Tyr. 4. Diſtinximus ultimam vocem a ſequente deinceps oratione; quippe ab ipſo Plutarcho accommodatam verſibus Poetæ: ut in iiſdem verſibus citandis factitavit. v. c. De Virtute Mor. p. 445. D: Πόλις δ' ὁμοῦ μὲν θυμιαμάτων γέμει, Ὁμοῦ δὲ παιάνων τε καὶ ϛεναγμάτων, ἡ τοῦ ἐγκρατοῦς ψυχή—. De Superſtitione p. 169. D: Πόλις δὲ ὁμοῦ μὲν θυμιαμάτων γέμει, Ὁμοῦ δὲ παιάνων τε καὶ ϛεναγμάτων, ἡ ψυχὴ τοῦ δεισιδαίμονος. Sympoſ. I. p. 623. C: ἀλλ' ὥσπερ τὴν Σοφοκλέους πόλιν, ἰδεῖν ἐϛιν ἀνδρὸς ἐρωτικοῦ ψυχὴν, Ὁμοῦ μὲν θυμιαμάτων γέμουσαν, Ὁμῶ δὲ παιάνων καὶ ϛεναγμάτων. Ariſtoteles, ſive quiſquis eſt ſcriptor libri, De Mundo T. II. Edit. Sylb. p. 22: ἄλλα δὲ ἄλλοις ἐνεργούμενα κατὰ μίαν πρόσταξιν, ἣ νόμιμον ἐξουσίαν, σώζει τὸ τοῦ ποιήσαντος· ὄντως δὲ Πόλις δ' ὁμοῦ μὲν θυμιαμάτων γέμει, Ὁμοῦ δὲ παιάνων τε καὶ ϛεναγμάτων· Οὕτως ὑπολητέον καὶ ἐπὶ τῆς μείζονος πόλεως—· ita legendus videtur locus: de vi Adverbii ὄντως in citationibus, quæ hic cernitur, dicemus infra: quod autem G. Budæus non ut poetæ ſententiam vertit, animadverſus propterea J. Hartungo in Gruteri Face Crit. T. II. p. 649. neque antiquus interpres qui Apuleius fertur hujus auctoritatis rationem habuit p. 74. Edit. Elmenhorſt. Utitur et Athenæus X. p. 420. F: τῷ γὰρ τοιούτῳ ὁ οἶκος Ὁμοῦ μὲν θυμιαμάτων γέμει, Ὁμοῦ δὲ παιάνων τε καὶ ϛεναγμάτων. Themiſtius Or. XXIV. p. 307. C. Colorem inde duxit Maximus Tyrius Diſſert. XXXVI. 4: ὥϛε ἀκούσαι ἄν τις παρ' ἑκάϛῳ δεσμωτηρίῳ οἰμωγῆς ὁμοῦ καὶ ᾠδῆς, καὶ ϛόνου καὶ παιᾶνος.

95. D. Οὐδεὶς γὰρ ἀγαπῶν—] Menandri eſt, cujus no-

mine laudatur a Plutarcho De Frat. Am. p. 491. C: τὸ δὲ Μενανδρεῖον ὀρθῶς ἔχον, ὡς ὀδὲις ἀγαπῶν αὐτὸς ἀμελεῖθ' ἡδέως—. de quo videatur Th. Gataker. Adverſ. Poſthum. XIII. p. 544. B. Clericus in Fragm. Menandr. p. 262. Bentleius Emend. in Menandr. p. 100.

95. E. ἀπὸ δυεῖν χειροῖν μίαν κοιλίαν διοικούντων] Elegantia verborum animadvertenda. Διοικεῖν αὐτὸν ἐλαχίϛῃ τῇ τροφῇ πέφυκε· *Accipitris ea eſt natura, ut ſe ipſe minimo cibo ſuſtentet.* De Iſid. et Oſir. p. 371. E. Dione p. 980. F: ἑαυτὸν λιτῶς καὶ σωφρόνως ἐκ τῶν τυχόντων διῴκει· *ſe ipſe ſuſtentabat vulgari victu frugaliter et ſobrie.* Item ut hoc loco cum ἀπὸ, Cleomene p. 820. C: Πτολεμαῖος—ἐδίδου καὶ σύνταξιν αὐτῷ τέσσαρα καὶ εἴκοσι τάλαντα καθ' ἕκαϛον ἐνιαυτόν· ἀφ' ὧν ἐκεῖνος αὑτόν τε καὶ τοὺς φίλους εὐτελῶς καὶ σωφρόνως διοικῶν, τὰ πλεῖϛα κατανήλισκεν εἰς φιλανθρωπίας—. Sic in Medio *vitam degere*, De Sera Num. Vind. p. 559. E. Gryllo 989. F. ταῖς ἀναγκαίαις ὁ βίος ἡμῶν ἐπιθυμίαις καὶ ἡδοναῖς διοικεῖται. In uſu Præpoſitionis ἀπὸ eſt hoc loco ſignificatio facultatis et copiæ unde quid ſit, in primis *inſtrumenti*. Sic Plutarchus Quæſt. Rom. p. 285. C: ὁ Λυκοῦργος ἀπὸ πρίονος καὶ πελέκεως κελεύσας τὰ θυρώματα ταῖς οἰκίαις ποιεῖν—. Apophthegm. Lacon. 227. B. Apophth. Reg. et Duc. 189. E. De Carnium Eſu p. 997. E. Lycurg. p. 47. B. Fragm. Commentarii in Heſiod. X. 24. Et valet fere idem, quod διά: veluti Paul. Æmil. p. 260. C: ἀπὸ τούτων τῶν λόγων πολλὴν μὲν αἰδῶ πρὸς αὑτὸν ἐνεποίησε τοῖς πολίταις. Ib. 276. E: ἀπὸ τῆς τυχούϛης ϛρατιᾶς ἐνίκησε, *ſubito collecto exercitu vicit.* Pelopida 287. A: ἀπ' ἴσης δυνάμεως τὸ ἴσον φέρεσθαι, *cum pari exercitu parem ſucceſſum habere.* Nicia 529. D: μὴ καὶ τὸν δῆμον ἀπὸ τῶν αὐτῶν λόγων ἐπαγάγωνται, *ne per eaſdem orationes populum in ſuam ſententiam inducant.* Dione p. 977. E: ἀπὸ χειρῶν, *manibus* quid facere, ἀπὸ τόξων, *arcubus*. Thucydides VII. 30. ubi quædam notat Dukerus: alia Abreſchius Diluc. Thucyd. p. 143. ſeq. Alios etiam uſus hujus Præpoſitionis in notandis *copiis, facultatibus, occaſionibus, ſumtibus, cauſſis*, ſuis quoſque locis animadvertemus.

95. E. Χρὴ γὰρ μετρίαν—καθάπερ πόδα νέως ἐπιδιδόντα καὶ

προσάγοντα τ. χ. τ. φ.] Sententia Euripidis Hippolyto 253. de qua copiose differuit Valckenarius, ut, quod adderemus, nobis non reliquerit. Plutarchus subjecit de suo, interpretationis loco, aliam comparationem, *tamquam rudentem nauticum, amicitiam relaxans modo, modo adstringens.* Eadem usus est in Reip. Ger. Præc. p. 818. A: πολιτικώτερον—μικρὸν ποδὸς χαλάσαι μεγάλῃ κύματος ἀλκῇ· *civilius est paululum rudentis laxare magna in fluctuum sævitia.* Est autem πούς in re nautica inferior funiculus veli, quo funiculo velum vel adstringitur, vel remittitur: Latinis item *pes* dicitur: quod post Laz. Bayfium De Re Navali p. 124. multi notarunt, veluti interpretes Virgilii Æn. V. 830. Jos. Scaliger et Muretus ad Catullum IV. 21. Mos. Solanus et Tib. Hemsterhusius ad Luciani Contempl. T. I. p. 493. Hoc loco Plutarchus opportune Euripideæ sententiæ subjicit comparationem ipsi adhibitam Euripidi in Oreste 706: Καὴ ναῦς γὰρ ἐνταθεῖσα πρὸς βίαν ποδὶ, Ἔβαψεν· ἔσχε δ' αὖθις, ἦν χαλᾷ πόδα. Usus est et Sophocles Antig. 726. Adeatur et Berglerus ad Aristophanis Equ. 434.

p. 96. A. μὴ πολλοῖς ἐμβάλλειν δεξιάν·] Prodit Jamblichus in Protreptico 28. Vita Pythagoræ §. 257. Interpretatur L. Gyraldus Opp. p. 660.

96. A. πρὸς ἐναντίαν ἢ μετὰ πολλῶν παθῶν εἰσιοῦσαν] Adhuc probabilis mihi videtur hæc ratio, ut legatur πρὸς ἐναντίον (vel πρὸς τὸ ἐναντίον) μετὰ π. π. ε. ut vertimus in Latina Interpretatione. In εἰσιοῦσαν est exquisita notio, cujusmodi ipse usurpavit Euripides Phœniss. 536. φιλοτιμίαν reprehendens: Πολλὰς δ' ἐς οἴκους καὶ πόλεις εὐδαίμονας Εἰσῆλθε, κἀξῆλθ' ἐπ' ὀλέθρῳ τῶν χρωμένων: ubi similia attulit Valckenarius. Cæterum ἢ hoc loco, ut alibi sæpius, ab antecedente ν natum est; siquidem hæ literæ parvo discrimine transversæ lineæ differentes, H et N, invicem frequenter aut ortum aut interitum attulerunt. Veluti in Plutarcho Opp. Mor. p. 124. E. 139. D. 163. D. 729. D. 739. E. 919. A. 921. D. E. 931. B. 1103. A. 1112. E. Fragm. V. 32. quæ suis locis a nobis animadversa sunt. Aliorum disertius apponendi loci: Platonis Leg. VIII. p. 628. A: τὴν μὲν κύουσαν περιπατεῖν, τὸ γενόμενον δὲ πλάττειν τε, οἷον κηρι-

τὸν, ἕως ὑγρόν: legendum—ἕως ὑγρὸν ᾖ. Dionis Chryſ. Or. XXXIV. p. 420. B: —τέκτων ἐὰν ᾖ, οὐδὲν προσήκει αὐτὰ ὀνειδίζειν· *ſi faber fuerit, nil attinet exprobrare.* Caſaubonus reſtituit ᾖ, ſine quo non conſtat ſenſus. XLII. p. 503. D: ὑπονοεῖν ἐμαυτὸν ἀναγκάζομαι, μὴ ἆρά τι τῶν ἐμῶν λόγων λόγου ἄξιον ᾖ: ita legendum puto pro vulgari —τῶν ἐμῶν λόγων ἄξιον. LXXVII. p. 650. D: ἀγαπήσεσι γὰρ ὠνούμενοι κἂν ὀλίγῳ βελτίω. Veneta editio dat βελτίων, unde Reiſkius bene correxit βελτίω ᾖ. LXXVIII. p. 654. B: μηδένα μηδὲ τῶν φαυλοτέρων ἄλλον ἄλλῳ φθονεῖν ἢ ἃ κοινὰ ὑπάρχει πᾶσιν ἀγαθά· legendum, μηδενὶ μηδὲ τῶν φαυλοτέρων ἄλλῳ φθονεῖν ἃ κοινὰ ὑπάρχει πᾶσιν ἀγαθά. Ariſtidis T. I. p. 388: ἕως ἂν τὸ τυχεῖν ἓν τῶν ἀδυνάτων ᾖ· vulgo deeſt ᾖ. Ibid. p. 488. ἐς' ἐφ' ὅτες πρώτες εἶσιν ἢ ὑμᾶς; *an in alios prius invadet quam in vos?* Canterus monuit ἢ addendum. Numenii ap. Euſeb. Præp. Evang. XIV. p. 736. B: ἓν οὐδὲν ἐν τῷ μέσῳ κατελέλειπετο, οὐκ ἀγλαΐου οὐ τῶν ἐν ἀγλαΐῳ τιθεμένων, οὐχ ὅσα εἰς οἰκίας κατασκευὴν ἀλλ' ἔτι συντελῇ: corrigendum, οὐχ ὅσα εἰς οἰκίας κατασκευὴν ἢ ἄλλο τι συντελεῖ. Herodiani Hiſtor. VII. 8. 9: μή τι ἄρα κἀ καταγέλαστον ᾖ εἰπεῖν· vulgo deſideratur ᾖ, quod addendum in hac phraſi, ut vel ex ſimilibus quibuſdam locis apparet allatis a nupero editore Irmiſchio, cujus in nimia ſedulitate non contemni debet diligentia. Sic in Themiſtii Or. XXIV. p. 302. C: φιλοσοφία γάρ τοι κατὰ φύσιν κάλλος ἄρρατον ἔχουσα, πᾶν ὅ, τι περ ἂν ἐπείσακτον ᾖ ἀτιμάζει τε καὶ οὐ προσίεται: nemo uſu quidem et ſcientia Græcæ orationis præditus non ſentit vim et neceſſitatem Verbi ᾖ, quod in editionibus deeſt. Cæterum de literarum H et N permutatione, verbo monuit Jac. Perizonius ad Æliani Var. Hiſt. IV. 8. Not. 16.

96. A. τοῦ σοφοῦ Χείλωνος] Dictum notavimus ad p. 86. C. Non dubitavimus ex uno codice D. σοφοῦ reponere pro σοφιστοῦ. Non credibile eſt Plutarchum *ſophiſtæ* nomine affeciſſe Chilonem, quum Herodotum hoc nomen tribuentem Soloni I. 29. reprehendat in libro De Malign. Herodoti p. 857. F. Nam quod alii antiquiores item factitarunt, ut monet Weſſelingius l. l. hi fuerunt et oratores aut hiſtorici, qui philoſophos vel per contemtum, vel tam-

quam mercede docentes, vel nondum diſcreta utriuſque vocabuli notione, ſophiſtas appellarent: et quod addit idem egregius vir de loco Plutarchi memorato ex libro De Malign. Herod. *Verum ea turbato animo Plutarchus*; *pacatior Chilonem* τὸν ϛοφιϛὴν *T. II. p.* 96. *et reliquos de hoc numero* ϛοφιϛὰς *ſalutavit:* hujus quidem loci ipſius de Chilone *ſophiſta* appellato auctoritas noſtra correctione concidit: neque etiam memini a Plutarcho alicubi philoſophum, aut unum e ſeptem ſapientum numero *ſophiſtam* ſalutari. Ille vero hæc nomina inter ſe opponit, Opp. Mor. p. 48. D, 43. E. F: tum vero pronunciat antiquum fuiſſe nomen et munus ϛοφῦ, a quo in diverſum prodierunt duo diverſa nomina et munera φιλοϛόφου et ϛοφιϛοῦ, de Mneſiphilo Solonis familiari narrans: Μνησιφίλου τὸν Θεμιϛοκλέα τοῦ Φρεαρίου ζηλωτὴν γενέϑαι,—οὔτε ῥήτορος ὄντος, οὔτε τῶν φυσικῶν κληϑέντων φιλοϛόφων, ἀλλὰ τὴν καλουμένην ϛοφίαν, οὖϛαν δὲ δεινότητα πολιτικὴν, καὶ δραϛήριον ϛύνεϛιν, ἐπιτήδευμα πεποιημένου καὶ διαϛώζοντος, ὥϛπερ αἵρεϛιν ἐκ διαδοχῆς ἀπὸ Ϲόλωνος· ἣν οἱ μετὰ ταῦτα δικανικαῖς μίξαντες τέχναις, καὶ μεταγαγόντες ἀπὸ τῶν πραγμάτων τὴν ἄϛκηϛιν ἐπὶ τοὺς λόγους, ϛοφιϛαὶ προϛηγορεύθηϛαν. Sed et grammatica ratio et loquendi conſuetudo duplicem notionem ϛοφιϛοῦ oſtendunt, et honorificam et contrariam. Eſt enim ab Activo ϛοφίζω, *alium facio ſapientem*, ϛοφιϛὴς, *doctor*: a Medio ϛοφίζομαι, *ſapientem me gero, ſimulo, comminiſcor*, ϛοφιϛὴς, *ſimulator vel oſtentator ſapientiæ*: ſubinde etiam utraque notio ſimul in hoc vocabulo cernebatur. Philoſophi quidem ab ejus communione eximi ſe voluerunt, et eximi cœpti ſunt mox poſt inductum, ut videtur, a Pythagora nomen *philoſophiæ:* magis etiam, finibus utriuſque generis diligenter deſignatis a Platone in dialogo Sophiſta: graviter item a Xenophonte in Cynegetici epilogo p. 998. ſeq. frequenter ab Iſocrate, qui licet mercede eloquentiam docens, tamen φιλοϛοφῶν ſe profitebatur, ſuumque ſtudium φιλοϛοφίαν appellabat. Igitur ſicubi *philoſopho* tribuitur nomen *ſophiſtæ*; fit hoc vel per contemtum, vel peculiarem aliam rationem: veluti Xenophon Mem. Socr. I. 1. 15: ὁ καλούμενος ὑπὸ τῶν ϛοφιϛῶν κόϛμος, *phyſicos philoſophos* ſignificat; quod ſcire ſe putarent id, quod ſupra

hominis captum eſſet: Æſchines Adv. Timarchum p. 914. B. Socratem nominat *ſophiſtam*; ut orator, et alios docentem: item Plutarchus Adv. Colot. p. 1118. D. ex perſona Colotis in alios philoſophos maledici: idem in Pompeio p. 641. E. utrumque nomen eodem ſenſu ponere videtur: ἐν δὲ Ῥόδῳ γενόμενος πάντων μὲν ἠκροάσατο τῶν σοφιστῶν, καὶ δωρεὰν ἑκάστῳ τάλαντον ἔδωκε· Ποσειδώνιος δὲ καὶ τὴν ἀκρόασιν ἀνέγραψεν ἣν ἔσχεν ἐπ' αὐτῷ·—ἐν δὲ Ἀθήναις τὰ μὲν πρὸς τοὺς φιλοσόφους ὅμοια τῷ Πομπηΐῳ: neque vero hoc loco Poſidonius dicitur *ſophiſta*, nec *philoſophi* appellantur nomine *ſophiſtarum*, non magis quam *ſophiſtæ* nomine *philoſophorum*. Rhodi multi erant ſophiſtæ, id eſt, eloquentiæ magiſtri, philoſophiæ una ſchola Stoica ſub Poſidonio: Athenis contra, plures clarioreſque erant ſcholæ philoſophorum quam rhetorum et ſophiſtarum: et quando ſcholæ ac diſciplinæ ſignificatio ſubeſt, σοφιστὴς idem valet ac διδάσκαλος, *doctor*. Eadem confuſio obſcuravit Dionem Chryſ. Or. IV. p. 81. A: ξεναγοὶ γὰρ καὶ σοφισταὶ καὶ δημαγωγοί· λέγω δὲ διακρίνων στρατηγούς τε καὶ σοφιστὰς καὶ πολιτικοὺς ἄνδρας ἀπὸ τῶν νῦν εἰρημένων: ubi non dubium, quin ipſe ſcriptor pro σοφιστὰς dederit σοφούς.

96. B. Τιμησίᾳ—Σμῦρνα μελισσάων—] Timeſias Clazomeniorum princeps memoratur in alia re a Plutarcho Reip. Ger. Præc. p. 812. A. unde Ælianus habet, Var. Hiſt. XII. 9. *eum, cognita civium erga ſe invidia, ſponte in exilium abiiſſe:* et haud ſcio, an huc ſpectet Oraculum: quod ſi ita eſt, ejus ætas referenda erit ad tempora deductæ in Ioniam Athenienſium coloniæ, id eſt, ad ſeculum ante noſtram æram XI. ſiquidem Clazomenæ fuerunt una e duodecim primis Ionum in Aſia urbibus, ejuſque coloni adverſus Timeſiam ex apibus veſpæ exſtiterunt: quamquam de ejus ætate affirmare non licet, et Parphorum Colophonium prodit Clazomenarum conditorem Pauſanias VII. 3. Fuit certe diu ante Cyrum, ſub quo Ionia imperio Perſarum ſubjecta eſt; quippe tunc Teii, relicta urbe, Abderam Thraciæ ſe contulerunt, quam antea condiderat, ſed a Thracibus coactus reliquerat Timeſias Clazomenius, ut refert Herodotus I. 168. ad quem locum

eruditiſſimus Larcherus quæſtionem de Timeſiæ ætate attingens, eam refert ad Olympiadis 31. annum 2. auctore Euſebio Chron. p. 157. quod is Abderæ conditum illo anno ponens, de poſteriore Cyri tempore facto conditu accipi nequeat. Nec repugnamus, licet in argumento obſcuro unius Euſebii auctoritas non ſatis perſuadeat. Poteſt ſane Oraculum etiam de alia, quam ipſarum Clazomenarum colonia deducenda, intelligi: ut accepit etiam P. Baylius Dictionarii Hiſt. et Crit. voce *Timeſius*. Nam apud Herodotum ſcribitur Τιμήσιος. Et Maximus Tyrius Diſſert. XIX. 5: προεμήνυσε—τῷ Τιμήσιος Κλαζομενίοις ἐκλείποντα ἥλιον: niſi forte Hermotimum Clazomenium voluit, de cujus interiore naturæ cognitione multa mirabilia narrabantur: aut Anaxagoram ejuſdem urbis civem eademque ſcientia clarum. Oraculi verſificator σμῆνα fecit pro σμήνεα, quaſi a σμῆνον eſſet, forma in iis qui ſuperſunt Græcis libris non prodita. In tanta jactura hiſtoriæ coloniarum Græcarum dolemus in primis partem eam quæ fuit de Ionicis coloniis amiſſam: quam quum et alii, et in primis Hellanicus et Ephorus, explicuiſſent, communi illi literarum naufragio abſumti, ex eoque fonte rivulum duxiſſet Trogus Pompeius hiſtoriarum libro primo, eſt profecto quod indignemur illud ipſum, quidquid fuit, rivuli nobis periiſſe negligentia Epitomatoris Juſtini.

96. B. ἴσον ἄγει—χάρις] Fortaſſe ſubeſt alicujus poetæ ſententia, quod etiam Meziriacus ſuſpicatus videtur: —ἴσον δ' ἄγει σαθμὸν Ἐχθροῦ τε μνησικακία καὶ φίλα χάρις.

96. B. Φιλώτᾳ καὶ Παρμενίωνος] Breviter attigit Plutarchus in Alexandro p. 692. 693: brevius etiam alii: uberius narravit Curtius VI. et VII.

96. C. Δίωνος Διονύσιος] Minor Dionyſius Dionis quoque amicos male tractavit, Platonem, Heraclidem, Ariſtomachen uxorem, filium, ut conſtat ex Nepote et Plutarcho in Vita Dionis: forte etiam mortuo Dione, potitus Syracuſis in reliquos ejus amicos animadverterit.

96. C. τοὺς Πλαύτᾳ Νέρωνι] Significatur Rubellius Plautus, de quo frequens eſt mentio apud Tacitum in rebus Neronis, cujus juſſu interfectus eſt, Annal. XIV. 57—59:

amicitia ejus funeſta fuit Bareæ Sorano, ut ibidem proditur XVI. 30. Ad eumdem Plautum pertinet locus Dionis Caſſii LXII. 14. ubi, pro vetere lectione Πλᾶτον, quod jam Xylander reponendum monuit ad hunc Plutarchi locum, Πλαῦτον reſtituit Fabricius, qui plura etiam de hoc Rubellio Plauto notavit. In lectione Πλαύτου plurimi conſentiunt noſtri libri exceptis paucis: Πλάτᾳ dant Harl. et Moſc. 2: Πλύντᾳ Ald. et Baſ.

96. C. τοὺς Σηϊανοῦ Τιβήριος] Tacitus Annal. V. 7. et ſeq. Dio Caſſius LVIII. 11, 12.

96. C. τὸν Κρέοντα—συναπώλεσεν] Corinthi regem Creontem, patrem Glaucæ: res nota ex Euripidis Medea 1136. ſeq. Pro ωλᾶτος dant πέπλος C. Harl. Moſc. 2. Pol. Rodolph. Anon. Jannot. Schott. T. V. B: vulgatum præferam.

96. C. Πέδαις ἀχαλκεύτοισιν—] Plutarchus hunc verſum ter alibi ad diſputationem ſuam accommodat: ſemel Euripidis nomine addito, in Amatorio p. 763. F: κοινωνίας, οὐχ οἵαν Εὐριπίδης φησὶν, ἀχαλκεύτοις ἐζεῦχθαι πέδαις: bis ſine auctoris nomine, De Frat. Am. p. 482. A: Οὐδὲ ὁ ξένος Αἰδοῦς ἀχαλκεύτοισιν ἔζευκται πέδαις. De Vitioſo Pudore p. 533. A: ὥσπερ ἐνέχυρον προέμενος τὴν ἐπαγγελίαν, Αἰδοῦς ἀχαλκεύτοισιν ἔζευκται πέδαις: ubi propter diſputationis argumentum αἰδῆς de ſuo ipſe dediſſe videtur: quod non animadverſum Grotio Excerpt. Tragic. p. 429. recte monuit Gatakerus Adverſ. Poſthum. Cap. X. p. 520, 521. lectionem hujus loci germanam, verſum ex Euripidis Pirithoo ſumtum, Stephani correctionem ἀχαλκεύτοις συνέζευκται minus probabilem judicans. Ex hoc loco verſus relatus eſt in Euripidis Fragm. Pirithoi Num. IV. edit. Muſgr. De Theſei fato docte diſſerit Bachetus Meziriacus ad Ovidii Epiſtol. Heroid. T. I. p. 147. ſeq. Heynius ad Virgilii Æn. VI. 618.

96. C. Θεκυδίδης] II. 62.

96. D. ἄλλοις συνδέοντας αὐτὴν κ. σ. ἀλλὰ τοῖς ἀξίοις τὴν αὐτὴν φυλάττειν κοινωνίαν—] In ἄλλοις eſt quod diſpliceat: Meziriacus malebat πολλοῖς: codex D. dat ἄλλοτε ἄλλοις, quod reddidiſſe videtur Amyotus. Pro τὴν αὐτὴν dant τὴν

αὐτῆς C. D. Xyl. Anon. Equidem ἀλλὰ ſi accipiamus pro ἀλλ' ἢ, *quam*, cujus notionis exempla alibi apponemus, ſententia ſic accipi poterit, ut legamus, ἀξίως: —*implicemus, quam iis, qui digno amicitia modo amicitiæ communionem ſervare poſſunt, id eſt, iis, qui ſimiliter diligere et communicare poſſunt.*

96. D. ἄψυχα] *Bruta* ſic dici, novum nec adhuc obſervatum: fortaſſe Stoicis aliquando uſurpatum, certe licebat. Et Plutarchus in Craſſo p. 544. A. ἄψυχα opponit ἀνθρώποις, *ſervos* ſignificans. Athenæus XIII. 566. E. *pueros* et *puellas* ἄψυχα nominat. Philo Jud. De Somn. III. p. 1143. D, E. ranas quamvis clamantes dicit ἀψύχους καὶ ἀναίμους.

96. E. ὁμοπαθεῖ] Vide ad p. 72. B.

96. E. βίοις ἑτέρως προαιρέσεως ἔχουσιν] Proba dictionis forma, *diverſo eſſe vitæ inſtituto*. Hujuſmodi eſt in Plutarcho Sympoſ. V. p. 682. B: —πῶς ἔχεις εὐρεσιλογίας πρὸς τὰς τοιαύτας ἀτοπίας, *quomodo inſtructus ſis acumine adverſus tales repugnantias*. Camillo 145. C: ὡς ἕκαστος ἑτοιμότητος ἢ βουλήσεως ἔχει· *prouti quiſque paratus et animatus erat*. Catone Maj. 345. B: ὡς ἕκαστος ἐπιθυμίας ἔχοι καὶ προαιρέσεως. Alexandro 435. B: Ἐπεὶ τοίνυν, ἔφη, οὕτως ἔχεις, ὦ Κῦρε, προθυμίας. Sulla 468. E: συνεισέφερον ὡς ἕκαστος εἶχεν εὐπορίας. Pompeio 604. D: ὡς ἕκαστος δυνάμεως εἶχεν. Alexandro 669. C: πῶς ἔχουσιν ὁμονοίας, quod dictum tractavimus ſupra p. 70. B. Cæſare 729. C: πῶς τι θράσους ἔχομεν. Demetr. 906. B. Bruto 992. F. 1005. E. Conſol. ad Uxor. 610. C. Pauſanias VII. 22. p. 580. et 25. p. 589. Leviter attigerunt hunc uſum Vigerius et Hoogeveenius De Idiotiſm. L. Gr. p. 252: Weſſelingius ad Herodotum VIII. 127.

96. E. ἐξ ἀντιφώνων ἔχει τὸ σύμφωνον] Similem in rem eodem exemplo utitur Syneſius De Inſomn. p. 135. A: ἡ λύρα σύστημα φθόγγων ἐστὶν ἀντιφώνων τε καὶ συμφώνων.

96. E. ἄνισον] Sola hæc vera lectio a ſententia loci et auctoritate codicis D. commendatur: reſpondet ad præcedentia ἀνόμοιον et ἀνώμαλον: ex quorum poſtremo per ſimilitudinem vulgatum ἄδολον natum: quod varie corrigunt

alii: Stephanus ἀπῳδὸν, Vulcob. ἀπάδον, Jannot. ἄδηλον, Moſc. 2. ἄδωλον: tum δεῖ etiam addunt D. Jun. Xyl. Exempl. Turn. Alio modo Jannot. notat, οὐ δεῖ, *forte*: δεῖ ὅλως Mez. Pythagoræ fuit ἰσότης φιλότης, teſte Jamblicho Vit. Pythag. §. 162; quod ut proverbium memorat Ariſtoteles Ethic. Nicom. IX. 8. Eodem pertinet Ciceronis dictum De Amicit. 9: *ſintque pares in amore et æquales.*

96. E. ὁμοδοξεῖν] In amicitia eſt ὁμοδοξία: neque hæc una ſufficit, monente Ariſtotele Ethic. Nicom. IX. 6. In conjugii vinculo eam laudat Perictyone Pythagorica ap. Stob. S. LXXXIII. p. 488.

96. E. συνομοπαθεῖν] Notavimus ad p. 72. B.

96. E. ὥσπερ μιᾶς ψυχῆς ἐν πλείοσι διῃρημένης] Proverbium definiendæ amicitiæ. Ariſtoteles Ethic. Nicom. IX. 8: παροιμίαν—μία ψυχὴ καὶ κοινὰ τῶν φίλων—. Cicero De Amicit. 25: *cum amicitiæ vis ſit in eo, ut unus fiat e pluribus.* Offic. I. 17: *efficiturqae id, quod Pythagoras ultimum in amicitia putavit, ut unus fiat ex pluribus.* Alia dedimus ad p. 93. D.

96. F. ἐπίπονος] Ita omnes libri: et ratio confirmat, quam mox reddemus ad p. 97. A. ad verba οὐκ εὐτυχῆς. Perperam Reiſkius tentavit corrigere ἐπίκοινος.

96. F. Θεόγνιδος—Πολύπους] Legitur in hujus Gnomis, ver. 215: citat Plutarchus Quæſt. Nat. p. 916. C: De Solertia Animal. p. 978. E. Athenæus XII. p. 513. E. Philoſtrato Ægyptio Sophiſtæ accommodatum per parodiam, narrat Philoſtratus Vit. Sophiſt. I. 5. p. 486. Spectavit Lucianus Dialog. Marin. IV. T. I. p. 299. ubi hoc argumentum attigerunt annotatores. Julianus Miſopog. p. 349. D. Ariſtoteles Mirabil. Auſcult. XXIX. p. 63. ubi videatur J. Beckmannus. Alterius etiam parodia poetæ refertur ab Antigono Caryſtio Hiſtor. Paradox. XXIX. p. 55. de qua erudite differit Niclaſius. Hinc Proverbii inſtar uſurpatum, referunt Diogenianus I. 23: Zenobius I. 24. Apoſtolius II. 73. Eraſmus p. 850. Noſtro hoc loco diſſentiunt libri: D. πολύχρους: Harl. περὶ πέτρῃ: Ald. omittit περ, addit Exempl. Turneb. Moſc. 2. τῇ πρωτομιλήσῃ: τῇπερ ὁμιλήσει Ald. Baſ. Xyl. C. E. Moſc. 1.

96. F. —συφότητι καὶ μανότητι τὰς ἀποῤῥοίας τῶν πλησιαζόντων ἀναλαμβάνουσαν] Corporum ἀποῤῥοίας, *effluvia*, in primis ab Empedocle celebratas, ad reddendam rationem mutationum polypi adhibuit Plutarchus Quæſt. Nat. p. 916. C. Vox συφότης, *denſitas, ſpiſſitudo*, in Lexicis deſiderata, ex hoc loco annotata eſt a D. Scotto in Appendice. Recepto ἀναλαμβάνουσαν, non opus eſt correctione J. Kuhnii ad Ælianum Var. Hiſt. I. 1. reponentis συφότητος ϗ μανότητος.

p. 97. A. οὐκ εὐτυχοῦς] *non felicis, calamitoſi, ærumnoſi, ſua culpa et perverſo ſtudio labores ſibi ipſi quærentis:* hic eſt ſingularis ſubinde hujus nominis uſus, ut item nominis ἀτυχὴς, de quo alibi dicemus. Plato Phædro p. 337. G: λίαν δὲ δεινοῦ καὶ ἐπιπόνου καὶ οὐ πάνυ εὐτυχοῦς ἀνδρὸς—τὸ τῶν ἱπποκενταύρων εἶδος ἐπανορθοῦσθαι—· *eſt viri nimium arguti et laborioſi nec valde felicis fabulam de Centauris ad veriſimilitudinem corrigere:* cujus dictionis partem nunc amiſſam attingemus ad p. 549. B. Leg. VII. p. 629. A. 633. F. Plutarchus De Glor. Athen. p. 348. B: οὐκ εὐτυχοῦς δοξης μετέχηκε. Sympoſ. I. p. 913. B: ἀμαθίας οὐκ εὐτυχὲς παραμύθιον. Adv. Colot. 1106. C. Dion Chryſ. Or. V. init. p. 83: Μῦθον Λιβυκὸν ἐκπονεῖν, καὶ περὶ τὰ τοιαῦτα κατατρίβειν τὴν περὶ λόγους φιλοπονίαν, οὐκ εὐτυχὲς μέν· οὐ γὰρ οὖν τῶν πρὸς ζῆλον τοῖς ἐπιεικεςάτοις, ἅτε πάντων ἀπιςούντων· ἀλλ' ὅμως οὐκ ἀφεκτέον· ita lego pro vulgato —οὐκ εὐτυχὲς μὲν, οὐ γὰρ οὐ τῶν πρὸς ζῆλον τοῖς ἐπιεικεςάτοις ἀνθρώπων ἀπιςευόντων· fortaſſe forma ἀπιςεύειν pro ἀπιςεῖν defendi poſſit; quod alibi videbimus.

97. A. συγκονιωμένω] Notavimus p. 52. B.

97. A. συναρχαιρεσιάζοντος] Cruſerius reddit *una prenſans*; Luſcinius, *cum ambitioſis magiſtratum ambire*, non male quidem, ſed magis ad Romanum morem, ejuſque fere abuſum: item Xylander: univerſe accipiendum, *in petitione magiſtratuum adjuvantis.* Sic et apud alios uſurpatur et apud Plutarchum Opp. Mor. p. 200. C. 603. F. Vit. 626. B. 642. B. 773. D. 836. B. 838. B. 867. D. 884. B. 1049. D.

97. A. ἰδίαν ἦθος ἐςίαν οὐκ ἔχοντος] Sic ſupra De Adulatore p. 52. A. loco plane gemino.

97. A. —τὴν ἀχημάτιστον οἱ φυσικοὶ—πήγνυσθαι] *Physici* dicuntur præcipue quidem Ionici ante Socratem, a Thalete profecti, Eleatici, Heraclitus, Democritus, Straton, et quicumque physicam Philosophiæ partem maxime tractarunt: sed etiam aliarum omnium sectarum philosophi, quatenus in physica parte egregiam operam ponunt: eademque est ratio in communione duorum reliquorum cognominum, Dialecticorum, et Ethicorum. De cognomine *Physici*, conferantur loci Plutarchei Opp. Mor. p. 142. F. 161. D. 770. A. 829. B. 887. A. 1119. B. Fragm. I. 1. Vit. 112. D. 155. A. 538. F. Sed præsentis loci scriptura corrupta videtur duobus indiciis: altero, quod ὑπ' αὐτῶν nullum habet sensum, nec ὑφ' αὑτῆς oblatum a codicibus D. Xyl. Jannot. satisfacit, idque ipsum correctoris manum redolet: altero, quod ὑποκειμένην requirit *rem cui subjecta sit materia*. Atqui hujus rei nomen puto excidisse, atque hujusmodi fuisse veram scripturam —ὑποκειμένην ταῖς ποιότησι καὶ τρεπομένην ὑπ' αὐτῶν νῦν μὲν φλ—. Heracliti fuit hoc placitum de mutua transmutatione elementorum, quod ab eo acceptum tenuerunt Stoici. Plutarchus subinde argumentum attingit: Adv. Stoic. p. 1085. E, F. ubi hæc in primis animadvertenda: τὴν μὲν οὐσίαν καὶ τὴν ὕλην ὑφεστάναι ταῖς ποιότησι λέγουσι—· τοῦτο μόνον αὐταῖς ὑφέστηκε τὸ κοινὸν, ὅπερ οὐσίαν οὗτοι καὶ ὕλην καλοῦσι—. De Stoicor. Repugn. p. 1054. A: πανταχοῦ τὴν ὕλην ἀργὸν ἐξ ἑαυτῆς καὶ ἀκίνητον ὑποκεῖσθαι ταῖς ποιότησιν ἀποφαίνουσιν, τὰς δὲ ποιότητας πνεύματα οὔσας καὶ τόνους ἀερώδεις, οἷς ἂν ἐγγένωνται μέρεσι τῆς ὕλης, εἰδοποιεῖν ἕκαστα καὶ σχηματίζειν. Materia per se ipsa ἄποιος, *qualitatis expers*, ὑπόκειται ταῖς ποιότησι, *substrata est* ταῖς ποιότησι, *qualitatibus*, ab iisque formatur in corpora, igitur semper cum forma et corpore exstat: ita Stoicum placitum accipiendum, quod ex Posidonio memorat Stobæus Phys. p. 30: quocum conferatur Diogenes Laertius VII. 150. et Plutarchus De Isid. et Osir. p. 369. A. 374. E. Adv. Stoic. 1086. A, B. Sed et Platonis est sententia, ἄποιον καὶ ἀσχημάτιστον, ἀνείδεον ὕλην per se esse: ut est apud eumdem Stobæum p. 29: Plutarchum Sympos. VIII. p. 719. D. Placit. Philos. I. 9. p. 882. C. Plat. Quæst. 1007,

C. 1114. F. Animi Procreat. 1015. A. et ipſum Platonem in Timæo p. 534, 535. Mutationem elementorum alterius deinceps in alterum ex opinione Heracliti ſpectat Plutarchus De Orac. Defect. p. 415. B: ἐκ γῆς ὕδωρ, ἐκ δὲ ὕδατος ἀὴρ, ἐκ δὲ ἀέρος πῦρ γεννώμενον ὁρᾶται, τῆς οὐσίας ἄνω φερομένης. De EI Apud Delph. 392. C. Diogenes Laertius IX. 8. in Heraclito: καὶ τὴν μεταβολὴν ὁδὸν ἄνω κάτω· τόν τε κόσμον γίνεσθαι κατὰ ταύτην· πυκνούμενον γὰρ τὸ πῦρ ἐξυγραίνεσθαι, συνιζάμενόν τε γίνεσθαι, ὕδωρ, πηγνύμενον δὲ τὸ ὕδωρ, εἰς γῆν τρέπεσθαι· καὶ ταύτην ὁδὸν ἐπὶ τὸ κάτω εἶναι· πάλιν τε αὐτὴν τὴν γῆν χεῖσθαι, ἐξ ἧς τὸ ὕδωρ γενέσθαι· ἐκ δὲ τούτων τὰ λοιπὰ χεῖσθαι πάντα, ἐπὶ τὴν ἀναθυμίασιν ἄγων τὴν ἀπὸ τῆς θαλάττης: locus corruptus, ita fere ad ſanitatem revocandus —πυκνούμενον γὰρ τὸ πῦρ ἐξαεροῦσθαι, συνιζάμενον δὲ τὸν ἀέρα καὶ ἐξυγραινόμενον, γίνεσθαι ὕδωρ· πηγνύμενον δὲ τὸ ὕδωρ, εἰς γῆν τρέπεσθαι· πάλιν τε αὐτὴν τὴν γῆν χεῖσθαι, ἐξ ἧς τὸ ὕδωρ γενέσθαι· ἐκ δὲ τούτων τὰ λοιπά· χεῖσθαι πάντα ἐπὶ τὴν ἀναθυμίασιν ἀνάγων τ. ἀ. τ. θ. ita ſuus *aeri* locus, et elementis mutandis ordo, reſtituitur. In libro De Placitis Philoſ. I. 3. p. 877. C. et Stobæo Phyſ. p. 27. alius etiam eſt Heracliteæ rationis ordo, nec ſecum ipſe, nec cum Laertiano aliiſque conſentiens: *craſſa ignis pars fit terra: terra ab igne relaxata in aquam convertitur, quæ deinde ab igne per exhalationem in aerem mutatur.* At primo quidem, quæ eſt ratio, ut ignis agat? quippe qui *exſtinctus* ſit; ita enim eſt in libro De Placit. Philoſ. l. c. τούτων δὲ κατασβεννυμένων, κοσμοποιεῖσθαι τὰ πάντα: quæ verba cum proximis non habet Stobæus l. c. et κατασβεννυμένων ut vitioſum in κατὰ μέρη σβεννυμένων mutandum notavit Meziriacus. Deinde illius operis De Placitis Philoſophorum, neque in Plutarchi, neque in Stobæi, exemplis, nulla magnopere vel a diſputationis diligentia, vel a ſcripturæ ſanitate eſt auctoritas. Tum Stoici ab hac Heraclitea ſententia profecti, hunc ordinem tenuerunt Zenon et Chryſippus teſte Stobæo Phyſ. p. 28: —πρώτης μὲν γιγνομένης τῆς ἐκ πυρὸς κατὰ σύγκρασιν εἰς ἀέρα μεταβολῆς, δευτέρας δὲ ἀπὸ τούτου εἰς ὕδωρ, τρίτης δ' ἔτι μᾶλλον κατὰ τὸ ἀνάλογον, συνιζαμένου τοῦ ὕδατος εἰς γῆν· πάλιν δ' ἀπὸ ταύτης διαλυομένης καὶ διαχεομένης, πρώτη μὲν γίγνεται χύσις εἰς ὕδωρ, δεύτερον δ' ἐξ ὕδατος

εἰς ἀέρα· τρίτη δὲ καὶ ἑκάτη εἰς πῦρ: ita ex codice Auguſtano citamus. Stoicus apud Ciceronem Nat. Deor. II. 33: *Et cum quatuor genera ſint corporum, viciſſitudine eorum mundi continuata natura eſt. Nam ex terra aqua, ex aqua oritur aer, ex aere æther: deinde retrorſum viciſſim, ex æthere aer, inde aqua, ex aqua terra infima. Sic naturis his, ex quibus omnia conſtant, ſurſus deorſus, ultro citro commeantibus, mundi partium conjunctio continetur.* Rufus ex Epicteto de Amicitia apud Stob. Serm. CVI. p. 571: —τὰ τέσσαρα στοιχεῖα ἄνω καὶ κάτω τρέπεται καὶ μεταβάλλει· καὶ γῆ τε ὕδωρ γίνεται καὶ ὕδωρ ἀήρ, οὗτος δὲ πάλιν εἰς ἕτερα (lege αἰθέρα) μεταβάλλει· καὶ ὁ αὐτὸς τρόπος τῆς μεταβολῆς ἄνωθεν κάτω. Maximus Tyrius Diſſ. XLI. 4. p. 489: Μεταβολὴν ὁρᾷς σωμάτων καὶ γενέσεως, ἀλλαγὴν ὁδῶν ἄνω καὶ κάτω, κατὰ τὸν Ἡράκλειτον· καὶ αὖθις αὖ ζῶντας μὲν τὸν ἐκείνων βίον, ἀποθνήσκοντας δὲ τὴν ἐκείνων ζωήν· ζῇ πῦρ τὸν γῆς θάνατον, καὶ ὁ ἀὴρ ζῇ τὸν πυρὸς θάνατον, ὕδωρ ζῇ τὸν ἀέρος θάνατον, γῆ τὸν ὕδατος. Quomodo ſcripſerit Maximus, haud facile dicam: ex ratione quidem Heracliti dicam ſcribendum fuiſſe, ζῇ πῦρ τὸν ἀέρος θάνατον—: continetur enim elementorum mutatio viciſſitudine viæ, id eſt, via reciproca, recto itinere ultro citroque redeunte, non circuli inſtar in orbem circumacto; igitur *ignis non vivit terræ mortem, ſed aeris*: quod ex locis Scriptorum, quos adhuc appoſuimus, ſatis apparet. Cæterum Heracliti ſententiam tractavit quoque Th. Gatakerus ad M. Antonin. IV. 43. p. 127: et attigerunt Daviſius ac Marklandus ad Max. Tyr. l. c. p. 643. et 726.